Digitized by Google

A. lat. a, 771 13

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

<36622263570013

<36622263570013

Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MARCI ANNAEI LUCANI

PHARSALIA

CUM
NOTIS SELECTIS HUG. GROTII,
INTEGRIS ET ADAUCTIS RICH. BENTLEII,
DUOBUS SPECIMIN. EZRAE CLERCQUII VAN IEVER,
DUABUS EPIST. INED. FRANC. OUDENDORPII,

QUIBUS
VARIAS LECTIONES MSS. NUNC PRIMUM COLLATORUM,
DISSERTATIONEM DE SPURIIS ET MALE SUSPECTIS
LUCANI VERSIBUS, SCHOLIASTAS INEDITOS,
ADNOTATIONEM SUAM
ET
INDICES LOCUPLETISSIMOS
ADDIDIT

CAROL. FRED. WEBER,
VIMARIENSIS,
GYMNAS. DARMSTAD. PROFESSOR.

VOLUMEN TERTIUM
CONTINENS
SCHOLIASTAS.

LIPSIAE,
APUD GERHARDUM FLEISCHER.
MDCCCXXXI.

110
Digitized by Google

A. lat. a. 771/3



Bayerische
Staatsbibliothek
München

Digitized by Google

SCHOLIA AD LUCANI LIB. I.

Intentio Lucani in hoc opere est laudare Neronem, et hoc per laudes parentum, scilicet per laudes Iulii Caesaris et Augusti Caesaris, de progenie quorum fuit; atque per laudes istorum voluit venire ad singulares laudes istius, nisi fuisset praeoccupatus morte. Atque ideo laudat eum, ut favorem adipisceretur, et tamen laudes istae secundum veritatem magis sunt dicendae vituperationes, quibus maxime fuit dignus; sed quia aperte non fuit ausus vituperare, ideo taliter scribit, quod utrumque possit ibi intelligi. Alii dicunt, quod sit intentio sua dehortari a civili bello; quod facit ostendendo quanta infortunia inde provenerint. Nam et tale malum inde evenit, quod monstrum habemus principem, quod nunquam haberemus, si illi viverent, quos civile bellum abstulit. Alii dicunt, quod intentio sua sit dehortari discordiam civilis belli, quod maius est; scilicet intendit dehortari, ut nec in animum ducant facere civile bellum. Notandum etiam, quod iste non dicitur proprie poeta, cum poesis dicatur fictio, sed tamen quia in topographiis i. in descriptionibus locorum fingit, inde vocatus est poeta; nam in describendo mutat ipsos portus. — [1]) Solent poetae tria ponere; solent enim proponere et invocare et narrare. Quod iste facit, et dicitur ibi incepisse: *Quis furor, o cives* etc.; et quia exclamatio non videbatur congrua principio, ideo Seneca dicitur apposuisse hos VII versus, in quibus

1) Omisi nonnulla, quae ad historiam belli civilis spectant.

Digitized by Google

patentius proponere notat. Et sive iste proposuisset sive non, tamen dicitur proponere usque illuc: [1]) *Sed mihi iam numen* etc. Et nota quod sunt [2]) duo ordines, unus naturalis et alius artificialis, quo artificiali utitur Virgilius, iste vero utitur naturali; nam ita narrat, ut res gesta est. Nunc litera. [3]) *Bella per Emathios* etc. B. Hos versus primos videtur Seneca addidisse, ut quidam volunt. [4]) VOSS. I. Sciendum, quod a principio iste liber a Lucano non ita est inchoatus, sed taliter: *Quis furor, o cives, quae tanta licentia ferri.* Seneca, [5]) qui fuit avunculus eius, quia ex abrupto inchoabat, hos VII versus addidit: *Bella per Emathios* etc. usque ad *pila minantia pilis.* VOSS. II. Seneca proloquitur in persona Lucani. DORVILL. Hoc principium libri non Lucanus fecit; sed Seneca, avunculus eius, eo mortuo praeposuit superiores versus. BENEDICT.

1. Ideo dicit *bella* [6]) et non *bellum*, quia intentio [7]) sua fuit utrumque bellum scribere, et quod Iulius Caesar fecit cum Pompeio, et quod Augustus Caesar fecit [8]) cum Bruto et Cassio et Antonio. B. Bc. Per hoc quod dicit *per Emathios* et non *in Emathiis*, notat non in uno loco fuisse bella illa, sed per totam terram. *Plus quam civilia* notat hoc primum, quod fuerunt ibi non solum cives, sed et extraneae gentes; et secundum notat ex utraque parte propinquos fuisse. Nec notat multitudinem aliarum gentium, nec de quo populo dicatur. *(et m. al.) Bella* alia iusta, alia iniusta, alia civilia, alia plus quam civilia; iusta contra hostes, iniusta quae fiunt ex furore et ira. B. *plus quam*) utpote inter generum et socerum facta. [9]) *Civile* bellum est, quod est inter cives; *plus quam civile* vero, [10])

1) vs. 63.
2) Cod. *cum sint.*
3) Verba *ideo ponit pluralem numerum vel*, in B. male hic interposita, aperte ad scholion v. *Canimus* vs. 2 pertinent; cf. not. 7.
4) Ex hoc et seq. scholio composuit sua G. Voss. ad Catull. p. 284.
5) Voss. II. *a.* an *autem?*
6) Bc. *Bella dicit.*
7) Bc. *intendit utr. scrib. q. C.*
8) Non legitur in Bc.
9) Voss. pro his habet *Inter civile et plus quam civile bellum hoc distat;* et in seqq. *C. b. est inter cives orta seditio et concitatio tumultuosa, sicut inter Syllam et Marium, qui bellum civile insimul in una gente gesserunt.* Quae cum seqq., teste Spanhemio, manu recentiori in Voss. I. scripta sunt; Voss. II., in quo idem scholion legitur, habet *tumultus. Sic inter*, omisso in seqq. v. *insimul.*
10) Deest in Voss. II.

Digitized by Google

ubi non solum cives, sed et cognati *dimicant*, sicut [1]) inter Caesarem et Pompeium, inter Octavianum et Antonium; si [2]) quidem in tali bello frater contra fratrem dimicat, filius adversus patrem arma portat. [3]) Bc. Voss.

2. *Iusque datum sceleri.* Hoc dictum est ad exaggerationem; ac si dicat ex illo bello hoc evenit, quod loco iustitiae successit scelus. Vel ita dicatur: potestas data est sceleratis, scilicet Caesari et multis aliis. B. i. potestatem vel legem, quia leges iam non non servabantur. Bc. i. e. ius conversum in scelus. Voss. II. Vel *ius* i. victoriam datam scelerato Caesari. Per hoc enim, quod habuit victoriam belli, videbatur quod haberet ius; vel *ius* i. iuris proprium datum sceleri, quia propter rigorem iuris tuendi perpetraverunt [4]) scelus. Lc. *Canimus* [5]) ponitur pro laudare atque ponitur pro dicere; et hic ponitur pro dicere. Et [6]) quia poetae non dicuntur loqui suo spiritu sed divino, ideo [7]) ponit pluralem numerum; vel ideo ut *magnitudinem* rei [8]) notet, sicut solemus dicere *moeror pulsat pectora.* B. Bc. *Populumque potentem.* Istud est descriptio populi Romani, quem nondum per superiorem notavit literam. B.

3. *Populum* dico ex utraque parte *versum in sua viscera, dextra* prius ente *victrici* in extraneas gentes; et quid per *sua viscera* notet subiungit. B. *Victrici*) qua totum orbem vicerat. Vc. *In sua viscera* i. in suos cives contentos in civitate, [9]) sicut viscera in ventre; vel *in viscera* i. in priores, quos decorum est [10]) amare sicut sua viscera; vel *in viscera* i. in senatores et sapientes, qui sapientia sua faciunt vos vivere, sicut viscera vestra servant vitam vestram. Lc.

1) Voss. I. *quale factum est.* Voss. II. *actum* sine *est.*

2) Voss. *si in hac pugna fr. cum fratre dimicavit et pater adv. filium a. portavit;* Bc. *petat* corrupte. Idem scholion exstat apud Isidor. Orig. XVIII, 1 et Raban. Maur. de Univ. XX, 1 p. 243. Cum Bc. consentit scholion Cod. Benedictobur., in quo recte *portat.*

3) Voss. II. pro his *quando gener et socer invicem dimicaverint; lege dimicaverunt* ut ap. Isidorum.

4) Ita pro *perpetrati sunt;* an *perpessi sunt?*

5) Addit alia manus in B. *et ego et alii poetae.* De v. *cano* quae h. l. dicuntur vide ap. Serv. ad Virg. Aen. I, 1.

6) Abest a Bc.

7) *ideo — vel* non leguntur in B.

8) Non legitur in Bc.; in B. est *notaret.*

9) Lc. *civitatem;* postea *ventrem.*

10) Lc. corrupte *d'ōru* sine *est.*

Digitized by Google

4. *Cognatasque acies.* Per hoc notat ex utraque parte fuisse propinquos, quod nondum notaverat. B. Et canimus *certatum* fuisse *in commune nefas* etc. *Foedus regni* vocabimus vel Iuliam, filiam Caesaris, uxorem Pompeii, vel ipsum contra, vel Crassum; nam his viventibus non esset inter eos discordia. Vel illud etiam, quod inter se convenerant, alium non debere offendi per alium, quod iam fregerant. B. Occiso Crasso et exstincta Iulia, uxore Pompeii et filia Iulii. [1]) BC. Occisione [2]) scilicet Crassi et morte Iuliae, [3]) quam Pompeius in [4]) uxorem accepit; qua vivente pax praevaluit inter eos. VOSS.

6. *Commune nefas* ideo dicit, quia, etsi quisque diceret se defendere rempublicam, tamen uterque exercebat nefas. B. Bene dixit *non* [5]) *commune*, quia Pompeius fuerat iustus, Iulius vero non. BC. Quia commune erat omnibus gentibus, et totus mundus paene fuit in bello. [6]) Ordo est: *certatum in commune nefas canimus.* VOSS. Illud nefas commune fuit tam Pompeio quam Caesari. BONGARS.

7. Et quia nondum per superiora plane habemus, in utraque parte principem Romanum fuisse, ideo addit: et *canimus infesta signa obvia infestis signis;* et illa fuerunt Romana; et hoc est quod dicit *pares aquilas.* Romani, quia descenderant a Iove, cuius nuntia est aquila, ideo in vexillis utebantur aquila; vel fortasse ideo, quia aquila inter ceteras volucres fortior est, et ipsi fortiores erant ceteris gentibus. B. *Signa)* Tria principalia sunt [7]) signa legionum: *aquila,* quia [8]) ministravit fulmina Iovi in pugna gigantum; *draco,* propter triumphum Apollinis de Pythone serpente; [9]) *pila* constituit Romulus in signis, unde solummodo arma sunt Romanorum. LB. *Aquilas* Romani in vexillis habebant eo, [10]) quod eadem avis Iovis in armis

1) Idem scholion in Bongars., qui tamen *C. Iul. ext. u. P. f. Caesaris* habet.

2) *Occis.* — *Crassi et* teste Spanhemio absunt a Voss. I.

3) Voss. I. *mortua Iulia.*

4) Deest in Voss. I.

5) Scholiasta hausit *non* e libro minus emendato.

6) *Quia totus — bello* exstant quoque in Bc.

7) Lb. *si genera,* quod correxi.

8) Lb. addit *fuit,* quod delevi.

9) Similia de dracone habet Isidor. Orig. XVII, 3.

10) Apud Isidorum l. l., ubi idem legitur scholion, pro his *Aquilae ideo.* Similia habet Iso ad Prudent. Peristeph. XIV, 148; Schol. ad Horat. Od. IV, 4, 1; Serv. ad Virg. Aen. I, 394. IX, 564; Hygin. Astron. II, 16. et, qui singulis verbis ad nostrum scholion alludit, Fulgent. Mythol. I, 25.

auspicio fuerat. [1]) Nam dum idem Iovis adversum [2]) Titanas proficisceretur, aquilam ei in [3]) auspicio apparuisse ferunt, [4]) quam pro [5]) indicio victoriae acceptam, [6]) tutelae suae auspicatus, [7]) legioni signum dedit. Quo [8]) factum est, ut deinceps militum signis committeretur; unde Lucanus [9]) dicit *signa pares aquilas*. BC. VOSS. I. *Pila* sunt genus gladii, quasi rotundum ex omni parte findens, quo utebantur Romani tantum. B. *Pila* enim sunt hastae solis Romanis convenientes. BARTH. [10]) *Pila* sunt proprie arma Romanorum, sicut cetrae Amazonum, et gesa Macedonum. B. *(m. al.)*

8. Et quia conversi estis in vestra viscera, ideo merito potest vocari *furor*. Et *quis furor?* ac si dicat adeo est dignus, quod dignus est admiratione? B. Incipit primus liber Lucani. VB. Hoc principium libri [11]) Lucanus fecerat; sed Seneca [12]) eo mortuo praeposuit superiores versus. BC. Haec exclamatio poetae est, et hoc principium libri Lucanus fecit. Superiores versiculi ab *eius patruo Seneca* fuerant additi. BONGARS. Huc usque Seneca, modo Lucanus. [13]) PB. [14]) *Quae tanta licentia ferri?* ac si dicat ad malum effectum spectat hoc otium, cum nunc generastis bella, non habitura ullos triumphos. B.

9. *Latium*) i. Romanum. Latium a latendo, quia Saturnus ibi latuit. [15]) LC.

10. *Babylon*) civitas Chaldaeorum, quam Parthi tenebant, qui interfecerunt tertium principem Romanorum. BC.

1) Isid. Voss. I. *fuerit.*
2) Isid. *adversus.*
3) Voss. I. *in ausp. ei.*
4) Ita scripsi ex Isidoro; Bc. *fertur;* Voss. I. *ferebant.*
5) Voss. I. *ex;* Isid. *ille pro.*
6) Voss. I. *tut. suae acceptam;* Bc. *accepta.*
7) Isid. et Bc. addunt *eam.*
8) Voss. I. et Bc. *Quod.*
9) *Lucanus* et seq. *signa* desunt in Voss. I; *dicit* in Bc.
10) ad Stat. Theb. X, 147.
11) Benedictob., qui idem habet scholion, sed ad vers. primum, *non L. fecit;* ridicule.
12) Benedictob. addidit *avunculus eius.*
13) Hanc observationem Scholiastae ad hunc versum et aliis fere triginta MSS. adscriptam vidimus. CORT. Is Seneca profecto non videtur dici Annaeus Seneca, Lucani avunculus, sed aliquis Romae grammaticus, codicum exarator. In Mediolanensi Catulli exemplari, in illa ad Manlium Elegia (LXVIII, 47.) versus aliquis insititius in margine notatus erat his verbis: *Seneca supplevit,* qui videtur idem fuisse. Cf. Voss. Obss. ad Catull. p. 284. 285. (Edit. Lond. 1684). MART. LAGUNA.
14) Bentleio audit Colbertinus.
15) Idem scholion, sensum quod attinet, apud Glossat. ad Priscian. p. 313. ed. Lindem. et Serv. ad Virg. Aen. I, 6; VIII, 322.

11. *Umbraque erraret* etc. Tangit hoc, quod dicebant philosophi, animam illius, cuius corpus insepultum erat, determinate errare usque ad centesimum annum. [1]) B. Anima in coelo, umbra circa sepulcrum, simulacrum descendens ad inferos, manes apud inferos. LD. Quod Crassus errabat quasi insepultus secundum opiniones philosophorum. [2]) Dicebant enim, [3]) quod insepulti [4]) centum annis errarent, nec possent transire Stygiam [5]) paludem. Unde Virgilius: [6]) *Centum errant annos* [7]) *volitantque haec litora circum.* [8]) BC. VOSS. Crassus autem insepultus remansit apud Carras, civitatem Persidis. [9]) BC.

12. *Nullos*) Ex civibus enim, peracta victoria, nullum triumphum habere potuit. Triumphus dicitur *ἀπὸ τοῦ θριαμβοῦ* [10]) i. e. exultatione. BC. Triumphus autem de bellis civilibus non refertur. VOSS.

13. Et quia talia *bella placuit geri*, ideo dico *heu!* et merito lamentor; nam hoc sanguine, quem de vobis funditis, posset totus mundus acquiri; [11]) et hoc dicit notando quatuor partes. B.

15. Orientem notat, ubi dicit *unde venit Titan;* et hoc dicit, quantum ad hoc quod videtur; nam secundum veritatem ab Occidente venit. B. *Unde*) i. e. illa pars potuisset parari Romanorum potestati. BC. *Titan*) Sol dictus est a Titane gigante; nam et ipse deus fuisse dicitur. BC. *Ubi nox sidera condit* pro abscondit. Per hoc notat Occidentem; et hoc dicit quantum ad visum nostrum. Nam veniente luce videtur ante se fugare sidera, per hoc quod non subiacent visui nostro. Et quia in Occidente diutius apparent, ideo dicitur ibi abscondere. B. *sidera*) i. solem. LC. *condit*) volvendo firmamentum. LB.

16. *Quaque dies medius* etc. Et quia etiam apud nos aliquando aestuat, ideo addit omnibus *horis* meridianis *flagrantibus;* et per hoc vult intelligere per totum annum; et per haec verba vult notare meridianam plagam. Vel aliter *qua medius dies;* ac si dicat

1) Similia habet Lc.
2) Bc. et Voss. I., teste Spanhemio, pro his omnibus *quasi insepultus.*
3) Bc. addit *philosophi.*
4) Voss. II. *illi.* Voss. I., teste Spanhemio, *interfecti.*
5) Bc. *stigem.*
6) Aen. VI, 329.
7) Voss. *annis*, quod Spanhemius quoque habet.
8) Lutat. ad Stat. Theb. I, 297. similia habet.
9) Cod. *Persidae.*
10) Cod. *θριαμβοτιν.*
11) Eadem glossa Voss. II.; *superari* Voss. I. Bc.

meridiana plaga exaestuat, et hoc omnibus *horis* diei, quod non fit apud nos. B. *horis*) regionibus. LB.

17. *Et qua bruma* etc. Et quia etiam apud nos est *rigens bruma*, ideo addit *ac nescia vere remitti;* et ideo *adstringit Scythicum* etc. Et per hoc notat septemtrionalem plagam. B. *Bruma* dicitur a *βραχύς*, [1]) quod est breve. LC. *remitti*) i. solvi. LD. VOSS. II. minui. LC. temperari. LB. VOSS. II.

19. Et ex his quatuor partibus Occidens et Septemtrio sunt magis prope Romam; et ideo de remotioribus partibus probat per partes ipsarum partium. Nam in Oriente Seres et Araxes sunt populi; et cum sint ibi multi, isti sunt remotiores. B. *Seres*) populi Indiae adhuc Romanis non subiecti, apud quos Sericum nascitur. [2]) BC. VOSS. *Araxes*) amnis Armeniae, qui ab uno monte cum Euphrate diversa [3]) specie oritur. [4]) Fluvius [5]) pro incolis positus *μετωνυμικῶς*. BC. VOSS. I.

20. *Et si qua iacet* etc. Per hoc notat remotiores partes meridianae plagae. *Iacere* dicitur vel quantum ad *positionem nostram; nam in omni rotundo*, qui in diversis locis sunt positi, videntur alii [6]) sub aliis iacere; vel quantum ad hoc *iacere*, [7]) fictum est a poetis, quia non potest eius terminus inveniri, ex alia parte terrae nasci. Quod inde comprobat, quia alterius naturae sit quam nostrae aquae; non quod sit ibi alia gens, sed quia est terra talis, quod ibi possent vivere, si essent. B. *Si qua* dicit, quia ignoratur ortus Nili, ut Ovidius: [8]) *Absconditque caput, quod adhuc latet* etc. LC. Ortum Nili multi quaerentes, nullus invenire [9]) valuit. Est [10]) unus fluminum Paradisi, qui [11]) in divinis voluminibus Geon [12]) vocatur. BC. VOSS. II.

1) Lc. *brachos.* Rem eodem fere modo declarant Macrob. Saturn. I, 21. p. 327; Sext. Pomp. p. 260, 50. ed. Gothof. et Serv. ad Virg. Aen. II, 472.

2) Voss. I., Spanhemio teste, *est ortum.*

3) Voss. I. *divisa.*

4) Idem scholion apud Isidor. Orig. XIII, 21, ex quo et Voss. recepi *monte* pro *fonte.* Conf. Plin. H. N. VI, 9. *Araxes eodem monte quo Euphrates —— defertur.*

5) Bc. male addit *Germaniae;* Voss. I. *hoc loco fluvium p. i. posuit.*

6) Cod. *aliis.*

7) Addit Cod. male *quod.*

8) Met. II, 255, ubi tamen *Occuluitque.*

9) De re conf. Schol. ad Horat. Od. IV, 14, 45.

10) Voss. II. addit *enim.*

11) *qui — voc.* absunt a Voss. II.

12) Mos. I, 2, 13. גִּיחוֹן; Septuag. *Γεών*, quem Nilum esse censet Ioseph. Archaeol. I, 1, 3, indeque Isidor. Orig. XIII, 21,

21. *tantus*) quantus apparet nunc. LB.

23. Hoc sanguine posset totus mundus acquiri, et ideo verte in illos manus. Si autem inevitabile est, quin fiat civile bellum, devictis aliis in te verte manus, et non adhuc, quia nondum tibi defuit hostis. Hoc ordine esset procedendum; at prius vertisti in te manus; et hoc dicit aequipollenter *at vulnera alta* etc. B. *nondum*) i. habebas adhuc hostes, adversus quos poteras et debueras pugnare. BC.

24. *pendent quod*) Hic [1]) longum hyperbaton est. Nam talis [2]) est ordo: *quod semirutis tectis pendent moenia urbis Italiae,* [3]) *et quod Hesperia est horrida dumis, et inarata* [4]) *per multos annos, et quod desunt manus poscentibus arvis;* horum auctor non fuit [5]) Pyrrhus, nec [6]) Hannibal, sed bellum civile, [7]) quod vos ipsi gessistis. BC. VOSS. *moenia*) proprie muros [8]) significat, abusive etiam aedificia publica civitatis, sicut hoc loco. BC. *tectis*) quia adhuc Italia ruinas patitur priorem bellorum, ita ut cultoribus et habitatoribus egeat. BC.

25. *Italiae*) Italus bos, unde Italia [9]) boves habens. LC.

29. Nunc *Hesperiam* dicit ab Hespero stella, quae in vespere apparet. [10]) LC.

31. *erit*) dicetur. [11]) LC. WITT. *penitus descendere*) expugnare; Italiam pervenire h. e. usque ad intimam. BC. nunquam ad imum pervenire. VOSS.

32. *Vulnus* dicitur *sedere* postquam ad vitalia pervenit. [12]) Re vera *civilis,* nam *nulli contigit penitus* destruere Romam; et ut verum esse pateat, subiungit de his, qui graviores hostes fuerunt Romanorum, ubi dicit *non tu, Pyrrhe ferox.* Et enumerat clades illas,

ex quo Papias sua hausisse videtur; adde Schol. German. Arat. 366, ubi tamen male Gion scribitur.

1) Voss. *Hyp. l. est.*

2) Voss. *N. ordo est.*

3) Voss. in his poetae verbis nonnulla variat, neque tamen magni momenti.

4) Voss. ap. Oudp. *nec p. m. a. arata;* Voss. I., teste Spanhemio, *p. m. a. inarata.*

5) Deest in Voss.

6) Voss. ap. Oudp. *vel;* Voss. I. *et.*

7) Voss., qui reliqua non habet, *civ. bellum.*

8) Conf. Lutat. ad Stat. Theb. VIII, 228.

9) Conf. Serv. ad Virg. Aen. I, 533. Varro R. R. II, 1, 9 et Fest. p. 303, 4. ed. Goth.

10) Similia praebent Schol. Priscian. Perieg. 52. ap. Barth. Advers. XI, 25; Schol. Horat. Od. I, 36, 4 et Serv. l. l.

11) Idem Priscian. Inst. XVIII, 13, 103.

12) Idem scholion in Barth. et Lc.; sed illo *quod,* hic *cum* pro *postquam* et *mersit* pro *pervenit.*

factas per civile bellum, ut ita dicat: non fuit aliquis auctor his cladibus, scilicet quod moenia pendent in urbibus Italiae etc. B. *contigit*) concessum est. VOSS. I.

33. *Venturo*) ad imperium; ironice alludit Neroni crudelissimo. VC. Hic [1]) dolose adulatur Neroni. BC. VOSS. I. *magno*) scilicet pretio; et est adverbium quantitatis. BC.

36. *Gigantum*) Gigantomachiam commemorat. Alii dicunt gigantes Pompeium et Caesarem. Aliter, i. Romanorum, non propter magnitudinem, sed propter potentiam. BC.

37. Hoc et his similia mala evenerunt propter civile bellum; sed tamen, *o Superi*, non conquerimur iam habito Nerone. Quod dico non conqueri, si alia via non potuimus habere tantum principem nisi hac; et ostendit per simile, quod iste magnus magna via debuit parari, sicut *aeterna regna parantur diis magno* labore; et illud ostendit, ubi dicit *coelumque suo* etc. *(et m. al.)* sicut Iovi parabatur regnum magno labore i. per giganteum bellum. B. *scelera*) quantum ad homines; *nefas* quantum ad deos. LC.

38. *hac mercede*) ut Nero veniat et regno potiatur. VOSS. II. i. hac compensatione; ideo [2]) quod gratularetur [3]) Italia, Neronis imperium consecuta; vel [4]) quod ante bella civilia dictatores erant, postea vero [5]) imperatores esse coeperunt, [6]) et Caesares ab ipso Caesare nuncupati; quasi haec sit merces bellorum civilium. [7]) Tale est illud, quod in Cerei benedictione [8]) adulatoria legitur: *O felix culpa*. BC. VOSS. I. Et praeter supra dicta scelera enumerat alia, ubi dicit *diros Pharsalia campos impleat*. Ita loquitur de praeteritis, quasi futura essent; ita enim solent loqui poetae. Eadem dicitur Pharsalia a Pharsalo rege, quae dicitur Emathia ab Ematho rege et Thessalia a Thessalo rege. B. *Diros* dicit, quia ibi [9]) Caesar Pompeium vicit, vel potius quoniam ibi [10]) primo novissimoque pugnatum est. BC.

39. *Poeni saturentur* etc. Per hoc notat illud bellum, quod factum est in Africa post mortem Pompeii,

1) Bc. *Hinc.*
2) Voss. I., teste Spanhemio, *nam.*
3) Voss. I. *gratuletur Italiae*; an *gratulatur sibi?*
4) Non apparet in Voss. I.
5) Voss. I. *veri.*
6) Bc. *coeperint.*
7) Hoc et sqq. non comparent in Voss. I.
8) de qua mihi nil constat.
9) Cod. *ubi.*
10) Cod. *ubi.*

quando omnes effugerunt ad Iubam regem. [1]) Ideo dicit *saturentur manes* illorum, quia Romani multa mala prius fecerant eis. B. Significat bellum civile, quod gestum est in Africa adversum Iubam et Scipionem, socium Pompeii et Petreium sive Curionem. [2]) Quod autem dicit *Poeni manes*, hoc est aut nominativus pluralis aut genitivus singularis, i. e. *Poeni*, subaudi Hannibalis [3]) manes. BC.

40. *Ultima*) extrema, pessima. BC. *Munda* est civitas in Hispania, ad quam effugerunt filii Pompeii post Punicum bellum. Quibus devictis reversus est Romam Caesar, et in secundo anno interfectus est; [4]) et ideo dicit *ultima proelia*. B. *Munda*) civitas Hispaniae, ubi Cn. Pompeius, filius Magni Pompeii, a Caesare occisus est, vix evadente Sexto Pompeio, maiore fratre. *Ultima*, quia rediens idem statim occisus est in Capitolio. LB.

41. *His* supra dictis malis *accedant* ea mala, quae Augustus Caesar fecit. *Perusina fames* etc. Per hoc notat seditionem illam, quam habuit cum Lucio Antonio, fratre Marci Antonii. B. *Caesar*) crudelitas Caesaris. LC. ὕστερον [5]) πρότερον est i. [6]) conversus ordo. Primo enim fuerunt [7]) Mutinae labores, deinde fames Perusina. In Mutina enim obsessus est Brutus ab M. [8]) Antonio; post [9]) Caesar Augustus, collectis militibus, Antonium Perusiae [10]) obsedit et fame compulit ad deditionem. BC. VOSS. *Perusia* civitas Italiae, ubi L. Antonius, frater M. Antonii, triumvir oppressus est ab Augusto, et terribilem famem passus se dedit. *Mutina* civitas est Galliae, ubi M. Antonius Decimum Brutum, provincia a Caesare data et per senatum confirmata, obsessum expellere nitebatur. Sed Augustus Antonio victo per Agrippam Brutum liberavit. BC.

42. *Et quas premit* etc. Per hoc notat navale bel-

1) Eadem verba in Lc. omisso *illud;* et *fugerunt* pro *effug.*

2) Bc. *Curionis.*

3) Bc. *Hannibali;* sine caussa laborat Scholiastes. CORT.

4) Idem scholion in Lc. omissis *est, post Punicum bellum* et *est* post v. *revers.* et *interf.;* sed addit *in Capitolio;* mutata sunt *fil. Pomp. fugerunt* et *Caes. Romam.*

5) Voss. ὑστεροπρότ.

6) *i. — ordo* absunt a Voss.

7) Voss. *M. l. fuerunt.*

8) Non legitur in Bc.

9) Ita Voss. I., teste Spanhemio; *priusquam*, teste Oudp.; *et* Bc.

10) Bc. *Perusii*, ut post *Perusium.*

lum, quod habuit cum Cleopatra. Leucadius est mons, ubi pugnaverunt. B.

43. *Leucas*) Mons [1]) est in Epiro iuxta litus. Significat [2]) autem Actiacum [3]) bellum. Apud [4]) Leucadiam M. Antonium Caesar [5]) navali proelio [6]) superavit; et [7]) Lucanus [8]) feminino genere posuit, Virgilius masculino: [9]) *Totumque instructo Marte videres fervere Leucaten.* BC. VOSS. *Et ardenti servilia* etc. Per hoc notat illud bellum, quod fecit Agrippa cum minore filio Pompeii in Sicilia; nam mortuo maiore fratre apud Mundam effugit in Siciliam, ut ibi exerceret piraten. [10]) B. *Aetna*) Mons [11]) est Siciliae, iuxta quam servile bellum actum est ab Augusto adversum [12]) Sextum Pompeium, Cn. Pompeii filium, qui [13]) ergastulis solutis et [14]) secundum civile bellum firmavit. In Sicilia enim Sext. Pompeius piraticam exercuit. BC. VOSS.

44. Et quamvis multa mala evenerunt per civile bellum, tamen quod per illud tantum rectorem habemus, ideo, o Roma, multum es adhuc debita civili bello. Nam ad [15]) utilitatem tuam est res haec acta. B.

45. *tibi*) in tuum honorem, vel in tuam voluntatem. BC. *statione*) i. vita vel vitae termino; i. vice et sorte regnandi. BC.

46. Et inde patet, quod Roma multum debet laetari de tanto principe, cum etiam ipsi dii laetabuntur, finito hoc spatio vitae; et hoc est quod dicit *regia praelati coeli excipiet te* etc. B. *serus*) tardus senex. Bene *serus;* ut diu regnet in terris. BC. *praelati*) superioris. LC. excelsi, satis lati, valde [16]) elati. BC. VOSS.

1) *mons — litus* non exstant in Voss.

2) Voss. *Intelligit* sine *autem.*

3) Voss. *bell. Act.*

4) *Apud — superavit* non leguntur in Voss. teste Oudp., sed Spanhemio auctore sunt in Voss. I. et II., qui *Leucam* praebet; Bc. *Leucaniam.*

5) non legitur in Voss. I. II.

6) Voss. I. II. *bello.*

7) Iidem *ubi.*

8) Oudp. cum Spanhemio *nota Lucanum f. g. posuisse, Virgilium.*

9) Aen. VIII, 676. Voss., *ut* addito, in seqq. *instructo Marte* non habet.

10) Nove dictum; an *piraticen?*

11) Pro his Voss. *Quae Augustus gessit.*

12) Voss. *adversus.*

13) Deest in Bc.

14) *et — Pompeius* non sunt in Voss., teste Oudp., qui habet *ibi.*

15) *ad ut t.* eadem in Voss. II. et apud Omnibonum.

16) *vald. el.* non exstant in Bc. Eodem modo explicatur *praeferre* a Lutat. ad Stat. Theb. XII, 470. *maius efferre.*

47. Polus proprie vocabitur ipse axis coeli, qui in ipso coelo magis laborat; et quamvis hoc sit, tamen non erit ei iste pondus. Re vera gaudebit polus; nam omne numen [1]) concedet tibi proprium ius, quod ibi habet. Quod apparet in ipso Iove et Phoebo; et hoc est quod dicit *seu sceptra tenere* etc. B. Zeugma est et ordo: [2]) *seu iuvet sceptra tenere, seu flammigeros Phoebi conscendere currus, seu iuvet tellurem vago igne lustrare nihil mutato sole timentem.* BC. VOSS. I. *polo*) i. diis gaudentibus. LC.

48. Et merito Phoebus concedet tibi currus; nam terra nihil timebit *mutato* te rectore solis, ut quondam timuit pro Phaethonte. Solem vocat *vagum* ideo, quia non est in ipso firmamento, sed volvitur contra firmamentum; et inde dicitur erraticus. B.

49. *mutato*) i. te posito loco solis. LC. quamvis. LB. *timentem*) Sicut timuit, quando Phaethon, [3]) Solis filius, patris sui currum rexit male, et terra incensa est. BC. Propter Phaethontem dictum est, qui currum patris male rexit. [4]) VOSS.

50. *Igne*) Legitur et *ignivago*, una parte orationis. BC. *Vago* i. e. obliquo, quia strabus [5]) erat. Latenter carpit Neronem. BC. VOSS. I.

51. Dii *concedent* etc.; et etiam omnis creatura *relinquet esse tui iuris*, ut sis *deus quis velis;* ac si dicat subiiciet se tibi et *relinquet* hoc tibi, *ubi* velis *ponere regnum mundi* i. te [6]) regem mundi. *(et m. al.)* Vel ubi vis transferre *regnum mundi*, scilicet Romam vel in aliam urbem. B. *iuris*) i. in potestate tua sit. Physice naturam pro Iove posuit. BC.

52. *Quis*) i. cuius elementi [7]) dominari velis. BC. VOSS. I. *Cedetur tibi ab omni numine*, sed tamen videndum est, in qua parte coeli ponas sedem; et aufert ei quatuor partes. B.

53. *Neque legeris in Arctoo.* Arctos [8]) est stella,

1) B. *nomen*, quod correxi. *Omne — ius* in Lc. quoque leguntur.

2) *et ordo* absunt a Voss. I., qui tamen *coeli* post *seu* addit.

3) Cod. *fetons.*

4) Similia habet Lb.

5) Voss. I. *qui strabo fuit*, post v. *Neronem.*

6) *te reg.* in Lc. quoque.

7) Genitivus per graecismum, conf. Minuc. Fel. 12, 5; in Voss. I. est Dativus.

8) B. *Arctuus.*

a qua septemtrionalis plaga accepit nomen. B. Notat eum strabonem; ubi dicit *aetheris*, notat [1]) eum pinguem; *nullaeque obstant*, notat eum calvum. LC.

54. Abstulit ei superiorem axem; nunc aufert ei inferiorem, ubi dicit *nec polus adversi* i. contra nos versi etc. *(et m. al.) Vergitur* dicit propter declivitatem, quia ibi polus declivus est. B. inclinatur. VOSS. I. TURR. RICHEL.

55. Et hac de causa non potes in illis poni locis, quia obliquato *lumine* videres *tuam Romam*; et per hoc notat eum fuisse strabonem. [2]) B. *Obliquo*) quia luscus erat Nero. LD. oculo strabone. VC. Allusit; strabus enim Nero fuit. [3]) Ideo *obliquo sidere*, quia Nero torvum [4]) oculum habuit. VOSS. I. II. BC.

56. Nunc vult ei auferre Orientem et Occidentem, ubi dicit *si* autem *presseris unam partem* etc.; ac si dicat tanta est moles tua, quod impedietur *axis* sive in Oriente sive in Occidente ponaris; et per hoc notat eum pinguem et herniosum [5]) fuisse. B.

57. *Sentiet*) Decenter iocatur poeta in [6]) Neronem; quia [7]) strabo et ramicosus i. herniosus, ideo dixit [8]) poeta illum et premere coelum pondere, et videre Romam *obliquo sidere*. BC. VOSS. II. Hic quoque allusit; fuit Nero corporis crassi et obesus. VOSS. I.

58. Et auferendo ei has quatuor partes, cum totum firmamentum his quatuor tantummodo constet, aufert ei totum firmamentum. Nunc concedit ei ipsum aetherem, qui est inter firmamentum et aerem, ut ita dicat: in aliqua parte ipsius firmamenti non potes esse, *tene* igitur *pondera* i. te ponderosum in *medio orbe coeli librati* et mensurati a te. Vel aliter: *tene pondera librati coeli;* q. d. pondera ipsum coelum, et eo librato teneas te in *medio;* et illa tota pars tibi soli serviat. Et cum nullum corpulentum possit in aethere esse, aufert ei etiam hanc partem, etsi non ita aperte hoc notet. B. *medio*) ut de proximo feras

1) *notat* et seqq. in Lb. quoque; similia Ld.

2) *per — strabon.* excepto v. *fuisse* in Lc. quoque a man. alia leguntur.

3) *Allus. — sidere* desunt in Bc.

4) Bc. *tortum.*

5) Ita scripsi pro *ermosum.*

6) *in* deest in Voss. II.

7) Bc. *qui quia;* Voss. II. *nam* sine *strabo et.*

8) Voss. II. *dicit,* et pro seqq. *sentiet axis onus.*

civibus i. e. urbi auxilium. VOSS. I. Modo consilium dat, ubi sedem ponere debet. BC. *sereni*) Alludit ad calvitiem; i. ubi semper serenum sit, noli ponere sedem. BC.

59. Et *nullae nubes* obstabunt nobis a te, Caesar. Per hoc notat eum fuisse calvum. [1]) B. *vacet*) vacua sit a tempestate. LC. serviat tibi. [2]) VC. *obstent*) obstaculum praebeant vel noceant. Caesare igitur in deorum numero relato, neque nubium obstacula patiemur, nec pestilentiam metuemus. Per hoc vult [3]) poeta monstrare, esse quasdam mundi partes penitus nubibus carentes, perpetuaque serenitate fruentes. BC. *Caesare*) Quia dicitur sidus esse in coelo. LD. *nubes*) densitas capillorum. LC. i. e. cum Caesar [4]) factus fuerit deus, nullae nubes ab eo missae mortalibus [5]) nocebunt. VOSS. I. BC.

60. Quia *nullae* nobis obstabunt tunc *nubes*, ideo optamus te fieri deum; et adhuc alia de causa. Nam summa fiet pax per totum mundum; et hoc est quod dicit *tum genus humanum* etc. B.

62. *Ferrea belligeri* etc. Per hoc notat quod sub aliis principibus aliquando fuit templum iam apertum, scilicet in tempore belli, aliquando firmatum, in tempore pacis scilicet; sed in tempore istius semper apertum, quo mortuo statim erit pax. B. *compescat*) claudat, ne aperiantur. BC. *Iani*) Duo Iani fuerunt, [6]) unus qui praeerat bellis, cuius templum extra murum [7]) civitatis erat, quia bellum a civitate longe [8]) debet fieri; cui [9]) etiam omne initium consecrabant. Alter erat pacificus, templum in civitate habens, quia intra civitatem pax semper esse debet. BC. VOSS. I. Ut Virgilius: [10]) *Centum aerei claudunt vectes aeternaque ferri robora; nec custos absistit limine* [11]) *Ianus.* VOSS.

63. Nunc facit invocationem, et dicit, quod non oportet eum invocare Apollinem vel Bacchum, si hunc

1) Similia habet Lc. et Lb.

2) Eadem Omnibonus.

3) Bc. *nolens*, quod correxi.

4) Non legitur in Voss. I.; *fueris* Bc.

5) Bc. *noc. mort.*

6) Voss. I. *fuere.*

7) Voss. I. *ext. civitatem.* De duobus Iani templis cf. Serv. ad Virg. Aen. VII, 607.

8) Voss. I. *longe a civ.*

9) *cui — consecr.* absunt a Voss.

10) Aen. VII, 609.

11) Voss. I. *limite.*

habuerit, **cum** apud eum iam sit tantum numen; ut ita dicat: **alii tandem** habebunt te deum, sed mihi iam es numen; [1]) **et** *si* ego *vates accipiam te in pectore,* non *velim sollicitare* aliquem deorum. B. Iste non utitur invocatione **more** poetarum, sed quadam derisoria. B. (*man. al.*) *Sed iam*) i. quamvis, postquam in coelum fueris receptus, **in deum** transferaris, tamen adhuc vivens *mihi numen* i. **deus** es. BC. *numen*) a me iam Deus haberis. VOSS. Si tu in mente fueris, non consulam Apollinem, ut faveat meo carmini, quia ipse non est te maior. BC.

64. **Cirrha et** Nysa sunt duo vertices Parnassi montis; et **in Cirrha** colitur Apollo, in Nysa Bacchus. [2]) B. In [3]) *Cirrha* Apollo templum habet, ubi et colitur; Bacchus **vero in** Nysa, ideoque Nysaeus vocatur. Inde dicit *Cirrhaea* i. Apollinea, a monte Cirrha. Apollinem *intellige.* Sensus est: si tu, o Caesar, [4]) repleveris pectus **meum**, non est necesse, ut invocem Apollinem, **aut Liberum**, quia tu sufficies. [5]) BC. VOSS.

65. *avertere*) i. precibus evocare; nam licet diversis locis **dii** *colantur,* tamen *in quibusdam principales* sedes **possident.** BC. *Nysa*) Mons, ubi Liber colitur, ut Virgilius: [6]) *Liber agens Nysae celso de vertice tigres.* VOSS.

66. *satis*) Quod ita scelestus es, sicut scelesta est **materia belli** civilis. VC. i. sufficiens. Adverbium est **loco nominis.** BC.

67. **Facta** propositione et invocatione deberet statim narrare, ut res gesta est; sed prius ostendit quae **fuerunt** causae huius tanti belli. Ostendit quasdam causas apertas, quasdam occultas, quasdam communes, **quasdam** privatas. [7]) Et quare hoc faciat, ipsemet **ostendit,** ubi dicit innatis [8]) causis aperiatur *immensum opus,* ac si dicat ut magis pateat ipsum effectum; et dicemus quod sit pars ipsius narrationis, cum ipsam **maxime** aperiat. Et possumus quodammodo iungere ut dicamus, propositione et invocatione facta expe**tent,** ut ipsam rem narremus, [9]) sed tamen *animus* **me inducit,** ut prius ostendam *causas* tantorum bello**rum,** et per hoc *aperiatur immensum opus.* B. Omnis

1) Similia sunt in Lb.
2) Fere eadem in Lb. et Lc.
3) *In Cirrha — Apollinea* absunt a Voss.
4) Voss. *tu C. p. m. r.*
5) Voss. *sufficis.*
6) Aen. VI, 806, ubi Serv. fere eadem habet; *Mons — col.* in Bc. quoque.
7) Similia in Lb.
8) B. *in natis.*
9) B. *narraremus.*

narratio debet esse vera vel verisimilis. Cum vera esse videtur, [1]) proponit tales causas, quae possent illos promovere ad bellum et ad discordiam. B. *(man. al.)*

69. *Causas expromam*, scilicet dicam quae fuit illa causa, quae *impulit in arma* etc.; et, quod maius est, dicam *quid excusserit pacem* de toto orbe. B.

70. Nunc incipit dicere causas. Dispositio deorum invidiosa Romanis fuit causa; ac si dicat ipsi dii fuerunt causa. Et istud etiam fuit causa, quod ipsae *summae res* in natura hoc habent, quod *negatum* est eis *diu stare.* Tertia [2]) est ista, lapsus qui fiunt *sub nimio pondere;* quia pondus est nimium, oportet ut sint graves; et ideo per partes suas oportet ut fiat. B. Fatale enim erat stragem Romanorum fore, ut Sibylla in portis Romae scripsit th r. et ũf. [3]) LC. *Fatorum*) Fatum est, ut Stoici dicunt, praecedentium subsequentiumque perplexio more catenae. LB.

71. *graves lapsus*) Populi Romani sub nimia potestate *graves* sunt *lapsus*, quia quanto altior gradus, tanto gravior casus. Unde Claudianus: [4]) *Tolluntur in altum ut casu graviore ruant.* GUELF. Hic sequitur Epicureos, qui interiturum mundum opinionibus colligunt. BC.

72. Quarta est causa, quod ipsi Romani non patiebantur sese; [5]) nam Pompeius noluit habere parem, nec Caesar maiorem. Et quia Romanum imperium fuit nimii ponderis, oportuit ut lapsus illi per partes suas fierent; et hoc per similia ostendit: sicut elementa quatuor, si caderent, oporteret ut ruinam illam haberent a se ipsis, et non ab aliquo; et hoc est ubi dicit *sic petent ignea astra pontum* [6]) etc. B. *compage*) coniunctione elementorum. LC.

73. *Cum suprema hora coegerit tot secula mundi* i. mundum, manentem per tot secula; *(et al. man.) supremam horam* vocat bellum, quod fuit in Emathia, quod ultimum fuit omnium praeteritorum, quia et antea civilia bella fuerunt. B. *coegerit*) i. simul duxerit. LD. ad finem compulerit. LB.

74. Quam [7]) dicit sic, subiungit, *soluta compage hora*, dico, *repetens antiquum,* [8]) scilicet *iterum chaos;* et ex

1) Bc. *videatur.*
2) Idem scholion in Lb.
3) Ita Lc. dubio sensu.
4) Rufin. I, 22, ubi est *lapsu* pro *casu.*
5) Idem scholion in Lc.
6) Correxi *portum.*
7) B. *Quo.*
8) B. *antiquitatem.*

illa solutione tanta mala [1]) evenient *fratri contraria* etc. Et eodem modo multa mala evenient de solutione Romani imperii. B.

76. Sol petet fontes ad munimentum sui. LC. *extendere*) i. in se retinere mare. BC. i. contrahet. LD. Quod erit cooperta tota aquis. VC.

77. *Excutiet*) ab alveo suo. LC. Ipsa tellus deiiciet, scilicet se, supra terram, vel a se mare. BC. *fretum*) extra litus egressum occupat terras. BC.

78. *Obliquum orbem* bene dicit de luna; per totam enim latitudinem Zodiaci vagatur; vel *obliquum orbem* ipsum Zodiacum dicit. BC. VOSS. *obliquum* dicit, quia luna non recto currit circulo, unde Virgilius: [2]) *Hic canit errantem lunam.* BC. *bigas*) regimen; bigas propter crementum et detrimentum; [3]) (*et man. al.*) Quadrigae et bigae et trigae a numero equorum sunt dictae. [4]) Bigas attribuunt lunae, quia die ac nocte videtur. [5]) Iungunt ei equos, unum album, alterum nigrum, propter albedinem diei et nigredinem noctis. LB. Currus propter duas qualitates, scilicet humiditatem et frigiditatem. LC. Luna idcirco bigis vehi dicitur, [6]) quia die et nocte videtur. BC. VOSS. Sol vero quadrigis, quia quatuor sunt diei mutationes, et quatuor anni tempora. [7]) BC. *orbem*) circulum suum. VC.

80. Et quia nec terra, nec sidera, nec cetera volent suum officium exercere; ideo [8]) *machina* illa facta *discors turbabit secula.* B. Romanorum collisio totum mundum movit. LB.

81. Et non mirum, si hoc erit; nam omnia *magna* ex hoc, quod sunt magna, hoc habent, quod *in se ruant;* [9]) hoc habent etiam a dispositione deorum, et hoc est quod dicit *numina* ita concessere magnis rebus crescere, ut etiam liceat eis decrescere. Istud [10]) dixit in totum; nunc de Roma singulariter, ubi dicit *nec gentibus ullis* etc.; et est illatio a toto. B. *In*) per se. LC. VC. *ruunt*) festinant ista contra se in sui destructionem, vel versus se. LB. Sensus hic [11]) est: sem-

1) Suprascr. *e.*
2) Aen. I, 742.
3) Eadem contendit Serv. ad Virg. Aen. V, 721.
4) Fere eadem habet Isidor. Orig. XVIII, 36. et Ioann. de Ianua.
5) Haec et seqq. hausta videntur ex Schol. ad Germanic. Prognost. p. 111. Buhl.
6) Voss. *dic. veh.*
7) Similia habent Isidor. l. l. et Ioann. de Ianua.
8) Fere idem scholion in Lb. et Lc.
9) Fere eadem in Lb.
10) Similiter Lc.
11) Bc. omissis reliquis: *S. non fort.*

per magna in se concidunt; nam nec fortuna gentes aliquas [1]) concitavit in populum terrae pelagique [2]) potentem i. Romanos; nec [3]) invidiam hostibus commodavit, ut ipsi urbem opprimerent; sed quia *in se magna ruunt,* ipsos contra se pugnare [4]) Romanos compulit. Hinc Horatius: [5]) *Saepius ventis agitatur ingens pontus, et celsae casu decidunt turres, feriuntque summos fulgura montes.* BC. VOSS.

82. *Hunc modum*, ut, quamdiu [6]) concorditer et sine attollentia [7]) se haberent, crescerent et starent; quando vero discordare et superbire coepissent, omnino caderent. LB. *gentibus*) i. non extraneis gentibus, sed ipsi Romani fuerunt causa belli. LC. i. *gentibus* non *ullis* impugnantibus, talia passus est, quae Fortuna non sivit, ne qua gens de eo glorietur. BC.

85. Item dat alias causas tantarum rerum, ubi dicit *tu, Roma,* in hoc, quod *facta* es *communis tribus,* fuisti *causa* horum *malorum*; et etiam ipsum pactum, quod inter se fecerunt. Quod nisi fecissent, non tam graviter nunc pugnassent; et hoc est quod dicit *et foedera regni missi in turbam.* B. *communis*) notat ambitionem. LB.

86. *In turbam*) inter plures. LC. i. in multos, [8]) ut modo. LD. *missi*) populariter commissi. VC. Pompeium, [9]) Crassum et Caesarem dicit, quia [10]) regnum non potest stare, si multi reges fuerint. Dicit autem *μοναρχειαν* esse debere. BC. VOSS. *feralia*) quia quanto amicitiores, [11]) tanto sunt inimiciores. LC. i. noxia, non utilia. Seneca: [12]) *regnum non capit duos.* GUELF. *foedera)* amicitiam dicit Iulii et Pompeii, quae bello finita est. BC.

87. Ego dico *foedera*, sed nunquam sunt dicenda *foedera;* et quia non sunt *foedera, o male concordes,* [13]) quid profuit vobis ea facere; et *quid* profuit *miscere*

1) Voss. *al. gent.*
2) Voss. *et pelagi.*
3) *nec — opprim.* absunt a Bc.
4) Voss. *pugn. iussit Rom. et a se deleri*, reliquis omissis.
5) Od. II, 10, 9.
6) Ita pro *diu.*
7) i. superbia, vocabulum hac certe significatione nondum notatum.
8) Eadem Bc.
9) *Pompei. — dic.* absunt a Bc.
10) Voss. *q. numquam st. potuerunt foedera, si plures r. facti sunt.*
11) Forma comparativi, quam MSS. omnes tuentur in Apuleii Apolog. p. 286, 17 Elmenh., fortasse ab adverbio *amiciter* derivanda. Ioann. de Ianua v. *amicus* discriminis causa formatum esse contendit. Idem scholion erat infra vs. 112.
12) Locum non inveni.
13) Fere eadem Lb.

vires vestras in augenda republica? Non profuit, quia, dum mundus erit, nunquam inter vos erit concordia. B. *male* pro *non*, ut dicimus masa [1]) pro consona, vel ut male sanus. BC.

88. *miscere*) simul iungere. BC.

89. *in medio*) in communione [2]) *(et man. al.)* in commune. Virgilius: [3]) *in medium quaerebant* i. in commune. BC.

90. Aer ex omni parte terrae est, et in ipsa terra, et inde dicitur, quod sustineat terram. B. Terra quoque ab aere elevatur, unde et aer dictus *ἀπὸ τοῦ ἀείρειν* i. a ferendo. BC. *longi*) quia numquam quiescit et circa mundum currit. BC.

91. In solstitio adaequatur nox diei, et tunc nox tot signa dicitur habere, quot dies. Vel ut [4]) per noctem intelligamus lunam; nam luna *per* tot *signa* agit cursum suum, per quot sol, et citius. B. *totidem*) Hoc diebus aequinoctiorum fieri constat, quando sex signa in die et sex in nocte volvuntur; [5]) alias numquam eodem numero *signa per noctem et diem* volvuntur. *Positio* namque *Zodiaci* talis videtur, ut omni hora sex signa supra terras, sex infra contineat; et cum unum oritur, aliud occidit; sicque fit, ut secundum mutationem dierum ac noctium aliquando plura per diem, aliquando plura per noctem volvantur. Naturalem ordinem expressit; ab initio enim mundi usque ad adventum salvatoris nox sequebatur diem; postea vero constitutum est, ut dies noctem sequatur, causa certi mysterii. BC.

92. Vobis entibus *sociis regni* non erit *fides;* nam nulla *potestas* est patiens *consortis*, quod non credatis, si quis aliter dixerit; et hoc est quod dicit *nec ullis gentibus credite* aliis. [6]) Non enim oportet aliunde exempla petere, quia ** [7]) constitutione Romae hoc evenit per fraternum sanguinem. Notat Remum et Romulum. B. *consortis*) Hinc Statius: [8]) *Summo dulcius unum stare loco sociisque comes discordia regnis.* BC.

93. *nec gentibus*) Non hoc vero ita esse credatur, quia aliquae [9]) gentes passae sunt; sed quia vos ipsi

1) An *malesona pro nonsona?*

2) Eadem Lc. et Voss.

3) Ge. I, 127, quae Serv. eodem modo explicat.

4) Fere eadem Lb. et Lc.

5) Cod. *volvantur.*

6) Bc. *aliter*, correxi ex Lc., qui fere eadem habet.

7) In B. lacuna; fort. addendum *in.*

8) Theb. I, 129.

9) An *aliae?* Conr.

Romani. VOSS. i. non est necesse, ut huius rei exempla ab exteris gentibus quaerantur, sed a vobis ipsis. BC.

95. *Fraterno*) Romulus occidit Remum fratrem, ut testatur Ovidius in Fastis: [1]) *Quis aut muros, aut factam vomere fossam transeat, audentes talia dede neci.* GUELF. *sanguine* Remi videlicet, qui a fratre eius Romulo occisus est. VOSS.

96. *pontusque*) Non erat tale imperium, quale modo; si pro modico tale scelus fuit, quid pro orbe terrarum? — i. non extendebatur imperium tunc per maria et terras sicuti nunc. Simile huic Statius: [2]) *Necdum cura mero committere gemmas atque aurum violare cibis, sed nuda potestas armavit fratres: pugna est de paupere regno.* BC.

97. *commisit*) consociavit vel commisit ad asylum. LC. *asylum*) Nepotes Herculis primi asylum fecerunt i. e. locum [3]) refugii, in quod fugientes propter metum regum, quorum parentes Hercules interfecerat, salvarentur. Ad cuius similitudinem Romulus et ipse fecit asylum Romae, ubi rei confugientes salvarentur, [4]) cum quibus postea Romam construxit. Unde Iuvenalis: [5]) *primusque tuorum aut pastor fuit, aut illud, quod dicere nolo* i. e. criminosus aliquis. BC. LD. Romulus cum non haberet, cum quibus civitatem construeret, aedificavit asylum i. domum [6]) refugii, ad quod cum fugerent rei, eorum [7]) auxilio construxit civitatem. [8]) LB. VOSS. Dictum autem est asylum quasi asyrum, quod inde nullus extrahi posset; et hoc non [9]) omnibus templis, nisi quibus consecrationis lege concessum est. LB.

98. Istud fuit interpositum, nunc ad principalia. [10]) Foedera fecistis, sed parum illa manserunt, et nec tunc etiam sponte vestra; et hoc est ubi dicit *temporis angusti* etc. B. *discors*) quia extra ostendebant hanc concordiam, intra vero habebant discordiam. LC. *Concordia* in simulatione, *discors* in mente et tandem in opere. LB. Quasi *κακοζήλῳ* est usus; [11]) si *discors*,

1) IV, 839.
2) Theb. I, 149.
3) Bc. *locus.*
4) Deest in Ld.
5) VIII, 274. Eadem in Voss. leguntur; desunt in Ld.
6) Lb. *templum;* sed *domum* habent Papias, Ioann. de Ianua et Gloss. Prudent. Symmach. I, 196.
7) Voss. *horum.*
8) Voss. *civ. constr.*
9) Lb. *nomen;* correxi e Serv., qui fere eadem habet ad Virg. Aen. II, 761.
10) Eadem Lc.
11) Bc. *Q. toxo Yea Aon est usi;* Voss. *Est q. κ. si.*

quemadmodum *concordia?*[1]) sicut Virgilius:[2]) *via dividit invia terras.* BC. VOSS.

99. *Non sponte*, nam solus Crassus fuit causa; et hoc modo fuit causa, sicut *Isthmos*, positus inter duo maria, dividit ea; si separaretur, convenirent. Sic mors tua fuit causa, quod isti convenerunt; et hoc dicit aequipollenter *sic ubi Crassus*, prius *dirimens saeva arma ducum*, postquam *maculavit* etc. B. *non sponte*) quamdiu Crassus vixit, non ausi sunt Pompeius et Caesar pugnare propter eum. Ideo pax inter illos[3]) non sponte fuit. BC. VOSS. *Isthmos* Achaiae provinciae mons est, inter duo maria constitutus, inter Aegaeum videlicet et Ionium. Nam Achaiam provinciam ita duo maria circumdant, ut insulam facerent, nisi utrumque pelagus obiectus Isthmos interiaceret. Statius:[4]) *Quaque obiacet alto Isthmos, et a terris maria inclinata repellit.* BC. Angustissima et tenuis terra in mari dicitur Isthmos; hic autem separationem inter mare Ionium dicit et Aegaeum.[5]) VOSS.

102. *conferre*) convenire[6]) *(et al. man.)* pro passivo. LB. i. conferri. LC.

103. *Ionium* mare dictum ab Io, Inachi regis filia, quae a Iunone in vaccam conversa mare, quod nunc ab ea Ionium dicitur,[7]) transiens ad Aegyptum pervenit, ibique postea regina Isis fuit, ad priorem formam reversa. Illud etiam mare Bosforum dicitur, quasi bove perforatum. *Aegaeum* autem mare dictum ab eo, quod rupem in medio sui habeat, quae a longe intuentibus similitudinem caprae habere videtur. *αἴγα*[8]) namque capra dicitur. BC. *franget*) Subaudi se in Aegaeo, collidendo se cum illo. LB.

105. *Assyrii* sunt populi.[9]) *Carrae* sunt civitates in Assyria; nam hi populi et multi alii convenerant cum Parthis. B. *Carrae*) civitas Mesopotamiae, condita a Parthis, ubi Romanus caesus est exercitus.[10]) BC.

106. Ubi dicit *Parthica damna solverunt* etc., idem valet ac si dicat,[11]) Parthi interficiendo Crassum fuerunt

1) Voss. *concors.*
2) Aen. III, 383; absunt a Voss.; in Bc. additur *quia.*
3) Voss. *n. sp. f. int. ill.*
4) Theb. IV, 61.
5) Similia habet Bc.; cf. et Lutat. ad Stat. Theb. I, 120.
6) Voss. addit *in unum.*
7) Cf. Philargyr. ad Virg. Ge. III, 153.
8) Bc. *ega* pro *αἴγα*, de qua forma vide Valcken. ad Ammon. p. 230; de re ipsa cf. Varro L. L. VII, 2. p. 308. Speng. et Festum v. *Aegeum.*
9) Eadem Lc.
10) Fere eadem Isidor. Orig. XV, 1. p. 1185. Goth.
11) Eadem Lc.

causa, quare isti discordiam habuerunt. Solvistis furorem, quod minime credidistis; et hoc est quod dicit o *Arsacidae, plus illa vobis* etc. BC. *solverunt*) solvi fecerunt. LC. Amphibolia; non enim Parthi passi sunt, dicit, damna; sed quae Romanis, interfecto Crasso, Parthi intulerunt [1]) ad bellum civile, quia Romanis inter se bellantibus illi securi a bellis quieverunt. BC. *damna*) Quae populo [2]) Romano fecerant Parthi, quando occidentes Crassum tulerunt ab eo signa Romana. BC. VOSS. *Romanos* autem *furores* Pompeii et Caesaris dicit. VOSS.

108. *Arsacidae* vocantur ab Arsaco rege. B. Persae a rege *Arsaco* nominati; [3]) sciendum tamen quod, [4]) sicut *Caesares* omnes Romanorum reges vocantur, ita *Arsacidae* omnes reges Persarum appellantur a nomine unius [5]) regis: (*et man. al.*) sicut apud Albanos Silvii. BC. *bellum*) deest nam. BC. *dedistis*) quia per vos commotum. LC.

109. Et quod *plus* fecistis, inde patet; nam nunc *dividitur* Romanum imperium *ferro,* [6]) quod non oporteret, cum utrisque satis sufficeret; et hoc dicit aequipollenter *fortuna potentis populi non cepit duos* i. non sufficit illis duobus, cum tamen tam magna esset. B. *potentis*) Quasi diceret *fortuna,* quae totum mundum *cepit,* duos retinere non potuit. BC.

112. *Ferales*) Vel quia cito mortua est, vel quia foedior est fama belli inter generum et socerum. LB. *taedas*) i. nuptias. *Taeda* genus arboris; *taedae* dicuntur faculae, a quarum luce antiqui nuptias celebrabant. Noctis enim tempore ipsas faciebant, unde et taedae pro nuptiis ponuntur. BC. *Taedas* i. omnem amicitiam; *(et man. al.)* fidem et sacramenta. LB.

113. *Iulia* filia Caesaris, quam pro confirmanda amicitia Pompeio dedit in uxorem, qua mortua Pompeius accepit Corneliam, filiam Metelli, quae ante fuerat uxor Crassi. — Parturiens Iulia cum ipso partu absumta [7]) est ante bella civilia. BC.

114. Item ostendit alias causas, quod non [8]) sponte ducum fuit illa tantilla concordia; nam filius [9]) et

1) Bc. *intulerunt. Quae Parthi intulerunt.*
2) *pop. Rom.* absunt a Bc.
3) Eadem Voss. sed *Parthi* pro *Persae.*
4) Bc. *quia.*
5) Bc. *anuis;* de re ipsa cf. Serv. ad Virg. Aen. VI, 760. XII, 529.
6) Fere eadem Lb.
7) Bc. *assumpta.*
8) *non — causa;* eadem Lc.
9) B. *filii.*

uxor Iulia fuerunt causa, et adhuc essent; et hoc est ubi dicit *quod*, i. propter quod, *si tibi fata dedissent* etc., sicut fecerunt olim Sabinae mulieres. B. *Intercepta*) rapta vel interfecta. BC.

117. *Excusso*) expulso i. deposito. BC.

118. Tangit hoc, quod Romulus, cum [1]) Romanum imperium parvum esset, et multi extranei illuc confluerent, instituit sacrificium, et vocavit Sabinos; et ibi, dum Sabinae ducerent choreas, quisque rapuit suam, latitantes in vineis. Quae discordia duravit usque ad quintum decimum [2]) annum; et cum iam haberent filios, venerunt ipsae mulieres cum filiis ante Sabinos. Pietate illa moti fecerunt pacem. [3]) Et ostendit per contrarium, quod illa fuit causa; nam ea mortua discussa est fides; vel aliter: non sufficit illis duobus Romana *fortuna*, et hoc ideo, quia mortui erant, qui coniungerent eos. B. Bellum, quod fuit inter Romanos ex una parte et Sabinos et alios populos, propter mulieres raptas in ludo, et pax, quae secuta est interventu Sabinarum, narratur in primo libro Livii de orig. *Urb.* [4]) VC. Romani, cum adhuc tempore Romuli [5]) pauperes essent et uxores non haberent, consilio [6]) inito trecentas Sabinas adhuc virgines, quae ad sollemnitatem Consi, [7]) qui deus [8]) erat consiliorum, venerant, [9]) rapuerunt atque in uxores duxerunt. Quod cum audiisset [10]) T. Tatius, rex Sabinorum, congregato exercitu bellum [11]) contra Romanos iniit; sed [12]) triginta Sabinae, quae iam enixae fuerant, medias [13]) se inter Romanos et Sabinos opposuerunt, atque [14]) pacem inter soceros et generos fecerunt. BC.

1) Ita pro *dum* ex Lc.

2) Lc. XIII.

3) Fere eadem Lc.

4) c. 9—13.

5) *temp. R.* ex Lb. addidi; *simile* scholion, Oudendorpio teste, in Voss. l. esse videtur.

6) Lb *simulaverunt* pro *consil. — quae.*

7) Bc. et Lb. *Cossi.*

8) Lb. *est deus c. et terminorum, cuius festivitatem Terminalia vocant, eo quod in terminis agebantur.* Imo dicuntur *Consualia*, cf. Fest. v. *Consualia* et Papias, qui similia habet. *Consum, deum consiliorum*, nominant Ascon. ad Cic. Verr. I, 10; Serv. ad Virg. Aen. VIII, 636. aliique.

9) Pro hoc et seqq. Lb. *Cum igitur Sabini, qui erant eis vicini, ad haec sacra venissent invitati* (Cod. *invitate*), *Romani CCC virgines una excepta rapuerunt.*

10) Pro his Lb. *Itaque.*

11) Lb. *Romam * sedit*, leg. *obsedit.*

12) Lb. *Et cum iam inter se dimicarent.*

13) Lb. *prosiluerunt ac se m. opp.*

14) Lb. *sicque pax — gen. h. e. inter Romanos et Sabinienses* (forma nova) *facta est.* De re

LB. De quo Virgilius: [1]) *Post idem inter se posito certamine, reges armati Iovis ante aram paterasque tenentes stabant, et caesa iungebant foedera porca.* GUELF. Unde et perpetuam laudem meruerunt. Iuvenalis: [2]) *Porticibus disponat avos, intactior* [3]) *omni crinibus effusis bellum dirimente Sabina.* BC. Raptis Sabinis Tatius adversus Romanos bella commovit. Romani eas, quas rapuerunt, cum susceptis liberis in medium produxerunt, et sic pax reddita est. VOSS.

120. Item aliam causam belli. Nam virtus unius erat invidiosa virtuti alterius; [4]) nam, o *Magne,* tu *times,* ne *nova* istius *facta obscurent* tua vetera; et, o Caesar, te erigunt tot labores et boni eventus tot laborum; et quia tam bene evenit ei, non [5]) patitur aliquem maiorem se. B. *aemula*) i. virtus sua quemque illorum in bella provocabat, quae alteri [6]) inerat contraria. BC.

121. Ordo est: *tu, Magne, times, ne nova acta obscurent veteres triumphos* tuos, quos habuisti ex Africa de Domitio, ex Hispania de Sertorio, ex Sicilia de piratis, ex Ponto de Mithridate. BC. LC.

122. *Laurea*) i. victoria habita a piratis devictis. *(et man. al.)* Coronam ovatilem, [7]) quam tonsi [8]) obtinebant, pro virorum defensione virilem victoriam habentes, sine pinna [9]) lauream, cum pinna [10]) spineam antiqui vocabant. LC. *piratica*) Pompeius enim Cilices [11]) piraticos bello subiecit. Piratae erant i. latrones marini, qui, praedam abigentes ad ducem, [12]) domos incendebant; *πῦρ* [13]) enim ignis dicitur. Quos postea in diversas colonias dispersit, de quibus Paulus erat, qui dicebat: [14]) *De Tarso Cilicio ego sum.* BC.

124. *Fortuna* semper, quae Iulio favebat, quam ipse pro dea colebat, i. sua felicitas non patiebatur eum secundum esse post Pompeium. Nolebat enim Pompeius habere parem, neque Caesar superiorem. BC.

126. Non est licitum per me sciatur, *quis iustius*

ipsa cf. Serv. ad Virg. Aen. VIII, 639.

1) Aen. VIII, 639.
2) VI, 163.
3) Cod. *intractio.*
4) Eadem in Lc.
5) Haec quoque in Lc.
6) Bc. *alterna.*
7) Vox nova, nisi vis *ovalem.*
8) Lc. addit *pugnantes.*
9) Lc. *penna auream.*
10) Lc. *pena;* de re cf. Isidor. Orig. XVIII, 2.
11) Bc. *Cilicos.*
12) Bc. *praedas abigentis adducentes*, quae correxi.
13) Bc. *Pyra.*
14) Act. Apost. XXII, 3.

induit arma; [4]) nam *quisque tuetur se magno iudice.* B.

127. *tuetur*) Quia [2]) Caesar habebat iudices deos, per quos se defendebat; Pompeius vero Catonem. BC. VOSS. Unusquisque se iustiorem habere causam ad bellum excitandum dicebat; Pompeius videlicet, quia pro republica pugnabat; Iulius vero eo, quod ei post devictos Gallos revertenti triumphus fuisset denegatus, licet sub obtentu triumphi sic veniebat cum exercitu, ut dimicaret, si sibi consulatus non daretur. BC.

128. *Catoni*) Figura prolepsis; quia prudentia [3]) merito diis comparatus sit, qui, Pompeii partes secutus, causam belli civilis fecerat iustiorem; et hoc est eius privilegium diis comparari. — *Causa* Caesaris *placuit diis*, quia victorem eum fecerunt; *victa* autem *placuit Catoni*, quia Pompeio adhaesit. BC. Cicero: [4]) *melior ea causa iudicanda est, quam etiam dii adiuverunt.* VOSS.

129. *Aemula virtus* est in utrisque, sed tamen *coiere pares*, et hoc ostendit *alter vergentibus* etc. B. *vergentibus*) cadentibus, inclinatis: quia iam senex erat. Statius: [5]) *Medio de limite vitae in senium vergens populos Adrastus habebat.* — Subtiliter detrahit Caesari, cum senem vicerit, cum senectus sit morbus. BC.

130. *togae*) Romani togis candidis in pace utebantur, nigris vero in bellis, vel in aliqua adversitate, unde dicit Pompeium *longa pace iam* bellare oblitum; [6]) et est detractio Pompeii, ut deinde: [7]) *longa dux pace solutus.* BC.

131. *Dedidicit*) oblitus est, desuevit. BC. *petitor*) quia modo quoque placebat ei fama. LB. Favorem populi amans Pompeius [8]) impendebat munera plebi, ut magis laudaretur. BC. VOSS.

132. *auris*) favoribus populi. LC.

133. *Plausus* genus est favoris, ut Virgilius: [9]) *Ingeminant plausum Tyriique Troesque.* VOSS. More autem consueto dicit; *plausu* excipiebantur, infami vero nomine exsibilabantur. [10]) BC. *sui*) Ipse enim theatrum

1) Eadem Lc.
2) Voss. *Unusquisque quia;* Bc. *vel quia.*
3) Bc. *prudentiae.*
4) pro Ligar. 6.
5) Theb. I, 391.
6) Voss., qui seqq. habet, pro superioribus: *Oblitus est se esse ducem propter longam pacem.*
7) vs. 311.; Voss. *ut in seqq.*
8) *Pomp.* abest a Bc.
9) Aen. I, 747.
10) Cf. Schol. ad Horat. Od. I, 20, 7.

Romae fecit, quod Pompeianum vocavit. [1]) BC. VOSS. a se facti, quia fecit duodecimum theatrum; erant enim XI. BC.

135. Et quia non reparat *vires* agendo, sed dando tantum, patet quod tantum *umbra magni nominis stat.* [2]) Et qualiter stet per similia ostendit, ubi dicit *qualis frugifero* etc. Pompeium assimilat veteri quercui, frugiferum agrum assimilat divitiis Pompeii; [3]) nam multa dabat in populo, sicut ager multa dat. B. *Umbra*) sine virtute moritura. BC.

136. *Qualis*) Anacoluthon: scilicet talis erat Pompeius. BC. Pompeium quercui iam vetustae, agro vero Romam comparat, silvis [4]) duces Romanorum vel diversas gentes, quae Pompeio favebant; Iulium vero comparat fulmini. BC. VOSS.

137. *Exuvias,* vestimenta, spolia; nam spolia, quae capiebant de victis hostibus, appendebantur in quercubus. BC.

138. *Dona*) est enim consecrata Iovi; ideo plena donis. BC. VOSS. Quae Pompeius a se victis habuit; nec iam designat vires deficientes in Pompeio. LC. *haerens*) infixa terrae. BC.

140. Prae vetustate non iam *efficit umbram;* sed *tamen colitur* et *sola, quamvis* multae arbores viventes sint circa eam. Sic et Pompeius; etsi multi valentes Romani essent secum, tamen propter multa egregia facta priora colebatur. B.

143. In Pompeio erat sola *umbra nominis, sed in Caesare non erat tantum umbra, sed virtus* de gradu in gradum procedens; et [5]) hunc solum habebat pudorem, si quem vinceret aliter quam in *bello.* B.

145. *Pudor*) i. quamvis vinceret, nisi bello vinceret, pudor ei videbatur. LC. *vincere bello*) Erubescebat [6]) enim, si sine proelio, quod cupiebat, implesset, hoc [7]) est vel deditione vel foedere. BC. VOSS. Potius enim bello vincere volebat, quam aliqua re alia. BC.

146. Et quia multi sunt acres, qui domabiles sunt, ideo addit *et indomitus.* B. *Acer*) corpore; *indomitus*) animo. LB. *Acer*) quoad verba; *indomitus*) quoad bella. VC. *Acer*) sc. erat, audax. *Acer* et *fortis* ab uno graeco descendunt, quod est *δεινός.* BC.

1) Voss. *Pompeii dicitur.* Quo de theatro cf. Schol. Horat. l. l. et Serm. I, 2, 95; Ascon. ad Cic. Pison. 27 et infra ad VII, 9.

2) Ita ex Lc.; *staret* B.

3) Ea Lc. similiter.

4) Bc. addit *etiam.*

5) Eadem in Lc.

6) Voss. *i. erubesceret si.*

7) Bc. pro his man. al. *vel foedere i. pactione.*

147. *Ferre manum*) i. ad ferendum, vel ferebat exercitum. BC. Legitur et *gradum*. VOSS. Et ubi etiam sciebat temeritatem esse, tamen non *parcebat ferro*. B.

148. Ille urget suos *successus*, qui non est contentus uno bono successu, sed de uno in alios. Et instabat *favori* [1]) *numinis*, quasi dicat: si quod numen favebat ei, non erat ei gratus; [2]) sed ad hoc laborabat, ut [3]) magis ei faveret. B. *urgere*) improbare. LC. non contentus felicitate praesenti; non enim in praesentibus morabatur, sed ad futura properabat. BC. *favori*) i. obtemperare faventi sibi fortunae. BC.

149. *impellens*) expellens. LD.

150. Ita [4]) faciebat *viam ruina, qualiter fulmen, expressum a ventis per nubila, emicuit sonitu aetheris impulsi* et *fragore* ipsius firmamenti. B. *ruina*) nece hominum h. e. quod supra [5]) ait: *solusque pudor non vincere bello*; (*et man. al.*) strage aliorum. Bene dixit *ruina*, quoniam dixerat *impellens*. BC.

151. *Expressum*) i. compulsum exire. LD. emissum vel impulsum. BC. *fulmen*) Tria sunt genera fulminis: unum [6]) afflatorium [7]) tantum, ut Virgilius: [8]) *Ex quo me divum pater atque hominum rex fulminis* [9]) *afflavit ventis*; aliud, quod incendit; tertium, quod transfigit, ut iterum [10]) Virgilius: [11]) *transfixo pectore flammas*. BC. VOSS.

153. Et *rupit diem* q. d. prae fulgore suo obscuravit [12]) diem etc. B. Scilicet [13]) ipsum fulmen rapuit, i. transiit aerem vel [14]) variavit suo fulgore. BC. VOSS.

155. *Templa* Iovis vocat ipsum aerem. B. i. in aera; vel *sua* i. solita feriri ab eo. LC. Quia sua facit; sic [15]) Caesar in suam furit urbem. BC. VOSS. in Iovis templa,

1) B. *favorem*.
2) B. *ingratus*; fortasse pro *inde gratus*.
3) Fere eadem Lc.
4) Similiter Lc.
5) vs. 145. Post v. *bello;* alia manus addit *sed sibi*.
6) Voss. corrupte *sed minus*, fortasse pro *scilicet unum*.
7) Vocabulum, quod Lexica non habent.
8) Aen. II, 648.
9) Abest a Bc.
10) Voss. *item* pro *ut iter*.
11) Aen. I, 44. Saepius hanc de triplice fulmine doctrinam inculcat Serv. ad Virgilium; cf. eum ad Ge. II, 332. Aen. I, 230; II, 649; VIII, 429, unde Isidor. Orig. XIII, 9. discrimen suum inter *fulgur*, *fulgor* et *fulmen* hausisse videtur.
12) Idem Lc.
13) *scil.* — *i.* desunt in Voss.
14) Voss. *Per aerem tr. et.*
15) Voss., qui superiora non habet, *Ita*.

quia ipse tonare dicitur; vel in nubes. [1]) BC. *exire*) egredi; — i. recedere in nubila. BC.

156. *Revertens* dicit ideo, quia, cum sit pars aetheris, dicitur non posse retineri ab alia materia; et ideo ad eandem revertitur non eadem via, sed transforat terram, et ex alia parte redit ad aethera. Nam ex omni parte est aether; et in revertendo *colligit* ignes, quos prius sparserat. Eodem modo Caesar, dum reverteretur de Gallia, terruit populos et *late* dedit *stragem*, et *recolligit ignes* i. milites, quos prius dimiserat in Gallia, ut custodirent patriam. Quod dicit *expressum ventis per nubila*, non videtur pertinere ad similitudinem; sed ad naturam ipsius fulminis exprimendam posuit. B.

157. *ignes*) suos, i. dum coelum repetit. Redire enim [2]) fulmen dicitur, unde [3]) descenderat, ignem quoque resumens. Dum [4]) iterum nubes coeunt, quae prius disruptae erant, videtur [5]) quasi fulmen redire. BC. VOSS.

158. Et quia *hae causae* diversae sunt ab illis, quas dicturus est, ideo, antequam illas subiungat, praemittit *hae causae*, quas dixi latentes, erant in ducibus; sed istae aliae patentes erant, scilicet luxuria et avaritia; et hoc notat ubi dicit *quae populos* etc.; et inprimis de luxuria, ut ita dicat: hinc patet, quod mersit, quia nec *auro*, nec *tectis* fuit *modus*, postquam fortuna omnia sibi attraxit. Et quia per hoc non videretur verisimilis, [6]) ideo addit: et postquam [7]) boni *mores* mutati sunt. B. *causae*) Quod [8]) alter alterum dignitate praevenire cupiebat. [9]) BC. VOSS. *suberant*) latenter inerant. BC.

159. *Mersere*) oppressere. BC.

161. *Cessere*) Ita illud: *Honores mutant mores; (et man. al.)* quia saepe contigit, quod superabundans divitiarum expellit mores. LC. Scilicet in peius, locum dedere prosperis; [10]) (*et man. al.*) i. e. postquam boni mores, supervenientibus divitiis, expulsi sunt. Iuvenalis: [11]) *Prima peregrinos obscena pecunia mores in-*

1) Voss. pro his *in aerem, inter nubes.*

2) Voss., in quo superiora desunt, *Red. dic. fulm.*

3) *unde — resum.* non leguntur in Bc., quorum loco al. manus addidit: *cum coeuntibus nubibus hominum aspectu aufertur.*

4) Voss. *quia dum.*

5) Voss. *quasi f. r. vid.*

6) An *verisimile?*

7) Eadem in Lc.

8) Voss. *quia.*

9) Voss. *cupiebant.*

10) Ita Donat. ad Virg. Aen. XI, 359. *cedere est locum dare meliori.*

11) II, 298.

tulit, et *turpi fregerunt saecula luxu divitiae molles.* — Romani primitus parcissimi fuerunt, sed succedentibus prosperitatibus iam in nimiam luxuriam solvebantur; atque ornatum, quem antea solae feminae appetebant, iam postea viri rapiebant. Bc.

162. *Praeda* dicitur de tota patria; *rapina* de aliqua parte. Et ostendit diversa genera luxuriae in cibis, ubi dicit *fames*, i. desiderium edendi, quod ad luxuriam pertinet, est *aspernata* pauperes *mensas*. B.

163. *Non — modus*) De vitio indomito: [1]) *Nullum crimen abest facinusque libidinis, ex quo paupertas Romana perit.* Bc. *priores*) Praedecessorum, ut Marcii, Curii et Fabricii et aliorum, quos refert Val. Maximus in cap. de moderatione [2]) et in cap. de paupertate. [3]) Vc. i. e. paratiores mensas et plures coepit appetere. Iuvenalis: [4]) *Quis fercula septem secreto coenavit avus.* Antiqui enim duas tantum mensas habebant, unam carnis, alteram pomorum. Virgilius: [5]) *Et mensis grata secundis.* Bc.

164. Nunc de vestitu. Et [6]) mares quidam violentia coeperunt portare *cultus*, quos vix deceret portare, pro ad portandum, etiam nurus. B. Lc. *cultus*) Tantum ornabant se viri, quod mulieribus ferre talem cultum dedecus erat. Lc. *Gestare* dixit pro *gestaverunt mares decoros cultus*, sc. quos rapuerunt *vix* i. mox a *nuribus* ad gestandum. *Decoros cultus* et muliebria ornamenta sibi *mares* gestanda rapiebant, non nuribus et uxoribus. Bc. *decoros*) i. pretiosa, quae feminarum sunt propria. Bc.

165. *Vix*) i. iam tandem; — i. mox, deinde; — per difficultatem. Bc. *nurus*) Et bene *nurus* posuit pro quibuslibet mulieribus, [7]) quae propter aetatem ambitiosiores cultus expetunt. Bc. Nuribus, non feminis, [8]) quia istae ambitiosiores [9]) vestes habent propter aetatem, ut [10]) etiam contentio sit, quis utatur. Guelf. Voss.

1) Bc. *domito*. Scholion supra ad vs. 156. positum huc a me translatum est. Locus Iuvenalis est VI, 294.

2) IV, 1.

3) IV, 4.

4) I, 94.

5) Aen. VIII, 283, ubi Serv. fere eadem habet de duplici mensa, et ad I, 216.

6) Priora absunt a Lc., qui in reliquis nonnulla variat, cf. T. II. p. 573.

7) Cf. Serv. ad Virg. Aen. II, 501.

8) Voss. pro his *Bene nuribus*.

9) Voss. ut Bc. supra *ambitiores*; recte iam Burm. ad h. l.

10) Hoc et seqq. tantum in Guelf.

166. Adhuc ad luxuriam quod dicit: et *paupertas*, quae facit bonos viros, illa summopere *fugitur*. B. *fugitur*) impersonaliter, respuitur. BC. *arcessitur*) appetitur, convocatur, vel adunatur. BC.

167. Nunc incipit de avaritia: *et accersitur toto orbe* illud, *quo gens* etc. B. *perit*) Iuvenalis: [1]) *Sed plures nimia congesta pecunia cura strangulat, et cuncta exsuperans patrimonia census.* BC.

168. Quod iunxerunt *longos fines*, ostendit in partibus, ubi dicit: extendebant *rura* usque [2]) ad ignotas gentes, quod priores nostri non fecerunt. B. Camillus [3]) fuit imperator Romanorum, raptus ab agro ad imperium. Qui cum offendisset et missus fuisset in exilium, invaserunt Senones Galli Romanum imperium, et cum ducerent inde maximam praedam, reversus ab exilio devicit eos; et reversus est in exilium, et vocavit locum illum Pisaurum, [4]) eo quod ibi periisset aurum, quod remisit Romanis. B. L. Fur. Camillus, qui Veientes vicit, fuit admodum pauper, et tamen, a rure accitus, quinquies Consul creatus est, ut refert Livius VI et VII [5]) ab u. c. VC. Camillus quondam Consul fuerat, sed cum esset apud Ardeam, [6]) relegatus [7]) exilio propter Veientanam praedam non aequo iure divisam, abeuntibus Gallis, postquam delevissent Romanum exercitum apud Alliam fluvium Brenno duce, absens dictator, consecutus Gallos, [8]) recepit signa Romana, quae absportabant. Virgilius: [9]) *Referentem signa Camillum.* BC.

170. *ignotis*) Pro [10]) multitudine colonorum ait *ignotis colonis;* vel *ignotis* i. [11]) captivitate adductis. BC. *extendere*) per declinationem hoc dicit, quia non plus quam VII licebat habere iugera. BC.

171. Ideo iungebant *longos fines*, quia non est iste *populus* talis, qualis primus fuit. Vel potest esse illatio. B. *iuvaret*) i. propter avaritiam non poterant habere pacem. BC.

173. Et *inde*, i. ex avaritia, fuerunt *irae* in eis

1) X, 12.

2) Hoc et seqq. in Lc. quoque; *usque — gent.* et in Bc.

3) Similia de Camillo, neque tamen de Pisauro, Lb. et Lc. iisdem verbis.

4) Serv. ad Virg. Aen. VI, 826: *Nam Pisaurum dicitur, quod illic aurum pensatum est.*

5) Leguntur ap. Liv. VII, 24 sqq. et VIII, 13. 29.

6) Serv. l. l. fere iisdem verbis.

7) Bc. *religatus.*

8) Bc. *Gallus.*

9) Aen. VI, 826; scripsi *absp.* pro *asp.*

10) An *Prae?*

11) Bc. *a;* Voss. *et*, quae correxi.

faciles; et *inde* etiam hoc processit, quod illud peccatum *vile* putabatur, quod faciebant coacti egestate. B. *suasisset*) Illis videbatur *vile nefas*, si debuissent expectare, donec *egestas* cogeret; sed ante capiebant. Et hinc est illud, quod suadere deberet *egestas*, et non avaritia, id est, furtum, quod saepe, paupertate cogente, committitur. [1]) *Vile* dicit, quia non creditur periculosum, vel [2]) quia a vilibus personis committitur. BC. VOSS.

175. *Plus potuisse* quam aliquis de *sua patria*; vel aliter, *plus potuisse* quam in *sua patria*, scilicet ut usque sub extraneas gentes porrigeret rura. Et quicquid vi poterant, hoc iuri imputabant; dicebant se ibi mensuram *iuris* habere. B. *plus patria*) Unde Sallustius: [3]) *qui poterat, plus iuris habere videbatur.* GUELF. *mensura*) Quantum quisque poterat acquirere, [4]) tantum grassabatur et legem sibi fecerat. BC. Ut Sallustius in Historia: [5]) *Et relatus inconditae olim vitae mos, ut omne ius in viribus esset.* VOSS.

176. *Leges* vocantur ipsa scripta; *plebiscita* vocantur instituta consulum, plebe haec [6]) sanciente; tamen non erant scripta. B. *coactae*) ad *leges* redit, non ad *plebiscita*. Sic Virgilius: [7]) *Me puer Ascanius capitisque iniuria cari, quem regno Hesperiae fraudo, admonet.* BC. *Lex*, quam senatus decreverat [8]) populi voluntate; *senatus consultum* per senatores fit; *plebis scitum* a populo. BC. VOSS. Plebiscitum est una pars. Plebiscitum proprie erat, quod senatus decreverat, et plebi ad confirmandum tradebat. BC.

177. *tribuni*) dicti, quia [9]) plebi vel iura vel opem tribuunt. Dum enim plebs consulibus premeretur, ipsa sibi tribunos, quasi proprios iudices et defensores creavit. BC.

178. Et ex avaritia processit illud, quod pretio acquisiverunt honores, et quod populus divisus [10]) est,

1) Voss. *admitt. unde dixit vile quod.*

2) *vel* et seq. *persŏn.* desunt in Voss.

3) Verba Sallustii in reliquis libris non leguntur; forte respexit ad Cat. 39. n. 4. CORT. Non puto.

4) Bc. *acquiri.*

5) Fragmentum, quod Frotscherus amicissimus Sallustianis addere oblitus est.

6) B. *hoc.*

7) Aen. IV, 354.

8) Voss. *Lex senatus decreto fit et pop.*; Bc. addit ab initio: *Plebisscitum dicebatur.*

9) Bc. *qui.* Eadem de tribunis monet Isidor. Orig. IX, 4, unde sua hausisse videtur Papias, qui addit eos *militibus* quoque iura tribuisse.

10) B. *divisit.*

scilicet quod quaedam pars uni et quaedam. [1]) B. *sector*) i. e. venditor, quia venditores sua secant; vel secabant suum favorem, ut unus uni, alius alii faveret. LB. i. e. venditor; qui enim [2]) proscriptorum bona vendunt et qui [3]) ea emunt, sectores [4]) vocantur. BC. VOSS.

179. *Ambitus* est proprie cupiditas honoris. [5]) B. *Campo* Martio dicit, ubi antea per [6]) populi suffragia magistratus creabatur, qui nunc beneficio principum fit. [7]) Mense Martio annuatim [8]) comitia, i. commutationes dignitatum, fiebant in campo Martio, sed avaritia crescente iam venales erant, quia pro pretio acquirebantur. Hunc campum armati adibant tempore consulatus; hinc inde contentio oriebatur; et ideo *letalis*, quia vix sine culpa expetebatur. BC.

181. *Usura* est illud, quod institutum est dari ultra capitale, ut pro marcha quinque denarios. Si quando est carum tempus, praeter constitutum datur aliud servitium, *foenus*. Et merito vocatur *avidum;* nam ex nimio desiderio habendi inventum fuit. *In tempore* ideo dicit, quia etiam ad illud dandum constituunt tempus, quod ex nimia procedit avaritia. B. *avidum*) quia de die in diem augetur usura. VOSS. *foenus*) Differt inter foenus et usuram, unde Graecismus dicitur. Est usura foenus, cum quis tradit mihi nummos spe lucri; [9]) foenus duplex usura [10]) vocatur. VC.

182. *Concussa*) violata. LC. *multis*) Romanorum inimicis. LB. vel sceleratis et egentibus. BC.

1) Desunt nonnulla; fortasse *alteri favebat.*

2) Voss. *unde qui.*

3) Voss. *vend. vel emunt.* Similia de sectoribus habent Schol. et Ascon. ad Cic. Verr. II, 1, 19 23; Schol. ad Cic. Rosc. Am. 29: *Sectores dicuntur, qui bona proscriptorum emunt;* cf. et Papiam. Ex nostro scholio et Asconii locis emendandus est Isidor. in Glossar. T. VII. p. 487. Areval. *Sector, usurpator, vel bonorum vindicta;* lege *venditor* vel *vindicator.*

4) Bc. *sectatores.*

5) Fere eadem Lc.

6) Bc. *propter.*

7) Bc. *principium fuit.*

8) Cf. Adelung. Glossar. T. I. p. 256.

9) Isidor. Orig. IV, 25: *usura est incrementum ab usu aeris crediti nuncupata;* cf. et Papias, in quo legendum videtur: *incrementum foenoris — crediti* pro *credita.*

10) Ioann. de Ianua fortasse ex scholiis Lucani v. *Fenus: Usura est lucrum de capitali acceptum; fenus vero lucrum de usura acceptum. Vel usura est sine determinato tempore — —; fenus vero est cum tempore determinato — —: unde fenus vocatur* avidum, *quia, qui sic accommodat, semper avet, ut illud tempus veniat cito. Unde Lucanus: Hinc* etc.

183. **Praemissis** causis et latentibus et apertis, venit ad ipsam rectam narrationem. *Caesar superaverat gelidas Alpes*, et *iam*, i. priusquam superaret, ac si dicat: adhuc ens in Gallia, *ceperat ingentes motus in animo*, scilicet *futurum bellum*. *Gelidas Alpes* vocat montem [1]) nivis, respectu montis Pardonis. [2]) B. *cursu*) Emphasis est; dicit enim Caesarem in Alpibus cucurrisse, [3]) cum in Alpibus vix ambuletur, sicut [4]) Virgilius de Hercule: [5]) *Aetherii* [6]) *cursu petit ardua montis*. *Alpes* lingua Gallorum alti montes dicuntur; [7]) montes, quibus Gallia ab Italia separatur, cooperti [8]) semper ventis et nivibus, ideo [9]) *gelidi*. BC. Voss. *Alpes*) Album, a [10]) graeco *ἀλφόν*, Sabini dixerunt *Alpum*; inde *Alpes* creditur dici propter candorem niveum. LB. Alpes [11]) proprie sunt montes Galliae, quos Hannibal veniens ad Italiam [12]) aceto rupit; unde et Iuvenalis: [13]) *Et montem rupit aceto*. Et inde ipsa loca, quae rupit, [14]) Apenninae Alpes vocantur. Unde Virgilius dicit: [15]) *Alpes immittit apertas*; et inde: [16]) *Aerias Alpes*. Dicendo *aerias* verbum expressit e verbo; nam Gallorum [17]) lingua Alpes montes alti vocantur. BC.

185. Etsi cepisset futurum bellum *animo*, tamen habuit causam dimittendi, *ut ventum est* ad principium Romaniae; et hoc est quod dicit *ut ventum est parvi* etc. Parvum vocat eum naturaliter; et [18]) quamvis fuisset parvus natura, tamen propter ipsam Romam, quae apparuit ei, dissuadens ne ita iret, intumuit Rubicon. B. *Rubiconis*) fluminis, quod est inter Caesenam

1) B. addit inter lin. *vel Eoum.*
2) Latet nomen; an *Iovis?*
3) Voss. pro his: *Cursum posuit ad ἕμφασιν.*
4) Voss. *sic.*
5) Aen. VIII, 221.
6) Voss. *Aerii.*
7) Voss. addit *sunt.*
8) Voss. *occupati.*
9) *id. gel.* desunt in Bc.
10) Addidi *a* ex Festo v. *Album*, ubi fere eadem leguntur.
11) Totum hoc scholion consarlum videtur ex Serv. ad Virg. Aen. X, 13. et Philarg. ad Virg. Ge. III, 474; ex eodem fortasse fonte sua hauserunt Isidor. Orig. XIV, 8. et Papias v. *Alpes.*
12) Bc. addit *sale*, fortasse pro varia scriptura v. *aceto;* sed cf. Serv. Isidor. ll. ll. et Liv. XXI, 37.
13) X, 152.
14) Bc. corrupte *quer apenne;* correxi ex Servio et Isidoro.
15) Aen. X, 13.
16) Virg. Ge. III, 474.
17) Bc. *Gallio cum;* an *Gallicorum?* Papias, Philargyr. Serv. ll. ll. et ad Aen. IV, 442. *Gallorum.*
18) Idem scholion Lc., sed infra ad vs. 204; quod vide T. II. p. 512.

et Ariminium, et vocatur hodie Pisatello, [1]) parvus rivus. VC. Rubico est parvus fluviolus ultra Alpes, qui Galliam ab Italia [2]) dividit; rubras habens ripas, et ideo sic vocatur. BC. Rubico fluvius est limes Galliae et Italiae, sed Galliae togatae. Fluvius a lapidibus rubris dictus. VOSS.

186. *patriae*) Ideo simulacrum Romae se Caesari [3]) obtulit, antequam Rubiconem fluvium [4]) transiret, quia mos Romanis fuit, [5]) ut, cum victores ab aliis gentibus revertebantur, [6]) ibi milites in domibus suis cum signis absolverentur; et soli [7]) illi absque bandis [8]) Romam intrabant. Quod Caesar in bello civili [9]) facere noluit, nisi cum bandis; unde *trepidantem patriam* dicit. BC. VOSS. quam in similitudinem mulieris secum loquentis vidit per somnium. BC.

188. *Canos crines* dicit, ut per [10]) hoc maxime notet Romam, quae ex longo tempore erat. Per *turrigero vertice* notat aedificia Romana. [11]) B. *Turrigero*) prolixo, quia adhuc florebat imperium. *Turrigero* propter turres urbis. BC. *canos* propter nobilitatem, ut Virgilius: [12]) *Cana fides*. BC. VOSS.

191. *Si iure venitis*, eo iure dico, quo cives debent venire, *huc usque licet*. BC.

192. *licet*) ut veniatis armati; [13]) sc. vobis extendere et venire. B. LC.

194. *languor*) i. timor, torpor; pavor et languor reciproca sunt. Languorem posuit pro pavore, nam pro se invicem ponuntur, et *pavor* pro *languore* et *languor* pro *pavore*. BC. *Ripa* dicitur a rapio; [14]) tamen etiam adiacentia possunt vocari ripae, [15]) sicut et litus; [16]) unde Virgilius [17]) dicit: *Dedimus litus arandum*. Et ideo dicit *extrema ripa*, ut notet illam partem ripae, quae attingebat terram. B.

196. *Tarpeia* fuit quaedam virgo, quae promisit Sabinis proditionem [18]) Romae, si darent ei honorem

1) Cf. Mannert. Geogr. T. IX. P. I. p. 234, ubi tamen est error typographicus.
2) Cf. Serv. ad Virg. Aen. I, 1.
3) Abest a Bc.
4) Deest in Voss.
5) Voss. *erat*.
6) Voss. *revert. gent*.
7) Bc. *ille solus;* Voss. *illi vero soli*.
8) Cf. de hac voce Adelung. Glossar. T. I. p. 555.
9) Bc. *civile*.
10) Fere eadem Lb.
11) Fere eadem Lb.; similiter Lc.
12) Aen. I, 292.
13) Eadem Lc. et Voss.
14) Eandem derivationem habent Papias et Ioann. de Ianua.
15) Eadem in Lb.
16) Similiter Perottus Cornucop. p. 171, 5.
17) Aen. IV, 212.
18) Lb. *traditionem*.

sinistrae. Et capta civitate oppresserunt eam clipeis aequivocantes; [1]) nam et armillae et clipei sunt ornamenta etiam sinistrae manus. Et ab illa vocatus est mons Tarpeius, ubi sepulta est. [2]) In quo monte colebatur Iupiter. [3]) B. Lb. *Tarpeia*) De Capitolio, quod in Tarpeio est monte; [4]) Capitolium autem dicitur Tarpeium a quadam virgine, quae Tarpeia vocabatur, a Gallis quondam interfecta. *(et al. man.)* Ideo dictum, quia sacra Tarpeiae virginis colebantur illic sepultae. [5]) Bc. *Phrygiique*) Familia Frangipanis Romae fuit ex his, quae cum Aenea venerunt, secundum quod Dantes tetigit in principio. Vc.

197. Et quia post Aeneam venerunt in Italiam alii Troiani, ideo dicit *Iuleae gentis.* B. *Iuleae*) Bene *gentis* [6]) *Iuleae,* quia ipsorum gens [7]) ab Iulo, [8]) Aeneae filio, unde et Caesar est, ut ait Virgilius: [9]) *Iulius a magno demissum* [10]) *nomen Iulo.* Bc. Voss. Ascanius, filius Aeneae, Iulius dictus est, qui, [11]) insidias cavens novercales, [12]) Albam condidit [13]) civitatem, dictam [14]) quia ibi Aeneas suem cum XXX porcellis albis vidit. *Bc.* Quiris lingua Sabinorum dicitur hasta; [15]) et quia Romulus ibat semper hastatus, vocatur Quirinus. Qui Romulus [16]) multum dilexit senes, et ideo dicitur postea interfectus esse a iuvenibus; et postea senes absconse [17]) sepeliverunt eum, et dixerunt in coelum raptum esse; et hoc notat ubi dicit *et rapti secreta Quirini.* B. *Quirinum* dicit [18]) Romulum,

1) Bc. addit *eam.* Vox *aequivocandi* deest Lexicis, cf. tamen Adelung. Glossar. T. I. p. 112.

2) Pro his Lb. *Quae sepulta in monte, ubi postea Capitolium fuit, notam suam monti indidit.*

3) Similia apud Serv. ad Virg. Aen. VIII, 348.

4) Bc. *mons.*

5) Bc. *sepulta.*

6) Voss. *B. ait Iul.*

7) Voss. *et ips. genus.*

8) Voss. *ab Aenea descendit et Venere, unde V.*

9) Aen. I, 288; seq. *Iulius* deest in Bc.

10) Bc. *dimiss.* Hausta haec videntur ex Serv. ad Virg. Aen. princip.

11) Fere eadem leguntur in Serv. ad Virg. Aen. I, 270.

12) Bc. corrupte *vover cales et;* correxi duce Servio l. l., ubi est *vitans novercalem invidiam.*

13) Cf. Serv. ad Virg. Aen. I, 7; II, 683. et Schol. ad Iuvenal. XII, 71.

14) Vide Serv. ad Virg. Aen. III, 390; VIII, 43.

15) Eadem Lc.; Iso ad Prudent. Perist. 8, 4; Serv. ad Virg. Aen. I, 292; Isidor. Orig. IX, 2. et Papias, qui fortasse ex uno fonte hauserunt cum Festo, quem vide v. *Curis.*

16) Idem scholion paucis mutatis Lb.

17) Lb. *secreto;* illud pro *abscondite;* cf. Adelung. Glossar. T. I. p. 23.

18) Voss. *Rom. dic.* omisso v. *Quirinum.*

qui, raptus apud Capreáe [1]) paludem, deus factus est. Bene autem [2]) *secreta* dixit, quia [3]) raptus subito nusquam [4]) comparuit. Bc. Voss. Asserit vero Solinus in Collectaneis, [5]) quod apud Capreae paludem nonis Quintilibus comparere desiit. [6]) Witt.

198. Et quia in diversis locis colebatur Iupiter, et in aliquo loco magis exaudit; ideo addit *et residens celsa* etc. B. *Latialis*) Italiensis datur intelligi, quia et alter Cretae colitur. Bc. quia praeest Latio, ut Tullius [7]) pro Milone: *Et tu de monte tuo edito, Latialis sancte Iupiter.* Voss. *Alba*) civitas est Italiae, quam aedificaverunt Romani, dicta de nomine albae porcae. [8]) Bc.

199. Vesta est dea religionis, in cuius templo nunquam extinguebatur ignis, quod erat signum religionis; [9]) et hoc notat vocando ipsos focos. B. *Foci* dicit, quia in his erat asbestos lapis inextinguibilis; sed contrarium patet in Valerio, [10]) ubi refertur quod multoties extincti fuerunt foci Vestae. Vc. Perpetui ignes, qui in honorem [11]) Vestae nutriebantur, qui cultus primum a Romanis inventus est. Unde Iuvenalis: [12]) *Ubi, quamquam diruta, servat ignem Troianum et Vestam colit Alba minorem.* Illuc enim sacra Vestae a Troianis translata sunt. Bc.

200. *furialibus*) vel furore sumtis. Bc.

201. *terraque marique*) *terra* propter Germanos et Gallos; *mari* propter Britannos, quos devicit Caesar. Bc.

202. Ego etiam nunc sum *tuus miles*, tantummodo ut *liceat;* sed *ille* non est *tuus miles, qui* fecit *me tibi hostem.* B. Lc. *modo*) saltem. Bc. *nunc quoque miles*) Vult enim deponere potestatem, sed Pompeius prohibet, quia eum non sinit triumphare et esse privatum. Bc. Voss.

1) Voss. *a palude Capreae.*

2) *autem* in Voss. deest; Bc. *seneca* pro *secreta.*

3) *quia* non legitur in Bc; *raptus* non in Voss.; Lb. contra, qui eadem habet verba, addit *a fulgure rapt.*

4) Ita Voss. et Lb.; sed Bc. *numquam.*

5) Vide praefation. Solini. Oudp.

6) Sunt ipsa verba Solini c. 2; Salmasius autem edidit *apparere.* Oudp.

7) Ciceronis locus est c. 31, ubi Gruter. aliique ediderunt *Latiari*, alii *Latiaris.* Oudp.

8) Cf. supra ad vs. 197.

9) Eadem Lc., sed pro seqq. *vel sic: Asbestos lapis est, qui semel accenditur, nunquam extinguitur.*

10) I, 7, 7 ext.

11) Bc. *honore.*

12) IV, 60.

203. *hostem*) i. nollem [1]) esse hostis, sed cogor ab alio, a quo mihi meriti honores negantur. BC. VOSS.

204. *Inde* i. hac habita ratione *solvit moras belli.* [2]) B.

205. Prius diu dubitans, ita *propere tulit* arma, [3]) sicut *leo exit per ferrum, securus tanti vulneris,* postquam *collegit* secum *iram* in pulverulentis *arvis Libyae.* B. LC.

206. Ideo dicit *aestiferae,* quia Libya ex parte in perusta zona sita est. BC.

207. *subsedit*) moratur; vel substitit. BC.

208. *stimulavit*) quia leo habet stimulum in cauda, cum quo se percutit in dorso ad provocandam iram. GUELF. Bene [4]) *stimulavit;* aculeum enim in cauda habere dicitur. BC. VOSS.

210. *levis*) agilis. LC. Volunt hic *ταπείνωσιν* factam, quia *levis* dixit; sed epitheton est [5]) Maurorum, qui leviter armati veloces ac [6]) celeres habentur. BC. VOSS.

213. Superius [7]) vocavit Rubiconem *parvum,* et postea vocavit *tumidum;* [8]) et quia omnis scriptor verisimiliter debet scribere, ideo describit Rubiconem; et dicit naturaliter eum *parvum,* ubi dicit eum parvo *fonte* cadere, et serpere *per imas valles.* B.

214. *Puniceus*) saxosus. [9]) BC. *canduit*) incaluit i. imminet. BC.

218. Cynthiam vocat lunam. Quae cum [10]) *tertia* esset, significabat pluviam *cornu gravido;* et inde creverat Rubicon; et propter nivem etiam, quam Eurus liquefecerat, crevit amnis. Et quia tertia creverat, [11]) ideo Caesar fortiores equos posuit per *obliquum,* ut pedites et cetera possent transire. B. *gravido*) obtuso vel mutilato. BC. *Cynthia*) Diana a Cyntho, monte Deli, dicta. *Tertia luna* dicit Lucanus vires auxisse fluminis secundum Aratum, [12]) qui dicit tertia luna posse monstrari signa serenitatis et pluviarum; Virgilius vero quarta, ut illud: [13]) *Sin ortu quarto (namque is certissimus auctor) pura neque obtusis per*

1) Voss. *Host. ess. noll.*
2) Scholion Lc. vide T. II. p. 512.
3) Absunt a Lc.
4) Vv. *Bene stim.* et seq. *enim* desunt in Bc.
5) *sed — est* desunt in Bc.
6) Bc. *et.*
7) vs. 185.
8) vs. 204.
9) Glossa spectat ad v. *pumiceus,* quamquam in Cod legitur *puniceus.*
10) *cum — pluviam* in Lb. quoque.
11) An *auxerat?*
12) Diosem. 51 seqq.
13) Ge. I, 432.

coelum cornibus ibit: [1]) *totus et ille dies, et qui nascentur ab illo, exactum ad mensem pluvia ventisque carebit.* BC. Bene *tertia Cynthia* dixit,[2]) quia Aratus dicit tertia luna [3]) signa pluviae cognosci, [4]) Virgilius vero [5]) Cynthia quarta; et [6]) inde in tribus mensibus luna pluvialis cum mutilato cornu videretur, quando tertia fuisset. BC. VOSS. *tertia*) alia; vel *tertia* dicit, quia duae lunationes praecedentes fuerant pluviales. — *Pallida luna pluit, rubicunda flat, alba serenat.* [7]) LC.

219. Bene *madidis*, quia ipse concitat pluvias; unde Virgilius: [8]) *Et dum vere madent udo terrae et pluvialibus austris.* GUELF.

220. *Primus*) fortissimus. LB. LC. i. maximus. LD. Solent equites fortioribus equis excipere cumulos undarum, ut facilius invalidi cornipedes interruptis aquis pertranseant. BC.

221. *Excepturus*) ut transire possit [9]) exercitus. BC. VOSS. vel retenturus. BC. *aquas*) impetum aquae. LC.

222. *Turba*) equorum. LB. *fracti*) i. illisi [10]) in equos. BC. VOSS.

224. *vetitis*) scilicet ab imagine [11]) patriae; ut supra [12]) *si iure venitis* etc. VOSS.

225. Relinquimus haec *iura*, quae iam *temerata* a Pompeio. B. Semper Caesar pacem quaesivit, sicut refert Iulius Celsus, [13]) et multos domesticos Pompeii interposuit; sed Pompeius et alii aemuli, inflati livore, denegaverunt. VC. Ius publicum erat, quod reciperetur triumphator; et negatum fuit ei, et ideo temeratum. LC.

227. *Credidimus fatis* i. bonis successibus, [14]) q. d. quia in Gallia bene successit nobis, ideo *credidimus* haec etiam bene evenire. Vel alter: *credidimus fatis*, ac si dicat *credidimus* deos persuadere illis, ut nobis scilicet merita nostra facerent; quod quia non faciunt, scimus deos in nostra parte potius esse quam in illorum parte. [15]) B. *fatis*) i. e. diis disponentibus

1) *ibit* deest in Bc.
2) Bc. *dicit.*
3) Voss. *lucia.*
4) Similia in Lb.
5) *vero* deest in Voss.
6) *Et inde* cum seqq. non sunt in Bc.
7) Versus nescio cuius.
8) Ge. III, 428.
9) Voss. *posset.*
10) Ita *fractus* explicat Schol. Cruq. ad Horat. Od. II, 14, 14; III, 3, 7.
11) Fere eadem Ld.
12) vs. 191.
13) Ita Vc. semper pro Iul. Caesare; de re ipsa cf. Caes. Civ. I, 26; III, 10.
14) Eadem Lc.
15) Scholion Lb. vide T. II. p. 594.

fata; vel *fatis* i. dictis ac promissis Pompeii, quibus sese amicum et fidelem mihi ostendebat. LB.

229. *Et ocior torto verbere* etc. Haec figura est litotes. Litotes figura est. [1]) Primitivum [2]) huius comparativi est *ὠκύς*, et est graecum nomen. B. *Balearis*) Baleares, insulae Hispaniae, duae sunt, Aphrosiades et Gymnasides, [3]) maior et minor: unde et eas vulgus [4]) *Maioricam* et *Minoricam* nuncupant. In his primum insulis inventa est funda, qua lapides emittuntur; unde et *Baleares* dictae. *βάλλειν* enim graece emittere dicitur, unde et ballista quasi missa et fundibulum. Virgilius: [5]) *Balearis verbera fundae.* BC. VOSS. Baleares insulae duae sunt, scil. Maiorica et Minorica, in quibus primo repertus est usus fundae. [6]) VC. Ballista genus est tormenti, eo quod iacula emittit; *βάλλειν* graece, latine dicitur mittere. [7]) LB.

230. *Parthi*, cum fugiunt, melius iaculantur. Hinc Boetius: [8]) *Rupis Achaemeniae scopulis, ubi versa* [9]) *sequentur pectoribus, figit spicula versa fugax.* BC. Sic enim sagittas est mos illorum iacere; sic enim melius iaculantur. VOSS.

236. *Ut miles constitit, iussus deponere signa*, capta illa parte civitatis, in qua erat forum, *stridor lituum* etc. Lituus [10]) vocatur parvum cornu. Tuba [11]) est maior et est de terra proprie. *Clangor* est concinnus [12]) sonus. *Classica* sunt signa, quibus utebantur Romani. Quae signa [13]) invenit Romulus, et postea divisit ipsos Romanos; nam diversi diversis uteban-

1) In B. lacuna est lineae dimidiae, fortasse ex Papia ita supplenda: *quae minus dicit, plus significat.*

2) Idem scholion in Lc., simile in Bc.

3) Voss. I. *Gennasidae;* Voss. II. (cum Bc.) *Gemnasidae;* fortasse *Gymnesiae.* OUDP. De quo nomine vide Plin. H. N. V, 3; Marc. Cap. VI, pag. 206. Grot., ubi scribendum *Gymnesias* pro *Gymnesidas*, et Philargyr. ad Virg. Ge. I, 309. Papias, in quo eadem sunt, habet *Gennasiadas;* sed cum singula scholii verba cum Isidor. Orig. XIV, 6. consentiant, scripsi *Gymnasides.* Pro *Aphrosiades* (in Codd. *Afros.*) vide an scribendum sit *Aphrodisiades s. Aphrodisias;* cf. Plin. H. N. IV, 22.

4) Voss. *vulgus eas;* cum Bc. facit Isidor.

5) Ge. I, 309.

6) Fere eadem Lc.

7) Cf. Isidor. Orig. XVIII, 10, ubi fere eadem.

8) Cons. V. Metr. 1 pr.

9) Bc. *diversa.*

10) Eadem Lc.; similia Lb.; cf. Schol. Cruq. Horat. Od. I, 1, 23.

11) Eadem Lc.

12) Lc. *confusus;* idem addit: *omnis sonus confusus dicitur.*

13) Eadem Lc., sed *dimisit ipsis Romanis.*

tur classicis. B. *foro*) Ariminium vocabatur el foro. VC. *Lituus*, quo vocantur milites ad lites;[1]) tuba quasi *tofa*[2]) i. cava, item tuba[3]) quasi tibia. LB. Bene differentiam fecit inter sonitus lituum et tubarum; nam[4]) sonitus litui acutus est, tubae[5]) vero gravis est.[6]) BC. VOSS.

238. *classica*) Accusativus pluralis est; est autem genus tubae. *Classica*[7]) sunt cornua, quae convocandi causa erant facta, et a calando i. vocando classica dicebantur; de quibus Virgilius:[8]) *Classica iamque sonant.* Hoc loco *classica* non *cornua*, sed cornuum sonitus significat. BC.

240. *defixa*) ut Virgilius:[9]) *Armaque fixit Troia*;[10]) et ut hoc ostendat[11]) in pace fieri, addidit *nunc placida compostus*[12]) *pace quiescit.* GUELF. VOSS. *Furor arma ministrat*, dicit Virgilius.[13]) VC.

241. *Crate*) nudo ligno. LC. abiecta congerie ligni. BC. abiecto corio. LD. *fluentes*) i. deficientes. LD. corio[14]) vetustate consumto.[15]) BC. VOSS.

242. Ariminenses repente accipiunt *clipeos*, defluentes *iam nuda crate*, quia prae[16]) vetustate iam deciderat corium. B. *curvataque*) ex antiquo usu obtusa. LB. reverberata, mutilata in acie, dardos. BC. *Pila* sunt arma iaculorum atque telorum,[17]) quae vulgo dardos[18]) vocamus. BC.

243. Et *invadunt enses scabros* i. nigros morsu nigrae rubiginis. B. *scabros*) asperos. LC.

245. *celsus*) in tumulo. LC.

246. *gelidus*) Vel gelidus dicitur, qui gelidos facit. BC. *mutos questus*) Unum pendet ex altero; illa *mutos questus*, quia *in tacito pectore.* BC.

247. Et *volvunt questus* tacitos; et haec sunt verba

1) Festus v. *Lituus*: *Lituus appellatus est, quod litis sit testis.*

2) Verbum novum, quod tuetur Papias v. *tofus, lapis cavernosus et mollis.* Ioann. de Ianua: *tofus a todere dicitur, lapis asper et cavernosus;* adde Adelung. Gloss. T. VI. p. 675. Verba sunt Isidor. Orig. XVII, 4.

3) Eadem Papias v. *tuba* et Isidor. l. l.

4) Conf. Schol. Cruq. Horat. Od. I, 1, 23.

5) Bc. *tubarum.*

6) Voss. non habet *est.*

7) Sunt verba Isidori l. l., et ex parte Papiae; eadem leguntur in Lb.

8) Aen. VII, 637.

9) Aen. I, 248.

10) *Troia* deest in Guelf.

11) Voss. *ostend. hoc f. in p.*

12) Guelf. *positus cum.*

13) Aen. I, 150.

14) Abest a Bc.

15) Bc. *consumtos.*

16) Eadem Lc.

17) Sunt verba Isidori Orig. XVII, 6.

18) Quo de verbo cf. Adelung. Tom. III. p. 11.

illorum: *O, dico, haec moenia* dico, malo omine *condita* etc. B.

248. *O male*)* Galli quidam,[1]) intestina discordia et assiduis dissensionibus finibus suis remoti,[2]) sedes novas quaerentes, Italiam profecti sunt, ibique[3]) Tuscis expulsis Mediolanum, Ariminum atque alias urbes condiderunt; unde ait poeta *o male vicinis.*[4]) Dicitur a quibusdam[5]) etiam, quod idem Ariminum Romani condidissent. BC. VOSS. I. II.

249. *damnata*) destinata. Statius:[6]) *Subeunt campo, qui proximus urbi damnatus bellis patet exspectatque furores.* Damnatus dixit pro destinatus. BC.

252. *sub Eoo*) i. oriente; per orientem enim vult intelligi habitationem, nimio calore intemperatam;[7]) contra per Arcton habitationem, nimio frigore asperam. BC.

253. *Errantes domos*[8]) Numidas dicit, ut[9]) ait Sallustius,[10]) *quia saepe tentantes alia atque*[11]) *alia loca petiverunt,*[12]) *semet Numidas*[13]) *appellaverunt.* BC. VOSS.

254. Ne viderentur iniuste conqueri, subiungit alia mala, quae passi sunt, ubi dicit *nos primi Senonum motus.* Senones[14]) olim ceperant Romam[15]) praeter Capitolium, quod etiam cepissent, nisi quidam anser admonuisset; et steterunt ibi per quinque dies. Et quia admonitu Minervae[16]) dicebant anserem admonuisse, loco illorum quinque dierum tristium instituerunt sacrificia Minervae per quinque dies, quos[17]) Horatius[18]) vocat Quinquatria. B. *primi*) Ili initio Italiae erant, ideo dictum *tueri castra Latii.* BC. *Senones* Galli sunt dicti ab urbe metropoli, quam colunt. BC. *Cimbrus* est populus iuxta montem Iovis, qui etiam Romanum imperium inquietabat.[19]) B. LC.

1) Voss. *quidem.*
2) Bc. *suorum permotis* pro *fin. — rem.*
3) *ibique — exp.* absunt a Bc. et Voss. I.
4) Bc. addit *h. m. c. g.*
5) *etiam* et *idem* desunt in Voss.
6) Theb. VII, 239, ubi Lutatius eodem modo v. *destinatus* explicat.
7) Bc. *intempretatam.*
8) Bc. *Incertas Numadas.*
9) Bc. addit *enim.*
10) Iug. 18.
11) Voss. *et.*
12) Voss. *petierunt*; seq. *semet* abest a Bc.
13) Voss. glossam addit *i. e. vagantes*; cf. Isidor. Orig. IX, 2.
14) Fere eadem Lc.
15) *Rom.* ex Lc.; B. *civitatem.*
16) Lc. *Iunonis.*
17) Lc. *quae m' quinquennia vocant.*
18) Ep. II, 2, 197, ubi vide Schol. Cruq.
19) Lc. *perturbavit.*

Cimbri sunt Galli Viennenses [1]) i. Burgundici; *(et man. al.)* sunt Bavarici. BC.

255. *Martem*) Iugurthae Hannibalem cum suis Africanis. LC. Adventum Asdrubalis devicti in Metauro a Salinatore et Claud. Nerone. VC. *Libyes*) Genitivus Graecus est. [2]) Bellum Punicum; per hos enim venit Hannibal facta [3]) via per Alpes; de [4]) quo Iuvenalis: [5]) *Et montem rupit aceto.* BC. VOSS.

256. *Teutonici* etiam invaserunt sub quodam principe Suevorum. B. Teutones ipsi sunt Teutisci, gentes Germaniae; hos Pompeius devicit. Iuvenalis: [6]) *Cum de Teutonico vellet descendere curru, provida Pompeio dederat Campania.* [7]) BC.

258. *Nulla vox* est *credita dolori*, pro nullus dolor est creditus voci. [8]) Non est dolor creditus voci; sed potius tanta quies erat, in *quantum volucres silent, cum bruma coercet rura.* B.

259. *volucres*) Incertum enim, utrum [9]) volucres bruma coerceat, an rura; ad utrumque potest referri. BC. *bruma*) Bruma dicitur *ἀπὸ τῆς βρώσεως* [10]) i. e. ab aviditate edendi, aut a brevitate dierum. [11]) BC.

260. *mediusque*) i. infra ripas. LB. i. inter exteriorem et interiorem aquam. LC. Stagna enim sunt in fundo, et superna tantum maris pars movetur. BC.

261. Nunc revertitur ad principale. Dixit superius *astra fugiebant ignem solis;* et, si volumus eodem die illos venisse, qui maxime instigaverunt eum, dicemus esse repetitum per alia verba, quod dicit *noctis gelidas lux* etc. Vel ut dicamus, dies prima et nox iam praeterierant; et postquam secunda dies iam venerat, *ecce faces belli.* [12]) Et revera *faces;* nam *addunt stimulos dubiae menti urgentes in proelia.* B.

262. *faces*) incitamenta. LC. Ordo est: *ecce fata addunt dubiae menti faces belli, et addunt stimulos urgentes* [13]) *in proelia.* BC. VOSS.

264. Et per hoc, quod isti, qui deberent contra esse, venerunt ad eum, videtur *fortuna* laborare, ut Caesar habeat causas movendi [14]) arma contra Ro-

1) Bc. *Virenses.*
2) Absunt a Voss.
3) Voss. et scholion alterum Bc., quod cum Voss. consentit, *aperta.*
4) Desunt haec in Voss.
5) X, 153.
6) X, 282.
7) Bc. *campo.*
8) Eadem Lc.
9) Bc. *verum*, quod correxi.
10) Bc. *TIECBPOCIC.*
11) Cf. Isidor. Orig. V, 35. ex nostro loco corrigendus; scribendum enim *βρῶμα* pro *bruma.*
12) Eadem Lc.
13) Bc. *vagantes.*
14) Eadem Lc.

manos. B. *iustos*) In eo enim, quod expulsus est Curio, inventa est causa pugnandi; et defensio parata est, quia tribunos vindicabat hoc bello. VOSS. quia expulsus est Curio, et defensio praeparata propter eiectos tribunos. BC.

265. *causas*) vel quia triumphus negabatur ei, vel quia fautores sui expulsi sunt ab urbe, et illis minabantur nunc et reprobabant eis Gracchos, qui pro tali seditione interfecti sunt. LC.

266. *Expulit*) Lentulus enim [1]) et Marcellus, [2]) qui tunc consules erant, [3]) expulerant [4]) tribunos plebis. BC. LB. VOSS. *discordes*, contra senatum scilicet superbos. [5]) BC. VOSS. *tribunos*) M. Antonium et Q. [6]) Cassium. BC.

267. Quid vocet *faces belli* ostendit. *Curia*, quae saepe *expulit* Gracchos, et inde minabatur istis, illa *curia expulit* hos *tribunos*, quos tribunos secutus est Curio. Curiam vocat senatores; *faces belli* vocabimus expulsionem tribunorum, et ipsum etiam Curionem. B. *iactatis*) ut talia timerent, qualia perpessi sunt Gracchi a senatoribus. BC. *iactatis* i. iactando et inproperando [7]) eis Gracchos, qui dissentiendo a nobilibus et consulibus occisi sunt. LB. reprobatis LC. Gracchi, quorum Cicero meminit in Invectivis [8]) et in Miloniana, [9]) quia seditiose in tribunatu agebant, occisi sunt. Hos ergo obiicit Lentulus consul praesentibus tribunis dicens: tale decretum de nece vestra laturus sum, qui Caesari favetis, quale in Gracchos est latum; *iactatis* ergo in exemplum propositis. VOSS.

269. Et reddit Curionem aptum ad hoc, quod possit accendere Caesarem, ubi dicit *venali lingua*, et *quondam* pro populo loqui solitum. B. Curio hic prius partis erat [10]) Pompeianae, semperque plebi et patribus Caesarem inquinabat; sed volens eum Caesar obtinere, aurum ei direxit, [11]) ut a sua locutione cessaret. Quo facto aurum accipiens, qui prius Caesari [12]) nocebat, illum post plebi et patribus commendabat. [13]) De quo [14]) Virgilius: [15]) *Vendidit hic auro patriam.*

1) Lb. *Quia L. et.*
2) Bc. Lb. et Voss. *Gellius.*
3) Bc. *fuerant.*
4) Voss. *expulerunt.*
5) Voss. *scil. et sup. c. s.* Oudp. laudat Caes. B. C. I, 5.
6) Bc. *P.*
7) i. improbando; cf. Gesner. Thesaur.
8) i. e. Catilin. I, 1. 2. IV, 2.
9) c. 6. 27.
10) Voss. *erat part.*
11) Voss. *misit ei aur.*
12) Voss. *Caesarem prius.*
13) Bc. *comm. et patr.*
14) Voss. *hoc.*
15) Voss. addit *dicitur posuisse.* Locus Virgilii est Aen. VI, 621.

Curio iste promtus et popularis orator Romae habebatur insignis, qui deinceps in Africa periit pudore [1]) amissi exercitus. BC. VOSS. *venali*) Caesar corrupit Curionem pecunia anno, quo fuit tribunus, ut faveret sibi, ut dicit Suetonius, [2]) et Curionem violentissimum tribunorum sibi ingenti mercede paravit; sed pater istius Curionis, vocatus etiam Curio, fuit inimicissimus Caesari. De filio vero dicit Virgilius: *Hic auro* etc. VC. *Vox*) Tribunus eloquens [3]) fuit, qui quondam Caesari contra Gallos pugnanti [4]) per X annos prorogavit imperium, cum provinciae consulares lege ipsius Caesaris non plus quam biennio obtinerentur. BC. VOSS.

271. *miscere* ad utrumque potest referri, ad discordiam et ad pacem. BC.

275. Trahere *imperium* intelligit potestatem porrigere. Rostrum [5]) vocat locum illum, ubi placita fiebant. Devicta Cleopatra de rostris navium fecit Caesar fieri aeneas columnas, ubi res communes agebantur. B. Pompeius victis piratis fecit sedes de rostris navium, postea Augustus maiores victis Aegyptiis. LB.

276. *dubios*) utrum tibi dignitatem servarent an non; *(et man. al.)* aut incertos, aut instabiles. BC.

278. Prius hoc fecimus; at nunc *pellimur patriis laribus, postquam leges siluerunt bello* hoc faciente, q. d. magis nunc iniustitia dominatur, quam iustitia. B. *volentes*) ideo volentes, ne videatur necessitate, sed voluntate [6]) venisse. BC. VOSS.

281. Remove *moras*, cum sis paratus et ipsi imparati; [7]) nam *paratis semper nocuit differre*. B. *paratis*) i. illis, qui parati sunt. BC.

282. Adhuc alia causa, quare debeas tollere *moras;* nam *labor* [8]) iste et *metus* iste erit parvi, cum, etiamsi *par* esset *labor* et *metus*, non deberes dubitare incipere; cum maius sit illud, quod nunc adquiretur. [9]) B. Sensus est: [10]) in hoc bello tantus impendendus est *labor* et *metus*, quantus in bellis [11]) Gallorum; sed

1) *pud. — exerc.* a manu al. Bc.; similia profert Lc.

2) Caes. 29.

3) Voss. *plebis enim.*

4) Voss. omisso v. *quondam* habet *C. pugn. C. Gall.*

5) Fere eadem Bc. et Lc. Similia de *rostris* vide ap. Schol. Prudent. Perist. IV, 45. et Ioann. de Ianua.

6) Voss. omissis *sed vol.* habet *ne viderentur ad Caesarem n. non favore v.*, ubi *non* aperte falsum est.

7) Eadem Lc.

8) Fere eadem Lc.

9) Scholion Lc. vide T. II. p. 555.

10) Voss. *hic est sensus.*

11) Bc. *bello.*

post victoriam plus consequeris; ibi enim Gallias subegisti, hic tibi serviet Roma et totus orbis, [1]) quia orbis illius est, quae [2]) subigitur. BC. Voss. *pretio*) i. fructus maior erit, quia toti mundo dominaberis. Lb.

283. Et ostendit eum passum et maiorem metum et laborem, ubi dicit *bellantem geminis* etc.; et minus pretium habuisse, ubi dicit *pars quota terrarum* etc. B. Solent poetae obscure posita sequentibus explanare, sicuti hoc loco; quod enim dixerat *par labor atque metus pretio maiore petuntur*, explanat tribus sequentibus versibus. BC. *lustris*) Lustrum quinquennale tempus dicebatur, quo Roma lustrabatur i. purgabatur. [3]) BC.

284. *Pars quota* i. e. aliqua, ceu diceret vilis, comparatione totius orbis. Iuvenalis: [4]) *Non possum ferre, Quirites, Graecam urbem, quamvis quota portio faecis Achaei.* [5]) BC. Nunc ostendit in hac parte minorem laborem habere, ubi dicit *facili si proelia* etc. Maius pretium esse in hac parte ostendit, ubi dicit *tibi Roma* etc. B.

285. *subegerit*) subigere poterit. LB.

286. Alia causa, quare debes tollere *moras;* non enim redditur tibi triumphus, quem merito deberes habere; et hoc est ubi dicit *nunc neque te* etc. B.

287. *laurus*) Quando aliquis cum triumpho veniret, Capitolium lauro coronabatur, [6]) et ille cum gloria intrans Iovi gratias pro victoria reddebat. [7]) Voss. Lauro victores coronabantur, eo quod viret [8]) semper; dicitur autem laurus quasi laudus, *d* in *r* commutata; [9]) est autem nomen secundae et quartae declinationis. [10]) BC.

288. Alia causa, quare debes tollere *moras;* nam *livor* Pompeii *negat tibi omnia;* et adhuc aliud, etiam gentes illae, quas nunc vicisti, non recipient te. B.

1) Bc. *et t. orb.* non habet.

2) i. e. Roma.

3) *Similia* habet Serv. ad Virg. Aen. I, 283; VIII, 183. et Ioann. de Ianua; propius ad verba accedit Isid. Orig. V, 37.

4) III, 60.

5) Bc. *Archei.*

6) Similiter Lc.

7) Similia habet Schol. Horat. Od. IV, 3, 8.

8) Bc. *victores*. quod correxi. Servius ad Virg. Eclog. VIII, 12: *Cur tamen triumphantes lauro coronentur, haec est ratio, quoniam — — semper vireat.* Isidor. Orig. XVII, 7: *Hanc arborem Graeci Δάφνην vocant, quod nunquam deponat viriditatem; inde illa potius victores coronantur.* Ex eo sua hauserunt Papias et Ioannes de Ianua.

9) Cf Serv., Isidor. ll ll., Papiam et Ioannem de Ianua.

10) Serv. ad Virg. Ecl. II, 54. et Aen. X, 689; Charis. Inst. Gramm. I, p. 110 et Valer. Prob. Cathol. p. 1472. Putsch.

Livor) Bene dixit [1]) *livor edax;* invidia enim proprium dominum consumit. [2]) Bc. Voss. *subactas*) Vix tibi venia datur, quod subegisti tot gentes, et Galliam vicisti. Voss. i. neque superatas poteris ferre, quia non sinit Pompeius. Bc.

289. *Non impune* q. d. non tibi tantum triumphus negatur, sed pro victoria tibi poena paratur. Lc.

290. *partiri*) quia Pompeius non sinit te sibi parem esse. Voss. neque suppetias ferre poteris, quia non sinit Pompeius. Bc.

291. *Postquam sic* est effatus, *et ipsi*, quamvis animosus esset, *addidit* multum *irae*, statim *convocat armatos* iuxta vexilla, et ibi habuit huiuscemodi orationem. Et cum ita esset procedendum, prius ostendit quantum *irae addidit*, ubi dicit *quantum iuvatur Eleus* etc. B.

294. Eleum vocat eum ab Elide, ubi constitutus erat ludus in honorem Olympici Iovis. [3]) B. Eleus derivatum est ab Elide, civitate Graeciae, ubi antiquitus celebratus est [4]) quinquennalis agon in honorem Olympici Iovis. [5]) Quinquennalis dicitur, quia post quinque annos celebratur lusus quadrigarum sive ceterorum exercitiorum. Ad illum ergo lusum eligebantur celerrimi equi. Voss. Virgilius: [6]) *Eliadum palmas Epiros equarum.* [7]) Bc. *carcere*) Singularem numerum pro plurali numero [8]) posuit, nam *carceres* dicuntur, unde emittuntur quadrigae. [9]) Est autem sensus: quamvis Eleus sonipes amore currendi vix queat retineri clausis carceribus, et [10]) immineat foribus i. e. currere cupiat, tamen multum voce hortantis adiuvatur. Nam *repagula* dicuntur proprie pessuli ostiorum; dicuntur etiam *repagula* fluminum oppositiones, ripae. [11]) Bc. Voss. Hoc tamen loco *repagula* lora i. e. retinacula accipi possunt. Bc.

1) Voss. *dicit.*
2) Voss. *consumet.*
3) Fere eadem Lc.
4) Voss. *celebratus.*
5) Similia notant Lb. et Bc.
6) Ge. I, 59.
7) Bc. *Epirum equus.*
8) *num.* deest in Voss.
9) Voss. *aurigae;* sed Serv. ad Virg. Aen. I, 54, qui idem statuit discrimen: *unde erumpunt* (al. *emittuntur*) *quadrigae; carceres dicimus numero tantum plurali*; cf. eund. ad V, 145. et Ge. III, 104. Inde sua delegerunt Papias, Ioann. de Ian. et ipsa verba Isidor. Orig. V, 27; adde XVIII, 32. et Vel. Long. de Orthogr. p. 2244. Putsch.
10) *et — cupiat* desunt in Bc.
11) Schol. Prudent. Hamart. 242: *repagula, obstacula, litora, serraturae*, an *serratura?*

295. *repagula*) clausuram ostii. [1]) LC. *laxet*) i. pulset. LD.

296. *extemplo*) Sermo est [2]) augurum: *illi enim*, designatis in aere spatiis, extemplo auguria captanda dicebant. [3]) BC. VOSS. *maniplos*) Maniplus dicitur, qui signa fert; [4]) ante usum enim signorum foeni manipulos [5]) praeferebant; nam [6]) tempore Romuli hoc factum est, cum respublica pauper esset adhuc. [7]) BC. GUELF. VOSS. In maniplo continentur triginta milites. B.

297. *Trepidum* hic accipit pro festino; [8]) nam proprie accipitur pro timido, et est compositum ex tremore et pede. B.

298. *dextraque*) Persius: [9]) *Scis calidae fecisse silentia turbae maiestate manus.* BC.

299. Oratio Caesaris ad suos, quae clauditur sub una ratione Cassiodori, [10]) scil. quod omnium malorum extremum est inde detrimenta suscipere, unde sperantur subsidia devenire. VC.

300. *Vincitis iam*, scilicet in decimum annum, q. d. ista dicitur vera victoria, quam nunc inter manus habetis. [11]) *B.*

301. *Nunc* ducit Pompeium in odium, dicendo gravius se habere in illum, quam in hostes. *Pericula experti* estis, et pro [12]) hoc redditur vobis hoc praemium; et hoc est quod dicit *hoc cruor* etc. B. *Hoc*) quod nos expellimur ab urbe quondam nostra? LC. *meruit*) Statius: [13]) *Hoc mihi Lemniacae de te meruere catenae?* BC.

303. Et [14]) quid velit per istud *hoc*, subiungit, ubi dicit *non secus ingenti*, ac [15]) si dicat promeruimus nos *hoc*, ut Roma concutiatur pro nobis, *non*

1) Papias fortasse ex MS. Lucani: *Repagula, quae ad impedimentum opponuntur, retinacula introitus, obices, ostia carcerum in circo euntibus, unde equi cum quadrigis egrediuntur.*

2) Deest in Voss. *est.*

3) Voss. *dicenda captabant.* Similia monet de v. *extemplo* Serv. ad Virg. Aen. I, 92; adde II, 699. et Lutat. ad Stat. Achill. II, 88.

4) Bc. pro his habet *signa ferentes.*

5) Voss. *s. ante exercitum manipulum foeni.*

6) *nam — adhuc* absunt a Guelf.

7) Voss. *adh. ess. p.*; Voss. II. et Bc. *paupera*, cf. Serv. ad Virg. Aen. III, 539. et XII, 519. Fere eadem de manipulis disserit idem ad XI, 870, et Isidor. Orig. IX, 3. fortasse ex Lucani scholiis; vide et infra ad IV, 31.

8) Ita et Lc.; cf. Serv. ad Virg. Aen. II, 382; III, 666 etc.

9) IV, 7, ubi vulgata *fert animus* pro *scis.*

10) Ep. 27. T. I. p. 64.

11) Fere eadem Lc.

12) B. *per.*

13) Bc. habet *Virgilius*, sed est locus Thebaidos III, 274.

14) B. addit *ostendit.*

15) Eadem Lc.

secus quam si Hannibal veniret, maximus hostis Romanorum? Non meruimus. B.

304. *Concutitur Roma;* nam *implentur cohortes tirone.* Unde non est curandum; nam minime est validus. In [1]) cohorte continentur D milites. B.

305. *implentur*) per hoc notat cohortes Pompeii non esse fortes. LC.

306. Hoc faciunt in terra, quod dixi, et ut etiam mare auferant nobis, *in classem cadit omne nemus.* B. LC. *In classem*) ut classes scilicet fiant. VOSS. ut inde classis [2]) fiat, h. e. incidunt [3]) omnes silvas ad naves faciendum. Classis dicitur navis Graeco vocabulo *ἀπὸ τῶν χάλων* i. e. a lignis, unde et calones naviculae, quae militibus ligna portant. [4]) BC. *terra marique*) ut [5]) nusquam impune liceat consistere. BC. VOSS.

307. Ubi dicit *iussus Caesar agi* etc. intelligit se et suos. Quod non deberent facere, cum fortuna bene favisset nobis in Gallico certamine; et hoc est ubi dicit *nunc tentamur, cum fortuna secundis* etc. B. *iacerent*) i. capta essent. [6]) Allusit Crassum, quo duce Parthi signa Romana ceperant. Sensus autem est: quid dicerent, [7]) si capta essent signa Romana me duce, et si victus darem [8]) terga inimicis? Scilicet nihil; sed nunc [9]) victor cum sim, non patiar negari mihi debitos honores. BC. VOSS.

1) Eadem Lc.
2) Bc. *in classes.*
3) Bc. *incidant.*
4) Eadem verba leguntur ap. Isidor. Orig. XIX, 1. et Papiam v. *classis;* adde Gloss. MS. Sangerm. Nr. 501: *Calones, negotiatores, naviculae, quae ligna militibus portant;* et Papias v. *calones: negotiatores, naviculae, vel cellae militum, vel homines, qui ligna militibus portant; nam Graeci lignum χᾶλα dicunt.* Offendunt *calones naviculae;* propter Serv. ad Virg. Aen. I, 39, qui fere iisdem verbis utitur, (quocum cf. Lutat. ad Stat. Achill. III, 43. et Schol. Horat. Ep. I, 14, 42.) et propter vulgarem vocis ûsum exspectaveris *ministros s. servos.* Noli tamen errorem ipsius auctoris corrigere, neve scribas *celones,* quas naves fuisse dicunt Isidor. l. l., Papias v. *celonis,* Ioann. de Ian. v. *celox* aliique. Iam dudum enim monuit Gesner. in Thesauro v. *celox* Isidori *celones* nihili esse et scribendum *celoces;* quod eo magis verisimile est, quia Isidorus *celocium* nuspiam facit mentionem. Illud *celones* vero, quod abiit in *calones,* effecisse videtur, ut naves et ministri militum confunderentur. Ceterum de origine v. *classis* cf. praeter ll. ll. Servii et Papiae, Glossam Priscian. p. 302. Ed. Lindem. et Schol. Horat. Epod. 2, 5; similia erant in Bc. infra III, 515.
5) Bc. *i.* pro *ut.*
6) Desunt in Voss.
7) Bc. *dicerem.*
8) Voss. *dedissem.*
9) Voss. *cum v. s.* sine *nunc.*

309. Et probat a contrario et quodammodo a maiori, quod non deberent facere, ut ita *dicat*: nunc [1]) faciunt, cum bene successit nobis, si autem *male* evenisset nobis, quid facerent? Ac si dicat non haberent, quod gravius facerent; et sic non iudicium faciunt. B.

311. *Tentamur;* et tentemur, nam parum proficiunt; [2]) et hoc est quod dicit *veniat longa* etc. B. *dux*) Detractio Pompeii, agens simul ut fortiores sint milites Caesaris, si talis inimicus est solutus, quia [3]) olim dimicare desivit. VOSS. *solutus*) i. effeminatus. LC.

312. Subitum militem vocat non exercitatum [4]) in bello. B. *subito*) rudi, i. tirone, [5]) ut hic novitate pugnare non possit. BC. q. d. invalido. LC. *togatae*) Ideo dicit, [6]) quia vestimenta haec tantum pacis tempore apta erant. BC. VOSS. Romani pacis solummodo tempore utebantur toga, belli autem tempore paludamentis. BC. *(man. al.)*

313. Hic est *Marcellus* consul, Lentuli collega, qui Caesaris dignitatem acriter impugnabat, et ante tempus ad senatum de Caesaris *provinciis* retulerat, et sibi omnem dignitatem ex Caesaris invidia quaerebat. *Catones* dicit quantum ad multos eiusdem progeniei. Censorinus [7]) iam erat mortuus, qui fuit avunculus Uticensis Catonis. Qui [8]) dictus est Uticensis, eo quod se Uticae interfecisset, nolens esse sub imperio Caesaris. *Catones* dico, qui [9]) sunt *vana nomina;* non enim id notant, quod fingunt. B. Sic dixit *vana nomina*, q. d. quorum fama non congruit. BC. *Catones*) Duo fuerunt, avunculus et nepos. *(et man. al.)* Virgilius: [10]) *Quis te, magne* [11]) *Cato, tacitum;* unde dicit Servius: [12]) *De eo Catone loquitur,* [13]) *qui Censorius cognominatus est, cuius e* [14]) *stirpe fuit, qui civili bello sua manu se interfecit.* M. Porcius Cato senatum sua sententia rexit, et fuit omnium prudentissimus; postea, Pompeianas partes secutus, in Africae civitate Uticae gladio se interfecit, cum divus Caesar exstitisset victor. BC.

1) *nunc — facerent;* eadem in Lc.
2) Similiter Lc.
3) *quia* etc. eadem in Bc.
4) Ita Lc. quoque.
5) Idem habet Voss.
6) Voss. *dixit q. h. vest.*
7) *Censor. — Caes.* eadem in Lc.
8) *Qui — Uticens.* ex Lc. recepi.
9) *Qui — nom.* eadem Voss.
10) Aen. VI, 842.
11) Bc. *mane.*
12) Verba Servii ab iis, quae in Edd. leguntur, prorsus diversa sunt.
13) Bc. *loquar.*
14) *e* non est in Bc.

314. *Veniat dux cum subito milite* et cum togatis; et cum sint tales, *satiabunt Pompeium continuo regno per tot* secula? Minime facient, cum etiam *extremi* in militia, et illi iidem *emti*. B. *extremi*) viles. LB. ultimi in militia. LC. *emti*) quia emebat favorem populi cum pretio; vel quia colligens frumenta eis dedit, ut ei forent subacti. LC. Plebeii hi erant aliqui raffacanes. [1]) VC. pretio [2]) collocati. Haec cum stomacho legenda sunt. BC. VOSS. *Clientes* dicuntur quasi colentes, quia [3]) colunt patronos. BC.

315. *Continuo*) continuato. LB. i. continue regnanti. LC.

316. *reget*) Puer enim contra Sertorium dimicavit, currusque triumphales duxit. Bene autem *reget* positum est, ut prae dolore Caesar adhuc futurum esse putet, quod factum est. VOSS. Et quia non potest ex toto negare bona ipsius facta, debilitat in quantum potest, ubi dicit rapuisse illos *honores*. Ius fuit, ut nullus triumpharet usque ad vicesimum quartum annum, et ideo in vicesimo tertio eligebantur. Quod quia Pompeius non fecit, dicit *nondum patientibus annis*. Et hunc triumphum habuit de Sertorio, quem devicit per Perpennam [4]) in Hispania. Et quod continuare velint ei regnum, ostendit; *ille* rexit *currus annis nondum patientibus*, et adhuc *reget?* Nam *nunquam dimittet honores semel raptos*. B.

318. Et adhuc possem multa alia sua facta enumerare, sed cur ea enumerem, cum sint certa? Et tamen breviter tangit, quod,[5]) dum cognovit famem futuram, collegit frumentum de toto orbe, et fame habita coegit illos famelicos servire sibi. B.

319. Pompeius [6]) omnia frumenta collegit ex agris, ut coacti fame [7]) homines sibi obtemperarent. BC. VOSS. Pompeius totam annonam iussit emi et mitti in horrea sua, unde, cum gentes fames affligeret, dederunt se illi in servitutem ut pascerentur. NORIC. *famem*) famelicos; auferebat enim ruricolis et dabat civibus vagabundis et expertibus. Pompeius V annis fuit praefectus annonae, et illud officium usurpavit

1) Vox ignota.
2) Voss. *i. e. pr. conducti.*
3) Bc. *qui*, quod correxi auctore Schol. Iuvenal. I, 132. p. 580. Cram., ubi eadem fere verba sunt. Similia de v. *cliens* origine monent Serv. ad Virg. Aen. VI, 609; Isidor. Orig. X, 3. et inde Papias cum Ioann. de Ian.
4) B. *Pennam.*
5) *quod* addidi de meo.
6) Voss. addit *enim*; simile scholion est in Lb.
7) Non exstat in Bc.

superveniente fame. [1]) Nec erat vile, cum dicat Lu': [2]) *Si quis quondam annonam in urbe factitasset, magnus habebatur;* nec immerito, quia Roma volebat omni die LXXX millia modiorum annonae; et sic per hoc acquisivit sibi multos clientes. Vc. *timenti*) quia cito ad timorem impellitur; pro timidis forensibus. Bc.

320. Et dicerem etiam illam iniustitiam, quam de Milone fecit, qui, cum damnandus esset, quia [3]) interfecerat Clodium iniuste, tamen iste defendit eum; dicerem, nisi scirem [4]) omnibus esse notum; et hoc est quod dicit *quis nescit castra* etc. *Castra* vocat milites Pompeii. Timens forum vocat, ubi agebantur res communes, et ponit id quod continet pro eo quod continetur. Et merito *timenti, cum gladii cinxerunt Milonem,* qui merito trepidus erat. *Gladii*, dico, *minantes* patribus *triste iudicium;* quia *corona* hominum erat *insolita;* nam minabantur, si recte iudicarent, male eis evenire. Quod esset tolerandum, si pro iustitia faceret, quod minime faciebat; et hoc est quod *dicit atque auso medias* etc. *B.* Sensus est: quis nescit [5]) *Pompeium* coacte timeri a civibus, dum *castra* eius *mixta* sunt [6]) *timenti foro*, et *gladii minantes triste iudicium cinxere trepidum* aliquem i. timentem [7]) *insolita corona*, quam videlicet faciunt milites circumstantes, ut [8]) Tullius pro Milone: [9]) *Non enim corona consessus vester cinctus est, ut solebat.* Bc. Voss.

322. *medias*) Emphasis [10]) poetica; — exaggeravit dicendo *medias leges.* Bc.

323. *Milonem*) Invidiose Pompeii facta commemorat sic, ut vilia videantur, quae gessit. Milo iste Clodium occidit, et in campo eum superveniens sex legios [11]) occidit, unde reus dictus est. De quo Iuvenalis: [12]) *Quis coelum terris non misceat et mare coelo, si fur displiceat Verri, homicida Miloni?* Vel quia pa-

1) Vc. *fami.*

2) An *Bo'* i. Boethius? Videtur nomen praeceptoris significare. Schneider. Non videtur.

3) *quia — iniuste*; eadem in Lc.

4) B. *nisi quia scio*; fortasse post *nisi* exciderunt *superfluum esset.*

5) Bc. *nesciat.*

6) Bc. *sint*; Voss. *for. tim.*

7) Bc. addit *aliquem.*

8) *ut* etc. non leguntur in Bc.

9) c. 1.

10) Bc. *Ecphasis.*

11) Bc. *legiones*, quod correxi; de v. *legius* s. *ligius* i. e. familiaris, domesticus cf. Adelung Glossar. T. IV. p. 411.

12) II, 25.

triae coniurator fuit, sicut paulo infra cum vituperatione dicit: *post Cilicasne vagos et lassi Pontica r. P.* BC.

324. *lassum*) a bello. LB. i. e. ne privetur in senectute a dignitate et militia. VOSS. *privata*) qui privari debuerat regno, q. d. debuerat iam deponere militiam propter senectutem. BC.

325. Olim haec mala fecit, nunc etiam *parat bella* ad hoc tantum, ut non careat honore; et non mirum, nam *suetus* est male uti *civilibus armis*. Et habuit domi, unde didicit; et hoc est quod dicit *et docilis Sullam* etc. B.

326. Sulla, cognita Pompeii adolescentis industria, annos XXI natum in tantum [1]) exercitibus eum praefecerat, ut secundus a Sulla haberetur. B. LC. Sulla hic imperator et dictator fuit, qui, de Asia regressus, pugnavit cum Mario adolescente; quo victo, in cives valde saevit. De quo idem Lucanus in secundo: [2]) *Sulla quoque immensis accessit cladibus ultor*. Sub illo Pompeius militavit; hinc Iuvenalis: [3]) *In tabulam Sullae si dicant discipuli tres*, i. Pompeius, Crassus et Caesar, qui sub illo militaverunt. BC. Fuit enim de partibus Sullae. Hic enim Sulla civilia bella gessit. VOSS.

327. Quam doctrinam aliquando deberes dimittere, quod minime facis; et hoc est quod dicit: [4]) et, o *Magne*, adhuc *durat tibi sitis, tibi*, dico, *solito lambere Sullanum ferrum*. Et praemittit comparationem: *ut ferae* tigrides *nunquam* deposuere *furores, quas* tigres *cruor armentorum pavit, dum* ipsae tigres *sequuntur lustra* etc. B.

328. *Hyrcano*) in Hyrcana silva. Hyrcana regio est, vocata a silva eiusdem nominis; est autem regio aspera silvis et copiosa immanibus feris; de qua [5]) Virgilius: [6]) *Hyrcanaeque admorunt ubera tigres*. BC.

330. *lambere*) ad maximum desiderium retulit dicendo *lambere ferrum*. BC. VOSS.

331. Et ut magis dehortetur eos a consimili negotio, subiungit in animo: et non est mirum; nam *nullus sanguis semel* etc. B. *sitis*) nulla magnitudo crudelitatis affert tibi satietatem. BC. *nullus*) quantumcunque magnus. VC.

333. *tamen*) quamvis tua sitis non extinguatur. LC.

334. Quamvis habuisses, quem imitatus es, *tamen*

1) B. *nat. tantis ex.*
2) vs. 139.
3) II, 28.
4) B. *dicis.*
5) Bc. *quo.*
6) Aen. IV, 367.

deberes aliquem finem facere; et *quem finem* faciet *potentia* tua? Vel aliter: Senectus tua nolet [1]) privari honore, et quamvis hoc sit, *tamen* aliquem *finem* facere [2]) deberes, et quem pones? et quam mensuram habebis in sceleribus? Habuisti [3]) Sullam magistrum scelerum; [4]) habeas etiam in dimittendo magistrum; et hoc est quod dicit *ex hoc iam te improbe* etc. B. *modus*) i. finis. Iuvenalis: [5]) *Nullo quippe modo millesima pagina* [6]) *surgit.* Bc.

335. *ille tuus*) cui [7]) iunctus fuisti, sive quem imitaris. Bc. Voss. *Sulla*) Hic enim [8]) propter crudelitatem regno pulsus est. Bc. Voss.

336. Et ubi non potest illius bene facta denegare, laborat ut saltem debilitet [9]) haec facta, dicendo illos viles fuisse, quos devicit, et quod etiam ipsemet hostis se interfecit. Deberes ponere finem; quod *non* facis, sed potius in me vis ponere finem, q. d. me devicto tandem vis discedere a regno; et hoc est quod dicit: an *Caesar dabitur Pompeio ultima provincia post Cilicas vagos? Cilicas* [10]) vocat piratas, quos devicit, quibus dedit provincias, postquam devicit. *Et lassi Pontica* etc. Hic notat illud, quod fuit missus contra Mithridatem, regem Ponti, quem tamen non aliter devicit, nisi quod ipsemet se interfecit, postquam lassus fuit pugnando. B. *Cilicas*) Hos Pompeius vicit et dedit civitatem. *Vagos* [11]) autem, quia [12]) piraticam exercebant, et simul ostendit non magnum proelium, in quo victi sunt errantes. Bc. Voss. *lassi regis*) in Ponto enim vicerat Mithridatem, quem lassum ait, ut [13]) ostendat nihil fecisse Pompeium; nam ante eum vicerant Sulla, Murena, Lucullus, Glabrio. Bc. *regis*) i. Mithridatis, qui veritus deprimi bello, hausit venenum, quod habebat secum in [14]) annulo. Lc.

1) B. *nollet.*
2) *facere* ex superioribus addidi.
3) *Hab. — dimitt.*; eadem in Lc.
4) Lc. *mag. incipiendo.*
5) VII, 100.
6) Bc. *pugna.*
7) Voss. *tu* addit.
8) Voss. pro iis *qui* cum prioribus coniunctum.
9) Delevi *ut.*
10) *Cilicas — provinc.*; eadem in Lc.; similiter, quod ad rem, Lb.
11) *Vagos — ostendit*; pro iis Voss. *et agros. Bene autem vagos posuit, ut ostenderet.* Similiter Lb.
12) Bc. *qui.*
13) *ut — Pompei.* in Voss. quoque, qui addit *multi enim ante vicerunt Mithridatem; ideo lassi.* Similia habet Lb.
14) Addidi *in.*

337. *consummata*) i. finita. LC. Bene autem [1]) dixit *vix consummata*, sive quia diu pugnatum est, utpote [2]) a tot ducibus; sive quia Mithridates, frequenter antidotum accipiens, vix [3]) suo potuit perire veneno. BC. VOSS. Quod autem dicit *vix consummata veneno* hoc est, quia [4]) solitus erat a pueritia contra venena antidotum accipere; nunc autem obsessus a filio suo Pharnace, diffidens suae saluti, maius venenum accepit barbaricum, quo mori posset citius, priusquam in manus filii traderetur. LB.

338. *provincia*) i. negotium vel officium, sive ut Caesar pro aliqua provincia accipiatur. BC. i. victoria. LC. *Provincia* multa significat; nam aliquando providentiam [5]) significat, ut *ex provincia factum est*, i. ex providentia; aliquando officium vel negotium, ut hoc loco. Potest etiam [6]) hic providentiam significare. Aliquando partem terrae significat, ut provincias dicimus [7]) regna; aliquando etiam [8]) adverbium est, et significat celeriter, ut Iuvenalis: [9]) *Instruit ergo focum provincia* i. celeriter. [10]) BC. VOSS.

339. Quod totum ideo facit, *quod non paruerim*, cum fui *iussus deponere aquilas*. B.

340. Causas civilis belli has fuisse opinantur. Cn. Pompeius ita dictabatur, [11]) quod neque opera consummare, quae instituerat, neque populi exspectationem, quam de adventu sui fecerat, privatis opibus explere posset, turbare omnia ac permiscere voluisse; alii timuisse dicunt, [12]) ne eorum, quae primo consulatu adversus auspicia legesque et intercessiones gessisset, rationem reddere cogeretur, cum vulgo praedicaret, ut, si privatus redisset, [13]) Milonis exemplo circumpositis armis causam apud iudices diceret. Quidam putant captum imperii consuetudine, pensatisque suis et inimicorum viribus, usum

1) *autem — consumm.* desunt in Voss.
2) Voss. *quippe.*
3) Voss. pro iis *digerebat venena.*
4) Lb. addit *non.*
5) Idem Lb.; Gloss. ad Terent. Heaut. III, 2, 5. et Phorm. I, 2, 22. Ed. Bruns.
6) Voss. *hic etiam*; Bc. *etiam et hic.*
7) Voss. *reg. dicimus.*
8) Abest a Voss.
9) V, 97.
10) Papias: *Provincia significat celeriter adverbium, et providentiam, et officium, ut ex providentia* (leg. *provincia*) *factum est, i. e. ex officio.* Similia habet Ioannes de Ianua; nugae!
11) B. *dictabat.*
12) B. addit *quod.*
13) An *rediret?*

occasione rapiendae dominationis, quam aetate prima concupisset. B.

341. Mihi denegant triumphum; et concedatur, quod de me habeant causam; vobis autem *saltim* reddatur, et *sub* alio *duce;* et hoc est ubi dicit *mihi si merces* etc. B. *His*) i. militibus meis. LB. *duce*) ne sibi prodesse videatur, hoc bellum facit militum causa, quod triumphare prohibetur. [1]) VOSS. i. sine me, ut se ostendat potius militum causa, quam sua pugnare. BC.

343. Et merito reddentur *his praemia,* nam in hoc labore insenuerunt; et cum hoc est, *quo se* feret illa *senectus?* Et enumerat [2]) ea, quae ipsi promeruerunt, quibus carebunt, si triumpho caruerint. B.

344. *quae rura*) Exeuntibus a militia quina iugera terrae [3]) dabantur, ubi sibi laborarent, dum viverent. BC.

346. Et deberes his dare arva, cum etiam piratis dedisti, qui non promeruerunt; et hoc est ubi dicit *an melius fient* etc. Et cum hoc non faciunt, *tollite iam pridem* etc. B. *melius*) dignius. LC. [4]) *piratae*) a πῦρ quod est ignis, [5]) quia secum ferunt. LC.

349. Ipse [6]) denegat nobis *iusta,* et tandem nobis concedet et *iusta* et iniusta, cum teneamus *arma.* Vel possumus [7]) dicere, in hoc, quod denegat *iusta,* dat licentiam, ut etiam ea, quae iuste possidet, perdat. B. LC. *iusta*) triumphum post victoriam. VOSS.

350. *Nam neque*) Ideo [8]) numina abesse [9]) non possunt, quia non quaeritur regnum, aut praeda meis armis. BC. VOSS.

351. *Detrahimus dominos urbi* etc. *Dominos* [10]) vocat filios Pompeii, q. d. non solum ipse vult dominari, sed etiam quasi per hereditatem vult filiis dimittere. B. *detrahimus*) i. detrahere volumus. BC. VOSS. *paratae*) [11]) quia non resistit Pompeio. BC. VOSS.

352. Ipse, [12]) cum ex longo orationem finivisset, hoc expeteret, ut vel negarent vel affirmarent, sed

1) An *prohibentur?*
2) Eadem in Lc.
3) Cf. Schol. ad Horat. Sat. II, 6, 55, ubi tamen nihil de quinis iugeris.
4) Aliud Schol. Lc. vide T. II. p. 574; similiter Lb.
5) Cf. supra ad vs. 122.
6) Lc. addit *Pompeius.*
7) *poss.* — *quod* desunt in Lc.
8) Voss. pro *Ideo* habet *Bonam reddit causam cur.*
9) Voss. *deesse n. possint.*
10) Eadem in Lc.; sed in fine tantum *sed et filii*, v. *vult* et reliquis omissis.
11) Voss. addit *Bene.*
12) *Ipse* — *pietas*; eadem in Lc. paucis mutatis in positione; *Caesar* pro *ipse*; *nam* pro *quia.*

tamen erant dubii; et ideo dubitabant, quia *pietas* et *patrii penates frangunt mentes*, quamvis *feras caede* priori. *Frangunt* prius, sed postea *revocantur diro amore ferri.* B.

353. *incerta*) utrum pugnare deberent contra patriam an non. BC.

356. Et ostendit quod *revocantur: tunc Laelius* exclamavit; et prius reddidit eum ad hoc aptum, quod audiatur oratione sua. Et effectum habet in eis, ubi dicit eum esse summum vexilliferum, et ubi dicit eum portare signum *servati civis*, scilicet *quercum*. Ideo *quercum* portabat, quia restituit eum ad vitam, quam vitam quercus prius attulit hominibus; nam illa vescebantur prius homines. [1]) Hic *Laelius* legionis decimae tertiae, quae aderat, miles erat; hanc enim in initio tumultus evocaverat, reliquae nondum convenerant. Post quem omnes clamant sese paratos esse imperatoris sui tribunorumque plebis iniurias defendere. B. *metu*) dum timent Caesarem, bellum recusare non audent. VOSS.

357. Iste Laelius primipilus erat. *Emeriti* valde meriti. [2]) Ordo est: *gerens quercum referentem praemia servati civis*, quae *insignia emeriti doni*. Qui enim socium a morte eruebat, munus a duce accipiebat et coronam querceam. BC.

358. *Servati*) His quidem, qui civem servassent, corona de querceis ramis dabatur. Hoc Tullius in Pisone [3]) tetigit dicens: *Mihique* [4]) *Gellius, qui propter te sedet*, [5]) *civicam coronam decrevit*. VOSS. i. quernam coronam. Erat de more Romanorum, quod civis vel advena, eruens civem Romanum de manu hostium, coronabatur folio quercus; et similiter qui primo vallum hostium transibat, vel murum ascendebat, vel [6]) aliam probitatem diversa corona coronabatur, quam semper secum ut honorale [7]) insignium [8]) habebat. Et sic coronae istae civicae, murales, vallares vocabantur, de quibus loquitur A. Gellius noctium Atticarum. [9]) VC.

1) Gell. N. A. V, 6, 11; Serv. ad Virg. Ecl. I, 17. et ad Aen. VI, 772. Similia praebent Lb. et Lc.

2) Ita et Papias, indeque Ioannes de Ianua.

3) c. 3, ubi tamen nonnulla aliter se habent.

4) Voss. I. *Quintus*.

5) Voss. I. *qui prope residet et*.

6) Excidit fortasse *ob seu propter*.

7) Nisi vis *honorabile*, novum est vocabulum.

8) i. insigne; cf. Adelung T. IV. p. 216.

9) Deesse videtur *Libro* V (c. 6).

359. *Maximum* voco te in Romano nomine; et merito maximum te voco, nam ita est in re; et hoc dicit aequipollens: iustum *est expromere veras voces.* B. *fas*) et si iam fas est. VOSS. *veras*) eo quod dixit isti superius: [1]) *His saltim longi non cum duce praemia belli.* BC.

362. *Conquerimur*, et merito, nam videris [2]) diffidere de nobis; et hoc est quod dicit *deeratne* etc. Non debet deesse fiducia, non [3]) enim te dimittemus vita superstite; et ideo patieris illos togatos degenerantes [4]) a patribus? q. d. viles. Non debes pati, nec regimen [5]) senatorum. B.

363. *Dum*) quamdiu. LC.

365. *regnum*) servitium. LB. ut senatus regnum teneat. BC.

366. Fortasse ideo pateris, quia miseret te *vincere illos civili bello. Usque adeo* i. usque ad id miseret te, quod patieris illos? B. *usque adeo*) in tantum, *(et m. al.)* ut haec pati malis? BC.

367. Et ut non *desit tibi fiducia nostri* in hoc proximo bello, fac *experimentum contra remotissimas gentes*; et hoc est quod dicit *duc age per Scythiae* etc. B. *Syrtes* loca sunt et in terra et in mari; in terra loca sunt deserta sine aquis; in mari loca vadosa, [6]) dicta, quod naves ad se trahant; [7]) *σείρω* enim graece, latine traho. BC.

368. *Libyae*) egentis aquae, [8]) unde *Libya* dicitur, quasi *λιπνία* [9]) i. e. egens pluviae. BC. VOSS.

369. *manus*) mea, vel haec societas. VC. Et repetit [10]) breviter ea, quae cum illo egerunt; nam praeteritarum rerum certitudo est futurorum exhibitio; et incipit ostendere, ubi dicit *haec manus composuit tumidas undas Oceani.* Ad hoc fecimus, *ut* haec manus *relinqueret orbem* etc. q. d. ut totus mun-

1) vs. 341.

2) *videris — nobis*; eadem in Lc. sed *in nob.*

3) *non — superstite*; eadem in Lc. additis *q. d. non dimittimus te.*

4) *d. a* etc.; eadem in Lc., qui addit *i.*

5) Lc. *regnum.*

6) Cf. Schol. Horat. Epod. 9, 31.

7) Cf. Lutat. ad Stat. Theb. I, 687. et Isidor. Orig. XIII, 18. ex Sallust. Iug. 78: *Syrtes autem Sallustius a tractu vocari dicit*; quae tamen verba Frotscherus meus in Sallustio delevit.

8) Voss. *aqua.*

9) Ita scripsi pro corrupto *Lipsia*; cf. Serv. ad Virg. Aen. I, 22, qui eandem vocis originem ex Varrone affert; alii in Servio legunt *λειπυοα.*

10) *repetit — exhib.*; eadem in Lc. omisso v. *breviter.*

dus tibi subiiceretur. Per [1]) hoc notat bellum, [2]) quod fecit contra Britannos. B.

370. *undas*) Continens pro contento. LB. *tumidas undas* ideo dictum propter fervorem. BC.

371. Et haec manus *fregit Rhenum* etc. Per [3]) hoc notat victoriam, quam habuit de Frisonibus, quae terra est parum ultra Coloniam. B. *Arctoo*) septentrionali climate, sub quo Gallia est constituta. VOSS.

372. Et *necesse est* i. utiliter est ita *posse*, ut est *velle*. B. *necesse*) q. d. utile mihi esset, [4]) si tantum possum, quantum vellem *sequi* tua *iussa. (et man. al.)* i. utile vel consequens, unde: *Grande ad opus* [5]) *si velle tenes, et posse tenebis.* LC.

373. Miseret [6]) te *vincere civili bello*, sed non est mihi civis, qui [7]) contra te facit; et quod non habeo eum civem, per effectum patet, nam *iuro* me facturum, quicquid praeceperis; et hoc est ubi dicit *per signa* etc., q. d. per illas prosperitates *iuro*, quae contigerunt nobis in X annis, et *per triumphos;* nam etsi [8]) non sint ei facti, tamen in re non minus habuit. B.

374. *castris*) quia per decem annos pugnatum est contra Gallos. BC. VOSS.

377. *plenaeque*) pro etiam. Emphasis est, quod dicit *plenae partu.* BC.

378. *invita*) etiam nolente dextera, [9]) ut non timore Caesaris hoc faciat, sed affectu. BC. VOSS.

379. Et etiam, quod maius est, faciam, scilicet ipsos [10]) *deos* spoliabo; et statuas ipsius Monetae colliquefaciam comburendo eius templum, et cum irreligioso [11]) igne etiam; [12]) et hoc est quod aequipollenter dicit *numina miscebit* etc. Per miscere notat colliquefacere diversas statuas Iunonis Monetae, quae tunc vocata est Moneta ideo, quia, dum Senones [13]) Galli cepissent Romam, clamavit quidam anser in Capitolio, ad cuius vocem surrexerunt custodes. Quod dixerunt factum [14]) admonitu Iunonis; et ideo

1) *Per* etc.; eadem in Lc.
2) *bell.* ex Lc. addidi.
3) *Per* etc.; eadem fere in Lc.
4) Lc *esse.*
5) Addidi *opus* de meo; est versus nescio cuius.
6) *Miseret — praeceperis*; eadem in Lc. omissis tamen *quod — effect.* pro quibus *et hoc.*
7) Ita Lc.; *quia* B.
8) *etsi* etc.; eadem in Lc. omisso *ei.*
9) Voss. *Bene dixit invita* pro *dextera.*
10) Priora absunt a Lc.
11) B. *religioso.*
12) *etiam — tunc* desunt in Lc., pro quibus est *Iuno.*
13) Lc. *Senonenses.*
14) Lc. *fuisse a monitu.*

fecerunt aeneum anserem in templo illius, [1]) et propter istud factum vocata est [2]) Moneta a monendo. B. LC. Per *castrensis* notat [3]) irreligiosum ignem. *B. castrensis)* hostilis. LB. *monetae)* i. ad monetam faciendam. LC. Brenno duce Senones Galli, Romam [4]) venientes, circa Alliam fluvium Romanum [5]) exercitum sibi occurrentem penitus deleverunt. Aliaque die, cum urbem ingredi vellent, primo timuerunt insidias, eo quod patentes portas et nullum in muris viderent. Postea paulatim ingressi, omnia vastarunt octo integris diebus dirutione et incendio, solo remanente Capitolio, eo [6]) quod inexpugnabile esset; ad quod Romani [7]) cum utensilibus suis confugerant. Quod etiam Galli [8]) alii per dumeta et loca [9]) aspera, alii per cuniculos ascendentes [10]) incendere conati sunt. Tunc Manlius, custos Capitolii, eos [11]) ab arce repulit viriliter, excitatus clamore unius anseris, quem privatus quidam Iunoni, [12]) quae ibi colebatur, dono dederat. Romani [13]) vero argenteum anserem in honorem [14]) illius, qui eos excitaverat, in Capitolio affixere, colentes eum pro *numine*, pro beneficio suae monitionis. LB. BC. Iunonis Monetae templum fuit Romae in Capitolio aedificatum, ubi erat domus M. Manlii, qui pulsis Gallis adspiraverat ad regnum, et ob id praecipitatus est de saxo Capitolii et notatus duplici nota, ut dicit Livius quarto a. u. c. [15]) VC. *Monetae)* pro numinum simulacris *castrensis Monetae*, militaris Iunonis. Dicitur Moneta eo, quod monuit [16]) Romanos dormientes

1) Lc. *eius et ideo per illud.*

2) Lc. addit *Iuno.*

3) Superne scriptae sunt *v i*; an *notavit?*

4) Bc. *venerunt ad urbem et.*

5) Deest in Bc., qui in seqq. *occ. s. exerc. delev. omnem populi Romani. Ingressique civitatem cuncta vastarunt solo rem.* etc.

6) *eo — esset* desunt in Bc.

7) Bc. *quod c. ut reliqui conf. cives.*

8) Bc. pro his *Qui tamen a Gallis obsidebantur, etiam id penetrare cupientibus, quos alii* etc.

9) Bc. *saxa.*

10) Bc. *dicunt conatos ascendere.*

11) Bc. *Gallos detrusit ex arce, clangore anseris excitatus, quem* etc.

12) Bc. *dono I. ded.*

13) Bc. pro his et *sqq. Namque secundum Plinium* (imo secundum Isidorum Orig. XII, 7. p. 1137. Goth., cuius haec sunt verba) *nullum animal ita odorem hominis sentit.*

14) Lb. *h**e.*

15) VI, 11—20.

16) Similia habet Schol. Iuvenal. XI, 111, ubi legendum *Dicitur s. Dicunt nam Iunonem.* Haec de Iunone Moneta addenda sunt Creuzero Mythol. T. II. p. 593.

per anserem de adventu Gallorum, ne Capitolium introirent. VOSS.

381. Et hoc quoque faciam, si iusseris, scilicet *castra super Thusci* etc. B.

382. *metator*) castrorum positor, *(et man. al.)* vel prometitor. [1]) BC. *Metator* proprie est, [2]) qui distribuit loca inter milites, ubi ponantur castra. B. LC.

383. Et quod maius est, nostro quoque corpore frangemus ipsos *muros*, etiamsi sint saxosi, si tu *iusseris;* etiamsi [3]) *illa* urbs *sit Roma, quam urbem iusseris tolli* etc. B.

384. *Aries* est instrumentum, quo muri rumpuntur, habens caput ex ferro, in similitudinem arietini capitis. Ordo est: *tu quoscumque muros voles effundere in planum, licet illa Roma sit, quam urbem iusseris penitus tolli, aries, actus his lacertis, disperget saxa.* BC.

388. Et ut ostendat ibi fuisse magnum populum, subiungit *it tantus clamor ad aethera, quantus sonus fit, cum* silva curvatur, *aut quantus* iterum *fit, cum* silva redit *ad* [4]) *aethera;* nam in plicando [5]) et in revertendo *fit* magnus *sonitus.* B.

389. *Ossae*) Mons Thraciae, de [6]) quo Virgilius: [7]) *Ter conati sunt imponere Pelion Ossae. Thracius*, quia ille [8]) est violentissimus. BC. VOSS.

391. *redeuntis*) sursum elevantis. BC. i. e. cum iterum arbores, quae pressae et vi ventorum usque in terram [9]) curvatae fuerunt, revertuntur [10]) in aera. BC. VOSS.

392. Nunc continuat materiam suam. *Caesar* [11]) *evocat cohortes*, quas dimiserat ad defendenda Gallica rura, *postquam videt tam acceptum bellum, milite* illo ente tam *prono;* et in hoc, quod tam bene succedebat ei, dicit fata haec quasi velle. B.

393. *ferre*) i. ita poscere. LB. i. sibi favere. LD. Prosperitatem illam [12]) moraretur *languore*, si aliquid interponeret; nam mutaretur quorundam [13]) voluntas. B. LC.

1) Verbum novum, addendum Dufresnio.
2) Lc. addit *ille.*
3) *etiamsi* etc.; eadem in Lc.
4) Suprascr. *in.*
5) An *in implicando?*
6) *de — Ossae* absunt a Voss.
7) Gc. I, 281.
8) Voss. *quod illic;* Burm. ad Grat. Fal. Cyn. 55. laudat idem scholion, sed *quia ibi*, nescio an ex Cod.
9) Voss. *aerem;* idem addit *sic.*
10) Voss. *revertantur.*
11) *Caesar — rura*; eadem in Lc.
12) B. *Prosperitas illa.*
13) Lc. *eorum.*

395. Et habitis omnibus, quos dimiserat in Gallia, *petit Romam;* [1]) et quia magnum quid inceperat, scilicet pugnare contra Romanum imperium, ut ostendat magnum fuisse exercitum, enumerat illa. loca, unde illi venerunt. B.

396. Et incipit enumerare loca illa *deseruere cavo* etc. Idem valet ac si diceret hi milites Caesaris venerunt, qui erant circa Lemannum. Ponit id quod continetur pro eo quod continet. Lemannus [2]) est ille lacus, qui est iuxta Losannam. [3]) Per cavum notat diversas partes Lemanni. B. *Lemanno*) lacus Galliae prope Liguriam [4]). BC. VOSS. unde [5]) et Alemanni, palus magna. LB.

397. Et *hi* etiam *deseruere castra,* qui constringebant superbos *Lingones;* et hoc est quod aequipollenter dicit *quae castra cohibebant Lingones* etc., et est [6]) accusativus casus *Lingones.* Vogesus est fluvius [7]) prope Lingonas. Per hoc quod ponit *curvam,* ostendit valde concavam esse; cum etiam ripa hoc habeat in se, ut sit cava; nam dicitur a repo. [8]) B. *Vogesi*) Ordo est: *et castra deseruere Romani, quae ardua, super curvam Vogesi ripam posita, cohibent Lingonas pugnaces pictis armis. Vogesus* mons scilicet [9]) eiusdem civitatis cum flumine. BC. VOSS.

398. *Lingones*) populos, qui sic hodie vocantur. VC.

399. Et *hi* i. quidam ex militibus Caesaris *liquerunt vada Isarae;* et cum in omnibus intendat dicere: et illi venerunt, ne fastidium generaret, mutat stilum. Isara [10]) est flumen iuxta sanctum Quintinum. Et ut ostendat diversas partes Isarae, subiungit *qui gurgite ductus* etc.; et per hoc notat multos Caesarianos inde ivisse. B. Isara nascitur in radicibus montis sancti Bernardi prope Gratianopolim, [11]) et fluit per CC milliaria, per vallem unam; demum commiscet se Rhodano et perdit nomen. VC.

1) Eadem in Lc.

2) *Lemann. — Losann.*; eadem in Lc., sed *locus.*

3) Ita ex tabula Peutinger. pro corrupto *Losamiam;* Lc. *Lausennam.* Papias inde corrigendus: *Lemannus lacus prope Lasonnam.*

4) Voss. addit *civitatem.*

5) Cf. Serv. ad Virg. Ge. IV, 278, indeque Isidor. Orig. IX, 2. p. 1042. Goth.

6) *est — Lingonas*; eadem in Lc., sed *fluctus iuxta.*

7) Eadem Papias.

8) An *rapio?* cf. supra ad vs. 191.

9) Abest a Voss.

10) Eadem de Isara in Lc.

11) Vc. *Gracinopolim.* Duo enim sunt eiusdem nominis fluvii, de quibus Scholiastae h. l. disceptant.

400. *multa*) spatia, loca. [1]) VOSS. *in amnem*) in Sequanam, [2]) qui fluvius est Galliae, circa Parisiorum [3]) civitatem currens. BC.

402. Et *flavi Rutheni* etc.; q. d. et Flandrienses [4]) gaudent inde amoto milite; q. d. Caesariani, qui erant ibi, petunt Romam. B. *Solvuntur*) liberantur. LC. *Rutheni*) de Ruthia, oppido quondam in Flandria. LC. Civitas vocatur Ruthena prope Parisiis. VC. Populi a rubedine [5]) capillorum dicti. GUELF.

403. *Mitis Atax gaudet non* pati Romanos, i. Romani, qui erant ibi, petunt Romam. *Atax* [6]) est fluvius inter Laudunum et Remos iuxta Rocreium. [7]) B. *Atax* flumen currit apud Narbonam. VC. *Atax*) Galliae est, quem vulgo Axonam [8]) vocant. BC. *Mitis*) cum enim sit fluvius Galliae, numquam Romanas naves ante Caesaris classem tenuit; ideo *mitis*. BC. Ideo *mitis*, quia numquam per illum navigavit classis Romana, sed suorum, nisi dimicante Caesare; aut *mitis*, quia lenis et mitis incedit; vel ideo *mitis*, quia per illum Romana classis navigavit tuta. Est fluvius Galliae. [9]) VOSS.

404. *Et* [10]) *Varus*, qui est *finis Hesperiae*. *Varus* est fluvius in [11]) Hispania. B. Fluvius Galliam ab Hispania dividens. BC. *promoto limite* i. remoto, quia alibi, longe a Rubicone, terminat Italiam. LB. *Hesperiae*) Duae sunt Hesperiae, una in Occidente [12]) ab Hespero stella dicta, altera ab Hespero rege, qui ibi regnavit, de qua hic loquitur. LC.

405. Et illi Romani veniunt, qui erant in ea parte Galliae, *qua portus urget* etc. Et ad determinationem portus subiungit *sacratus sub Herculeo nomine*, et quod

1) Idem Lb.

2) Idem Lc. Superne scripta erant *i. Sigina.*

3) Bc. *Parisium.*

4) Idem Lb. et Lc. Papias *Rutheni flavi, Flandrenses populi.*

5) Ioann. de Ianua: *a rubeo colore.*

6) Eadem in Lc.

7) B. *Roceium;* est hodie Rocroy.

8) Bc. *Axnam;* fortasse in Cod. scriptum erat *Arar*, quod Scholiastae pro *Axona* positum putabant.

9) Ex quibus rationibus mecum quisque facile videt, secundam esse solam veram, *quia lenis incedit*, et placidus, nempe aestate. Quod docet Mela II, 5, 46: *Atax — qua sui fontis aquis venit, exiguus vadosusque.* OUDP.

10) Fere eadem in Lc.

11) *in* ex Lc. recepi. Papias: *Varus populus vel fluvius, finis Italiae in Hispania*; an *Galliae?*

12) Lc. *Oriente;* cf. de his duabus Hesperiis quae similiter monent Serv. ad Virg. Aen. I, 530. et Gloss. ad Prisc. Perieg. 52. ap. Barth. Advers. XI, 25.

dicit non alium ventum habere ibi maximum dominium, praeter Circium. Et de illis ventis dicit, qui ante veniunt, non de retro venientibus. B. Ordo est *et qua portus Monoeci,* [1]) *sacratus sub Herculeo nomine, urget pelagus cava rupe;* scil. gaudent. Portus Monoeci Herculis in Liguria est; dictus [2]) autem Hercules Monoecus, vel quod, pulsis omnibus, solus illic habitavit, vel quod in eius templo nunquam aliquis deorum simul colitur. [3]) Bc. *portus*) Ubi Hercules appulit, [4]) cum ad debellandum Geryonem venit apud Britannos. [5]) Lb. i. e. Menetus, [6]) qui est iuxta Occidentem, ubi Hercules posuit Gades suas; et dicitur Menetus, quasi Monetus, a *μόνος*, quod est unus, quia [7]) non fuit Herculi unus par in virtute. Lc.

406. *Urget*) facit enim angustias, ut venientis in artum [8]) maris aestuet magnitudo. Bc. Voss.

408. *Et prohibet* naves a *tuta statione Monoeci.* [9]) Monoecus dicitur Hercules, eo quod solus habeat templum, nec cum aliquo deorum voluit habere templum commune. Et portus [10]) iste est iuxta Britanniam, [11]) *ubi* adhuc exspectatur Hercules. B. *prohibet*) nautas; *(et m. al.)* q. d. vetat ibi esse tutam stationem. Lc.

409. Et illi etiam veniunt, qui in ea parte erant, *qua iacet litus dubium;* et vocat hic *litus* adiacentem [12]) regionem. Et quia dixit *dubium*, competens videbatur dare causam, quare *dubium* vocatur. B. *dubium* litus Oceani dicit, [13]) quia cum augmentis lunae minuitur [14]) et crescit. Bc. Voss.

410. *Alternis vicibus,* nam refunditur vel revertitur *Oceanus;* cum *funditur*, tunc *fretum vindicat*, cum refugit, tum terram *vindicat.* B.

412. Et quia diversae opiniones inde habebantur, unde hoc esset quod ita exit, subiungit eas, *an ventus*

1) Bc. hic et in seqq. *Menoeci.*
2) Hausta sunt ex Serv. ad Virg. Aen. VI, 831, quocum consentit Schol. Voss.; vide infra ad III, 278. Similia praebet Papias v. *Menecus.*
3) Similia habet Lb.
4) Lb. *appulus.*
5) Papias: *Dicitur portus iuxta Britanniam vel potius Galliam, ubi Herculem exspectant.*
6) Ita Lc. pro *Monoecus.*
7) Lc. *qui.*
8) Bc. *arcus.*
9) B. *Meneci*, ut in seqq.
10) Eadem in Lc.
11) B. *Brittannium;* Lc. *Britones*; cf. Cellar. Notit. Orb. p. 401.
12) Cf. Serv. ad Virg. Aen. I, 3. et XII, 248.
13) Voss. *Oceanum dicit, qui.*
14) Voss. *crescit et minuitur,* et addit: *ideo non habet certum litus; nunc enim in ipso litore est terra, nunc mare.*

ab extrema parte Occidentis *volutet.* Quia terra est rotunda, ideo potest dici ex omni parte habere axem. B. Lucanus hic incidenter, ut facit Pomp. Mela, [1]) adducit tres rationes de fluxu et refluxu Oceani, quarum prima et ultima est falsa, et media vera. VC. De aestibus Oceani scire volentibus verius [2]) aliquid dicamus secundum Macrobium. [3]) Nam dicit verum esse Oceanum [4]) ab exortu aequinoctiali usque ad occasum eiusdem; supra autem est [5]) Zodiacus, unde sol [6]) et septem planetae semper super id currunt, quod quatuor effusiones ex se [7]) facit; duas quidem in Oriente, quarum altera tendit in Septentrionem, altera [8]) in Austrum; et duas in Occidente, cum ultra non potest procedere, quae similiter in Septentrionem et Austrum reflectuntur. Cum ergo [9]) hae quatuor reflexiones [10]) hinc in Septentrionem, [11]) hinc in Austrum [12]) simul conveniunt, [13]) ex sua collisione [14]) aestus illos faciunt; unde et nunquam in Oriente vel in [15]) Occidente fiunt. BC. VOSS. I. II.

413. An illud sit, an potius *unda Tethyos,* [16]) i. maris *mota secundo sidere?* Quid vocet secundum sidus ostendit, cum dicit *aestuat lunaribus horis.* B. *Destituat*) i. dimittat. LD. dum impellit, faciat angustum in altiora tollendo. BC. *secundo*) i. secundae dignitatis post solem. LB. i. luna; nam [17]) ipsa est secundum sidus a sole, secundum [18]) Platonem. BC. VOSS.

414. Lunares horas vocat, cum luna oritur vel occidit. Et hoc modo [19]) factum est, quod omni die naturaliter exit bis mare, et istud fit [20]) iuxta montem sancti Michaelis, in periculo [21]) maris. Lunam vocat [22]) ideo secundum sidus, quia inter planetas

1) III, 1.
2) Voss. I. *verum.*
3) Respicit Macrobii locum Lib. II. in somnium Scip. c. 9. OUDP.
4) Voss. *Oc. esse.*
5) *est* abest a Voss.
6) Abest a Voss. II. et Bc.
7) Voss. *ex se eff.*
8) *altera — simil. in Sept.* absunt a Bc.
9) Voss. I. *vero.*
10) Voss. I. *flexiones sunt.*
11) Voss. I. et II. *Septentrione;* iidem *Austr. — Sept.* commutata positione.
12) Voss. I. *Austro.*
13) Voss. I. *cum sim. se petierunt;* Bc. *competerint;* an *se petunt?* Macrob. l. l. *se feriunt.*
14) Bc. *collis. sua.*
15) *in* abest a Voss.
16) B. *Thetios.*
17) *nam* deest in Bc.
18) *sec. Platon.* non habet Voss.
19) B. *inde fict. est quia.*
20) *fit* et *montem* desunt in B.; in Lb. leguntur *ad montem s. Mich.*
21) *in periculo maris* absunt a Lc.
22) Lc. *vocant.*

nullus[1]) est maior praeter solem. B. LC. Macrobius[2]) dicit, quod *Oceanus in incremento suo primo die nascentis lunae fit copiosior solito; minuitur autem paulisper secundo; minoremque eum videt tertius quam secundus; et ita decrescendo ad diem septimum pervenit. Rursus octavus dies manet septimo par, et nonus fit sexto similis, decimus quinto, undecimus quarto, duodecimus tertio, decimus tertius secundo, decimus quartus fit par primo. Tertia vero hebdomes eadem facit, quae prima;* et hoc est quod dicit *an sidere mota secundo lunaribus aestuet horis.* LB.

415. *An Titan* faciat; quicquid horum sit, *quaerite* vos etc. Dicuntur omnes stellae, quae fixae sunt in firmamento, refundere calorem in solem, et ex nimio illo calore dicitur[3]) attrahere aquas maris ad se. Et cum inde cadit, commovet taliter mare; et ideo dicuntur illae aquae alere solem, quia lucidius postea splendet. B. *alentes*) Sol attrahit humores[4]) ad caloris sui nutrimentum, cum igneae sit naturae; omnis enim calor nutrimento humoris nutritur. LC. nutrientes, *scilicet terras*, vel, quod melius est, sidera;[5]) nam sidera aquis Oceani pascuntur, unde et post pluvias clarius nitent. BC.

417. *quos agitat*) i. philosophi. VOSS. i. quibus est studium discutere naturas rerum. BC. Laborem *mundi* vocat Physicam. Ipsi[6]) quaerant te; *at mihi semper* lates; nam ita voluerunt dii. *Quaerite*, quare hoc sit.[7]) B.

419. Nunc revertitur ad principale. Praeterea ille venit, *qui tenet rura Nemetis.*[8]) Nemetim vocat Mettim.[9]) B. *Nemetis* regio Galliae. VOSS. *Menetis*) civitas est Lotharingiae,[10]) et dixit Menetis pro Metis, causa metri. LC. nomen fluvii.[11]) LB.

420. *Satiri* i. Marsyae, qui, devictus a Phoebo cum cantu, ab eo vivus excoriatus est,[12]) et tandem mit-

1) Lc. pro his habet *maior est sol, postea luna.*

2) Somn. Scip. I, 6. p. 41. Zeun.; sunt verba Macrobii, passim tamen aliter collocata.

3) B. *dicuntur.*

4) Cf. Lutat. ad Stat. Theb. VII, 9.

5) *sidera* addidit Cortius, recte; cf. de re Serv. ad Virg. Aen. I, 608; Philarg. ad Ge. IV, 426. et Schol. ad Stat. Achill. I, 181.

6) B. *Ipse quaerunt.*

7) B. *Quaere q. h. dic*, corrupte.

8) Videtur legendum esse *Menetis* propter seqq.

9) Cf. Cellar. Not. Orb. p. 294.

10) Lc. *Lotoringe.*

11) *fluminis* Witt.; Papias: *Menetus proprium gentis vel loci;* an *Menetis nomen pr.* etc.?

12) Similia habet Noricus.

tatus [1]) in fluvium. LC. nomen fluvii.[2]) LC. Ex ripis ostenditur fluvius esse. BC. Satirus est fluvius in Aquitania. [3]) B.

421. Ille movet signa, qui erat in ea parte, *qua Tarbellicus* etc. B. *Tarbellae* est civitas iuxta mare in [4]) Flandria, et est ibi portus, qui recipit in se mare. B. LC. maris portus iuxta montem Sicy [5]) dictum. LB. Civile dixit; est enim Tarbellae [6]) civitas in Gallia, quae, iuxta ripas Satiri [7]) constituta, claudit aequor *admissum molliter* per litus curvum. BC. VOSS.

422. Santone [8]) est civitas in Aquitania. B. LC.

423. Biturix est civitas in Aquitania. [9]) B. Bruges. [10]) VC. Sedunum [11]) est civitas in Burgundia. B. *longis*) Ostendit longos homines ab armis, quae longa sunt. BC. Hic monstrat homines longos esse, ut Virgilius: [12]) *Scutis protecti corpora longis*. GUELF.

424. *Optimus*) quia valebant ad spicula et remos. NORIC. *excusso*) vibrato; remiges [13]) enim sunt. BC. *Leucus* significat Tullum. [14]) B. populus, Fresones. [15]) LB. populus est de Leon. [16]) LC. populus Lemovicensis, [17]) unde fuit oriundus papa Clemens, avus illius, qui movit discordiam; et vocatur vulgariter Limoges. [18]) VC.

425. *flexis*) campitores [19]) erant; i. in gyrum equos vertebant. BC. VOSS. in hac enim provincia equi do-

1) Cf. Adelung. T. IV. p. 710, cui nostrum locum addas.

2) Papias: *fluvius quidam.*

3) Lacunam supplevi per *Aquitania*; cf. Cellar. p. 166 et 177.

4) B. *circa*, quod Lc. antea pro *iuxta*.

5) Nisi Scholiasta per errorem *Icium*, promontorium Belgicum, vel *Sigium*, promontorium Galliae Narbonensis, hodie *Cette* s. *Sicie*, notavit, nomen montis, qui fortasse exstat, ubi nunc est *Cap Breton* seu *Boucaut le vieux*, me latet.

6) Voss. *Tarbelle.*

7) Voss. *Aturi.*

8) An *Santones*, ut Schol. Iuven. VIII, 147? cf. Cellar. l. l. p. 185 sq. In Papia, qui eadem habet, est *Santone.*

9) *civ. in Aquit.*; ita supplevi lacunam; B. *Bituris*, quod correxi; cf. Cellar. p. 194.

10) Nisi est error ipsius Scholiastae, scribendum videtur *Bourges.*

11) Nunc *Sitten*; habuit itaque Schol. aliam scripturam quam *Saxones* vel *Suessones.*

12) Aen. VIII, 662.

13) Voss. II. *quia rem. sunt.*

14) Cf. Cellar. l. l. p. 292.

15) An *Frisones?*

16) Lc. *Leu*; notavit Lemovices, Armoricos, hodie St. Paul de Leon.

17) Vc. *Lemonic.*

18) Vc. *Lemogie.*

19) Bc. *canbitores.* Cf. Adelung. Glossar. T. II. p. 86, ubi Gloss. MS. *campo, verto; hinc campitor, equus vertibilis.* Papias: *cambio, flecto* et *campsare iter flectere.* Adde Priscian. X, 9, 52, qui inde lucem accipit. In Voss. *campit.* — *i.* desunt.

mantur. VOSS. *Sequana* est aqua iuxta Parisios. [1]) B. LC. *Sequana* fluvius interlabens per Parisium; [2]) et quia tunc Parisei [3]) vocabantur habitantes omnes ripam Sequanae, nec erat civitas Parisium, quae nunc est, sed quaedam parva vocata Lutetia [4]) Parisiorum, ideo vocavit ipsam Sequanam gentem, ut refert Iul. Celsus. [5]) Caesar postea illic fecit magnam urbem, quae est hodie metropolis et sedes regum Franciae. VC.

426. *monstrati*) quia primi huius inventores fuerunt. VC. *covinni*) genus est vehiculi, cuius usum ab extraneis imitati sunt Belvacenses. LB. quadrigae coopertae. VC. Fluvius est; *(et m. al.)* genus vehiculi, [6]) quod et essedum [7]) dicitur, quod inventum est in Belgis, [8]) civitate Galliae. Hinc Virgilius: [9]) *Belgica vel molli melius feret esseda collo.* BC.

427. *Alverni* a quodam Troiano nominantur, qui post Aeneam Gallias intravit. [10]) LB. populi sunt de Auvergne. [11]) LC. *fratres*) quia dicunt quod quidam Troianus vocatus Alvernus ipsam fundavit. VC. De his Cicero in Scauriana: [12]) *Inventi sunt, qui etiam fratres populi Romani vocarentur.* [13]) BC. VOSS. I. II.

429. Nervius est populus inter [14]) Arverniam et Burgundiam, [15]) qui interfecit Cottam, quem Caesar miserat [16]) illuc. B. LC. Magdunenses. [17]) VC. Unum pro populo dixit. [18]) Hi legatos Caesaris occiderunt Aurunculeium Cottam [19]) et Titurium [20]) Sabinum. BC. VOSS. Cotta fuit tribunus Romanorum, qui interfectus fuit a Nervio populo, unde: [21]) *Victrix Roma*

1) B. et Lc. *Parisius*; cf. Cellar. l. l. p. 207.
2) Vc. *Parisius*, ut paulo post.
3) An *Parisii?*
4) Vc. *Luteya*; possis et *Lutecia*; cf. Cellar. l. l.
5) Caes. G. VI, 3.
6) Eadem Lc.
7) Bc. *essadum.*
8) Bc. *Belgi*; unde Cort. *Belgia.*
9) Ge. III, 204. Papias: *Belgis — gens Galliae, apud quam usus curruum prius est inventus*; et alio loco: *Convinum*, (leg. *Covinnum*) *genus vehiculi, quo Belvacenses utebantur.*
10) Similia Lc.
11) Lc. *Alverne.*
12) Fragmentum, quod nullus Editorum Ciceronis habet. Voss. II. addit *ait.*
13) Voss. II. *nominarentur.*
14) *contra* Lc.
15) Eadem habet Papias.
16) Similia Lb. habet.
17) Vc. *Magudinenses*, sed est *Magdunum*, h. Mehün s. Meün; errant hic quoque scholiastae; cf. Cellar. l. l. p. 263.
18) Voss. *dicit pr. pop.*
19) Abest a Voss.
20) Bc. *Titilium*; sed cf. Caes. Gall. V, 36.
21) Lc. addit corrupte *in* $\bar{i}$ $\bar{s}$.

dole caesi de sanguine Cottae, cuius ob interitum Nervius intumuit. LC. Luc. Arunculeii Cottae. VC.

430. Et *Vangiones,* scilicet Guarmacienses, *gaudent amoto* milite. *Qui Vangiones te,* [1]) o *Sarmata, imitantur* etc. Sarmata [2]) est populus, quem imitabantur Guarmacienses [3]) in longis braccis. B. Gallia tripertita dividitur. Est enim Gallia *Togata,* quae et Aeduensis est, et *Braccata,* ab habitu sic vocata, media videlicet; est etiam *Comata* [4]) eorum, qui marinas partes incolunt, et nunquam tondentur. BC. *Vangiones*) Viennenses. VC. Vangionum [5]) civitas est Wormatia. [6]) BC. *Batavi* vero sunt Fresones. [7]) BC. VOSS. II. Bavarienses. VC.

431. Et *truces Batavi gaudent* amoto milite, *quos tubae* etc. Per hoc notat Fresones, [8]) qui fuerunt inventores cornuum. B.

432. Et illi, qui erant in ea parte, *qua Cinga* etc. *Cinga* est fluvius in Hispania. [9]) B.

433. *Rhodanus* est fluvius in Burgundia, qui iuxta sanctum Mauritium currit. [10]) B. LC.

434. *Ararim*) [11]) Flumen Galliae cadens in Rhodanum, quod vocatur Saonna, [12]) et cadit prope Lugdunum, quae fuit civitas Pilati, [13]) qui tulit sententiam contra Christum; licet aliter vocetur Araris. [14]) VC. *Ararim*) ipsa est Sauonna. BC. *ardua*) bellicosa. VC.

435. Gebennae sunt montana, ubi [15]) posita est civitas Geneva, [16]) et est in Burgundia. [17]) B. Civitas vel montes; sunt cani dicti propter nives, respicientes Burgundiam. LB. Civitas in montibus sita, quae

1) Addidi *te.*

2) Fere eadem in Lc.

3) Lc. *Vangiones;* (et m. al.) *in usu laxarum braccarum;* ita pro *et us.;* B. *Varmacenses;* Lb. *Vermac.* Inde corrigas Papiam: *Vangiones sunt Normatiensis* (leg. *Vorm.*) *populus.*

4) Bene hanc vocem addidit Cortius; cf. infra ad vs. 442.

5) Bc. *Vuang.*

6) Bc. *Vuormacia.*

7) Hinc corrigas Papiam *Bathani* (Batavi) *i. e. Frixones* (Frisones) *populus.*

8) Eadem Lc.

9) Lacuna, quam v. *Hispan.* supplevi.

10) Fere idem scholion in Papia.

11) Schneiderus praeposuit *Cinga,* sed scholion aperte respicit v. *Ararim.*

12) Vc. *Sonna;* Ammiano Marc. XV, 11. est *Sauconna,* nunc Saone.

13) Cf. Ugolini Thes. Antiqq. T. XXIV. p. 1090.

14) Respicit ad duplex nomen *Arar* et *Araris;* cf. Cellar. p. 169; cui adde Isidor. Orig. XIII, 21. et Papiam: *Arar vel Araris* etc.

15) Delevi *est;* in Lc. deest *posita.*

16) Idem scholion in Lc.

17) Idem scholion in Papia, ubi scribendum *Geneva* pro *Genua.*

pluraliter effertur. [1]) Montes sunt *cani* [2]) propter nives. BC.

441. Et *tu, Trevir, laetatus* es *proelia* ex omni parte mundi verti in Romam, [3]) q. d. et tu gaudes amoto milite. B. *converti*) in Romanos scilicet. BC. VOSS. *Trevir*) a civitate Galliae, [4]) quam Treviros dicunt. BC. VOSS. Iste populus habuit tunc Indutiomarum [5]) ducem inimicissimum Caesari. VC.

442. Et ut ostendat Longobardos adesse, subiungit *et, o Ligur, nunc tonse*, nam *quondam* fuisti praelatus Burgundiae; [6]) tu, dico, *crinibus effusis per colla*, tu etiam gaudes *amoto;* nam hos quoque devicerat Caesar resistentes sibi, cum iverat in Galliam Comatam. Nam tres sunt Galliae: *Comata*, quae est Burgundia et Francia; *Togata*, quae dicitur Longobardia; *Togata* ideo, quia utebatur toga more Romanorum; *Braccata*, quae est Teutonica. [7]) B. *nunc tonse*) postquam victore Caesare ad Romanos deductus est [8]) mores. BC. VOSS. quia [9]) devicti a Caesare coacti sunt tonderi. LC. *Ligur* populus Aurelianensis; *(et man. al.)* Ligures, quorum metropolis est Mediolanum, qui praeponebantur omnibus Gallis Cisalpinis. LB. *Ligur*) scil. *laetatus* es *converti proelia*. BC. *Ligur* dictus a civitate. VOSS. Liguria autem est [10]) Gallia Cisalpina; ibi [11]) sunt Mediolanum atque Ticinum, nobiles civitates. BC. VOSS.

444. Et illi gaudent *amoto* milite, apud quos colitur *Theutates* et *Esus* et *Taranis*. *Theutates* [12]) quadam lingua dicitur Mercurius, [13]) et *Esus* quadam lingua dicitur Mars, et *Taranis* dicitur Iupiter. [14]) Quorum [15]) ara non *erat* mitior *ara Scythicae Dianae*, quae [16]) solo humano *sanguine* placabatur in Taurica, provincia re-

1) Bc. *offertur*.
2) Supplevit Cortius *dicti*.
3) B. *Roma*; Lc. quoque *in Romam*.
4) Voss. *gens Galliae et civitas q. Treveros*.
5) Vc. *Inditiomarum*.
6) Papias: *Ligures Longobardi fuerunt praelati Burgundiae*, ex Nostro.
7) Eadem fere de tribus his Galliis habet Papias; cf. et supra ad vs. 430. Similiter Lb. qui addit *ut pars Burgundiae Lotharingia, Flandria*.
8) Bc. suprascripta habet *vel es*.
9) Lc. *qui*.
10) Voss. *in*.
11) Voss. *ubi*.
12) *Theut.* — *Mercur.*; eadem in Papia.
13) Idem Vc.
14) Vc. *I. vocatur Taranes*.
15) *Quor.* — *provinc.*; eadem fere Lc., vide Tom. II. p. 409.
16) *Quae* — *Thoantis*; idem scholion in Lb., sed *placatur* et *T. regione*.

gis Thoantis, cuius sacerdos fuit filia Agamemnonis. B. [1])

445. *Theutates*) Mercurius, sic dictus, quia [2]) caesis hominibus placatur a Gallis. BC. VOSS. *Esus*) Mars ab edendo, [3]) quia Mars homines consumit. VC. Mars sic dictus, quia [4]) hominum cruore placatur. BC. VOSS.

446. *Taranis*) i. Iovis; *(et m. al.)* Iovis, [5]) qui sic dictus est, quod humano sanguine laetatur. BC. Iupiter, sic dictus a Gallis, quia [6]) sanguine humano placabatur. Cuius ara *non mitior ara Scythicae Dianae* dicitur, quia ad similitudinem Dianae, quae in Taurica, Scythiae regione, colebatur, cui sacerdos Iphigenia erat, humano cruore laetabatur. VOSS.

447. Istos, et qui sequuntur, ideo per ritus et mores significat nobis, quia fortasse non erant ibi loca determinata et nota, ita ut postea possent notificari. *Vos quoque, Bardi,* gaudetis amoto milite, et hoc est quod dicit *securi* ab illis [7]) funditis *carmina.* Quos vocat Bardos ostendit, *vos* dico, qui [8]) per laudes vestras facitis diu durare *animas peremtas bello,* q. d. memoria illorum diu habetur, et hoc per carmina vestra. Bardos [9]) vocat Leodicenses. B.

448. *vates*) poetae, quos vates appellant. BC.

449. *Bardi*) Germaniae gens. BC. Et [10]) bene *securi,* quia *conversa* sunt *proelia.* Hi [11]) autem poetas suos habent, [12]) qui pereuntibus laudem [13]) dicere solent. BC. VOSS. II. *Bardus* [14]) *Gallice cantor appellatur, qui virorum fortium laudes canit, a gente Bardorum, de quibus Lucanus plurima securi* etc., quae dixit viros fortes post interitum fieri immortales. VOSS. I.

450. *Et o vos, Driadae, repetistis ab armis* depositis, [15]) q. d. gaudetis amoto milite. *Morem* accipit quantum

1) Schol. Lb. et Lc. vide T. II. p. 409, ubi lege *Thaut.* pro *thaütos* et *sacrificatur* pro *sacrificia.*

2) Voss. *qui a Gall. c. h. placabatur.*

3) Eadem Lb. et Lc., vide T. II. p. 409.

4) Voss. *a Gallis h. c. placabatur* sine *quia.*

5) Bc. corrupte *locus.*

6) Scripsi *quia* pro *qui.*

7) *ab ill.* in Lc. quoque, sed in Lb. *a bello.*

8) *qui — bello;* eadem in Lc., sed *fecistis an. diu vivere p. b.*

9) Eadem Lc.; in Lb. *Leodicenses;* Schol. Iuvenal. XVI, 3: *Bardos; est autem gens Galliae;* ubi vide Cramer. Haec de Bardorum gente Festo auctore dicta sunt; cf. ad vs. 449.

10) Voss. *Et* non habet.

11) Voss. *sic enim.*

12) Voss. *dicunt.*

13) Voss. *s. d. laudes.*

14) Est locus Festi p. 48 sq. Dac.

15) *depos. — milite*; eadem in Lc.

ad sacrificia; *ritus*, quantum ad aliam culturam deorum; et incipit ostendere illos mores, ut pateat esse *barbaricos*, ubi dicit *incolitis alta nemora*. B.

451. *Druidae*) i. Slavi. LB. *Driadae*) Drias [1]) enim arbor; ab abundantia arborum dicti sunt; *(et man. al.)* Drias civitas. [2]) LC. Loquitur de philosophis Gallis, qui in silvis docebant, et nihil in scriptis ponebant, ne doctrina sacra transiret in vulgus; et nunc propter discessum Caesarianorum poterant redire ad sua studia. De istis loquitur Iul. Celsus. [3]) VC. Isti enim inter nemora constituti de sacrorum genere disputare consueverunt; ideoque ait [4]) *repetistis*. BC. VOSS.

452. *Solis*) quia tam intente cuncta tractatis. [5]) BC. VOSS. I. II.

454. *lucis*) lucidis locis. LC. *autoribus* et non auctoribus; autor enim ab autentis, [6]) quod est auctorabile; et est tam feminini quam masculini generis. [7]) RATISB. *umbrae*) Umbra circa tumulum, manes apud inferos, anima in corpore; haec opinio quondam erat. LC. *Hi enim disputant animas ad inferos non* ire, [8]) sed in alio [9]) orbe renasci. BC. VOSS.

455. Vos dicitis quod non pereunt, [10]) sed potius *idem spiritus regit* diversa corpora. B.

457. Alium orbem vocat apud antipodes; [11]) vel alium orbem vocat alia corpora digniora vel indigniora, apud nos tamen. Fuit enim sententia philosophorum, quod ad numerum stellarum fecisset deus animas, et simul cum illis essent. Et erant ibi duae

1) An *Δρῦος?*

2) An voluit significare *Druidas* s. *Druodorum*, hodie *Dreux?*

3) Caes. G. VI, 14.

4) Voss. *id. discedentibus Romanis repetisse.*

5) Voss. II. *notatis.*

6) Cod. *autesin*, corrupte. Ioann. de Ianua: *Quando vero significat autentim i. autoritatem, est communis generis, et dicitur scribi per u et sine c, ut hic et haec autor, et derivatur ab autentis.* Confuderunt enim αὐθέντης cum αὐθεντία; hinc Papias recte *authentes* αὐτοέντης, *dominus, auctor;* sed idem paulo post male: *autentus princeps vel auctor, inde autenticus.* Rem aperte demonstrant versus ab Ioann. de Ian. allati: *Auctor ab augendo nomen trahit, ast ab agendo Actor, ab autentis, quod graecum, nascitur autor.* — De seq. v. *auctorabile* vide Adelung. Glossar. T. I. p. 460.

7) Cf. Fest. p. 42. Dac.; Charis. p. 30. Ed. Putsch. et Serv. ad Virg. Aen. XII, 157.

8) Voss. *non i. ad inf.*

9) Voss. addit *apud Antipodas*, quae Bc. infra ad vs. 457. habet.

10) Suprascript. *pereunt;* in contextis *petant.*

11) *ap. ant.* in Lb. quoque, qui addit *vel orbe i. regione.*

portae; per unam exibant, scilicet per Cancrum, [1]) cum ad corpora descendebant, et in circulo uniuscuiusque planetarum exuunt paulatim priorem naturam et induunt aliam; non enim possent pati corpora, nisi prius paulatim hanc naturam induerent. Et sicut planetae sunt diversarum naturarum, ita diversa sibi induunt; et cum induunt aliquod corpus, si ibi bene operatur, intrat postea aliquod corpus dignius; et si ibi bene, iterum ad dignius; et postquam venit ad illud corpus, quo dignius non est, tandem revertitur ad comparem stellam sui. Revertendo in unoquoque planetarum recipit naturam, quam ibi dimiserat, et exuit, quam ibi accepit; et per aliam portam, scilicet Capricornum, tandem revertitur ad comparem stellam. Si autem male agit, semper descendit ad corpora indigniora, donec tandem resipiscat; et hoc solum dicebatur esse infernum. Dicebatur etiam, quod deus ipsam animam mundi fecisset. Animam mundi vocabant ipsius firmamenti animam; nam quicquid per se movetur, anima movetur; et ideo in singulis planetis dicebant animam esse. Animas vero nostrorum corporum dicuntur minores dii fecisse, et inde vocamur microcosmus i. minor mundus. Et dicitur anima nostra constare ex tribus essentiis, ex eadem [2]) semper, et diversa semper, et ex confecta ex utraque; ex eadem semper, ut cum concipimus humanam naturam, quae immutabilis est; ex diversa semper, ut cum concipimus ipsa corpora, nunc alba, nunc nigra et cetera similia, quod semper mutabile est; ex media, cum [3]) concipimus aliquam essentiam rationalem; quod etsi immutabile sit, non est tamen de ipso [4]) subito. Quae tres essentiae tribus nominibus designantur: intellectus quantum ad divinam, sensus ad mutabilem, ratio quantum ad medium; et idem valet ac si dicat [5]) triplicis naturae esse animam nostram. Simili modo de ipsa mundi anima et planetarum. Dicebant etiam tres esse mortes: [6]) naturalem, fatalem, casualem. Fatalem dicebant esse, ut viveret quisque [7]) ad tres Saturnales cursus; (Saturnalis cursus

1) Cf. Macrob. Somn. Scip. I, 12, quem omnino de hac doctrina Platonica adi, et Creuzer. Symbol. T. III. p. 427.

2) Ita et Papias v. *microcosmus*.

3) B. *quod concipio aliq̄ esse.*

4) B. *ipsa subita*; est pro vulg. *desubito.*

5) An *dicas?*

6) Vide Schol. ad Horat. Od. I, 3, 17.

7) B. *u* addit; an *vel?*

est XXX [1]) annorum) naturalem, ut multo ultra procederet; casualem, si vel gladio vel aliqua infirmitate moriebatur; et ne istud fieret, faciebant piacula et sacrificia ipsis diis. B. *orbe alio*) quasi diceret apud antipodas. BC. corpore. VC.

458. Nunc ad principale revertamur. *Si* [2]) ea sunt vera, quae vos *canitis*, nihil aliud *est mors*, nisi *media*, et spatium *longae vitae;* nam aliquantulum errabat anima, [3]) antequam aliud corpus intraret. Quidam inbalsamabant [4]) corpora, ut anima, retenta illo odore, non solveretur in aerem; [5]) quidam vero comburebant, ut statim aliud vivificaret corpus. B. *media est*) Quia dicebant se post mortem alia membra sumturos, quasi semper viverent, [6]) et mors nihil aliud esset, [7]) nisi quod ab una vita in alteram ducebat. Ideo ait, si verum dicitis, *mors* nihil aliud *est*, nisi medium aliquod [8]) *longae vitae*. BC. VOSS. cum ab hoc orbe ad alium transitur. BC.

459. *timorum*) est enim mors timor timorum. BC.

461. *capaces*) scil. sunt eis, qui nempe libenter recipiunt *mortem*. GUELF.

463. *Et vos petitis*, qui *oppositi* [9]) *arcere* etc. *Caicos* [10]) vocat illos de Westfalia, qui multum infestabant Colonienses; et ideo dimisit ibi Romanos, qui illos arcerent. [11]) Hucusque de collectione. B. *crinigeros*) Quia nutriebant crines, unde Lucanus I: [12]) *Fundat ab extremo flavos aquilone Suevos?* VC. *Chaycos*) Suevos, qui iuxta ripam Rheni habitant, ad quos bis transivit Caesar facto ponte. VC. *feroces*) vos. VC.

465. *orbem*) Gallicum; et sic potuistis Rhenum ad libitum transire vos, Germani. VC.

468. *Caesar* his habitis *spargitur per* totam *Italiam*, sed tamen non ita ut divisi sint; [13]) et hoc est quod dicit *vicinaque* etc. B. *Spargitur*) fama volante. LC. *Italiam*) Extensio syllabae. BC. *moenia*) sic dicta quasi munia, eo quod muniant. [14]) BC. *complet*) suis militibus. LB.

1) Ita et Papias v. *Saturnus*.
2) *Si — media*; eadem fere in Lc.
3) Addidi *anima*.
4) Vide de hoc v. Adelung. l. l. T. IV. p. 159.
5) Lacunam supplevi v. *aerem*.
6) Bc. *vivebant*.
7) Bc. *erat*.
8) Bc. *aliquid*.
9) B. *opposita*.
10) i. Chaucos.
11) Eadem in Lc., sed *qui — Col.* man. al. inserta; in fine *eos coercebant*. Similiter Lb.
12) Imo II, 51.
13) Addidi *sint*.
14) Fere eadem Papias, unde sua habet Ioann. de Ian.; cf. et Serv. ad Virg. Aen. XI, 567.

469. *Fama* nuntiat cladem illam, quae futura [1]) erat. B. Lc. *Fama* repleta *pernicibus* [2]) evolat *alis*. Ld.

471. *velox*) *pennata* enim apud Virgilium [3]) describitur. Bc.

472. Praeconia sunt praenuntiationes. [4]) B. *in praeconia*) in fabulas et in [5]) rumores, quia [6]) multa mendacia pronunciabant; plus enim semper dicit [7]) fama, quam sit; ideo dicit *in falsa praeconia*. Bc. Voss. *linguas*) Virgilius [8]) famam describens inquit: *Cui quot sunt corpore* [9]) *plumae, tot vigiles oculi* [10]) *subter, mirabile dictu, tot linguae, totidem ora sonant*. Bc. Voss.

473. *Est* aliquis, *qui* dicat *audaces turmas ruere in certamina, ubi Mevania explicat se* etc. B. *Mevania* est provincia ex hac parte Romae, ubi sunt pinguia arva. B. Lc. *tauriferis*) herbosis; *(et man. al.)* copia taurorum. Lc. *Mevania* est vestigium civitatis iuxta Fulginium [11]) et Spoletum. Vc. Provincia Italiae, fecunda tauris. Bc. Voss. Regio, ubi Clitumnus, [12]) vel ubi gramen tauris abundat; ibi partem exercitus dicebant venire. Lb.

474. *Explicat*) i. extendit. Lc.

476. *Barbaricas*) invidiose dictum, quasi barbaricas. [13]) Sic Virgilius: [14]) *Millibus in mediis exultat Amazon;* deest *quasi*, nam Camilla Vulsca fuit: et Caesaris socii non barbari, sed Romani. *Alae* dicuntur equites, eo quod vice alarum pedites cingerent. [15]) Bc.

477. Victum *ipsum ferentem omnes aquilas*, q. d.

1) Lc. *ventura*.
2) Ex Virg. Aen. IV, 180.
3) Aen. IX, 473.
4) Idem Lb. et Lc.
5) *in* abest a Voss.
6) *quia — pronunc.* absunt a Voss., pro quibus interposita sunt, quae ad v. *linguas* leguntur.
7) Voss. *f. s. dic.*
8) Aen. I, 181 sqq.
9) Bc. *corporeae*.
10) Voss. *oculos subtus*. Vulgo legitur *subter*, sed Pierius in plurimis MSS. *subsunt* invenit, teste Oudendorpio.
11) Vc. *Fulgineum*, hodie Foligno; Mevania est Bevagna.
12) Ita pro corrupto *clitunt*; cf. Serv. ad Virg. Ge. II, 146. ibique Philargyr.
13) Bc. *barbaricos*.
14) Aen. XI, 648, ubi tamen nonnulla aliter leguntur; obversabatur enim Scholiastae alter locus I, 491. Cf. Serv. loco priori, ex quo haec de v. *quasi* sumta sunt.
15) Hanc de v. *alarum* explicationem, quam Cincius in libro de re militari dederat (cf. Gell. XVI, 4, 6.), repetunt iisdem fere verbis Serv. ad Virg. Aen. IV, 121. XI, 604; Isidor. Orig. IX, 3; Papias et Ioann. de Ianua, in quo *equites* pro *milites* scribendum est.

quotquot [1]) Romani sunt in illo exercitu, omnes habet circa se. Et tamen *non* vadit *uno agmine;* et per hoc notat multos extraneos secum habere. B. *collata*) coadunata, ut nihil Pompeio reliquum videatur. BC.

479. Et non *vident* in ipsa fama talem, *qualem meminere* vidisse. B. Philosophi duas visiones esse dicebant, unam imaginariam, alteram veram; sed hic de imaginaria visione dictum est *vident*. BC.

480. *immanior*) quia devicerat Gallos [2]) tunc temporis. LC. Vel quia vicit Gallos; [3]) vel ita accipiendum, [4]) *immanior* erat, quam solet hostis esse, [5]) qui iam vicit inimicos. BC. VOSS.

481. Praeterea dicit fama omnes, quos devicerat, post illum venire; et hoc est ubi dicit *tunc inter Rhenum* etc. B. Dicebantur enim barbarae gentes venire cum Caesare. Rhenus autem a Rhodano; [6]) nam ex una provincia fluunt, hic contra Galliam, ille contra Germaniam. BC. *Alpemque*) Notandum numero singulari dictum *Alpem;* sicut Iuvenalis: [7]) *Opposuit natura Alpemque nivemque*. BC. *iacentes*) interhabitantes. LC.

482. *revulsos*) ligatos vel coactos. LC.

483. *Urbem*) scil. est qui adferat. VOSS.

485. In hoc quod *quisque* addit ipsi famae, *dat vires famae*. B. *Dat*) Quasi diceret ea timebant, quae a nullo inferebantur. BC. cum enim sibi quisque timebat, famam, quae ipsi metuebant, dicendo augebant. Unde dicit *nullo auctore malorum* eis timorem incussum, sed quae ipsi fingebant timuisse. VOSS.

487. Quid vocet curiam ostendit, ipsos scilicet *patres* et senatum. *Patres* [8]) vocabantur illi XXIIII, qui scripti erant aureis literis in tabula. B.

488. *invisa,* quod in extremis casibus accidebat. VC.

489. Senatus vocabantur omnes nobiles, et [9]) dici-

1) Eadem fere habet Lc.

2) Lc. addit *q̃*.

3) Bc. *Gallis*; Voss. *victo i. e. Gallis, quos nuper vicerat.*

4) Bc. *in accipiendo*, quae correxi; Voss. *aut sic accipiamus.*

5) Voss. male *scilicet hostis quia.*

6) Papias: *Rhenus fluvius a Rhodani societate fertur dictus, quoniam cum eodem ex una provincia fertur*; hinc sua delegit Ioann. de Ianua v. *Rhodanus.*

7) X, 152. Scripsi *opposuit* pro *adposuitque.*

8) Eadem in Lc. addito v. *Senatores* ante v. *qui*; eadem in Papia v. *Patres*, qui tamen adiecit: *imo ab initio fuerunt centum, deinde plures*; adde Isidor. Orig. IX, 4.

9) Lc. non habet *et dic. sen.* Papias, in quo eadem leguntur, pro his *dictus.*

tur senatus, quasi seorsum natus. B. Lc. *mandat*) commendat. Lc. Ordo est *fugiens senatus mandat consulibus invisa decreta belli.* Bc. Est autem decretum, ut curent [1]) consules, ne quid resp. detrimenti capiat. Bc. Voss.

490. *Tunc quae*) Notandus est iste versiculus; pulchram enim constructionem habet cum lepido sensu. Tuta enim in dubiis rebus loca necessaria erant; et metuenda maxime vitabant. Sed nec tuta illis erant ad confugium, nec metuenda, quae fugerent. Caesarem enim ubique metuebant. Voss.

491. *urget*) removendo obstantes fugae suae. Lb.

492. *haerentia*) sese comitantia. Bc.

493. *Prorumpunt agmina* etc. q. d. etiam ipsum populum praecedunt in fuga; [2]) et sic fugiunt, quod credere posses, aut aliquem civem accendisse civitatem, aut timere ruinam domorum. B. Si seriem i. e. longam concatenationem fugientium videres, putares aut urbem subito incendio raptam, aut terrae motum in urbe fieri. Ad terrae motum enim *nutantes* domus *ruina* quatiuntur. Voss. *credas*) Pulchra locutio a tertia persona ad secundam, pro crederet, qui adesset. Bc.

495. *Nutantes*) exagitatas. — Ordo est *sic turba per urbem inconsulta ruit.* Bc.

496. Et, ut plus dicam, irrationabiliter fugiebant; et hoc est quod dicit *turba lymphata praecipiti gradu sic ruit per urbem, velut* haec esset *unica* etc. Quidam morbus [3]) est, quo si tanguntur canes, fugiunt aquam et dicuntur [4]) lymphatici *κατὰ ἀντίφρασιν* [5]) eo, quod minime utantur aqua; et illa similitudine vocat istos foris sensatos. [6]) B. Lymphatici dicuntur, vel quia lympham vitant, vel quia [7]) lympham in fronte habere dicuntur; [8]) *(et m. al.) lymphata*) i. furiata; [9]) tractum est ab his, qui lympha i. liquore [10]) inebriati furiunt. Lb. bacchata, [11]) in amentiam [12]) versa. Bc. Voss.

1) Deest v. *curent* in Bc.

2) Eadem in Lc.

3) Lc. eadem habet ad vv. usque *utant. aqua,* sed *lymphatus* ante v. *Quidam* addit.

4) B. suprascript. *vocantur.*

5) Lc. *per antiphrasim.*

6) B. *forisensatos*; verbum novum, nisi vis, quod feci, separare.

7) Lb. *qui.*

8) Lb. *dicantur.* Ioann. de Ianua: *Lympha etiam dicitur quidam humor, vel spuma in fronte canum, qua dispersa per caput insaniunt* etc.

9) Ita et Lutat. ad Stat. Theb. X, 552.

10) Idem Ioann. de Ianua.

11) Idem Papias.

12) Voss. *amentia.*

498. Revera *inconsulta ruit;* nam taliter *ruit,* qualiter *magister* et nauta, qui dimittunt navim, ubi aliqua securitas est, et proiiciunt se in mare; et hoc est quod dicit *qualis magister* et nauta *desilit in fluctus* etc. Tum fecerunt, *cum turbidus Auster reppulit* etc. B. *qualis*) scil. talis strepitus fuit illic. BC. scil. talis erat illa turba, qualis vel qualiter. VOSS.

501. Magistrum navis vocat illum, qui gubernat, quem assimilat Pompeio; nautas vocat illos remigantes, quos assimilat principibus Romanorum; navim assimilat ipsi urbi. B.

502. *sparsa*) rupta. Carina dicitur quasi currina, [1]) medium navis. BC.

503. *Naufragium*) a fractu dicitur navis, quasi navifragium. Virgilius: [2]) *Navifragum Scyllaceum.* BC.

504. *In bellum*) contra, adversus bellum; *(et m. al.)* quia fugiebant et in bellum. LC. *nullum*) filium. LB.

505. *parens*) Per hoc nimius timor ostenditur; allusit autem ad Aeneam, qui patrem liberavit, ardente Troia. BC.

506. *dubiae*) incertae, quippe sub bello, sive semper incertae. BC.

507. *Dum* primum cum parentibus consulerent [3]) *vota dubiae salutis,* vel dum diis sacrificarent pro salute sua. LB. *lares*) domus; hic pro domibus *lares* accipimus. BC.

508. Solent [4]) homines, cum dimittunt loca sua, saepe inspicere et respicere; sed nunc quisque illorum uno solo visu erat *plenus,* et satur, [5]) visu, dico, forsitan tunc extremo. B.

510. Nunc facit exclamationem ad deos; et quia taliter se habebant, possum [6]) dicere deos faciles esse in dando, sed difficiles in tuendo. B.

512. *capacem*) h. e. quae totum humanum genus [7]) recipere intra se posset. VOSS. quae totum mundum potest retinere. BC.

1) Bc. *curina diis navis,* quae correxi ex Papia: *carina medium navis a currendo dicta quasi currina*; unde sua habet Ioannes de Ianua; cf. quoque Isidor. Orig. XIX, 2. et Perott. Cornucop. p. 807; sed in *diis* aliud fortasse latet, quam *medium.*

2) Aen. III, 553; in Cod. erat *Syllac.*

3) Idem in Lc.

4) *Solent — satur*; eadem Lc paucis in positione commutatis.

5) Eadem glossa in Schol. Horat. Sat. II, 2, 43.

6) *possum* etc.; eadem in Lc.

7) *genus* addidit Cortius.

513. *Caesare*) pro *Caesari*, [1]) causa metri. Bc. *praedam*) ipsam urbem dixit facilem praedam. Bc.

514. Et re vera fuerunt *manus* illorum *ignavae*, quod inde patet; nam *cum miles Romanus, pressus ab hoste, clauditur in externis oris, effugit pericula;* nunc, cum sint multi et in tuto loco, non audent se defendere. [2]) Ego inculpo eos, sed tamen non adeo sunt inculpandi, cum [3]) ipsum caput sequantur. B.

516. *vallo*) Mos erat Romanis, ut, cum in expeditionem pergerent, ubi nocte tentoria figebant, vallo tantum castra circumdarent, et vigiles, qui sibi alternis vicibus succederent, noctis constituerent. Inde Sallustius in Iugurthino: [4]) *Iuxta ac si hostes adessent vallo atque fossa munire, vigilias ponere, et eas ipse cum legatis circuire.* Ipse autem alibi: [5]) *Tertia iam vigiles commoverat hora secundos.* Conqueritur autem poeta, *ἀποστροφήν* ad urbem faciendo, cur isti de munitissimis moenibus fugerint, cum maiores eorum etiam inter hostes tuti essent exiguo vallo. Voss.

517. *rapti*) celeritatem ostendit hoc [6]) verbo. Bc. Voss.

519. *audito*) Singula reddit singulis; ibi *pressus ab hoste*, hic autem *audito bellorum* [7]) *nomine*; ibi *agger et vallum*, [8]) hic *Roma;* ibi *somni* [9]) *noctibus plurimis*, hic nec [10]) per *unam noctem* tutae [11]) *vigiliae*. Bc. Voss.

520. *Desereris*) a civibus tuis. Lb.

523. Dixit [12]) superius, quod fama tanta venit de Caesare, quod compulit eos dimittere civitatem; nunc dicit, quod non fuerunt contenti [13]) sola fama, sed per [14]) certa signa viderunt magna mala futura esse; et hoc est quod dicit *tunc* praeterea *addita* est *manifesta fides peioris fati, ne* hoc esset, quod aliqua *spes levet trepidas mentes futuri* belli. B.

524. *minaces*) minas inferentes. Bc.

525. *Prodigium* dicitur ceu *porrodigium*, eo quod aliquid protendat in futurum. [15]) Bc. Signum, aliud

1) Eadem Lb.
2) Eadem in Lc., sed in fine *ostendere.*
3) Lc. *c. ip. c. Pompeii fugiebat.*
4) c. 45. (al. 49.)
5) Pharsal. V, 507.
6) Bc. *hic.*
7) Voss. *nom. bell.*
8) Bc. *vallus.*
9) Voss. addit *sunt et.*
10) Voss. non habet.
11) Voss. I. *vigiliae*; Voss. II. *inbige totae.*
12) *Dixit — fut. esse*; eadem in Lc.
13) Lc. *fierent externi.*
14) Recepi ex Lc.
15) Similia monet Ioann. de Ianua; cf. Fest. v. *monstrum*

monstrum, aliud ostentum, aliud prodigium, aliud portentum. Duo priora de praesenti, alia de futuro. Monstrum et prodigium oculo tantum, alia quolibet sensu. LB.

526. Et quod [1]) *Superi impleverunt aethera prodigiis*, exsequitur ubi dicit *ignota obscurae* etc. B. LC. *Ignota*) non a natura visa. LC. *viderunt*) Romani. LD.

529. *cometen*) Cometae [2]) latine dicuntur crinitae. Cometas dicit Plinius [3]) esse stellas naturales, quae apparent certis temporibus, et dicit fieri de quinque planetis, unde interdum bonum, interdum malum portendunt. Nam si de Iove fiant et de Venere, optima pronuntiant; si autem de Marte et Saturno, deteriora. Mercurialis vero est talis, qualis cui cohaeret; unde minister deorum dicitur. LB. Alii negant esse stellam, dicentes ignem ex quacunque materia procedentem [4]) per divinam dispositionem. LC. *cometen*) qui non est stella, sed vapor tractus a stellis sive a planetis. [5]) VC. *τὸ αὐτό*, bis idem dixit. Stella est, cuius ortus [6]) bella significat vel nuntiat. BC. Campestris [7]) scribit cometas quinque esse, i. *ἵππιον* [8]) Solis, Lampadiam [9]) Lunae, Quiriam [10]) Martis, Disceum [11]) Mercurii, Saturni [12]) Typhona; sed [13]) IV stellas praescriptas visas esse aliquando, cum regna mutantur, Typhonem [14]) autem, si quando visus fuerit, [15]) significare [16]) cuncta interitura. BC. VOSS. Virgilius: [17]) *Non alias coelo* [18]) *ceciderunt plura sereno* [19]) *fulgura, nec diri totiens arsere cometae.* BENED.

p. 246. et v. *prodigium* p. 378. Dac. et Cic. de Divin. I, 42.

1) Lc. *quia.*

2) Haec ex Serv. ad Virg. Aen. X, 272 sumta sunt.

3) H. N. II, 25.

4) Lc. *procedentes.*

5) Similia contendit Ioann. de Ianua.

6) Bc. *ortum.*

7) Idem *Campestris s. Campester*, ut videtur, qui scripsit Catabolica et Infernalia, commemoratur a Fulgent. Virg. Cont. p. 742. Ed. Staver.; certe a Servio l. l. Ibi tamen additum legitur ex Guelff. pro varia scriptura *Necepso*, ita ut utrumque nomen vel in unum fortasse coniungi possit, vel scriba nomen notissimum Aegyptiorum regis *Necepsi* astrologi (de quo cf. Auson. Epist. 19, 20. Iul. Firm. I, 3. aliisque locis) pro minus noto posuerit. Recte in Servio quoque *Petosyris* scribitur, quem idem Iul. Firmic. l. c. laudat.

8) Bc. *irition.*

9) Voss. *Lampadian.*

10) Abest a Bc; *Quirian* Voss.

11) Ita correxit Oudp. *dirceum*, quod in Bc. quoque exstat.

12) Voss. *typh. Sat.*; Bc. *typhonas.*

13) Abest a Bc.

14) Voss. *typhon.*

15) Bc. *visa fuerat.*

16) Voss. *significat*; Bc. *significasse.*

17) Ge. I, 488.

18) Bened. *coeli.*

19) Bened. *serena* sine *fulgura.*

530. *fallaci*) cum putatur serenitas, est tempestas. LC. Ideo autem [1]) dicit *fallaci*, quia in ipsa serenitate fulminabat, quod rarum est, quia ante coelum obnubilatur, quam fulgura appareant. BC. VOSS. *sereno*) coelo vel serenitate. LC.

531. *ignis*) fulminis extensus visus est, quia plura continens. LB. *tenso*) quia aere iam tendebantur. VOSS. I. *tenso*, commixto; legitur et *denso*. Alii *tensum* dici volunt, unde et tensae deorum, alii *tentum*, ut Virgilius: [2]) *Et si quem extenta plagarum*. Nunc ille ostendit, quae sunt variae formae. VOSS. II.

532. *Varias* [3]) *formas* ostendit, ubi dicit *nunc iaculum emicuit longo lumine*. *Iaculum* vocat, cum non spargebatur huc et illuc; per lampades notat, quando huc et illuc spargebatur. B.

533. *tacitum*) sine tonitru. LB. Solet enim fulmen mitti, [4]) dum tonat, et dum nubibus coelum [5]) tegitur. BC. VOSS.

535. *caput*) summam arcem civitatis. LC. *minores*) Omnes stellae sunt minores ad comparationem lunae; unde Horatius: [6]) *Micat Iulium sidus, velut luna inter minores ignes*. VOSS.

537. *coacto*) i. simul ducto. LD. collecto vel mutilato. BC.

538. Et luna eo tempore passa est eclipsim, quo non debuit pati; et hoc est quod dicit *Phoebe cum* repraesentaret solem *toto orbe*, scilicet *cornu* suo iam iuncto, ac si [7]) dicat, cum erat rotunda sicut sol, *expalluit* i. [8]) eclipsim passa est. Et hoc unde eveniat, ostendit, scilicet [9]) ab umbra terrae, quod non solet fieri, nisi cum iam decrevit; [10]) et nota, cum sol sub terra est in eadem linea, in qua est apud nos luna, cum luna tantum descendit, [11]) quod umbra terrae usque ad eam porrigitur, tum patitur eclipsim. Nam quicquid luminis habet, a sole habet, quod tunc non potest facere, cum in eadem sit linea. B. *Phoebe*) i. cum luna solem praesentaret, cum esset plena, et imitaretur pleno cornu, seu pleno orbe et circulo

1) Abest a Voss.
2) Aen. VII, 226.
3) B. *Vanas*.
4) Voss. *emitti*.
5) Voss. *est coel. nub. obtectum*.
6) Od. I, 12, 46.
7) *si — patit. eclipsim*; eadem in Lc.
8) *i. ec. p. est* desunt in Lc.
9) Deest in Lc.
10) Lc. *decreverit*.
11) Lc. *decrescit*. Sequens *quod* positum est pro *ut*, ut saepius.

suo solem aequipararet in plenilunio, *percussa subita umbra terrarum expalluit* i. eclipsin passa est. Quidam legunt *toto orbe terrarum*, sed mendose, quoniam sensum corrumpunt. Legendum autem est *umbra terrarum*, quia, cum luna in plenilunio solem per centrum adspicit, quaedam umbra terrae acuitur, et se lunae, ne lumen a fratre accipiat, opponit; unde et ipse in descriptione Africae: [1]) *n. t. c. u. nox cadit in coelum.* VOSS. *redderet*) desereret. BC.

540. Et ipse etiam sol fecit contra naturam suam; et hoc est quod dicit *ipse caput medio* etc. B. Virgilius: [2]) *Cum caput obscurum Titan ferrugine texit, impiaque aeternam timuerunt saecula mortem.* BC. BENED.

541. *Condidit*) Hoc ideo dicit, quia sol pridie iduum Maiarum defectum passus est, ab hora sexta usque ad noctem. BC. VOSS.

542. *orbem*) mundum. VC.

544. Talem [3]) *noctem* tunc ostendit, *qualem* ostenderunt *Thyesteae Mycenae* etc. Atreus et Thyestes fuerunt fratres, quorum alter interfecit filium alterius, et apposuit [4]) ei epulandum, quia concubuerat cum uxore eius; et ne hoc videret sol, dicitur nox longior fuisse. Quod quidem est fabulosum secundum Physicam; et ita est intelligendum — — [5]) B. *Thyesteae*) Atreus et Thyestes fratres fuerunt; Atreus autem concubuit cum uxore fratris sui. Quod ille agnoscens tenuit filios Atrei, et eos occidit, [6]) et vocato eo ad prandium comedendos [7]) apposuit. Propter hoc iratus sol suos radios ab ea civitate avertit. [8]) BC. VOSS.

545. Nunc exsequitur illud, quod dixit superius *implerunt terras* [9]) *prodigiis*, ubi dicit *ora ferox Siculae* etc. B. *laxavit*) i. aperuit. LC. *Mulciber*) quasi mulcens ferrum [10]) Mulcifer; *(et man. al.)* Volcanus,

1) IX, 693.

2) Ge. I, 467, ubi tamen nonnulla vulgo aliter meliusque leguntur.

3) *Talem — long. fuisse*; eadem in Lc.

4) Lc. *dedit ei manducare*, omissis *quia — eius.*

5) In B. est lacuna; fortasse addere volebat explanator, quae hac de fabula habet Serv. ad Virg. Aen. I, 508. indeque Hygin. Fab. 298; adde Schol. Horat. A. P. 91.

6) Voss. *occid. eos.*

7) Voss. *manducandos.*

8) Ubi notandum, quod Schol. inversa vice Atreo tribuit, quod est a Thyesta factum, et contra. OUDP. Eadem nominum commutatio in Lb. quoque.

9) Inter lin. *terras*, in contextis *aethera*; cf. ad vs. 525.

10) Idem vocis etymon habent Festus p. 247. Dac., Papias indeque Ioann. de Ianua.

quasi volans canus. [1]) LC. *Aetnae*) Virgilius: [2]) *Vidimus undarum ruptis fornacibus Aetnan;* [3]) propter bellum illic futurum. BC. VOSS.

547. Dixit superius *implerunt pontum prodigiis*, et illud exsequitur, ubi dicit *atra Charybdis;* ostendit mare sanguinolentum esse. B. *Charybdis* dicta, quod occultis caveis naves absorbet. Ter autem in die erigit fluctus et ter absorbet. Fuit autem [4]) meretrix voracissima, quae, quia olim boves abstulit Herculi, fulminata est a Iove et in mare praecipitata; unde adhuc servat naturam, nam sorbet universa. LB.

548. Iterum de illis prodigiis, quae in terra [5]) fiebant flebiliter *saevi* etc. B. *flebile*) pro latratu ululatum edidere, quod signum est mortis. VOSS.

549. *raptus*) Cum enim ex templo deae Vestae ignis furabatur, [6]) sciebant futurum bellum. BC.

550. *Latinas* vocat [7]) sacrificia quaedam, [8]) instituta in honorem [9]) Latiaris Iovis; quae tunc apparuerunt confectae i. non bene acceptabiles Iovi. B. LC. *confectas*) i. consumtas. LC. LB. *Latinae*, festalia [10]) sacrificia. *Latinas* — [11]) Romanus magistratus cum infularetur, [12]) observabantur vel persolvebantur; quarum finem, cum earum flamma scinderetur, praedixerat Sibylla. LB. Sacrificia sic vocata, quae tempore comitiorum consulum celebrabantur, unde Iuvenalis: [13]) *Servabat castas humilis fortuna Latinas.* Ad significandum quod, deleto regimine libertatis per Caesarem, et successores cessaturi erant consules, qui erant principes libertatis. VC. Iovi Latiali sacrificia fiunt, [14]) unde Latinae feriae nuncupantur. Ergo

1) Serv. ad Virg. Aen. VIII, 414: *Dictus Vulcanus, quasi Volicanus, quod per aerem volet;* eadem leguntur ap. Isidor. Orig. VIII, 11, Papia et Ioanne de Ianua, qui addit: *et canus videtur.*

2) Ge. I, 472.

3) Voss. *Aetnam.*

4) Haec iisdem fere verbis narrat Serv. ad Virg. Aen. III, 420, indeque Iso ad Prudent. Apoth. 815; similia sunt in Lc.

5) B. *terram.*

6) Passive; cf. Adelung. Gloss. T. III. p. 704.

7) Lc. *notat.*

8) Lc. *quae erant.*

9) Lc. *imprimis in honore Latialis.*

10) Vox, quae deest Lexicis; Papias: *Festalia, dies festi;* in Ioanne Ianuensi vero *Festialis* pro *Festalis*, nisi vis *Fetialis.*

11) Lacuna.

12) Quo de verbo cf. Adelung. T. IV. p. 196.

13) VI, 287.

14) Voss. *Sacrif. fi. Io. Lat.*

confectas i. perditas [1]) Latinas [2]) ostendebat flamma, quae se extis impositis dividebat. BC. VOSS.

552. *Thebanos*) Eteocles [3]) et Polynices fratres, postquam mutuis se [4]) vulneribus occiderunt, impositi rogo sunt, [5]) et se divisit flamma, qua crematbantur. BC. VOSS.

553. *Subsedit*) hiatus terrae factus est. [6]) BC. VOSS. *nutantibus*) a [7]) terrae motu; Virgilius: [8]) *Insolitis tremuerunt* [9]) *motibus Alpes.* BC. VOSS.

554. Nunc de his, quae ad aquam pertinent, ubi dicit *Tethys maioribus undis* etc. B.

555. Calpe [10]) est in Hispania, quae est pars Europae; [11]) et Atlas est in Africa, et inter hos duos montes vadit mediterraneum mare. B. *Calpen*) montem Gebeltarum. [12]) VC.

556. *Indigetes* dicuntur vel inter deos iam agentes, [13]) sicut Cato et alii; vel inde geniti [14]) q. d. non extranei dii. B. *Indigetes* dicuntur, qui ab hominibus in deos translati sunt, ut Romulus et alii. VOSS.

557. *sudore*) ut Virgilius: [15]) *Aeraque sudant.* VOSS. *Lares* pro deis posuit. Lar enim aliquando ignem significat, [16]) aliquando domum, numero tamen plurali; etiam deos penates significat, eo quod in domibus colerentur, [17]) ubi semper est ignis. BC.

558. *Dona*) ornamenta. LB. *Dona delapsa templis* vocat pallia [18]) et cortinas. B. *foedasse*) quia [19]) im-

1) Sed aut error est, aut lege *peractas.* Vide etiam V, 402. et Gronov. Obss. IV, 25. GESSN. (in Thesauro v. *confectus.*) De feriis Latinis locus memorabilis est Schol. ad Cic. Planc. 8, 1. a Maio editi.

2) Eadem in Lb.

3) Similia notat Lb.

4) Voss. *se mut.*

5) Voss. *sunt rogo.*

6) Voss. addit: *item terraeque dehiscunt* (I, 645.); Bc. (man. al.) *vel findit se.*

7) Abest a Voss., qui tamen post v. *motu* addit *scilicet ut.*

8) Ge. I, 475.

9) Bc. *timuer.*

10) B. *Calpes. Calpe — Europ.*; eadem in Lc.

11) Addit Lc. *in quam* (Cd. *quas*) *mediterraneum mare prodit.*

12) An voluit *Gebel Tarick?*

13) Serv. ad Virg. Aen. XII, 794. et Ge. I, 498: *quasi in diis agentes;* unde Papias et Ioann. de Ianua sua hauserunt; prior inde corrigendus.

14) Agroet. p. 1351. Goth. *Indigetes, unde* (leg. *inde*) *geniti dii*; quos Serv. l. prius l. Ed. Lion. explicat *patrios deos.* Ioann. de Ianua: *quasi inde geniti i. ex terra geniti.*

15) Ge. I, 480.

16) Iso ad Prudent. Symm. II, 612: *lare igne vel domo*; sic et alii.

17) Eadem habet Serv. ad Virg. Aen. VI, 152. Ed. Lion.; vide et infra ad V, 528.

18) Idem in Lc.

19) Voss. *Ideo f. q. imp. insolite p. d.* praeposita sunt: *iterum Virg.* etc.; Bc. *importune.*

portunae, per diem insolitae videbantur. [1]) Hinc Virgilius: [2]) *Importunaeque volucres.* BC. VOSS. *volucres*) Bubones dicit reliquasque nocturnas aves, unde ipse paulo post: [3]) *Et laetae iurantur aves bubone sinistro.* VOSS.

559. *Accipimus*) vidimus; *ἀκυρολογία* est, impropria dictio. Virgilius: [4]) *Da, Tityre, nobis,* pro dic, Tityre, nobis. BC.

560. *media*) contra consuetudinem. Virgilius: [5]) *Et alte per noctem* [6]) *resonare lupis ululantibus urbes.* VOSS.

561. *pecudum*) Dicitur enim in bello civili asinus fuisse locutus. BC. Virgilius: [7]) *Pecudesque locutae infandum.* BC. VOSS. *humana*) Bos enim locutus est ad arantem in suburbio, frustra se urgeri, cum non frumenta, sed homines in brevi defecturi [8]) essent. VOSS. I. WITT. Et Livius [9]) dicit, quod bos dixit: Cave tibi, Roma, cum Hannibal venit in Italiam. VC.

562. *Monstrosi* ponit pro monstruosi. [10]) Quod monstrum erat [11]) et *numero,* si quis nasceretur habens VI digitos in manu, et *modo,* [12]) ut in magnitudine membrorum. B. LC. *hominum*) de feminis dictum, ut Virgilius: [13]) *Nec vox hominem sonat.* VOSS. *numero*) quia dicitur mulier [14]) genuisse filium cum XXIII [15]) digitis. *Modo* [16]) autem, quia, ut fertur, alia mulier serpentem genuit. BC. VOSS.

564. *Diraque*) Regna ruent Romae ferro, flammaque fameque. [17]) LC. Sibylla: R. R. R. P. P. P. P. F. F. F. Romanum ruit regnum, Pompeius pater patriae pellitur ferro, flamma, fame. RATISB. Ibat quaedam furia per Romam dicens haec verba: *r. r. r.*

1) Eadem Lb. sine *insolitae.*
2) Ge. I, 470.
3) Voss. *ante* habet, quod correxi; est enim locus infra V, 396.
4) Ecl. I, 19; Bc. habet *Titere.*
5) Ge. I, 485.
6) Voss. I. *noctis.*
7) Ge. I, 478.
8) Similia in Lc.; Voss. I. *defutura;* Voss. II. *locutus est, et prius homines defecturos quam frumenta praedixit.*
9) Fort. innuit Liv. XXI, 62; cf. Val. Max. I, 6, 5.
10) Lc. addit *Syncope.*
11) *Quod m. e.* desunt in Lc.
12) *et modo* non leguntur in Lc.
13) Aen. I, 380; cf. infra V, 168.
14) Bc. *mulierem.*
15) Voss. XXVII.
16) Voss. *monstrosi.*
17) Cf. Sulpic. et Omnib. Videtur fabula conflata ex Maronis III. Aen. 444. et VI, 74. Nihilominus etiam Valerius in notis Rom. p. 1472. retulit R. R. R. F. F. F. *Regnum Romae Ruet Ferro, Flamma, Fame.* CORT. Lc. *fame.*

f. f. f. p. p. p. regnum Romae [1]) *ruet fuga, fame,* [2]) *ferro; pugn. patria profectus est.* VB.

565. *Vulgantur*) quaelibet; et nunc evenient mala, quae praedixit Sibylla. LB. Praeterea fuit aliud miraculum. Illi *cecinere deos* esse saevos, *quos saeva Bellona* etc. Sacrificantes [3]) Bellonae, deae belli, scindebant sibi venas, capti furiis. B. Ordo est, *dii cecinere saeva, quos movet Bellona sectis lacertis.* Est autem figura *quos deos,* ut Virgilius: [4]) *Urbem quam statuo vestra est,* pro *urbs.* Sic *deos* pro *dii.* [5]) Virgilius post mortem Caesaris haec dicit contigisse, Lucanus vero per prolepsin figuram contigisse in initio belli civilis. VOSS. I. *deos,* scilicet esse iratos. VOSS. II. deorum iras. VC. esse deos. LD.

566. Et [6]) *Galli* etiam ostenderunt malum omen; et vocat eos sanguinolentos, vel quantum ad hoc, quod incidebant sibi venas, vel quantum ad hoc, quod castrati erant; nam [7]) Caesar, devicta [8]) Gallia, ad opprobrium illorum castravit quosdam, et posuit in templo Cybeles. [9]) Qui etiam nuntiabant [10]) *deos* esse iratos; quibus maxime [11]) credebatur. B. LC.

567. *ululaverunt*) ululando praedixerunt de more [12]) sacrorum; *Galli* ministri Matris, qui castrati sunt et tempore sacrificiorum brachia incidebant. VOSS. Templo matris deum sacrati; scil. Galli hi [13]) sunt ministri matris deum; *ululaverunt* autem more sacrorum; de homine accipiamus admittitur. BC. Galli non a Gallia, sed a Gallo, [14]) fluvio Phrygiae, de quo quicunque potabant quasi vino ebrii exagitabantur ut Galli, ac castrati, sicut Galli gallinacei. [15]) LB.

568. Et etiam ossa, quae in sepulchris erant, videbantur gemere. [16]) B.

1) Vb. *regno Rome.*

2) Vb. *fama;* in seqq. fortasse *pugnans* s. *pugnator.*

3) Eadem in Lc. omissis *deae belli*; sed in fine sunt addita *ut proprium illius* (lege *illi*) *sacrificarent sanguinem.*

4) Aen. I, 573.

5) Valde hic errat, cum *deos* pro *dii* — et *saeva* sumit accusative. OUDP.

6) Deest in Lc.

7) Lc. *quia;* hoc et seqq. ab al. man.

8) Lc. *devincta.* Similia de Caesare habet Papias.

9) B. *eideles.*

10) Lc. *q. dixerunt etiam nunc.*

11) Deest in Lc.

12) Correxi pro *morte*; in seqq. addidi *Galli.*

13) Bc. *hoc.*

14) Ita Festus p. 159, ubi cf. Dacer.; adde Mart. Cap. VI. p. 221. Grot.

15) Lb. *gallinatis.*

16) B. *gemme*; Lc. *gemere,* qui eadem habet inde a v. *in sep.*; pro *quae* tamen *qui.*

569. *armorum*) Virgilius: [1]) *Armorum sonitum toto Germania coelo audiit.* BC. Virgilius: [2]) *Vox quoque per lucos vulgo exaudita silentes* [3]) *ingens.* BC. VOSS.

570. *umbrae*) *contra nos: nam nobiscum ire consuerunt.* Haec Glosa de umbra corporis nostri dicit; sed nos mortuorum umbras accipimus, quae *comminus* veniebant i. vivis appropinquabant. BC.

571. *iunctos*) i. qui in [4]) suburbio habitant; — qui ante portas habitant. BC.

572. *Erinnys*, una ex Furiis, quae talis est visa agricolis, *qualis Eumenis impulit* [5]) *Agaven* etc. *Εὖ* dicitur bene et *μενές* bonum, [6]) et ita duplicatum bonum intelligitur pro malo; nam est quaedam Furia, quae ita vocatur. B. LC. *Erinnys*) infernalis Furia. *Erinnys* quasi nata in lite. [7]) LC.

573. *Excutiens*) manu. LC. *pinum*) pro face pinum posuit. BC.

574. *Stridentesque*) pro crinibus enim serpentes habet. [8]) BC. VOSS. *Agaven*) Mater Penthei, quae ita Liberum contemnendum [9]) credidit, ut etiam cum telo ascenderet arborem, et Libero insidiaret; [10]) fecitque [11]) numen praescium interesse Bacchis. Quae furore correpta Penthei filii [12]) caput amputavit, postque resipuit. BC. VOSS. GUELF. *Agave* fuit mater Penthei, regis Thebanorum, qui spernebat [13]) sacrificia Bacchi, et, [14]) dum ipsa quadam die sacrificaret, supervenit iste; quem credens esse feram discerpit totum frustatim. B. LC.

575. Lycurgus, dum sperneret sacrificia Bacchi et arrepto [15]) fossorio vellet exstirpare vineam, incidit sibi crus. B. LC. *Impulit*) ut occideret filios suos.

1) Ge. I, 473.
2) Ge. I, 476; Voss. *ut* addit ante *Virg.*
3) Bc. *fluentes* sine *ingens*; cf. vs. 578.
4) Addidi *in.*
5) Lc. *implevit.*
6) B. *lonum et mene bene*, suprascr. *bonum*; Lc. *mene clarum*, ex quo recepi *et ita.*
7) Ioann. de Ianua eodem fere modo.
8) Voss. *habebat.*
9) Voss. *temnendum.*
10) Voss. *insidiaretur*; sed cf. Gesner. Thesaur. v. *insidiari.*
11) Voss. *fecit nomen suum*; Guelf. *sed fecit num. pr. eam.*
12) Voss. *cum ceteris filium vulneravit* reliquis omissis; illa Guelf. quoque habet cum additis: *et caput &mp. Cetera eius pete ex secundo.* Quid *secundo?* vel latet nomen scriptoris, vel, quod malim, voluit VI pro II Lucani, ubi vs. 356 sqq. de Pentheo sermo est.
13) Lc. *quae sprevit.*
14) Pro seqq. Lc. *a matre laniatus est.*
15) Lc. *accepto.*

Voss. *Lycurgi*) Driantis [1]) filium dicit, qui, dum [2]) vites amputare vellet, ad [3]) iniuriam Liberi, [4]) sibi crura incidit; [5]) ideoque [6]) ait *contorsit tela.* BC. Lb. Voss. Witt.

576. *Eumenis* per contrarium dicitur i. bonum. [7]) Lb. *iniquae*) Iuno [8]) Herculem semper odio habuit, quia de pellice natus erat. Omnes enim pellices odit, excepta Maia, quam solam diligebat. Ideo Megaeram, Furiam infernalem, ad terrendum eum misit, qui in amentiam versus, ex inferno rediens, Deianiram [9]) uxorem suam non agnoscens occidit. Voss.

577. Dum Hercules ivisset in infernum cum Pirithoo ad rapiendam Proserpinam, praecepit Iuno Megaerae, pessimae Furiarum, ut ostenderet se illi, quanto terribiliorem posset; et [10]) talis nunc apparebat istis. B. *Alcides* dicitur *Hercules* non ἀπὸ ἀλκῆς, sed ab Alcaeo, patre Amphitryonis: a prima enim aetate Alcides dictus. BC. *Megaeram*) quasi malum gerens. Lc.

578. *tubae*) noctu. Lb. Virgilius: [11]) *Armorum sonitum toto Germania coelo audiit;* et: [12]) *Vox quoque per lucos vulgo exaudita silentes.* [13]) Voss.

579. *Miscentur*) in bellum. *Tantum edidit* sine auctore aliquo. BC. Voss. *silentibus*) in quibus esse debebat silentium. Lb.

580. *consurgere*) in campo enim Martio sepultus est Sulla. Initio civilis belli eorum umbras dicit apparuisse, qui fuerunt auctores civilium [14]) bellorum; Marius scil. et Sulla. BC. Voss.

581. Sulla [15]) fuit sepultus in Martio campo; nam propter sua multa mala, quae intulit Romanis, noluerunt ei dare communem sepulturam. Cuius anima nunc apparebat, et anima Marii; qui uterque maxima [16]) intulerant Romano populo; et ideo erant eis signum

1) *Denantes* Voss. II.; *Driandis* Witt.; *Lyc. dic. fil. Driant. regem Thebanorum* Lb.

2) Lb. addit *olim.*

3) Voss. *in.*

4) Witt. addit *patris.*

5) Voss. *succid.*; Lb. *crur. s. succ.*

6) Voss. *ideo dictum cont.*; Lb. *ideo dicit c. t.*

7) Cf. Serv. ad Virg. Aen. III, 63; VI, 250 etc.

8) Voss. male *Immo.*

9) Immo *Megaeran.* Oudp. imo *Megaram.*

10) Eadem Lc., qui cum Lb. similia de Hercule et Megaera monet.

11) Ge. I, 473.

12) Ge. I, 476.

13) Voss. I. *fluentes*; cf. supra ad vs. 569.

14) Abest a Voss. cum seqq. *Marius* etc.

15) *Sulla — populo*; eadem fere in Lc.; prima vv. usque ad *campo* in Lb. quoque.

16) Fortasse add. *mala*; Lc. ambo *multa mala fecerant R. p.*

civilis secundi belli. B. *manes*) vel ipse Sulla, vel ab eo sive propter eum occisi. LB.

582. *Anienis*) illius fluminis, ubi sepultus est Marius. [1]) VOSS.

583. *fracto*) aperto. Ordo est *fr. sep. t. ca. M. fugere agr. ad undas gel. A.* BC.

584. Et [2]) quia tot signa apparuerunt eis, propterea *placuit* eis, ut vocarent [3]) *vates* de Tuscia, ut per eos certi fierent, cuius esset victoria futura. Quondam, cum quidam rusticus araret in agro suo, ex quadam gleba surrexit quidam, qui multum valuit in huiusmodi divinationibus. Cuius nomen fuit Tages, [4]) a quo Tusci docti erant illius artis; inter quos Arruns [5]) maxime valuit. Et commendat eum in illa arte per hoc, quod dicit eum scire capere augurium, et per diversos [6]) casus fulminis, scilicet si sparse [7]) cadit et non sparse; et in intestinis et in avibus, ut per hoc magis certum habeatur, quid dixerit. B.

585. Quinque sunt species, quibus providentur futura. *Μαντικὴ*, [8]) quae habet quatuor species, [9]) scilicet *πυρομαντία*, [10]) *ἀερομαντία*, [11]) *ὑδρομαντία* [12]) et *γεωμαντία*. [13]) *Πυρομαντία* dicitur a *πῦρ*, quod est ignis, quia per fulgura praevidentur futura et in astris; *ἀερομαντία* dicitur, quia in aere exercetur, sicut in gladiis; *ὑδρομαντία*, quae in aqua exercetur, sic [14]) in pelvi plena aqua; *γεωμαντία* in speluncis. *Μαθηματικὴ* [15]) habet tres partes vel [16]) species, scilicet auspicium, aruspicium et horoscopium. Horoscopium in divinatione [17]) temporum; aruspicium de ara et spicio, cis; [18]) auspicium ab avibus in volatu. Sorti-

1) Fere eadem Lc.
2) *Et — victoria*; eadem in Lc.
3) An *vocarentur?*
4) Quo de Tagete cf. Munck. ad Fulgent. p. 769. Stav.; adde Serv. ad Virg. Aen. II, 781; Fest. Fragm. p. 90. Dac.; Marc. Cap. II, 9. et Schol. ad vs. 637. infra.
5) Quo de Arrunte monet Papias v. *Haruspicina* haec: *Ars, quam Aruns Tuscus primus invenit, cuius domus fulmine cremavit.*
6) B. *diusos*; eadem in Lc. usque ad *non sparse*, praeposito *Novit*; sed in fine *vel* pro *et*.
7) Pro *sparsim*; vox, quam Lexica non habent.
8) Lc. *Mantica*.
9) Ita Papias quoque v. *Hydromantia* ex Varrone; cf. Serv. ad Virg. Aen. III, 359. et Isidor. Orig. VIII, 9.
10) Lc. *piremantia*.
11) Lc. *arimantia*.
12) Lc. *aeromantia*.
13) Lc. *nigromantia*.
14) An *sicut?*
15) Lc. *Mathematica*.
16) Addidi *vel*.
17) Lc. *duu* cum superne scriptis *nc* et *temporum*.
18) Lc. *cis*.

legium, quando enim per sortes cognoscuntur futura; maleficium, quando per daemones coactos; praestigium, quando homines fallunt visum ceterorum et reddunt se invisibiles. Praescimus futura, vel apparent in alia forma [1]) quam sint; etiam hanc adinvenit Mercurius. LC.

586. *Desertae* dicit propter aerem corruptum, qui ibi erat, vel propter vaticinatores infames, qui ibi habitabant. LC. vel metu civilis belli, vel Romae comparatione *desertae*. BC. *Lucae*) civitas Tusciae. BC. LD. VOSS. LB.

587. *Venas* vocat illas, per quas sanguis currit; fibras vocat ipsos nervos, qui iungunt cetera membra. B. *venasque*) i. venas, quae sunt fibrae. Fibrae, venae pulmonis, sunt arteriae, in quibus discurrit spiritus. LB.

588. *pennae*) avium. Virgilius: [2]) *Praepetis omina pennae*. BC.

589. Iste talis *Arruns primum iubet rapi* i. interfici [3]) illa, *quae nullo* etc.; illa, quae sunt contra naturam hominum nata, ut si vetula portet filium, vel de virgine nascatur sine *semine*. Et tales fetus non sunt fandi q. d. fabulosi sunt. B. *discors*) quia supra [4]) dixerat, quod fuissent partus dissimiles. BC. quia contra naturam partus [5]) virginum vel vetularum. LB.

590. *rapi*) ad se portari cito. VC. *sterili*) ut natum ex femina sexagenaria. VC.

591. Illae flammae vocantur infaustae, scilicet non festivae, quae fiunt de lignis fulminatis, et [6]) de illis arboribus, quae adhibebantur sepulturis mortuorum. B. LC. *fetus*) dicunt enim civili [7]) bello mulam genuisse. BC. VOSS. Mula dicitur de murice concepisse. VOSS. *infaustis*) i. de lignis myricae vel cupressi, quibus urebantur talia luctum significantia. LB.

592. Et ut certa habeantur ea, quae dixerat, ea religione praecipit fieri, qua solitum est fieri, ubi talia omina capiuntur; et incipit ubi dicit *mox iubet et totam* etc. B.

593. Lustrum est spatium V annorum; et variabant [8]) Romani totum tempus per tria lustra. In primo

1) Lc. ^{a}*a for.*^{a}
2) Aen. III, 361.
3) Idem Lc.
4) vs. 562.
5) Lb. *partum*.
6) Lc. pro omissis *et — sepulturis* habet *vel*.
7) Voss. *bell. civil.*
8) *variab. — process.* Eadem in Lc. paucis mutatis.

lustro dabatur aes [1]) tributum, [2]) in secundo argentum, in tertio aurum; et tunc circuibant totam civitatem cum processione; et ideo vocat illud lustrum festum quasi festivum. [3]) B. *Ambiri*) i. lustrari. Lc. ambarvale fecerunt; ambarvale, [4]) circa arva. Lb.

594. *Pomoeria* quasi post moenia, aedificia post civitatem; pomaria pomorum. Lb. dicuntur loca ante muros; quasi post moenia. [5]) Voss. Pomoerium est illud spatium, quod est inter muros urbis et aedificia privatorum, ut refert A. Gellius. [6]) Vc.

596. Gabini, dum olim faciebant sacrificium, cum scorticarent [7]) oves et essent succincti, [8]) ligatis circa illos mantellis, [9]) venerunt inimici; et cum praedarentur Romanos, ita parati, ut erant, insecuti sunt eos, et reduxerunt praedam. Unde adhuc in sancta ecclesia diaconi in XL, succincti planeta, [10]) legunt tunc maxime, quia contra vitia tunc maxime est pugnandum. B. *minor*) in ordine sacrorum. [11]) Voss. in sacro ordine. Bc. *Gabino*) hoc est, quod Virgilius [12]) dicit: *Cinctu Gabino*. Gabinus [13]) cinctus est toga [14]) sic in tergum reiecta, ut una [15]) eius lacinia a tergo revocata hominem cingat. Hoc autem vestimenti genere utebatur consul bella indicturus ideo, quia, cum Gabii, Campaniae civitas, sacris operaretur, cum [16]) praetextatis bellum subito evenit. Tunc cives, cincti [17]) togis suis, ab aris ad bellum profecti sunt. Bc. Voss. Sacerdotes Gabinorum cum quodam die nudi hostiarum coria detraherent, repente hostium adventus nunciatus est; qui vestibus indui non volentes, togis

1) B *eis* et suprascr. *es*.
2) Deest in Lc. De tributo per singula lustra soluto cf. Varro L. L. VI, 2. 45. Speng.
3) Ita et Iso ad Prud. Perist. 9. 230.
4) Lb. *arvambale;* imo dicendum erat *amburbale*, cf. Serv. ad Virg. Ecl. III, 77.
5) Cf. Prisc. p. 1236. Putsch.; Varr. L. L. V, (IV) 32, 40; Fest. p. 388 Dac.; Papias: *dictum quasi post murum.*
6) XIII, 14, ubi tamen alia leguntur.
7) i. corium detraherent; cf. Adelung. T. VI. p. 129. et Ioann. Lydium. Scripsi *cum* pro *dum*, ut in seqq. ante v. *praedar.*
8) Delevi *et.*
9) Cf. Adelung. T. IV. p. 540. de hac voce.
10) i. e. vesti sacerdotali; cf. Adelung. T. V. p. 328. et Ioann. Lydium.
11) Cort. correxerat *sacerdotum.*
12) Aen. VII, 12.
13) Sunt verba Servii ad Virg. l. l.
14) Bc. *togae.*
15) Recte; Schol. ad Pers. V, 31: *obvoluti toga super humerum sinistrum, dextro nudo.*
16) *c. praet.* desunt in Servio.
17) Bc. *cuncti* et in seqq. *agris.* Similia leguntur, quod rem attinet, in Lb.

succincti, hostes petierunt atque in fugam verterunt. Inde ab illis decretum est, ut tali habitu semper sacrificia offerrent, quo habitu diaconi [1]) in ecclesia quadragesimali [2]) tempore ministrant. VOSS. I.

597. *Vestalemque* etc. q. d. tertio [3]) loco ibant moniales. [4]) Quae sacerdos semel in anno et sola videbat Minervam; et hoc notat ubi dicit *Troianam soli* etc. Ulixes et Diomedes furto acceperunt palladium [5]) Minervae, quod fuit caussa, quare capta sit Troia; et concessit Ulixes Diomedi. Cui patienti pericula in mari responsum est, quod, nisi redderet Troianis, nunquam in patriam reverteretur. Et dum Aeneas applicuisset Italiae et supra litus faceret sacrificium, venit Diomedes volens ei dare; et [6]) quia in ipso sacrificio fuit, nolens corrumpere religionem, non inspexit in eum. Tum dedit suis, [7]) et inde delatum est Albam et sic Romam. B. *sacerdos*) De virginibus Vestae sacerdotem [8]) maximam dicit, quae sola palladium [9]) videt. BC. VOSS.

598. *Minervam*) palladium, i. simulacrum Minervae, quam Aeneas attulit secum de Troia. LB.

599. Post illas sequuntur illi, *qui fata deum* etc. Per *fata deum* intelligit responsa deorum, non tantum per carmina; per *secreta carmina* notat fata deorum versifice data. B. *fata*) responsa, dicta [10]) a fando. BC. VOSS. *servant*) Quindecimviros dicit, qui tres libros Sibyllinos inspiciunt et consulunt. VOSS.

600. Et illi post sequuntur, qui reducunt Cybelem q. d. sacerdotes Cybeles. B. *revocant*) reconciliant. NORIC. *Almone*) Dies sacer lavatio matris deum; quo die simulacrum [11]) in Almonem, fluvium parvum, [12]) a quindecimviris deponitur. Est [13]) autem fluvius et hoc nomine in Phrygia, [14]) et inde [15]) translata sacra

1) Eadem fere in Lc.
2) Idem in Lc.; cf. Adelung. T. V. p. 533.
3) *tertio — Minervam*; eadem fere in Lc.
4) Adelung. T. IV. p. 737.
5) De palladio eadem in Voss. I, ut solet, leguntur, quae exstant in Servio ad Virg. Aen. II. 166. OUDP. Ex eodem Servio Noster quoque sua hausisse videtur.
6) B. *et vol. ei d. quia.*
7) Fortasse enarrator male intellexit Servii *Nautes*, ita ut scribendum sit *Nautae* pro *suis.*
8) Voss. *max. sacerd.*
9) Voss. addit *Minervae.*
10) Abest a Voss.; cf. Serv. ad Virg. E. IV, 47.
11) Deest in Voss.
12) Voss. *brevem.*
13) Voss. *Dea a. h. n. est etiam in.*
14) Voss. I. *frigida.*
15) Voss. *unde translatis sacris.*

in urbem Romam; qua de re [1]) vicinus fluvius hoc nomine appellatus est. BC. VOSS. Almo est fluvius iuxta Romam; [2]) ad quem fluvium portabatur statua Cybeles et lavabatur ibi a XV viris. B. LC. *Cybeben*) quam lavant, quando indigent pluvia. VC. [3])

601. Et post hos sequitur *Augur doctus* etc. B. *servare*) Proprium verbum [4]) augurum, cum de coelo servant. BC. VOSS. *sinistras;* etsi in mala significatione aliquando accipiatur, hic tamen in bona accipit; nam quae nobis sinistra pars, illis est dextra, cum contra illos simus versi; et quod a dextra datur, melius est, quam quod a sinistra. B.

602. Et post sequitur *septemvir* ille, qui est maior in *epulis*, scilicet archidiaconus. B. *Septemvirque*) Hi enim epulum dant. *Septemvir* dicebatur, qui septem praeerat, vel unus de septem; duumvir, triumvir, unus ex duobus vel tribus. BC. *festus*) laetus. VOSS. *Titii*) Titius [5]) fuit rex Sabinorum, et cum suo tempore essent VII presbyteri, praeter illos instituit totidem; quae consuetudo non Romae erat. Cum unum sit imperium, *sodales* vocat inter se. B. Titius constituit templum Copiae, et posuit in illo sex sacerdotes, qui dicebantur ab illo *Titii;* septimus vero, qui praeerat, dicebatur *Septemvir*. LC. Hi dabant epulum festis diebus. Hercules sic ipse instituit, rediens victo Geryone, cum vicisset Cacum. — Titus Tatius, rex Sabinorum, facto foedere inter Romanos et Sabinos, statuit in honorem [6]) Panos, qui est deus pastorum, duos sacerdotes, qui semper essent sodales in eius sacrificio, ut, sicut ille deus Pan tuetur oves ab incursu luporum, sic tueretur Sabinos et Romanos ab incursu hostium, et hoc foedus eorum servaret incolume. LB. Ministri [7]) Panos Luperci, [8]) ut Cicero [9]) ait: *Fera ista sodalitas germanorum Lupercorum.* WITT. VOSS. I. II. Titii a Tito Tatio rege Sabinorum dicti, qui et sequaces fuerunt. VOSS. I.

603. Tempore Numae Pompilii [10]) cecidit ancile

1) Voss. *urbem, vic. fluv. sic appellatur*; in Bc. quoque *sic* ante *fluvius*.

2) Lc. *fluv. est Romae* sine *iuxta*.

3) Scholion Lb. vide T. II. p. 411, ubi *sancti* pro *su̅* est scribendum.

4) Voss. *augur. verb.*; de re cf. infra ad V, 395.

5) An *Titus?*

6) Lb. *honore*.

7) Ita Witt. et Bc.; sed Voss. I. *sodales*, Voss. II. *sacerdotes*.

8) Eadem Bc.

9) pro Coel. 11.

10) Cf. Schol. Horat. Epist. II, 1, 56. et Serv. ad Virg. Aen. VII, 186; VIII, 663.

de coelo; et responsum fuit, ubi illud esset, ibi caput mundi etiam esse. Et fecit multa alia, [1]) ne forte illud cognosceretur; et singulis annis ea [2]) die fecit magnum festum. Et ille, qui portabat, vocabatur Salius a saltando. [3]) B. LC. *Salius* dicebatur sacerdos, qui aram saliendo circuibat. BC. Hi sacerdotes Martis a Numa facti sunt. Iidem antea fuerunt Herculis. [4]) VOSS. *lato*) i. e. magno. BARTH. [5]) *ancilia*) scuta rotunda, de quibus Valerius loquitur in primo. [6]) VC. Ancile est clipeus rotundus, vel clipeus a coelo demissus. LC.

604. Et post sequitur *Flamen*, sacerdos Iovis; et dicitur *Flamen* quasi [7]) filamen, eo quod circa caput portabat filum. Quod ideo faciebat, quia suum officium erat portare galerum, et desuper arundinem, et super arundinem vellus; et hoc notat, ubi dicit *generoso vertice*. Quod quia semper non potuit facere, portabat filum. B. *generoso*) nobili, propter pileum. BC. *Flamen*, quasi filamen ideo, quod, cum per aestatem pileum ferre non posset, filo caput cingebat. BC. *Apex* dicitur floccus, i. parva lanula [8]) in summitate virgae posita, quae vento agitata diras aves a carnibus hostiarum fugabat, quam etiam in capite plerumque gestabant; [9]) unde et pro summitate cuiuscumque rei ponitur. Item *apex* est virgula, quam Flamines honoris loco dicuntur gestare in capite. Sunt autem Flamines Diales, Martiales, Quirinales. *Flamines* dicebantur sacerdotes quasi filamines a filo, quod aestivo tempore capiti imponebant, quando iis propter ardoris nimietatem pileum portare non licebat. VOSS. I. Flamines habebant in capite pileum, in quo erat brevis virga desuper habens aliquid lanae. Quod cum per aestum [10]) ferre non possent, filo tantum capita religare coeperunt; nam nudo penitus capite

1) Lc. addit *similia*.

2) B. *tali*.

3) Lc. *a saliendo nempe*; Lb. *Salius a saliendo*; cf. Serv. ad Virg. Aen. VIII, 663; Schol. Horat. Od. I, 36, 12. et Festum.

4) Vide Serv. ad Virg. Aen. VIII, 285; Schol. Horat. l. l. et Ison. ad Prudent. Symmach. I, 120, fortasse ex Macrob. Sat. III, 12.

5) ad Stat. Ach. I, 369.

6) I, 1, 9.

7) Similia Lc.

8) Cf. de hac v. *apicis* significatione Serv. ad Virg. Aen. II, 683. et X, 270.

9) Similiter Lb.

10) Lb. et Serv. *aestus*; Papias *aestum*.

incedere non licebat. Unde a filo, quo utebantur, Flamines quasi Filamines dicti sunt. [1]) LB.

605. Et *dum circumeunt* etc. Per *amfractibus* notat quod non est rotunda, sed ad modum a. [2]) facta. B. Et dicit *amfractibus;* Roma enim, postquam incensa fuit a Brenno, fuit reaedificata maior in annum, sed non servato ordine stratarum. Et propterea Nero, ut dicit Suetonius, [3]) fecit immitti ignem in pluribus locis, ut stratae reficerentur maiores, quia timebat interfici in viis strictis. Livius VI [4]) ab urb. cond. facit mentionem de illo incendio et reaedificatione. [5]) VC.

606. *ignes*) fragmenta ex fulminatione. VC.

607. *Colligit* ligna fulminata, [6]) et cum quibusdam sacris verbis ponit in terram; et ibi sacrificavit bidentes, et ex hoc vocavit ipsum locum bidental. Non omnes oves habent duos eminentes dentes, teste Servio, [7]) sed quaedam et post duos etiam annos. [8]) B. Mirabili arte dicit *colligit ignes fulminis.* Sed sciendum est, [9]) multa in sacris ficta pro veris accipi; ergo *colligit ignes* sparsos ad imitationem fulminis. BC. VOSS. I. Colligitur enim fulmen et conditur; est autem in iisdem locis, ubi F. S. C. videris scriptum. VOSS. II.

608. *nomen*) nam hodie vocatur bidental a bidentibus ibi immolatis, ut dicit Horatius. [10]) VC. i. signum, ne oblivione deleantur. BC. *Bidental;* nam bidental dicitur, ubi fulmen est conditum. VOSS.

609. His factis adiungere voluit vitulum *aris,* [11]) et *iam coeperat fundere Bacchum;* et iam *praebebat collum* non sponte, sed *cum ministri succincti premerent* etc. Et istud fuit iam malum omen, quod ita fuit rebellis, cum initiaretur. Solebant enim, cum initiabant, vinum *fundere* inter cornua [12]) et molam. Mola fit de sale et farina. [13]) Initiare vocatur illud, quod initio [14]) fiebat, antequam interficeretur. B. LC.

1) Eadem verba habet Serv. ad Virg. Aen. VIII, 663. et Isidor. Orig. V, 12; similia Papias.
2) i. e. amfractus.
3) Ner. 38.
4) V, 42. 55.
5) Vox lexicis addenda.
6) Lc. eadem habet.
7) ad Virg. Aen. IV, 57.
8) Addidi *annos.* Servius: *circa bimatum*; cf. Schol. Horat. Od. III, 23, 13.
9) Abest a Voss.
10) A. P. 471, ubi cf. Schol.; item ad Pers. II, 27; similia praebet Lc.
11) Deest in Lc., qui antea *iungere.*
12) Cf. Schol. Cruq. ad Horat. Serm. II, 3, 200.
13) Lc. addit al. man. *pultis.*
14) Lc. *inprimis,* et addit ante *quod* v. *proprie.*

610. *obliquo*) mos sacrificii. VOSS. *molas*) far et salem. [1]) BC. pultem ex farina, aqua et sale. VC. Mola, ubi ferrum molitur et acuitur; vel puls ex farina et sale et aqua, qua victimae [2]) inter cornua profundebantur. LE. Virgilius: [3]) *Ipsa mola manibusque piis altaria iuxta.* Sive Hypallage est pro *cultrum molis.* GUELF.

611. *non grati*) Nisi enim [4]) stet hostia, non est accepta, ut Virgilius: [5]) *Et statuam ante aras.* BC. VOSS.

612. *succincti*) expediti vel strenui. BC.

615. *dirum*) horridum. VOSS. I.

617. *iram*) an irati essent dii. LC. *raptis*) i. acceptis intestinis. BC. velociter, antequam frigescerent. Arruns est usus malitia, nam ex extis fecit duas partes; nam praecordia et membra vitalia, ut cor, iecur et pulmonem assignavit Pompeio et senatui, viscera alia attribuit Caesari. VC. *quaesivit*) i. invenit. LC.

618. Et merito *terruit* eum *color;* nam *plurimus livor variabat pallida viscera tincta tetris* punctis [6]) etc. B.

619. *notis*) i. maculis; *(et man. al.)* fibris vel venis. BC.

620. *variabat*) per maculas. LC.

621. Tabi et tabo significant proprie marcidum sanguinem; tabes [7]) vero significat quamlibet putredinem. B. LC.

622. Divisit ipsa intestina in duas partes, unam partem concessit Caesari, et aliam Pompeio; [8]) quod notat, ubi dicit *de hostili parte.* B. *Hostili*) Caesaris. BC. VC. Verbum aruspicum e regione. VOSS. Cum enim sacerdotes de [9]) bello consulebant, occisi tauri unum latus hostium, [10]) alterum ipsorum [11]) esse designabant; quod [12]) eviscerantes cernebant, quid esset [13]) futurum. BC. LB. VOSS. *anheli*) ubi anhelitus est; nam in pulmone est reciprocatio flatus. [14]) BC.

1) Molam eodem modo exponunt schol. inedita ad Hom. Il. *A*, 449 et 458. CORT. Sunt verba Servii ad Virg. Ecl. VIII, 82; cf. eundem ad Aen. II, 133. et Ison. ad Prudent. Symmach. I, 203.

2) Lc. *victimi.* Eadem verba habet Ioann. de Ianua, ex quo hausi *molitur* pro *molit.*

3) Aen. IV, 516.

4) Voss. *Nam nisi.*

5) Aen. IX, 627. Verba *ut Virg.* etc. desunt in Bc.

6) Suprascr. *notis.*

7) Lc. addit *tabis*; eadem fere habet Papias.

8) Similia leguntur in Lc.

9) Bc. *in.*

10) Bc. addit *i. inimicorum.*

11) Lb. *suum.*

12) Lb. *quem.*

13) Voss. Lb. *fut. ess.*

14) Voss., qui ultima verba cum praecedentibus *e regione* male coniungit, habet *ibi enim est rec. status.*

623. Fibram accipit hic arterias, per quas exit spiritus. B. *Fibra*) Quae solet esse in continuo motu, quia est ventilabrum cordis. VC. *vitalia*) i. maiora intestina, cor, hepar, pulmo, quibus vita continetur. Ea, cum integra reperiuntur, salutaria sunt. — *Vitalia* [1]) sunt intestina. Nam hoc dicit, *vitalia* non secundum naturam disiungebantur, sed ceu marcore corrupta simul tegebantur. BC. *limes*) Panniculus, quem medici vocant dyastāma, [2]) dividens vitalia membra. VC. Limitem vocat reticulum illud, quod dividit intestina ipsa, quod iam coeperat languere; et ipsa *viscera*, ubi non est sanies naturaliter, emittebant *saniem*. B.

624. *iacet*) non movetur. LC.

625. Omenta [3]) vocat centipellem, [4]) quorum est latere, quod tunc non faciebant. B. LC. Omentum, ti; mappa ventris seu membrana, quae continet maiorem partem intestinorum. [5]) LE. *Omentum* dicitur [6]) mappa ventris, quod vulgus *centipellem* [7]) vocat. BC. VOSS. Haec omnia signa sunt de extis. Unde intelligimus, quod, cum *fibra pulmonis latet*, cum *parvus limes vitalia secat*, *et omenta latebras suas produnt*, [8]) adversa [9]) significent. *Omenta* augmentum vocatur aruspicum verbo; si in nostra parte, bonum est; nunc autem in [10]) inimicorum parte apparet. VOSS. I. II.

626. *impune*) i. e. malo omine, quod, cum visum est, fecit exitium. VOSS.

627. Adhuc aliud signum; videt partem Caesaris insurgere contra partem Pompeii, [11]) *quod nefas nullis* etc. B.

628. *capitis*) scilicet Caesaris. [12]) VC. *pars*) Pompeii [13]) erat. VOSS.

629. *improba*) valde proba. VC.

631. Non est licitum dicere quid *movetis*; nam magna mala *movetis*. Quod inde patet, quia non est

1) Quae sequuntur ab alio composita esse videntur, neque bene cohaerent.

2) An *diastema?* i. q. diaphragma vel disseptum.

3) B. *omentum.*

4) Vox, quae non legitur in Lexicis.

5) Sunt verba Isidori ex eius Glossario et Orig. XI, 1. in unum collecta; eadem in Papia et Ioann. de Ianua.

6) Voss. *est.*

7) Ita ex Lb., qui similia habet, correxi *centipillum.*

8) Voss. I. *producunt.*

9) Voss. I. *diversa.*

10) Addidi *in.*

11) Eadem in Lc., qui addit *etsi pars Pompeii maior esset.*

12) Idem Voss.

13) Idem Vc.

tibi acceptabile hoc sacrificium, nam potius diis infernalibus; et hoc dicit quantum ad haec, quae videt inde evenire multa mala. Et hoc totum notatur, ubi dicit *nec enim tibi* etc.; et totum idem valet, ac si diceret non est fas dicere, nam malum est omen. B. *movetis*) i. e. paratis, molimini. VOSS. II. *monetis*) protenditis. BC.

631. *Prodere*) manifestare. LC. *summe*) Sensus est: tam procaciter [1]) occurrunt inferi dii [2]) nostris sacris, veluti non litaverim tibi, o Iupiter. BC. WITT. VOSS. Summum Iovem possumus accipere. Erit sensus: hoc sacrificium non tibi fecimus, o Iupiter, sed aliis Manibus. [3]) Sive ut *summum Iovem* Ditem [4]) accipiamus, ut sit: cum tibi non litaverim, o Pluto, cur *in tauri viscera dii inferni* venistis? VOSS. WITT. *litavi*) i. litando placui; vel aliter *non litavi*, cum litare putarem, quia dii infernales rapuerunt mihi exta. LC.

634. *timemus*) Sensus est, non tantum timemus ea, quae videmus, quam illa, quae futura sunt. BC.

636. Non habeatur fides, sed potius credatur *Tages* hoc finxisse, *qui fuit inventor huius* artis, de quo supra diximus. [5]) B.

637. *Finxerit*) Falso invenerit Tages, qui libros fecit artis aruspicinae, [6]) et tradidit Hetruscis. VOSS. Tages fuit primus inventor divinandi artis; et hoc est quod refert Tullius [7]) libro de divinatione, quod, cum quidam rusticus araret in agro Tarquinio, vidit unum puerum. Quo viso dum rusticus fugeret timore, multi concurrerunt ad ipsum videndum, quos incepit docere divinandi artem, et postea disparuit. VC. Iste *Tages* dicitur primus aruspicinam artem Etruscis tradidisse, et postea non apparuisse. Dicitur hic arante quodam rustico subito exsiluisse ex glebis terrae et aruspicinam dictasse, quo die mortuus est. Cuius libros Romani ex Tusca lingua in propriam mutaverunt. [8]) BC. *flexa*) dubia. LC.

1) Voss., in quo haec post seqq. *inferni ven.* leguntur, pro his habet *sponte tamen procac. inquit.*

2) Voss. *in.*

3) In Witt. additur *quia Iovi non licebat taurum immolare*; quod procul dubio huc translatum ex Servio, qui passim haec inculcat ad Virgil. [Aen. II, 202; III, 21. etc.] OUDP.

4) Similiter Lb.

5) Cf. ad vs. 586.

6) Lb. eadem fere habet; similia Lc., quae ex parte iam supra vs. 586. habuimus.

7) II, 23.

8) Sunt verba Isidori Orig. VIII, 9. fin., ubi nonnulla ex his rectius constituenda sunt.

638. Per hoc, quod dicit *flexa ambage*, notat ambages illius multum esse a re remotas. Ubi dicit *multa*, notat, quod in illis ambagibus multum immorabatur. B.

639. Item subiungit alia signa certiora futuri belli, ut ita dicat: Arruns est usus ambagibus; at Figulus non. Et prius commendat eum in constellationibus; [1]) et maxime dicit *quem Memphis non aequaret* alicui suorum in visu stellarum, q. d. in Memphi non est aliquis, qui tantum valeat in stellis vel in planetis. Et hoc notat, ubi dicit *et numeris moventibus astra* i. [2]) in astris moventibus se secundum numeros. Nam Saturnus finit cursum suum in spatio XXX annorum, Sol vero in uno; [3]) et de ceteris diverso modo. Et in ipsis diversis cursibus sciunt considerare, ut inferius [4]) notabitur. B. Nigidium Figulum dicit, [5]) qui ideo hoc nomen accepit, quia [6]) regressus a Graecia dixit, se didicisse orbem ad celeritatem rotae figuli torqueri. [7]) BC. VOSS.

640. *quem non*) i. quem nullus de Aegypto vincere poterat de visu aut metu stellarum. BC. *Memphis*) hoc ideo [8]) dicit, quia [9]) *Memphis* i. Alexandria [10]) doctissimos Astronomicos habet. [11]) BC. VOSS. *Memphis* est civitas in Aegypto, cuius habitatores maxime valuerunt in hac arte. B. *Memphis*) quae hodie vocatur Damiata. VC.

641. *numerisque*) i. quanto spatio a se distant planetae, vel in quanto tempore unaquaeque perficit cursum suum. LB. Cursus enim astrorum numeris comprehenditur, unde [12]) Boetius: [13]) *Tu numeris elementa ligas.* BC. VOSS.

642. Haec sunt verba Figuli: *aut hic mundus errat sine lege*, et sine certa dispositione, et sine certo cursu; *lege*, dico, *nulla per aevum*, q. d. quam legem nunquam habuit; aut si non errat, magnum quid designatur futurum humano generi; et hoc est quod dicit *aut si fata movent* etc. B. *nulla*) *nulla lege* posita. Dicit Priscianus, [14]) ubi duae negationes ponuntur, una saepe superflua. NORIC.

1) Suprascr. *e.* i. e. *constellatione.*
2) B. *et* pro *i.*; *in — numeros*; eadem in Lc.
3) B. addit *R.*
4) X, 199 sqq.
5) Voss. *Nigidius Figulus* sine *dicit.*
6) Voss. *quod.*
7) Eadem fere Lb.; similia Lc.
8) Voss. *Ideo hoc.*
9) Voss. *quoniam.*
10) Voss. addit *mathematicis copiosa est et.*
11) Voss. *mittit*; similia in Lb.
12) Deest in Bc.
13) Consol III. Metr. 9, 10.
14) Instit. Grammat. XVIII, 25.

643. Mundum vocat ipsum firmamentum et ipsos planetas. B.

644. *movent*) hunc mundum et sidera. BC. VOSS.

645. *Lues,* et haec lues est inaudita; [1]) et hoc dicit aequipollenter sub specie interrogationis, ubi dicit *terraene dehiscent* etc. B. *matura*) intempestiva. VC.

650. Multi morientur eodem tempore, sed [2]) neque diluvio, quod apparet in ipsa constellatione. Nam non est Saturnus sub Aquario, quod fuit tempore diluvii; et hoc dicit aequipollenter *si nocens stella Saturni accenderet nigros ignes,* i. si ostenderet suos ignes, qui sunt nocui. *Stella,* dico, *frigida,* quia est in *summo coelo.* Coelum vocat hic cursum planetarum. Cum ceteri planetae accipiant calorem a sole, et iste sit remotissimus, [3]) quantum ad superiorem partem, et sit multo magis remotus ab ipso firmamento, ideo vocat frigidam stellam. Si ipsa nunc ostenditur ab Aquario, ex longo iam incepisset diluvium; et hoc est quod dicit *Deucalioneos* etc. Et debet hic subintelligi *nisi obtemperaretur* [4]) *aliquibus planetis,* quos videbat *nunc remotos;* nam sunt quidam [5]) tantum boni, et quidam tantum mali, et quidam medii. Sol et Iupiter sunt tantum boni; Mars et Saturnus tantum mali, nisi contemperentur praesentia aliorum. Ceteri modum tenent. Simili modo in ipso Zodiaco quaedam signa sunt nociva et quaedam non; et cum planetae sint sub nocivis, si est nocivus ipse planeta, portendit malum, nisi contemperetur praesentia aliorum. B. *extremi*) nefandi, ultimi. [6]) Dicit autem [7]) *multorum* hominum extremos [8]) *dies in unum tempus* convenire, [9]) quia multi hoc bello sunt perituri. BC. VOSS.

651. Nota, quod septem sunt planetae et duodecim signa; et unusquisque habet domicilium in duobus signis praeter Solem; et hoc potest videri per hos versus: *Est tibi, Saturne, domus Aegocerotis et Urnae; occupat Erigonem* [10]) *Stilbon* [11]) *Geminosque Latonae; iure Iovis domitat* [12]) *pisces simul et* [13]) *Chirona; Libram cum Tauro Venus ambit purior aura;* [14]) *es, Aries, Martis*

1) Similia habet Lc.
2) *Sed — apparet* in Lc. quoque.
3) Cf. Serv. ad Virg. Ge. I, 336.
4) An *contemp.* ut infra?
5) Vide Serv. ad Virg. Ge. I, 335.
6) Lb. *pessimi vel ult.*
7) Voss. *Hoc autem dic.*
8) Voss. *dies extremi.*
9) Voss. *convenere quippe.*
10) Lc. *Erigone.*
11) Lc. *stillans.*
12) Lc. *Iovi dona.*
13) Lc. *atque Chrona.*
14) Lc. *aure.*

et acutae Scorpio partis; cesserunt soli Lunae Cancer, [1]) *Leo Soli.* LC.

653. *Deucalioneos*) i. e. factum esset diluvium, sicut sub Pyrrha et Deucalione. BC. VOSS. Hic enim cum Pyrrha diluvio superfuit. VOSS. *Aquarius* dicitur Ganymedes [2]) fuisse, quem Iupiter, dum venaretur, ob eius pulchritudinem raptum, deorum ministrum in coelo constituisse creditur; itaque videtur ibi quasi aquam eis infundat. Alii autem dicunt Deucalionem fuisse, quod eius tempore diluvium fuerit. LB.

655. Ostendit, quod diluvium non erit per aquam; nunc aufert diluvium per ignem, ubi dicit: o *Phoebe, si nunc premeres,* q. d. quantum ad hoc, quod video ceteros planetas positos; *si premeres Nemeaeum leonem* etc. *Premeres* dicit, quantum ad hoc quod, [3]) cum leo sit nocivum signum, et Phoebus sit ardens, iam auget ipsum malum. B. *Nemaeum,* quia in Nemaea insula [4]) ab Hercule interfectus est leo. BC. *leonem*) si sol in leone [5]) esset. BC. WITT. VOSS. I. II. Leo dicitur a Iove in coelo constitutus, quod omnium ferarum princeps dicitur. Quidam autem dicunt, quod Herculis filii sui prima fuerit certatio et victoria, et quod eum inermis occiderit. [6]) LB.

658. *ignes*) [7]) Solis et Saturni. BC. VOSS.

659. *Scorpion* propter magnitudinem membrorum in duo signa dividitur, quorum signorum unius effigiem nostri Libram dicunt. Sed omnino totum signum hac de causa statutum in coelo creditur, quod Orion venator, cum venaretur et in eo se exercitatissimum confideret, se iactasse fertur, quod omnia, quae ex terra orirentur, interficere valeret. Quare Terra permota scorpionem eduxit, qui Orionem interficeret; Iupiter autem, utriusque animum miratus, [8]) scorpionem inter astra locavit, ut species eius hominibus documento esset, ne quis eorum de aliqua re sibi confideret. Diana autem propter studium Orionis petivit a Iove, ut idem sibi concederet roganti, quod Terrae ultro concessisset. Itaque Orion sic in coelo constituitur, ut, cum scorpion exoriretur, ipse occi-

1) Lc. *Canes.*
2) Hygin. Astron. II, 29, cuius sunt haec verba.
3) B. *quia.*
4) An *silva?*
5) Voss. II. *in signo leonis.*
6) Vide Hygin. II, 24, qui fere eadem habet.
7) Voss. addit *scilicet.*
8) Locus haustus ex Hygin. Astr. II, 26, ita ut verba plerumque eadem sint.

dat. LB. *chelas*) Brachia enim Scorpii Libram [1]) faciunt. BC.

660. Remotis ipsis duobus, ostendit per constellationem futurum bellum, ubi dicit, o tu: *Gradive*, i. Mars, *quid tantum paras?* Et re vera magnum; nam es sub Scorpione, qui significat bellum, et etiam sub cauda, quae pars magis est nociva; et hoc est quod dicit *tu*, dico, *qui incendis Scorpion* etc., et *qui peruris chelas*, q. d. tantus est ardor tuus, quod etiam proximum sidus peruris. Chelae sunt brachia Scorpionis, quae [2]) faciunt unum signum scilicet Libram. Quod etiam signum est nocivum; et per hoc notat illud bellum diuturnum; nam si in bonum intraret Sol, non esset tam diuturnum. Et re vera magnum *paras*, nam ceteri planetae, qui te deberent contemperare, sunt remoti; et hoc est quod dicit *nam mitis Iupiter premitur in occasu alto* i. remoto etc. B. *Gradive*) o grandis dive. VC. *mitis*) dicunt enim Iovis stellam salutiferam esse. BC.

661. *Iupiter*) Hoc est [3]) contrarium, quia [4]) Venus et Iupiter recesserunt: horum enim benivolae stellae sunt. Unde Virgilius [5]) hos deos Aeneae ostendit, cum iam omnia pericula evasisset; nam sic ait: *Cum Iupiter aethere summo despiciens* [6]) accessit, et Venus *tristior et lacrymis oculos suffusa nitentes.* [7]) BC. VOSS. Stella Iovis dicitur esse unus de illis hominibus, quos Prometheus dicitur finxisse; quem per Mercurium in coelo raptum Iupiter fecit immortalem. LB.

662. Mercurium vocat Cyllenium a loco in Cyllene [8]) insula, sicut *Leonem* vocat *Nemeum* a Nemea silva, ubi ab Hercule [9]) interfectus est; et inde translatus est et factus est unum signum. B. *hebet*) latet. LC. *Cyllenius*) i. Mercurius retardatur; dictus a Cyllene [10]) monte, ubi fuit nutritus. BC.

663. Admirando [11]) tantum malum dicit *cur signa* etc. Aut si non *deseruere*, cur non apparent? B.

1) Ita et Serv. ad Virg. Ge. I, 33.

2) *quae — Libram* in Lc. quoque.

3) Abest a Voss.

4) Voss. *quod.*

5) Voss. addit *docte;* locus Virg. est Aen. I, 223.

6) Voss. *I. despiciens e s. ae. acc. illum Venus.*

7) Voss. addit *alloquitur.*

8) B. *Cilene;* de insula nil constat.

9) B. *ubi Hercules.*

10) Bc. *Cylleo.* Similia habet Festus p. 110. Dac.

11) *Ad. dic.* in Lc. quoque.

meatus) i. cursus suos. LB. discursus. Figulus conqueritur, quod non solum planetae praedicti, sed etiam signa, per quae discurrunt, sunt in mala dispositione. VC.

665. Et adhuc est aliud, quod magnum designat malum, scilicet ensis *Orionis fulget*. Enipeus [1]) evocavit deos ad convivium, et conquestus est, quod non haberet filium. Qui omnes minxerunt in corio bovino, et inde natus est, et inde vocatus est Orion, quasi de urina natus. [2]) Qui, dum venaretur, vidit Dianam, et voluit eam habere; et ictu illius interfectus est. Et quia fuit de genere deorum, miserti [3]) eum, transtulerunt eum in coelum cum armis simul; non tamen unum de XII signis. Quid haec omnia significent, ostendit, ubi dicit *imminet armorum* etc. B. *Orionis*) Ut Virgilius: [4]) *Armatumque auro circumspicit Oriona.* Bene autem propter futurum bellum Mars videtur, et Orionis latus, ubi est gladius. [5]) VOSS. Haec enim stella, cum apparet, bellum denunciat, quia cum ense depingitur. BC.

667. Manum ponit hic pro multitudine, et cum faciant *manu* scelus, tamen illi dabunt hoc *nomen virtus.* Quod tamen malum tolerabilius est, quam ut aliquis illorum vincat, cum [6]) postea simus futuri servi illius; et cum hoc est, *quid prodest poscere finem?* Et hoc est quod dicit *et Superos quid prodest* etc. B.

668. *in annos*) Post enim Antonius bellum fecit, et filius Pompeii [7]) piraticam exercuit, et Pompeius occisus est. BC. VOSS.

670. Et ne servi simus, o *Roma, duc continuam* etc. Et merito haec opto; quare, etsi sit malum, tamen levius est, cum interim *tantum* sit Roma *libera;* et hoc est ubi dicit *civili tantum* etc. B. *domino*) Caesare; [8]) perpetui [9]) imperii Caesar auctor [10]) est. BC. VOSS.

672. *Extrahe*) i. e. [11]) protende, ne pax veniat cum domino. BC. VOSS. *tantum*) i. tunc [12]) tantum libera, cum [13]) geres bella civilia. BC. LB. VOSS.

1) Aliis *Hyrieus.*
2) Similia Lc.
3) B. *miseri.*
4) Aen. III, 517.
5) Similia Lb., cf. T.II. p.595.
6) *cum — illius*; eadem in Lc.
7) Voss. *Pompeius fil.;* similia in Lc.
8) Voss. *tyranno.*
9) Voss. addit *enim.*
10) Voss. *est auct.*
11) Bc. *protende i.*
12) Voss. *tum;* Lb. *t. solummodo l. eris.*
13) Bc. *ut non;* Voss. *c. geris bellum civile.*

673. **Nunc poeta continuat sententiam suam ita dicens: supra dicta signa satis sufficerent ad deterrendam plebem; sed tamen adhuc graviora et apertiora ostenduntur.** B. *praesagia*) Scilicet verba Nigidii Figuli. VOSS.

674. *Pindi*) mons Thraciae. BC. Virgilius: [1]) *Nam neque Parnasi vobis iuga, nam neque Pindi ulla moram fecere.* GUELF.

675. Nunc *et*, pro etiam, *matrona rapitur*, q. d. non solum supra dicta terruerunt eos, sed etiam istud, quod *matrona rapitur* etc. Et *talis rapitur, qualis Edonis* etc. *Edonis* est civitas in Thracia, et inde mulier de Edonia. Ogygia [2]) vocatur quaedam porta apud Thebas. Lyaeus vocatur Bacchus. Pindus est mons, ubi fiebant sacrificia Baccho. B. *Edonis*) nomen Bacchae. BC. VOSS. Systole; [3]) nam de natura aliter longum est. Est autem primitivum *Edonus. Edoni.* VOSS. Mons [4]) est Thraciae, unde est hoc femininum [5]) patronymicum prō possessivo. BC. VOSS. *Lyaeo*) Libero patre; a [6]) vino enim Liber pater dictus eo, quod mentem leniat. BC.

676. *matrona*) matrona dicebatur, quae unum virum sciebat. Sed hic non matronam visam, [7]) sed Romanam remp. [8]) debemus accipere. BC. VOSS.

678. Et plena Phoebo dicit haec verba *quo feror?* etc. Paeana [9]) vocantur quaedam sacrificia Apollinis; sed hic accipitur pro ipso Apolline. B.

679. *Pangaea* sunt montes Haemonii, ubi [10]) fere fuit Caesar coactus ad deditionem. B. LC. Montes Thracii, proiecti per Macedoniam et Thessaliam. VOSS.

680. Philippi sunt campi, in quibus fuit bellum inter Pompeium et Caesarem. B. *Philippos*) campos dicit Macedoniae; campos [11]) Thessaliae, ubi bellum civile gestum est [12]) contra Brutum et Cassium a Caesare et Antonio. BC. VOSS.

1) Ecl. X, 11.
2) *Ogygia — Thebas;* eadem in Lc.
3) Cf. Serv. ad Virg. Aen. XII, 365.
4) Bc. *idem* (i. e.?) *mons Th.*
5) Voss. *fem. hoc.*
6) Addidi *a* de meo.
7) Voss. *fuisse.*
8) Voss. addit *visam* et in seqq. *capere* habet pro *accip.*
9) *Paean. — Apollinis;* eadem in Lc. et Papia.
10) Lc. *ubi venerat C. et P.* (et man. al.) *ad deditionem;* fere eadem in Lb.
11) *camp. Thess.* desunt in Voss.
12) Seqq. non leguntur in Voss., similia in Lb.

681. *Doce quo*, i. ad quod, *Romanae acies miscent* etc. B. *quo*) ad quem locum. VC.

682. *Sine hoste* dicit, quia ex maxima parte erant cives ex utraque parte. B. quia cives cum civibus pugnant. VOSS.

683. *Primos me ducis* etc. Per [1]) hoc significat Aegyptum, quo fugit Pompeius, postquam devictus est in Emathia; ubi fuit interfectus. B. *in ortus*) in Alexandriam, quae est in Oriente, ubi Pompeius occisus est. VOSS.

684. Lagus fuit rex Aegypti, [2]) qui regnavit iuxta Nilum; et ideo dicit *Lagaei Nili*. B. *Lagaei*) λαγώς dicitur lepus, inde dicitur Lageum mare, quia est ibi scopulus similiter lepori. Item aliter. Lageum [3]) Nilum dicit a Ptolemaeo, rege Alexandriae, nepote Lagi. [4]) Significat autem Alexandriam, ubi Pompeius occisus est. BC.

685. Deformem truncum vocat Pompeium, qui ibi interfectus est a militibus Ptolemaei. B.

686. *Feror super Syrtim dubiam aequore*, et inde in *arentem Libyen*. Per hoc notat illud, quod mortuo Pompeio Cato et ceteri iverunt in Libyen ad Iubam regem. Syrtes dicuntur attractiones, et sunt aliquando vadosae, aliquando non; et hoc notat per hoc, quod dicit *dubiam aequore*. B. *dubiam*) Ideo [5]) *dubiam*, quia aliquando terra est, aliquando mare. BC. Ordo est *dubiam Syrtim et arentem Libyen super aequora*. VOSS.

687. *Quo*, i. ad quem locum, *tristis Erinnys* etc. Per hoc notat Caesarem insecuturum eum. B. *Libyen*) Illuc enim fugerat Cato cum exercitu Pompeii. BC. Ad hanc Cato confugit. VOSS.

688. Post haec omnia de illo loco *feror super colles nubiferae Alpis*, scilicet supra *Pyrenen*. Per hoc notat iter illud, quo iverunt filii Pompeii de Libya in Hispaniam. [6]) Et illic secutus est eos Caesar, et pugnavit cum illis apud Mundam civitatem; et ibi mortuus est Cn. Pompeius, et alter fugit [7]) in Siciliam. B.

689. *Pyrenen*) montem Hispaniae. BC. Hic Caesar [8]) in Hispania contra Pompeii filium [9]) dimicavit. BC. VOSS. Dactylus [10]) in quinto. VC.

1) Eadem, quoad rem, habet Lc.
2) Eadem in Lc., similia in Lb.
3) *Lageum – Lagi*; eadem Voss.
4) Bc. *Lago*
5) Voss. *dubiam, quia nunc mare, nunc terra est.*
6) B. *Hispania.*
7) Suprascr. *ef. i. effugit.*
8) Voss. *in Hisp. Caes.*
9) Voss. *fil. Pomp.*; similia in Lb.
10) Vc. *daptilus.*

690. *Patriae sedes.* Per hoc notat, quod de Munda reversus est Caesar Romam. B. *patriae*) Cum urbem victor Caesar intravit. [1]) BC. VOSS.

691. *Impiaque in medio* etc. Per hoc notat, quod in Capitolio interfectus est Caesar a Bruto et Cassio. B. *senatu*) Illud significat, cum Caesarem senatores occiderunt. BC. quando Caesar in senatu occisus est. VOSS.

692. *Consurgunt partes* etc. Per hoc notat, quod Augustus Caesar et duo alii fuerunt missi contra Antonium, volentem impugnare Brutum et Cassium. Et notat etiam illa bella, quae post fuerunt inter Augustum Caesarem et Antonium. B. *Consurgunt partes*) a Bruto et Cassio, interfectoribus Caesaris, contra Augustum. [2]) BC. VOSS.

693. *Da mihi nova littora* etc. Per hoc [3]) notat illud bellum, quod fuit inter Augustum Caesarem et Antonium in Emathia, ubi mortuus fuit Brutus et Cassius. Et ut ostendat suo [4]) spiritu hoc non dixisse, subiungit *et* his dictis *lasso* [5]) *iacuit* etc. B. *ponti*) pugnavit Augustus cum Antonio in Actiaco promontorio. [6]) VOSS.

694. *Philippos*) Hic [7]) enim bis Romani bella gesserunt. Virgilius: [8]) *Ergo inter sese paribus concurrere telis Romanas acies iterum videre Philippi.* BC. Ibi iterum Augustus Caesar pugnavit contra Brutum et Cassium post mortem Caesaris. LB.

695. *ait*) arrepticia. [9]) VC. *lasso*) quia [10]) lassos facit; per metonymiam. [11]) BC. *deserta*) i. derelicta. VOSS.

1) Voss. *ingressus est*; similia habent Lb. et Lc.

2) *cont. Aug.* absunt a Bc.; similiter Lc.

3) Addidi *hoc.*

4) *suo — dixisse*; eadem in Lc., sed in fine *notat.*

5) B. *lassa.*

6) Fere eadem Lb.

7) Voss. *Hic R. b. b. g.* et addit, v. *vidi* praeposito, *contra Brutum et Cassium a Caesare et Antonio.*

8) Ge. I, 489 sq.

9) Ita pro *Areticia*; i. e. daemoniaca, furiosa, cf Adelung. T. I. p. 389; adde Papiam: *arrepticius daemoniacus, ab arripere.*

10) Voss. *qui l. faciat.*

11) Bc. *metum nimium.*

SCHOLIA AD LUCANI LIB. II.

1. Et ad maiorem dehortationem civilis belli ostendit, qualiter se habuerunt his cognitis signis. Et, ut solent facere poetae, continuat istum librum ad superiorem, (nam idem facit Virgilius, [1]) ubi dicit: *Sic fatur lacrimis* etc.) ut ita dicat: et *iam* i. per praedicta signa patet nobis deos iratos esse; et notat, per quae supra dicta pateat, ubi dicit *et mundus dedit* etc. Et quae dedit, divina dispositione dedit; et ostendit, quae dedisset; et hoc totum est, ubi dicit *et natura praescia* etc. B.

2. *leges*) rerum dispositionem. LB. ordinationem naturae. [2]) BC.

3. Naturam vocat in hoc loco voluntatem dei. Quid vocet *leges*, ostendit, scilicet res prius foederatas et concorditer iunctas. B. *vertit*) i. mutat. LD. *Natura* est quaedam vis animalibus insita, similia ex similibus procreans. LC. *tumultu*) i. confusione et commixtione et transmutatione in partu monstruoso. LB.

4. Et vertendo leges *indixit* i. valde dixit, q. d. per multa certa signa praedixit *nefas*. Istud *nefas* scilicet, *ut* homines *per dira omina noscant* etc. Hoc admirando dicit. B. *Indixit*) stabilire significavit. LC. denunciavit mala futura. BC.

5. Et *cur visum* est *tibi hanc curam* etc. Et ne hoc videretur utile, subinngit: quod facere non est utile generi humano; sed potius, sive necessario eveniant res, sive casualiter, *sit subitum, quodcunque paras;* ac si dicat de improviso eveniat, quod *paras*. Et hoc dicit aequipollenter *sive parens rerum fixit causas in aeternum* euntes i. necessarias; nam quod in aeterno est, necessarium est. B.

7. Tunc *fixit, cum recepit informia regna*, i. cum separavit ipsum chaos; et hoc exponit, ubi dicit *rudem-*

1) Aen. VI, 1. 2) Fere eadem in Voss. esse videntur.

que materiam. Nunc in parte ostendit, ubi dicit *flamma cedente*, q. d. separavit ignem a ceteris. B. *parens*) providentia naturalis, i. conditor mundi. BC. VOSS. *informia*) cum adhuc mundus non esset. BC. *regna*) elementa. LB. LC.

8. *cedente*) divisa enim flamma, elementa quoque se [1]) singula diviserunt. [2]) BC. VOSS. *recepit*) iterum incepit. Non intelligit de prima creatione, sed quod supra dixerat, quod aliquando fiebat chaos; et sic dixit *recepit* i. iterum recepit. VC.

9. *Fixit*) in mente disponit. LC. i. disposuit. NORIC. Secundum [3]) Stoicos, qui dicunt fata [4]) plurimum posse. BC. VOSS. *qua*) lege; hypallage. LC.

10. Et ut ostendat, qualiter accipiat *causas in aeternum*, subiungit *se quoque tenens* ea *lege*, *qua cuncta coercet.* Et *qua lege* teneat se etc., ostendit, scilicet dispositione fatorum; et hoc est quod dicit *et divisit mundum ferentem* etc.; seculum [5]) unum est spatium C annorum. [6]) B. *ferentem*) per tot secula permanentem. LB. ducentem secum. VC. vel *tenentem.* VOSS. II.

11. *immoto*) ut neque [7]) ipse fata possit mutare. BC. LB. VOSS. *divisit*) disposuit, quod de ipsis evenire voluit. LB. *mundum*) i. elementa mundi. LB.

12. Nunc aliam ponit partem, *sive nihil positum* i. firmatum *est.* B. *positum*) stabilitum, firmum. LB. *fors*) haec modo *vagatur, fert vices* i. de non esse ad esse ducit, et *refert* i. de esse ad non esse ducit. B. Secundum [8]) Epicureos, qui casibus [9]) agi omnia dicunt. BC. VOSS.

13. Istud de omnibus, nunc singulariter de hominibus, ubi dicit *et habent mortalia casum.* B.

14. Sive hoc, sive illud sit, *sit subitum* etc. [10]) Et qualiter intelligat *subitum*, subiungit, ubi dicit *sit caeca futuri;* et ideo hoc rogo, ut *timenti* saltim *sperare liceat.* B.

15. *Fatum* est temporalis dispositio provisorum a Deo; [11]) sed tria dicuntur esse fata, quia tribus modis disponuntur temporalia. Prius enim evocantur de non esse ad esse; postea autem [12]) forte fortuitu disponuntur, deinde de esse ad non esse tendunt; unde quaedam istorum suum habent limitem immobilem.

1) Voss. *se quoq.*
2) Voss. *separarunt.*
3) *Sec. Stoic.* desunt in Bc.
4) Voss. II. *fatis omnia regi.*
5) B. *secundum.*
6) Similia Lb. et Lc.; cf. Serv. ad Virg. E. IV, 5.
7) Voss. et Lb. *nec i. p. f.*
8) Deest in Bc.
9) Voss. *om. ag. cas.*
10) Eadem Lc.
11) Fere eadem Ioann. de Ianua.
12) Lc. *enim.*

Praesens enim temporalis dispositio, quae Lachesis dicitur, suum habet limitem, donec desinat esse praesens et incipiat [1]) esse futura. Futura vero temporalis dispositio est Clotho, i. evocatio [2]) de non esse ad esse; dicunt habere suum limitem, donec desinat esse futura et [3]) incipiat esse praesens. Praeterita vero dispositio, quae Atropos dicitur, i. sine conversione, nullum certum limitem habet, quia enim praeteritum nunquam desinit praeteritum esse. LC. *timenti*) q. d. nulla sit mali futuri certitudo. LC. ut, [4]) quid futurum sit nescientes, sperent et bona posse contingere. BC. VOSS.

16. Et quia *natura indixit nefas, ergo* Romani *concipiunt, quantis cladibus* constabit eis promissum deorum. B. *concipiunt*) i. postquam cognoverunt deos mala veraciter indicere orbi, utpote qui mentiri non possunt. BC.

17. *Fides* est, cum fit id, quod promittitur. Et ubi hoc *concipiunt,* dimissis omnibus pompis, advigilant orationi in cinere et cilicio; et hoc dicit aequipollenter *ferale per urbem* etc. B. *Constatura*) permansura. LC. *ferale*) fit. LB.

18. *Iustitium* dicitur quasi iuris statio, scilicet ubi ius cessat; [5]) et quia ibi hoc fit, iniustitia sequitur. Ideo accipitur *iustitium* pro communi luctu; [6]) et hoc vult sequens littera *latuit plebeio* etc. B. *Iustitium*) quasi statio iuris, quia stare [7]) i. cessare coepit. LB. dicitur publicus luctus, quasi ius tacitum, ab eo quod ius taceat. [8]) VOSS. Publicus luctus, [9]) velut mortalitate vel bello, dictum quia ius tacet. BC.

19. Et quod [10]) *omnis latuit honos,* inde patet; nam etiam ipsi principes dimiserunt regales vestes. B.

20. Sic *tenuere suos questus,* sicut matrona vocem tenet ante mortem mariti, etsi doleat; et sicut ipsa post emittit vocem, et hortatur alios, ut plangant, ita et ipsi fecerunt; et hoc est quod dicit *sic tacuere* sicut *attonitae* etc. B. *quaestus*) ac si diceret solitum

1) Lc. *incipit.*

2) Hinc corrige Papiae *convocatio.*

3) Addidi *et.*

4) Deest in Bc.

5) Eadem Lc., sed addit al. man. *iuris taciturnitas,* quae leguntur in Ioanne de Ianua.

6) Eadem fere verba habet Papias.

7) Vide infra ad V, 32.

8) Similia Ioann. de Ianua; cf. infra ad V, 116.

9) Eadem Fulgent. de prisc. serm. p. 564. Merc. et Papias. Cf. Iso ad Prudent. Cath. 5, 80.

10) B. *quia.*

opus. BC. *Quaestus* [1]) commercia accipimus, ut in hoc luctu nemo [2]) consuetum opus fecerit, [3]) nam hic mos est iustitii: sive *questus* [4]) querelas dixit, ut [5]) noluerint propter Caesarem dicere, quod dolerent; nam hoc exposuit dicens [6]) *magnusque per omnes* etc. BC. VOSS.

21. Istud est funeris primum, [7]) *cum corpora iacent, nondum* ab omnibus *conclamata* etc. Tantus est dolor matronae, quod non videtur sufficere unum corpus ad tantum dolorem, et ideo *corpora*. B. Triplex est funus, primum, quando aliquis est in tractu mortis, et tunc mulier et omnes silent; et ita silebant Romani. Secundum funus, quando cadaver effertur: tertium, quando de rogo ad sepulcrum. LC.

23. *Conclamata*) Antiquitus mortui VII diebus servabantur, et quotidie calida foti proprio nomine appellabantur; ultimo vero die septies vocati dicebatur a vocante *Conclamatum est*, et sic cremabantur. [8]) GUELF. In unum clamata, nam sic plangitur more Romano. BC.

24. *Exigit*) Moraliter dictum [9]) *exigit;* nam servi, etiamsi non doleant, iubentur ut plangant. BC. VOSS. postulavit, hortata est. BC. *Saevos planctus* vocat maximos planctus. B. *saevos*) magnos. [10]) LC.

25. Nondum fuit illud tempus, ut solveret crinem; *sed* potius erat illud tempus, *cum premit membra* etc. Et per hoc patet, quod *nondum est ille* verus *dolor*, sed tamen instat; et hoc est quod dicit *sed iam metus* etc. B.

26. *minaces*) quod torquet oculos. VC.

27. *Necdum*) Vident quidem, sed *necdum est ille dolor* i. ille magnus, qui sequitur post mortem. LB. *Dolor* enim mortui est, *metus* morituri. BC. Metum vocat amentem ideo, quia reddit homines amentes. Matronam assimilat maioribus Romanis, famulas minoribus; maritum assimilat statui reipublicae. B. *incubat*) ipsi matrona. [11]) VC.

28. Data similitudine [12]) revertitur ad propositum suum. Dixit *magnus dolor erravit sine voce; matrona*

1) Voss. addit *sive.*
2) Bc *venio.*
3) Bc. *facere.*
4) Voss. male *iust. s. questus. Sive q.*
5) Bc. *enim noluerunt.*
6) Deest in Bc.
7) B. *p̃mium.*
8) Similia refert Serv. ad Virg. Aen. VI, 218.
9) Voss. addit *est.*
10) Idem Serv. ad Virg. Aen. I, 4.
11) Vc. *matronae.*
12) Desunt in Lc.

deposuit cultus etc. B. LC. Ad ordinem narrationis redit. BC. *cultus*) i. usus vel mores. BC. *matrona*) feminarum collectio vel coadunatio masculorum vel feminarum. BC. *priores*) i. decentiores. LB. meliores. LC.

29. *delubra*) templa de lignis [1]) facta; vel quia oves et cetera animalia, quae debebant sacrificari, abluebantur, vel a delutione peccati. [2]) LC.

33. *Aures* deorum, quas homines votis et precibus implere solebant, nunc matronae *ululatibus* implebant. [3]) BC.

34. *templo*) quod erat ut ecclesia maior apud nos. VC. *Tonantis* i. Iovis, quasi summus deus. BC.

35. Ita *divisere deos,* ut in singulis aris sit *parens* [4]) *factura invidiam* Caesari, [5]) i. imprecationes Caesari, scilicet rogando deos, ut contra eum vellent. Vel [6]) aliter *factura invidiam* ipsi Iovi, [7]) si abesset [8]) ab aris ceterorum deorum; nam ceteri dii inviderent Iovi, si solummodo templum Iovis frequentarent, vel ipse eis. B. *Divisere*) divisim petiere templa deorum. LC.

36. *Invidiam*) quia, si negligerentur alii dii vel templa deorum, haberent invidiam de hoc; vel *factura* i. dictura; [9]) vel *factura,* quia miseriam suam repraesentabant diis, ut malo invidentes ipsum malum destruerent. LC.

37. *Scissa*) i. habens madentes, scissas genas; figurate. BC.

38. *Nunc*) Hoc sic debemus accipere, tanquam in templis omnibus dictum sit; nam ait *et nullis defuit aris.* BC. VOSS.

39. Ne *differte hunc dolorem, et* ne *servate* vos *summis malis;* dum dubium est qui vincat, flete; nam postea cogemini gaudere victore. [10]) B.

41. *pendet*) dubium, quis eorum obtineat victoriam. LC.

42. *Gaudendum*) quia [11]) non licebit flere. BC. LB. VOSS.

43. Et iam *viri,* quamvis sequerentur [12]) quidam *castra* Pompeii, quidam Caesaris, tamen *effundunt*

1) Cf. Serv. ad Virg. Aen. IV, 56.
2) Lc *del' et ōe pecī* corrupte.
3) Bc *impleant.*
4) *parens — deorum;* eadem in Lc. omissis *i. impr. — scilicet.*
5) Idem Vc.
6) B. *et.*
7) *ip Io.* absunt a Lc.
8) B. *deesset.*
9) Idem Lb.
10) B. *auctore.*
11) Voss. addit *tunc.*
12) Eadem, quoad rem, Lc.

querelas etc. B. *diversaque*) i. Pompeii et Caesaris. Bc. alii Caesaris, alii Pompeii. Voss. Lb.

46. Cannae est civitas in Apulia; [1]) et ibi pugnavit Hannibal cum Romanis; et tot Romanorum fuerunt mortui, quod [2]) ex solis annulis aureis habuit V modios, cum tamen nullus portaret nisi nobilis. B. *Cannarum*) Alii civitatem Africae accipiunt, alii vicum Apuliae, iuxta quem [3]) Hannibal [4]) Romanos [5]) delevit exercitus et consulem Paullum. Bc. Voss. Et cur non fuimus viventes Trebiae? q. d. cur non fuimus nati in tempore belli, quod fuit apud Trebiam inter Romanos et Hannibalem? Trebia [6]) est aqua iuxta Placentiam. B. *Trebiae*) in villa, quae dicitur Roctofreda, [7]) fuit conflictus Sempronius. Vc. Vicus [8]) in Tuscia, iuxta quem Hannibal Flaminium consulem vicit. Bc. Voss. Alii civitatem Galliae accipiunt, quam *Treviros* dicunt. Voss.

47. Tu dicis te *miserae sortis, quod non* fuisti natus bellicoso tempore, unde potius laetandum esset; et ad hoc respondet o *Superi, non* quaerimus *pacem,* sed potius ut extraneae gentes faciant hoc bellum; et hoc est quod dicit *date gentibus* etc. B.

49. Achaemenia est patria; Susae est civitas in Achaemenia. *Medica agmina* vocat Medorum agmina. B. Persas dicit; nam haec [9]) Parthiae regio est; *Susae* [10]) Achaemeniae [11]) oppidum; ergo [12]) ideo dicit hoc, quia Achaemenii aliquando sub Achaemenide rege Arabiae fuerunt [13]) et Parthiae. Bc. Voss. I. II. Unde Sedulius: [14]) *Cuius Achaemeniam rabies accenderat iram.* Voss. I. II.

50. *Ister* vocatur Danubius, qui currit per Bavariam. [15]) Massagetes sunt populi in Scythia; [16]) per

1) Eadem in Lc.

2) *quod — modios;* eadem in Lc.; cf. ad VII, 408.

3) Bc. *quam.*

4) Eadem Lb.; cf. Serv. ad Virg. Aen. X, 11.

5) Voss. *Romanorum d. exercitum.*

6) Eadem in Lc.; similia in Lb.

7) Villa mihi incognita.

8) Duplex in his error. *Trebia* enim fluvius est, nec ibi Flaminius, sed Sempronius est victus; ad Thrasimenum vero Flaminius. In hac urbe errat etiam Serv. ad Aen. VII, 711, *Trebiam* eam urbem esse putans, quae *Trebula* et *Mutusca* est dicta; quem errorem ostendit eo loco La Cerda. Oudp. Vide Cellar. Not. Orb. p. 780 et 856.

9) Bc. *i. Medica* addit.

10) Addidi *Susae.*

11) Voss. *Achaemenia.*

12) Voss. I. *oppidumque quod aliq. s.*; Voss. II. *Acheme et oppidum Achemenis quod aliq. s.*

13) Voss. *et Parth. fuit.*

14) Carm. I, 184.

15) B. *Haurariam.*

16) Eadem in Lc.

hoc, quod dicit *Scythicus,* notat extremos habitatores Danubii. B. *Massageten*) gens Thraciae. Massagetae ex Scytharum origine sunt; et dicti *Massagetae* quasi *graves Getae,* i. e. fortes; [1]) nam [2]) sic Livius *argentum grave* dicit i. massas. BC. *alliget*) i. cohibeat. LC. *Hister* autem [3]) fluvius Scythiae, qui per Thraciam vadit. [4]) BC. VOSS. fluvius Danubius est, qui *multarum gentium est arbiter,* ut dicit Pomponius Mela. [5]) VC.

51. Suevi pars Germaniae in finibus septentrionis. BC.

52. *Albis* est fluvius inter Saxoniam [6]) et Westfaliam iuxta mare; cuius [7]) habitatores vocati sunt Suevi; unde isti venerunt, qui nunc vocantur Suevi. *Indomitum caput Rheni fundat* se, pro indomiti habitatores principii Rheni. B. *indomitum*) a Romanis. VC.

53. *Reddite*) quippe iam vicerant. BC.

54. *Dacus* est populus orientalis. Getae sunt populi in septentrionali plaga. Et quod plus est, *alter* horum, Caesar vel Pompeius, *occurrat Iberis* i. Hispanis; [8]) alter vadat contra *Eoas pharetras,* i. contra Parthos. Eoi dicuntur quasi orientales. B. *Getes*) Gentis nomen, quibus victis ad invidiam servi *Getae* dicti sunt, i. Comici. BC. *Getes,* nomen est populi ad iniuriam sic dicti; quibus victis id nomen quasi servis datum est a Geta, qui servus in Comoediis introducitur. LB. *occurrat*) Et bene *occurrat,* [9]) ut adversum nos cum illis veniat; sive *alter* de Romanis; nam dixit *ad Eoas hic v. s. ph.* BC. VOSS.

55. *Alter*) Caesar. LB. *hic*) Pompeius. LB. Caesar. VC. *vertat*) permutent suas expeditiones. VC.

56. Et ideo haec omnia opto, ut, o *Roma, nulla manus vacet tibi,* i. ad [10]) civile bellum. B.

57. Vel hoc fac, quod dixi, vel istud: fulmine interficias, [11]) si delendum est Romanum imperium. *Aether* est ignis; et quod dicit *lapsus in ignes,* dicemus

1) Similia habet Papias et Ioann. de Ianua; eadem Isidor. Orig. IX, 2.

2) Sunt verba Servii ad Aen. VI, 862; adde Isidor. Orig. XVI, 17. Livii locus me latet; *aes grave* legitur ap. Liv. X, 46. XXII, 33; *argentum grave* habet Senec. de Tranq. 1.

3) Deest in Voss.

4) Voss. *fluit.*

5) II, 1.

6) Lc. *fluvius Saxoniae,* sed man. al. *civitas est Galliae,* quo de errore vide Cellar. Not. Orb. II, 2. p. 239.

7) *Cuius — sunt Suevi*; eadem in Lc.; similia in Papia, quae ex hoc loco corrigas.

8) Idem Lb. et Voss.

9) Voss. *Occurr. autem bene.*

10) Eadem in Lc.

11) Eadem in Lc. omisso *istud.*

vel quantum ad nostros ignes; alterius enim naturae ille ignis quam noster, et sic dicitur in naturam nostri ignis cadere; vel *lapsus in ignes*, i. divisus, et per *ignes* notat, cuius naturae sit ipse aether; vel aliter ** [1]) *fulmen* est aliud, quam ipse aether. Vel hoc alio modo, destruas nos, o pater, qui nunc saevus videris nobis; destrue hos duos et sequaces eorum, ut saltem populus maneat. B.

58. Fulgor terrorem portat fulgurque nitorem, fulmen ad ima ferit; *(et al. man.)* fulmen est quaedam pars aeris ex collisione ventorum proveniens. LC.

59. *Saeve*) contra nos; nec enim Iovis est epitheton. BC.

60. Et merito sunt isti delendi, nam quisque illorum laborat, ut *imperet* toti *orbi;* et hoc dicit interrogando *tantone novorum* etc. B. *nondum meruere*) sive [2]) dum innocentes sunt, sive [3]) dum nondum pugnaverunt. VOSS. LB. antequam pugnent. BC. *feri*) i. interfice. LB. percute. LC.

61. Proventum vocat distensionem [4]) civilis bèlli; nam longo tempore duravit. *Non deberet laborari,* [5]) uter [6]) imperaret *orbi, nam* etiam pro libertate tuenda non deberet moveri civile bellum; [7]) ac si dicat: ut uterque istorum destrueretur, non deberet moveri civile bellum. Et hoc est quod dicit *non* [8]) *fuerat tanti* pretii *movere* etc. B.

62. *neuter*) scilicet ut imperet orbi. BC. Sensus hic est: [9]) moventur [10]) civilia bella, ut victor imperet [11]) Romae; nec [12]) sic quidem civilia bella moveri deberent, [13]) si hoc ageretur, ne quis urbi [14]) imperaret. BC. LB. VOSS.

63. Ideo dicit *ut neuter* imperaret, [15]) quia praeter hos duos nullus erat tantae potentiae, ut hoc inciperet. B. LC. *peritura*) parum duratura. VC. nam mox obliti huius pietatis in civilia bella venturi sunt. [16]) BC. VOSS.

64. Mulieres et iuvenes ita sunt conquesti, ut

1) Lacuna in B.
2) Lb. *i dum adhuc.*
3) Lb. *vel.*
4) *dist. c. b.*; eadem in Lc.
5) B. *laborare.*
6) B. *ut*; similia in Lb. man. al.
7) *nam etiam — bellum;* eadem in Lc.
8) Suprascr. *vix*; tum *fuit* in B.
9) Non leguntur in Lb.
10) Bc. *Moverunt.*
11) Bc. *imperaret.*
12) Voss. *cum ne.*
13) Lb. *debuerant* sine *civ. bell.*
14) Voss. II. *orbi.*
15) Lc. *imperet.*
16) Voss. *sunt vent.*

diximus; at senes multo gravius; et hoc est quod dicit *at miseros angit* etc. B. *Egerat*) produxerat. VOSS.

65. Quia civile bellum nunc instabat, videbatur eis, quod ad hoc tam diu servati essent, ut interessent civilibus bellis. B. *fata*) i. vitam suam. LC.

66. *iterum*) Propter Marium et Sullam, qui fuerant auctores belli civilis. [1]) BC.

67. Et inter illos senes unus habuit hanc orationem, *quaerens* ostendere timorem, [2]) quem tunc habebant Romani; et hoc exemplo alicuius timoris, quem prius habuissent. Et incipit narrare illud malum, quod fuit inter Sullam et Marium; et haec digressio fit a simili negotio, etsi istud, quod nunc instat, sit maius, et multum valet ad dehortationem civilis belli. [3]) B. Unus senex *quaerens exempla timori*, quo tenebantur, [4]) ut diceret se iam aliquid [5]) tale perpessum. Denique [6]) incipit ab exemplis. BC. VOSS.

68. *motus*) seditiones. LC.

69. *Teutonicos*) ὕστερον πρότερον. Prius enim Marius de Libycis triumphavit, postea de Teutonis. VOSS.

70. Quod dicit *abdidit caput* etc., tangit illud breviter, quod Sulla factus est dictator, et missus [7]) contra Mithridatem, regem Ponti. Et cum [8]) iam reduxisset exercitum usque in Apuliam, reversus est Marius de Gallia et dixit, si medietas exercitus daretur ei, cito Mithridatem daret ligatum. Quod cum populus vellet facere, et eundem ei dare honorem, reversus est Romam, et pugnavit secum, et expulit eum de civitate; et captus est in Minturnensi palude. Qui cum esset in carcere, et praeceptum esset cuidam Cimbro, ex quibus multos duxerat Romam, capta Gallia, ut interficeret eum, Fortuna haec faciente evasit, et effugit in Africam. Et post multum temporis reversus est Romam, et interfecit omnes Sullanos, dum Sulla adhuc esset apud Pontum. Sulla hoc audiens reversus est Romam, et dimisit Pompeio, qui tum sub eo militavit, partem exercitus; et pugnavit cum eo. Et devictus passus est, quicquid Fortuna peius potest dare. Et hoc est quod dicit *Marius abdidit caput* in *limosa ulva post victos Teutonicos* et post *Libycos triumphos; Marius,* dico, postea factus *exsul.* Per

1) Fere eadem Lc.
2) Addidi *timorem.*
3) Similiter Lb.
4) Desunt haec in Bc.
5) Voss. *al. iam.*
6) Voss. addit *Hinc den.*
7) *miss. — Ponti*; eadem in Lb. In Lc. eadem historia multis neque tamen eleganter exponitur.
8) B. *dum.*

Libycos triumphos notat victoriam illam, quam habuit de Iugurtha. B. *Exsul*) Fugerat enim Marius Sullam, contra quem dimicabat. BC. *Marius*) Hic Arpinas fuit, civis Ciceronis, septies Consul. Marius Consul Gallos vicerat et Hannibalem [1]) Poenum; sed contigit, ut patres Romani ob aliquam causam Marium in carcerem mitterent, et direxerunt ad Gallos, ut mitterent, qui eum occiderent. Qui commoti, quoniam ab eo superati sunt, direxerunt; cumque unus eorum ingressus fuisset carcerem, ut vidit ex eius corpore lucem fulgere, gladius metuens [2]) ex eo gladiatore [3]) cecidit. Fugiens ergo Marius venit in Africam, et comparans gentes Romam revertitur caede [4]) debellandam. BC. *ulva*) herba in paludibus. LB.

71. Uvidum dicitur quasi interius [5]) udum; vel etiam *avidum* habent quidam libri. B. *avidi*) quia [6]) *cito* haurit, quicquid acceperit. [7]) BC. LB. VOSS. aquosi. VC. Aliqui legunt *uvidi*, sed vitiose; *uvidus* enim in prima syllaba producitur, sicut Virgilius: [8]) *Uvidus* etc. VOSS. II.

72. *Fortuna* deposuit eum ibi et servavit, quia vidit eum aptum ad hoc, [9]) ut per eum perderetur Roma. B. LC. *Depositum*) i. creditum tibi. LB. [10]) pignus; ipsum Marium *depositum* dixit, quem stagna texerunt. BC. VOSS.

73. *Exedere*) consumsere. LC. *Paedor* est proprie foetor [11]) pedum. B. LC. Odor [12]) corporum dicitur foetor. [13]) *Longus* autem longo squalore conceptus, sive diuturnus. BC. VOSS.

74. *Felix* prius, *moriturus* tandem *in* illa *urbe*, quam ipsemet vertit, et tunc *Consul;* nam vertit eam, et tunc non fuit Consul. B. Ideo *felix*, quia fuit septies Consul. BC.

1) Imo Iugurtham.
2) Fortasse leg. *metuens, gladius.*
3) Bc. *gladiatorio.*
4) Bc. addit *ad.*
5) B. *inter udum.* Serv. ad Virg. Ecl X, 20: *uvidum — quod intrinsecus (habet aliquid humoris)*; quae repetunt Isidor. T. V. p. 74. ed. Arev., Papias aliique. Ioann. de Ianua: *uvidum, quod interius habet humorem.*
6) Deest in Voss.; Bc. *Ideo avidi quia.*
7) Lb. *accipit.*
8) Ecl. X, 20.
9) *ad h.* desunt in Lc.
10) Voss. addit *i.*
11) Ld. *i. foetor.* Similia habet Ioann. de Ianua allato hoc Lucani loco.
12) Voss. *i. foetor*; Lb. *i. foetor corporis;* Bc. in contextis habuisse videtur *foetor* pro *paedor*, ut citat Lutat. ad Stat. Theb. II, 677.
13) Voss. *corporum dic. aut. longus.*

75. Et nunc, in carcere positus, sustinet illas *poenas* illorum peccatorum, quae postea intulit. B.

76. *hosti*) i. occisori suo. LB. Cimbrum lictorem [1]) dicit, cui data est *potestas*, ut Marium in carcere interimeret. [2]) BC. VOSS.

80. *Deos scelerum* vocat ipsas Furias, quae terruerunt illum Cimbrum, ne interficeret eum. Et vidit eum talem, qualis [3]) futurus erat; q. d. ita terribilem, sicut fuit, quando destruxit civitatem. B. *Terribiles*) i. infernales, qui vetabant ipsum interfici. LC. qui admissum terrent scelus. [4]) BC. VOSS. *deos*) i. daemones, qui praesunt sceleribus. LB.

81. Et audivit etiam haec *non est fas tibi* etc. B. *fas*) Haec est [5]) vox, quam audierat Cimber. [6]) BC. VOSS.

82. Per leges *aevi* notat, quod interfecit diversarum aetatum homines, scilicet senes, [7]) iuvenes, pueros, etiam [8]) qui diversis *legibus* vivunt etc. Vel aliter: inter leges, quas de omnibus aetatibus fata dederunt in principio mundi, fuit istud dispositum ab eisdem fatis. B. *aevi*) i. e. totius aetatis annorumque multorum. BC. VOSS.

83. *Depone furorem* etc. Interficiendo ipsos Romanos, quibus devicit Cimbros, vindicabat ipsos Cimbros, etsi hoc non intendat. B. *vanum*) quod vis ferire, quem non licet. BC.

84. *Si libet ulcisci,* non solum non debetis Marium occidere, sed et favere, ut vos ulciscatur. Qui non ideo liberatus est, quod dii faverent ei, sed ut per eum Romani contererentur; [9]) et hoc est quod dicit *vir ferus.* LB.

85. Nunc alloquitur omnes, quasi praesentialiter, ubi dicit *hunc, Cimbri, servate senem;* et [10]) per hoc notat multos illius generis esse Romae. B. *servate*) gesturus est enim [11]) bella civilia, quae est vindicta Cimbrorum. BC. VOSS.

86. Non ideo servatus est, quod [12]) aliquod nu-

1) Voss. *dic. lict.*
2) Voss. *trucidaret.*
3) *q. f. e.*; eadem in Lb. et Lc.
4) Bc. *homines*; Voss. *terreant.*
5) Voss. his omissis *vox* habet, quod deest in Bc; Voss. in seqq. *q. in carcere lictor Cimber audivit.*
6) Bc. *Cimbrus.*
7) *senes — vivunt*; eadem in Lc.
8) Deest in Lc.
9) Lb. *conterentur.*
10) Eadem in Lc., sed *milites Cimbrorum esse.*
11) Voss. *enim est c. b.* In Bc. duo leguntur scholia, quorum alterum incipit *ideo bell. civ.* etc., alterum finitur *civ. ob vindictam C.*
12) Voss. *quia.*

men ei favebat, sed ideo, [1]) quia talis erat, ut Romam posset [2]) evertere. BC. VOSS. *Aliter:* id est [3]) licet ipse modo *favore numinis* defendatur, tamen iram deorum non evasit, quia postea occiditur. BC.

87. *Servate senem,* et servatus est; et non ideo, quod numen faveret ei, sed potius ideo, quia *sufficiens* erat *fato,* volenti *perdere Romam;* ac si dicat aptus videbatur ad illud faciendum. B.

88. Nunc [4]) continuat materiam suam. Postquam liberatus est, *delatus* est per pelagus, iniquum nobis, et *actus,* i. expulsus, [5]) de *mapalibus,* etiam *vacuis, iacuit per regna Iugurthae,* prius nudata per eum. B. LC. *idem*) Marius enim a Fannio, [6]) cum ei [7]) commissus esset in fidem custodiae, ad fugam dimissus est. Bene *iniquo,* quia [8]) in hostilem delatus est terram. BC. VOSS. *iniquo*) procelloso, vel quia [9]) eum non submersit. VC. vel quia multa pericula passus est ibi. LB.

89. *mapalibus*) tuguriis. LB. Mapalia dicuntur casae pastorum. BC.

90. *Nuda*) i. dissipata a Mario. LD. destructa. LC. *triumphati*) i. superati. VOSS. *Triumphat* ille, qui vincit; [10]) *triumphatur,* qui victus per triumphum ducitur. BC. VOSS. *iacuit*) permansit; ad humilitatem dictum. BC.

91. Et quod maior miseria est, etiam in sepulchris mortuorum iacuit. [11]) Et quia tantum virum viderunt ad hoc devenisse, consolationem habuerunt de miseria sua, et eodem modo Marius; et hoc est, ubi dicit *solatia fati* etc. B.

92. *Carthago*) Ut Carthago solatium haberet [12]) de malis Marii, Marius de Carthaginis. BC. VOSS.

93. *Ignovere*) Ignoscere *diis* dicuntur, [13]) qui, quod dii iusserunt, ferunt [14]) patienter. BC. VOSS. Et *colligit* illos; quod potuit facere, nam irati erant contra Romanum imperium. B.

1) Non legitur in Voss.
2) Voss. *possit Rom.*
3) Bc. *Ideo* corrupte.
4) Deest in Lc.
5) Lc. *repulsus.*
6) Voss. *Fania.* Scribe *Fannia* vel *Phannia.* Hoc non capiendum est, quasi Marius clanculum a Fannia esset dimissus, ut Scholiastes tamen videtur velle, sed iussu Minturnensium magistratuum, dum in domo mulieris Fanniae custodiebatur. Vide Plutarch. Vita Marii p. 428; Valer. Max. I, 5, 5. OUDP.
7) Bc. *eidem.*
8) Voss. *quippe.*
9) Eadem Lb., sed *illum iniquum.*
10) Voss. *vicit.*
11) Eadem in Lc., sed *sepultis.*
12) Voss. *hab. sol. de Mar. mal. et rursus M.*
13) Bc. *d. ign. dicitur quia.*
14) Bc. *ferre.*

94. Ut vidit prospere sibi evenire, *colligit* omnes servos; et hoc est, ubi dicit *ut primum fortuna* etc. B. *fortuna*) quam oppressus amiserat. BC.

95. *Ergastula* vocat illa loca, ubi ponebantur in carcere; et erat locus ille strictus, et tamen ad tormentum datum erat eis hoc, ut secarent ibi lapides. Et illos traxit inde, et compedes illos conflavit in gladios; et per hoc, et per sequentia etiam reddit Marianos aptos ad tantum facinus, quantum postea fecerunt in Romanos. B. *conflato*) ad arma facienda. LC. *ergastula*) i. carceres; tamen proprie est ante carcerem, [1]) in quo captivi operantur. LB. *Ergastulum* dicitur locus, [2]) ubi opus inclusi faciunt. [3]) Est autem emphasis, i. augmentum, ut ait Cicero pro Cluentio: [4]) *In Q.* [5]) *Sergi senatoris manus incidit, et apud eum* [6]) *fuit in ergastulo.* Conflavit ergo Marius catenas in usum telorum, simul ut solveret alligatos. BC. VOSS. *ferro*) ligonibus et aliis instrumentis servilibus in arma conflatis. VC.

96. *Exseruere*) nudavere. LC. liberaverunt. VC.

98. Nunc [7]) supersedet illi narrationi, qualiter reversus est Romam, et dicit breviter: quantam pestem intulit Romae! Et quia tales habuit consortes, ideo merito possum dicere *pro fata* crudelissima! B.

100. *gradu*) celeritate. LC.

101. *Nobilitas*) Quaerunt, quomodo *nobilitas cum plebe perit,* cum Marius pro populo dimicarit; sed *cum plebe* posuit in modum plebis, ut nemo in morte quaereret dignitatem. Sic *perit nobilitas,* quomodo plebs. BC.

103. *Stat cruor in templis,* i. horrescit; nam horribile erat, quod etiam *in templis* erat *cruor;* et accipitur [8]) hic ita *stat,* sicut dicitur *stant capilli.* B. *Stat*) i. horret; vel est; vel plenum est. LB. horret. Virgilius: [9]) *Stant lumina flamma.* BC.

105. *senis*) qui pacem meruerat, mox moriturus. [10]) BC.

1) Deesse videtur *locus.* Aliam praebet explicationem Ioann. de Ianua, allato nostro loco, secundum Ugutionem: *Item ergastula dicuntur vincula et compedes, quibus illi, qui erant in ergastulis, ligabantur. Lucanus* etc.

2) Voss. *Erg. est.*

3) Voss., in quo seqq. ad *ergastulo* usque desunt, addit *quod est ἐργάζειν· ἔργον Graece opus dicitur.*

4) c. 7.

5) Bc. *quantis.*

6) Bc. *excidit et apud Poenos.*

7) *Nunc — Romae;* eadem in Lc.

8) Eadem in Lc.

9) Aen. VI, 300.

10) Bc. *quia — — morituro.*

106. *Non piguit praecipitasse*, i. prius cepisse, *extremum diem* etc.; q. d. nec etiam illis pepercerunt, quibus proxima erat mors prae senectute. B. *Praecipitasse*) i. anticipasse. LC. *Praecepisse*) i. antecepisse vel praeoccupasse. BC.

107. Nec *piguit rumpere nascentia fata* etc., in quo maxime peccaverunt; nam quid pueri meruerunt? nil pueri meruerunt. B.

109. *Sed* illis Marianis *satis visum est* istud, quod potuerunt *mori*, ac si dicat non curabant aliud, nisi ut quisque posset dicere, tot interfeci. Nam qui plures interficiebat, maior habebatur apud Marium; et hoc vult sequens littera, quae dicit *visum* [1]) *est lenti* hominis investigare, qui essent nocentes. B. *satis*) ut causa [2]) occidendi esset, quod erat, qui posset occidi. BC. VOSS. i. hoc, quod potuere mori, meruere. LC.

110. *lenti*) pigritiae. BC. Lenti et ignavi homines [3]) putabantur, si [4]) quaererent meritos, quos [5]) necarent. BC. LB. VOSS. *lente*) pigrum. BENEDICT.

111. *Magna pars perit in numerum;* q. d. quisque eundo *in* magnum *numerum*. Ut scilicet posset dicere, se multos interfecisse, interficiebat etiam innocentes. Vel aliter *magna pars* suorum cadit *in* illum *numerum*, ac si dicat ita attenti erant, ut multos interficerent, quod etiam suos interficerent negligenter. B. *In numerum*) adverbium. LB. sine numero, vel innumerabiliter. LC. Non quia numerabantur, [6]) sed ut multi post bellum numerarentur occisi. [7]) BC. VOSS. ut numerus occisorum augeretur. WITT.

112. Et *victor cruentus* etc.; q. d. illa [8]) etiam capita, quae non truncaverat, accipiebat; nam *pudet ire manu vacua*. B. LC.

113. Alicui miranti, unde tot essent nunc Romae, cum tanta fuit ibi interfectio, et sic non putanti narrationem supradictam verisimilem, respondet subiungendo medicinam vitae, ubi dicit *spes una salutis* etc. B.

114. *Oscula*) Marius hoc signum dederat Romanis, [9]) ut ille servaretur, qui manus osculatus fuisset.

1) Eadem in Lc.
2) Bc. *i. una caus.*
3) Lb. *put. milites.*
4) Lb. addit *ibi;* Voss. *in civilibus bellis.*
5) Lb. *quos merito.*
6) Voss. *merebantur.*
7) Voss. *occ. numer.*
8) Priora desunt in Lc.
9) Voss. *fugitivis*; Witt. *fugitivus.*

Sic autem occidit Euanthium, amicum suum, dum ei [1]) osculandam non porrigit manum. BC. VOSS. WITT.

115. Et hoc modo acquirere salutem fuit turpissimum; nam, etiamsi millies posses mori, et etiam nova genera mortis sequerentur te, et deberes diu vivere, non esset honestum hoc modo acquirere vitam, et cum etiam parvo tempore acquisivisti, et illam per dedecus. Et hoc dicit aequipollenter, ubi dicit *mille licet gladii* etc. B.

116. *Degener*) quia sic vitam meretur. [2]) BC. LB.

117. *viris*) virtuosis. LC.

118. Et quia dixit tot mortuos esse, secundum quod ceteri poetae faciunt, expeteret ratio, ut ostenderet, qualiter quisque fuit interfectus, et a quo. Et illud removet dicendo, se non posse digne describere etiam alicuius nobilis mortem; et hoc est, quod aequipollenter dicit *cui* poetae *vacet flere*, i. flendo describere, *vulnera vulgi?* B. *Sulla*) quia Sulla occidit eos, quibus pepercerat Marius. [3]) LB.

119. O *Baebi, vix vacat* describere, *innumeras manus discerpsisse* [4]) *te, sparsum per viscera; manus*, dico, *coronae intercarpentis membra* tua; ac si dicat non digne possum describere, qualiter fuisti interfectus. Coronam vocat multitudinem hominum. Baebius fuit quidam Romanus nobilis. B. *vacat*) sufficit. LC. *Baebi*) Terentius histrio, circumventus a fugitivis, [5]) promisit se ostensurum eis inimicum Marii, qui multa in senatu contra Marium [6]) decrevisset. Misit ergo [7]) ad hunc Baebium fugitivos, [8]) quem [9]) raptum et discerptum Mario obtulerunt. BC. LB. VOSS.

120. *carpentis*) discerpentis. LB. *intercarpentis*) in medio lacerantis. VC. *intercarpentis* [10]) una pars est. Ordo est: *vix* [11]) *vacat flere, o Baebi, innumeras manus*

1) In Voss. I. est *Euanthum manum suam osculantem contra legem, quam fecerat;* sed male. Videtur innuere *Ancharium*, de quo vide Flor. III, 21. 16. et Plutarch. V. Marii p. 431; Appian. Alexand. I. Bell Civ. p. m. 662. OUDP. Bc. *ad osculandum porrigeret man.*

2) Bc. *mereretur.*

3) Eadem fere Lc.

4) Suprascr. *discerp.*, in contextu *sparsisse.*

5) Lb. *Marianis.*

6) Lb. *eum.*

7) Abest a Bc.

8) Lb. *Et ostendit eum Baebium* pro *Misit — fugitivos.*

9) Bc. *qui.*

10) Bc. *nam interc.* cum praecedentibus coniunctim; in Voss. haec post v. *viscera* leguntur.

11) Voss. *i. m. c. me. int. d. te B. p. v.*

coronae intercarpentis membra discerpsisse [1]) *te, sparsum per viscera.* BC. VOSS.

121. Et enumerat multos nobiles, ex quibus nec unius mortem digne potest describere. B.

122. *Antoni*) L. Antonius orator avus fuit M. Antonii Triumviri, quem Sullanas partes secutum Marius necavit; dicit Plutarchus. [2]) VC. Hic enim [3]) Metello [4]) dixit, nisi [5]) mature adduxisset [6]) exercitum, hoc [7]) passurum P. R., quod Senones iam fecerant. [8]) Hunc occidi Marius iussit, et caput eius [9]) in mensa [10]) poni, et occisorem accumbere, ipsumque [11]) caput, postea in [12]) conto fixum, pro [13]) rostris posuit. [14]) BC. VOSS. WITT. *Cuius ora miles* ferebat cum *laceris canis.* Per hoc aggerat malum, quod dicit quod truncatis capitibus ea per capillos per civitatem ferebat. B.

123. Et *imposuit mensae Vestae;* q. d. supra altare illius deae, in qua tanta erat religio, ponebant capita. Quidam tamen libri habent *festae*, et secundum hoc dicetur, quod pro festiva mensa habebatur hoc. B. *festae*) Kalendae [15]) enim Ianuarii agebantur. [16]) BC. VOSS.

124. *Fimbria* fuit ex Marianis, et detruncavit multos *Crassos*, qui nobiles erant. B. LC. Legatus fuit [17]) Marii, qui, cum prope Minturnas [18]) civitatem Crassos [19]) deprehendisset, occidit eos [20]) et capita misit ad Marium. BC. LB. VOSS.

125. *Saeva robora maduerunt* etc. *Robora* vocat loca illa, ubi agebantur placita; quod magna fuit miseria, ut tribuni ibi interficerentur, ubi olim egerunt causas; et inde vocat illa *robora saeva.* Vel possumus vocare *robora* hastas [21]) militum. B. *robora*) i. arma. LC. i. assae [22]) vel pali. LD. pila. VC.

1) Voss. I. *discessisse.*
2) c. 44.
3) Voss. Witt. *Antonius praesagus malorum hic est qui.*
4) Bc. addit *i. Baebio.*
5) Voss. Witt. *ni.*
6) Voss. *duxisset.*
7) Bc. *haec.*
8) Bc. *fecerunt.*
9) Voss. Witt. pro his *cumque ad eum caput Antonii fuisset allatum, in m. p. iussit;* similia habet Lc.
10) Voss. H. *mensam.*
11) *ips. cap.* absunt a Voss. et Witt.
12) Abest a Voss. et Witt.
13) Bc. *c. iuxta r.*
14) Witt. Voss. H. *poni.*
15) Voss. *Kalendis.*
16) Voss. *agebat;* Bc. *agebatur.*
17) *fuit* et *qui* desunt in Lb. et Voss
18) Lb. *Minturnam.*
19) Lb. addit *qui erant nobiles Romanos.*
20) Lb. Voss. *eos occid.*
21) Idem Lb.
22) i. lignum latum et dolatum; cf. Adelung. T. I. p. 417. Ex Papia repetit sua de h. v. Ioann. de Ianua.

126. *Scaevola, te quoque* mactaverunt, *te quoque, neglectum dextrae* violatricis; q. d. quia noluisti osculari dextram hostis, ideo te interfecerunt. Vel aliter: *te dextrae* mactaverunt, *te* dico *neglectum;* q. d. te dico, quem minime debuerunt negligere. Vel aliter: o *Scaevola,* mactaverunt *te neglectum* tuae *dextrae, violatae* ab igne. Tangit illam historiam: Superbus Tarquinius fuit expulsus de civitate, et tunc transtulit se ad Porsennam regem Thusciae; et intulit bellum Romanis; et cum obsideret urbem, exivit Scaevola. Qui cum vellet percutere Tarquinium, percussit quendam adstantem; et quia fefellit eum dextra, posuit eam in ignem; de cuius genere iste Scaevola fuit. Interfectus est, *sed* [1]) tamen *fessa senectus* etc.; et ideo minime debuerunt eum interficere. B. *neglectum*) dimissum, illaesum ab aliis. VC. *violatae*) deae dico. VC. qui dextram suam ipse violavit aspersione sanguinis sui in altare, vel simulacrum Vestae. [2]) VOSS. *Scaevola*) Lucium [3]) Mucium dicit, pontificem Maximum, sacerdotem Vestae, inimicum C. Marii [4]) adolescentis, qui, cum per Damasippum [5]) fugere vellet, a Marianis occisus est in templo Vestae; cumque [6]) manum sanguine implesset, simulacrum Vestae aspersit, ut maius percussoris [7]) crimen esset. BC. VOSS. *dextrae*) Marianorum. VC.

129. *pepercit*) ut non [8]) incensas exstingueret aras vis sanguinis effluentis. [9]) BC. VOSS.

130. *Septimus exsequitur* etc. Per hoc notat, quod [10]) vi factus est Consul post tantam interfectionem. B. *haec*) mala. LB. i. facta superiora. VOSS.

131. Et quia illa *omnia,* et bona, et mala passus est, *quae fortuna potest,* ergo emensus est, [11]) *quid,* in quantum, *fata hominis paterent* in utraque parte, vel in quantum *fata paterent homini.* B.

133. *menso*) i. experto, quantum boni homo consequi potest, vel quantum mali. BC.

134. Tangit breviter illa mala, quae fecit, antequam posset capere civitatem. Et post captam civi-

1) Suprascr. *quod.*
2) Ita Oudp. sensum Scholiastae reddidit, non verba, ut videtur.
3) Voss. *Lucius Mucius Scaevola pont.* etc., immo *Quinctus.* OUDP.
4) Voss. *Mario adolescenti fuit.*
5) Voss. *cum ipsum.*
6) Voss. *qui cum.*
7) Voss. I. *percusso;* Oudp. *persecutionis.*
8) Voss. *ne* pro *ut non.*
9) Voss. *ar. exst. v. eff. sang.*
10) Eadem in Lc.
11) Eadem in Lc.

tatem transtulerunt se in Apuliam, et ibi gravissimum bellum fecerunt cum Mario. Et illa omnia breviter notat; et iungitur ita: quis posset digne flere interfectos in urbe? nullus. Nec illos, qui prius *cecidere apud Sacri portum iam*, i. prius; nam *quot* ceciderunt? Per hoc notat illud bellum, quod fecerunt, cum accesserunt ad ripam. [1]) B. *portum*) Tmesis est. LC. Laurentum dicit, quod [2]) sic appellatur. Hic Sulla, de Asia regressus, pugnavit cum Mario adolescente, qui victus Praeneste fugit. BC. VOSS. Unde extractus, Sulla iubente, est interfectus. Ipsi etiam Praenestini pro suscepto Mario postea sunt puniti. VOSS. Hic est Marius, qui invita matre Iulia adeptus est consulatum, de quo Sallustius [3]) meminit. BC.

135. *Aut quot catervas tulit* etc.? Collatium est castrum; et illa porta vocatur Collina, quae est versus *illam* partem; et ibi pugnavit Marius cum Sullanis. B. Collina porta est Romae, ubi Pontius Telesinus, Marii socius, congregatis Romanis et Samnitibus, quorum dux erat, et quibus promiserat, quod ad ipsos caput mundi, si bene pugnarent, transferret, gravissimum contra Sullam fecit proelium; sed tam ipse, quam exercitus eius a Sulla contritus est. VOSS. Damasippus, Samnitium [4]) dux, Marii fautor, apud Collinam portam cum suis [5]) flexus et victus, cum militibus suis occubuit. [6]) BC. VOSS.

136. Tum fuerunt ista bella, cum *caput mundi*, scilicet *potestas rerum*, Roma *paene* fuit *translata* in alium *locum;* et quo debuit transferri, ostendit, ad Samnim. Et hoc breviter notat, ubi dicit *et Samnis speravit* illa *Romana vulnera* esse *ultra* illa *vulnera*, quae fuerunt apud *Caudinas Furcas*. B.

1) An *Signiam?* cf. Plutarch. Sull. 28; vel pro fossa paludis Minturnensis; cf. Mannert. Geogr. T. IX. P. 1. p. 645.

2) Voss. pro *quod* — *Hic* habet *ubi*.

3) Locus me latet.

4) Voss. *Samnitum*.

5) Fortasse *Sulla*. OUDP. Voss. enim *conflixit* pro seq. *flexus* habet. Simile scholion erat in Cod. Puteanorum Grotio teste, et est in Lb.

6) Oudp., qui scholion nostrum ad vs. 137. habet, monet haec: *Videtur scilicet putare Schol., quod hic* [vs. 137.] *a Lucano duae diversae res describantur; recte enim supra* [vs. 135.] *de Pontio Telesino sumserat. Sed dicit Lucanus, ad Collinam portam pugnatum esse vehementissime contra Pontium et Samnites, sperantes se Romae illaturos maius vulnus, quam apud Furcas Caudinas. De Telesino esse capiendum monuit quoque G. Vossius ad Vellei. II*, 27.

137. *Samnis* est civitas in Burgundia. [1]) Et cum Marius non posset devincere Sullanos, mandavit Samnico [2]) regi, ut, si iuvaret eum, ipse transferret illuc Romanum imperium. B. Pontius Telesinus, ex partibus C. Marii iunioris, iactabat Romanum imperium transferre [3]) se posse in Galliam. BC.

138. Furcae est civitas in Apulia, ubi pugnavit Hannibal cum Romanis; [4]) et non fuit unquam maior clades [5]) Romanorum, quam apud *Furcas* fuit; nisi apud Cannas. B. LC. *Caudinas* vocat ab adiacenti regione. B. Tit. Veturius et Sp. Postumius fuerunt missi sub iugo a Samnitibus in valle Caudii, [6]) quae hodie citra Arpaium vocatur S. Maria in iugo, per Pontium Herennium. VC. Apud Caudinas Furcas [7]) fusus [8]) fuerat Romanus exercitus; et [9]) sperabat Samnis se maiora vulnera esse facturum. BC. WITT. VOSS.

139. Adhuc loquitur ille senex; et ostensa clade illa, quam intulit Marius, nunc de illa, quam Sulla intulit, ut ita dicat: non tantum Marius fuit ultor cladium, quas Sulla prius intulit ei, sed etiam Sulla idem fecit, et exhausit illud, quod remansit. B.

141. *Hausit*) potest Domitius Ahenobarbus accipi. VOSS. *recidit*) tractum est a medicis imperitis, qui, cum carnem putridam a vulneribus recidere debent, ex imperitia carnem vividam rescindunt. LC. medicina dico. VC.

142. Revera fuerunt clades nimiae; nam, dum debuit nocentes punire, interfecit etiam innocentes; et hoc per simile, ubi dicit *dumque nimis* etc. Et *manus* nimis *est secuta* ea parte, *qua parte* etc. Ad similitudinem medici dicit; morbus ducit manum medici, ut usque ad vivum veniat, et ultra non procedat; quod iste non fecit. B. *nimiumque*) occidit enim [10]) innoxios cum innocentibus. BC. VOSS.

143. Ostendit, quod *secuta est nimium;* nam *periere nocentes,* sed non soli, cum tamen nocentes sufficerent; et hoc est quod dicit *sed tum data* est *libertas* etc. B. [11])

1) Eadem in Lc., similia in Lb.
2) Forma nova; an *Samnitico?*
3) Bc. *transferri.*
4) Similia habet Papias.
5) Lc. *caedes.* Pro seqq. *quam — Cann.* Lc. *praeter Cann.*
6) Vc. *Claudii*; vide de eo et sqq. Mannert. Geogr. T. IX. P. 1. p. 776 sqq.
7) Voss. II. *Furculas.*
8) Abest a Bc.
9) Voss. et Witt. addunt *sub furca de hastis facta ire compulsus. Sed.*
10) Bc. *et.*
11) Schol. Lb. vide T. II. p. 463.

145. Merito dico *odiis*, nam *ira ruit resoluta* a *frenis legum;* q. d. nihil factum est lege. Ideo dico *odiis*, et non odio, quia non uni dabantur cuncta, sed quisque [1]) faciebat ad libitum suum. B. *resoluta*) quia libere inimicos suos interficiebant. LC.

147. Et merito vocatur *nefas*, quia et filius patrem, et e converso, et servus dominum; et non impulsi, sed ducti [2]) uno verbo; et hoc est quod dicit *semel omnia victor* etc. B. *quisque*) i. e. omnibus omnia licebant. BC. VOSS.

149. *famulus*) potest generaliter accipi, potest etiam specialiter, ut de Mario dictum sit, [3]) qui a servo occisus est, cum per cuniculam [4]) de Praeneste civitate vellet evadere. BC. VOSS.

150. *certatum*) i. contentio erat inter filios, quis eorum posset prior occidere patrem. BC.

151. *Fratres ceciderunt in praemia fratrum*, [5]) q. d. illa *praemia*, quae prius dederat Marius; ut illa eadem darentur eis, unus fratrem interficiebat alium festinanter. B. LC. *praemia*) i. praemium erat fratri, si fratrem occideret. BC.

152. Et etiam sepulchra mortuorum sunt plena illis fugitivis. B. *Busta*) ut absconderent se in sepulchris. BC. VOSS.

154. *Hic* unus *fregit fauces laqueo*, et hoc suspendendo se; et hoc est quod dicit *elisaque guttura*. B. *iaculatus*) saliendo interfecit se. LC.

157. *Victori*) Sullae. BC. LB. *rapuere*) ut sua perirent manu, ne essent, quos occideret Sulla. BC. LB. VOSS. Et hoc ideo faciebant, ut raperent *mortes victori*, ac si dicat interficiebant se, ne victor interficeret eos. B. LC.

159. *ignes*) vetabat eos [6]) Sulla sepeliri. BC. LB. VOSS.

160. Et istud fuit maior [7]) miseria, quod colla ducum sunt gestata in lancea per urbem. B. LC.

161. *foro*) Cum congesta essent ad Servilium lacum capita peremtorum, haec iussit Sulla proponi; unde ait Tullius: [8]) *Multos caesos ad Trasimenum lacum et ad Servilium vidimus.* BC.

1) Eadem in Lc.

2) B. *dicti.*

3) Voss. *dici*, omisso *ut* in prioribus.

4) Bc. *canicula*; Voss. *Praenestina.*

5) Lc. pro his habet *pro occisione eorum.*

6) Voss. *enim*; Lb. *S. enim v. eos.*

7) Lc. *magna.*

8) Rosc. Am. 32, ubi tamen vulgaris scriptura alia est.

162. *iacet*) Possumus distinguere *quidquid ubique latet scelerum.* BC. Et ut ostendat multa ibi iacere capita, subiungit *non Thracia tantum* etc. B.

163. Bistonium vocat Busiridem, regem Thraciae, qui interficiebat hospites suos, et ponebat corpora ante equos; [1]) Antaeus vero omnes extraneos. B. *Bistonii*) Diomedem regem Thraciae dicit. *Bistonium* a Bistone, palude Thraciae. Hic fertur habuisse equas, visceribus humanis pasci solitas, [2]) quibus cum hospitio receptum [3]) Herculem vellet offerre, ipse obiectus absumtusque [4]) est. BC. LB. VOSS. Propter equas dictum est *stabulis.* VOSS.

164. Antaeus per fabulam [5]) filius erat terrae. [6]) Hic cum [7]) multos singulari certamine necaret, eorum [8]) capita sibi ante fores pro magna virtute ponebat. Hunc postea Hercules vicit, monitus [9]) a Minerva, ne eum in terra elideret. [10]) BC. LB. VOSS.

165. *Nec Graecia moerens* etc. Hic tangit illud, quod [11]) Oenomaus, rex Graeciae, proposuit, ut, quicunque posset praeterire currum suum, [12]) daret ei Hippodamiam; qui vero non, amitteret caput; et sic multos interfecit. Tandem Pelops possedit [13]) Hippodamiam, promittens primum concubitum aurigae; et istud [14]) periculum fiebat apud Pisam. B. LC. *Pisaea*) Pisa civitas Elidis. Oenomaum dicit, [15]) qui, fraude Myrtili victus, quadrigarum cursu a Pelope [16]) occisus est. Nam [17]) Hippodamiam petentes provocabat in [18]) equorum cursus, victosque occidebat. BC. VOSS. WITT. *aula*) regis Oenomai Pisarum; et tangit fabulam Pelopis et Hippodamiae, positam ab Ovidio VIIII Met. [19]) VC.

1) Eadem in Lc.

2) Bc. pro his *Diomedes enim equis suis carnes humanas comedendas dedit, vel quia hordeum deerat, vel ut et ipsi in pugna hostes necarent.*

3) Bc. *Herc. hosp. rec.*; Lb. addit *edendum* post v. *Herc.*

4) Bc *et consumtus.*

5) *per fab.* absunt a Lb. et Voss.

6) Voss. *terrae fil. qui*; Lb. *fil. terr. fuit, qui.*

7) *cum — necaret* desunt in Voss.

8) Lb. *vinceret victorum c. postibus figebat. Hunc* etc.; Voss. *devictorum c. p. adfigebat.*

9) Lb. Voss. *doctus.*

10) Voss. II. *declinaret*; Lb. *el. in terra.*

11) Absunt a Lc.

12) B. et Lc. addunt *quod.*

13) Lc. *habuit.*

14) Lc. *illud p. factum est.*

15) Voss. Witt. *Dic. autem Oen.*

16) Voss. Witt. addunt *et.*

17) Voss. Witt. *Hic enim ut H. filiam suam petentibus denegaret provocatos,* Witt. *procos.*

18) Addidi ex Voss. et Witt., qui tamen *cursu* habent. Similia de Oenomao leguntur in Lb.

19) Voluit XII, 210; ubi tamen est alia Hippodame.

166. *Congesta* sunt in *medio foro;* et *cum* ibi *iam fluunt tabe,* et amiserunt certa illa signa, quibus inter se dignoscantur, *miserorum* etc. B.

167. *notas*) i. signa, quibus a suis cognosci [1]) possent. BC. VOSS.

168. *Et pavido furto,* pro ipsi pavidi furto, *subducunt,* quod in me ipso apparet; et hoc est quod dicit *memini me ipsum, cupidum imponere ora fratris rogo, lustrasse cadavera* etc. B.

171. Ironice dicit *Sullanae pacis;* [2]) q. d. talem pacem dedit ipse nobis. B. LC. Ironice; [3]) sibi enim pax videbatur. BC.

173. Quid dicam de singulis? quid etiam dico de Mario? et hoc est quod dicit *quid sanguine manes* etc. Cum dicat, dicit se tamen non dicere, quia non potest digne singula persequi; et vocatur occupatio. B. *Catuli*) Luctatium [4]) Catulum tangit; cui cum Marius Gratidianus [5]) diceret, se non evasurum, fumo se calcis occidit, et sic fugit inimicos. Postea Catuli filius, [6]) regressus victor ex Asia, [7]) petivit [8]) a Sulla, ut sibi Marius daretur ad poenam; quem datum per singula membra cruciavit, [9]) ut ait Sallustius in Iugurthino: [10]) *Marius, cui fracta prius crura, brachia et oculi effossi: scilicet ut per singula membra exspiraret.* BC. B. [11]) LB. WITT. VOSS.

176. *Inferias* vocat *piacula non fanda; non fanda,* ideo *busto* Marii *inexpleto;* q. d. quia [12]) nec medietas membrorum fuit in sepulcro; et hoc vult sequens litera, quae est *cum vidimus laceros artus* etc. B. *inexpleto*) non integro. BC. quia uterque membratim interfectus fuit; vel *inexpleto* i. non placato. LC. [13])

177. *Vulnera* sunt adaequata *membris;* nam quot membra habuit, tot vulnera habuit. B.

1) Voss. *agnosci.*

2) Pro his Lc. *Ironia est.*

3) Idem Voss.

4) B. *Luct.* non habet; Bc. *Lutat. C. dicit.*

5) B. *dic. Mar. non*; Voss. II. *diem diceret, qua sciebat.*

6) al. *frater.*

7) Bc. *de Afra.*

8) Lb. pro superioribus: *Catulus cum audiret a Mario, quod non evaderet, hausto veneno manibus eius se subtraxit. Cuius filius postea petivit* etc. Similia in Lc.

9) Lb. *punivit.* Seqq. solus Bc. habet.

10) Imo in fragmentis; cf. nr. 202. p. 208. Frotsch. Nostra sunt pleniora; similia habet Senec. de Ira III, 18.

11) al. man. in marg.

12) *quia — sepulchro*; eadem in Lc.

13) Nugantur hic Glossatores existimantes *inexpletum bustum* dici, quia membra, vivo adhuc Mario recisa, postea non sepeliebantur. OUDP. Similiter Lb.

179. *Et nil letale animae vidimus datum*, illo ente *caeso in toto corpore*, ac si dicat etsi totus caesus esset, tamen adhuc vivebat; et hoc modo parcebant morti, quod non statim interficiebant eum. B. *Nil*) Nullum enim tale vulnus dabatur, quo periret; sed quo [1]) cruciaretur. BC. VOSS.

180. *parcere*) morti parcitur, cum quis cito mortificatur. LD.

181. Quod dixit *aequataque vulnera membris*, incipit ostendere, ubi dicit *avulsae cecidere* etc.; et prius visis omnibus membris truncatis, tandem abstulerunt lumina. B. Vide, quid dicat Seneca V [2]) libro de beneficiis: *Ingratus L. Sulla, qui patriam durioribus remediis, quam pericula erant, sanavit; qui cum a Praenestina arce usque ad Collinam portam per sanguinem humanum incessisset* etc. VC.

185. *Ultima*) ut videret se sic [3]) omnibus membris caesum. BC. LB. VOSS. Ordo est: omnia supradicta amputaverunt antea, ad ultimum oculos, ideoque, ut omnia tormenta membrorum spectaret, i. intueretur oculis, antequam eos perderet. BC.

186. Et adhuc possem dicere multa, sed *vix* [4]) *ulla fides erit* unquam, *unum caput* accepisse [5]) *tot poenas*. B. LC. Et quia in uno membro posset accipere multas *poenas*, ideo addit *tot*, et *tam saevi criminis*. Idem valet, ac si dicat tot poenas, tam saevas scilicet, ut frustatim divideretur; et illud saevum crimen ostendit. B.

188. Sic frustatim est divisus, sicut *membra* alicuius *miscentur sub ingenti pondere fracta* propter molem *ruinae*. B.

190. Item aliam comparationem ostendit, ubi dicit: et illi, *qui periere medio freto, non magis veniunt* etc., quam ipse erat. Quod ex toto fuit inhumanum, nam *quid iuvit perdere fructum?* i. illum, in quo fructus et utilitas magna inerat. Vel aliter, cum possent statim saturari de eo, si interficerent statim, videntur *perdere* illum *fructum*, sicut ille [6]) omnia bona patriae ligurrierat, et tamen nunquam fuit satur. B. *Fructum* vocat remunerationem, quam Sulla pro Mario dedisset, si eum integrum habere potuisset, *ut*, cum poenam eius coram se fieri videret, magis sibi *placeret*. LB.

191. Et *quid iuvit confundere vultum Marii*, ut vul-

1) Bc. *qui*.
2) Vc. VI; est locus c. 16.
3) Deest in Lb.
4) Lc. addit *illis*.
5) Lc. *cepisse*.
6) An *Sulla?*

tum alicuius vilis? potius *agnoscendus erat*, quod esset, si non tot vulnera haberet. B.

193. Ideo *agnoscendus, ut hoc scelus placeret Sullae*, quod non fieret, si non cognosceret eum esse Marium. Vel aliter: *agnoscendus erat* taliter, q. d. videndus erat a Sulla ita tractatus, *ut* hoc modo *placeret ei scelus*. B. *Agnoscendus*) integer servandus. LB. Modo enim confusi vultus minorem gratiam de maiori morte faciebant, quia non agnoscebatur occisus. BC. VOSS.

194. Adhuc ostendit, qualis fuit Sullana pax. Marius, qui dicitur filius Marii, (quidam tamen dicunt filium fuisse sororis eius) mortuo Mario secessit in Praeneste cum magna manu. Illuc secutus est eum Sulla, et brevissimo tempore omnes interfecit; et hoc est ubi dicit *unius populum*. Tum recipitur aliquis ense, cum ipse ensis in latus impingitur. B. *Praenestina*) Praeneste est civitas. [1]) Marius iunior ad hanc [2]) se contulerat civitatem. [3]) Sulla commotus iussit VIII [4]) millia hominum [5]) de ea civitate occidi. Fortunam autem [6]) colunt, unde *Fortunam Praenestinam* dixit. BC. LB. WITT. VOSS. *receptos*) affixos. NORIC.

195. *Unius*) Tam cito enim omnes simul [7]) perierunt, quasi unus esset occisus. BC. VOSS.

196. Post haec mala fecit advocari [8]) omnes de Italia, et iverunt [9]) sperantes invenire amnestiam. [10]) Quos cum in foro fecisset venire, [11]) praecepit omnes interfici, ubi olim fuerunt *ovilia* Romuli. B. LC.

197. *ovilia*) i. Martium Campum, [12]) in quo inclusi interfecti erant; olim fuit ovile Romuli; [13]) vel quia Hercules posuit oves suas ibi. LC. Locus Romae, in [14]) quo omnes pastores Romulus convocavit, et senatum [15]) et populum ad comitia celebranda coniunxit. BC. VOSS.

199. Et talis pestis inaudita est; nam [16]) *fames*

1) Desunt in Voss.
2) Lb. *ad quam M. i. fugiens.*
3) Bc. *contulit*; Lb. *cont. unde s.*; Voss. addit *et ibi captus est. S. vero.*
4) *novem* Witt.; XII Plutarch. in Sulla [32]; v. Appian. B. civ. [I. 94.] et Valer. Max. [IX, 2, 1.] Oudp. *millia* deest in Lb.
5) *hominum* deest in Bc.; *ex ea* Lb.
6) Voss. Witt. addunt *hic.*
7) Deest in Voss.
8) Lc. *vocari.*
9) Lc. *venerunt.*
10) Cf. Adelung. T. I. p. 216
11) Lc. *convenire.*
12) Ita Serv. ad Virg. Ecl. I, 34.
13) Cf. Schol. Iuvenal. VI, 530
14) Abest a Voss.
15) *et sen.* desunt in Voss. Similia leguntur in Lb., qui addit *vel Capitolia.*
16) Lc. *nec.*

saepe fecit *tot occumbere*, [1]) et *furor pelagi* etc.; sed *poena* unius *nunquam fuit* causa, quare tot perirent; q. d. pro vindicta unius nunquam fuerunt tot interfecti. [2]) B. *Saepe fames* vel *pelagus* vel *lues coeli* causa magnae necis fuerat, sed nunquam tantae. LB.

201. *poena*) i. [3]) genus poenae, ut ab aliquo iuberetur. [4]) BC. VOSS.

202. Et quod multi fuerunt, ostendit, ubi dicit *densi vix agmina* etc. B.

203. Et tot fuerunt, quod non [5]) habuerunt spatium terrae, ubi iacerent; et hoc est ubi dicit *vix caede peracta* etc. Alii *labant dubia cervice*. B. Ordo est *vix movere manus victores*. BC.

204. *labant*) vacillant; viventes, qui sic vacillabant. BC.

205. *partem*) i. aliquam partem vivorum corporum ipsi graves trunci contaminant vel demergunt. BC.

206. *graves*) Exponit, quemadmodum *cadavera* peragant *partem caedis*. BC. VOSS.

209. Et non sufficit hoc malum facere; praeter [6]) hoc fecit cadavera proiici in Tyrrhenum gurgitem; et hoc est ubi dicit *congesta recepit* etc. B.

210. *Tyrrhenus*) Omnes enim occisos in Tiberim Sulla [7]) iussit iactari. BC. VOSS.

211. *In fluvium*) Sensus est: qui primi in Tiberim missi sunt, hi in undas venerunt; nam qui ultimi missi sunt, horum corpora [8]) iam supra veniunt, quia [9]) fluvium iam cadavera [10]) repleverant. BC. VOSS. *corpora*) sc. illorum, qui primi ruebant. BC.

213. *Prior amnis, interruptus* ab *aquis* prioribus, et hoc propter cruentam stragem, *fluxit in aequor;* vel potest dici *prior amnis aquae*. *Amnis* [11]) proprie dicitur amoenitas ipsius fluvii. B. *Interruptus*) habens aquas interruptas. LC. ut illae undae tantum, quae ante cadavera erant, in mare fluxerint, illae autem, quae post cadavera erant, steterint, et secutae non

1) Eadem Lc.
2) Similia Lc.
3) Voss. *tale g p. numquam fuit ut.*
4) Ita Oudp.; Voss. I. *numeretur;* Bc. *n̄ viveretur*; an *sumeretur?*
5) *non — iacerent*; eadem in Lc.
6) *praeter — gurgit.*; eadem in Lc.
7) Voss. *mitti S. praeceperat.*
8) Voss. *supr. h. corp. iam.*
9) Bc. *qui* correctum.
10) Voss. *cad. iam;* Bc. *repleverunt.*
11) Eadem in Lc., sed in fine *fluminis*. Papias: *Amnis fluvius ab amoenitate dictus, frondibus redimitus*; cf. Isidor. Orig. XIII, 21. et de Differ. T. V. p. 33. Arev.

sint priores fluctus, obstantibus cadaveribus. VOSS. *prior*) i. e. pars amnis in mare fluxit; pars corporibus obiectis haesit. [1]) BC. VOSS.

214. *Unda stetit;* et quod non stat adhuc, inde procedit, quia *vis sanguinis fecit sibi iter.* B. *molem*) obstaculum corporum. LC. ad inundationem plurimorum corporum. BC.

218. *cadavera*) quae receperat scilicet, revocat [2]) in terras, quia a multitudine [3]) corporum defluere non poterat. BC. VOSS.

221. Haec supradicta mala fecit, et tamen vocatus est postea *Salus* Romanorum et *Felix.* Anne [4]) *his,* i. propter supra dicta, *meruit* vocari *Salus?* minime; et *meruit* etiam, ut tantus honor fieret ei, ut sepeliretur in Martio *Campo?* Per hoc reprehendit iustitiam Romanorum; et ostendit etiam, quod, etiamsi malus fuisset, tamen tandem correctus [5]) est; quod iste [6]) minime faciet. B. Et dicit Corn. Tacitus, [7]) quod Sulla dicebat, quod nil sibi defecit ad summam felicitatem, nisi quia Capitolium non dedicavit. Et eius mortem vide per Valerium in cap. de mortibus non vulgaribus. [8]) VC.

222. *Campo*) in Campo enim Martio Sullae est [9]) monumentum. BC. VOSS.

223. Quare hanc transgressionem fecisset, subiungit, ubi dicit [10]) *haec rursus* etc. *Hoc ordine belli ibitur,* ut, sicut alter expulit alterum, et tandem interfectus est, ita de his fiat. [11]) B.

225. Ego assimilo istud illi, quamquam longe gravissimum sit istud futurum, quantum ad hoc, quod *metus* ostendit. B. *agitant*) commovent. VC. *coitur*) magna multitudo cumulatur. VC.

226. Ordo est: *et multo maiore humani generis damno coitur in proelia.* VOSS.

227. *Mariis*) i. patre et filio [12]) eiectis. Illis ipsa *Roma maxima merces fuit,* quia pro illa multa bella fiebant. GUELF. *merces*) victoria vel gloria visa est illis. BC.

1) Voss. I. *obi. corp. adhaes.*
2) Voss. *mortuorum quae acceperat rev.*
3) Bc. *q. multitudo.*
4) *Anne — fier.;* eadem in Lc., sed inde a vv. *et meruit* ab al. man.
5) B. *correptus.*
6) i. Caesar.
7) Hist. III, 72.
8) Errat Vc.; est IX, 3, 8. de ira et odio.
9) Voss. *est S.*
10) Eadem in Lc.
11) B. *fiet.*
12) Eadem Voss.

229. *tollere*) i. evertere et delere Marianos. BC. VOSS.

230. O *Fortuna*, ad maiora *vocas* istos, quod inde patet; [1]) nam ex longo tempore aeque fuerunt *potentes*, ut Sulla fuit, cum fuit potentior; et ideo, si vellent esse contenti illo, pro quo quisque illorum pugnavit, nunquam moverent civile bellum. Nam uterque erat dictator, pro quo honore quisque illorum pugnavit. B. *Hos*) Pompeium et Caesarem. BC. VOSS.

232. *Contentus*) q. d. non posset plus quam Sulla; vel *contentus* recipi in urbe, qua [2]) Sulla fuit contentus. LC. *Sulla* enim *contentus fuit* expellere Marios de civitate; Caesar vero proiectos de civitate inimicos per totum orbem persequi conabatur. GUELF.

234. Ita se habebant ex maiori parte, ut diximus, *at* Brutus longe aliter se habuit; et hoc est quod dicit *at non magnanimi* etc.; et quamvis ceteri lugerent, tamen ipse fuit intrepidus *in tanta formidine*. B.

236. *Non percussit* eum *terror*, *sed* potius in *sopora nocte pulsat atria* etc.; et per hoc ostendit illum interritum fuisse. Et quia consilium magis viget in aliquo circa diem, ideo determinat, qua hora noctis illuc venisset, scilicet *cum Parrhasis Helice* etc. B. *sopora*) i. quae soporem afferat. BC.

237. *Helice* est maior ursa, minor est Cynosura. [3]) Parrhasia est terra, unde illa dicitur *Parrhasis*. *Axes* dicit ideo, quia, etsi totum plaustrum sit axis ipsius firmamenti, tamen, cum sint ibi quatuor rotae, erunt ibi duo axes. *Obliquos* dicit vel quantum ad naturam ipsius axis, quod in ipsis stellis satis apparet; vel quia temonem verterat versus Orientem. B. *Parrhasis*) Arcadica, ut Virgilius [4]) dicit: *Parrhasio de more Lycaei*. VOSS. *Helice*) Calistonem [5]) dicit, a [6]) Iove compressam et in ursam conversam, postea in sidus receptam septemtrionis. BC. VOSS.

238. Atrium proprie dicitur ab atro, [7]) i. nigro, quod proprie est porticus illa ante templa, ubi comburebantur, quae remanebant; et ilia [8]) remanebant;

1) Eadem in Lc.
2) Lc. *quam*.
3) Similia vide ap. Serv. ad Virg. G. I, 138.
4) Aen. VIII, 344; male Voss. in fine *licet* pro *Lycaei*.
5) Oudp. *Calisto*; sed Voss. I. *Calistonem*.
6) Voss. *quae a I. compressa et i. u. mutata in s. s. recepta est*.
7) Cf. Serv. ad Virg. Aen. I, 726; Isidor. Orig. XV, 3; Papias et Ioann. de Ian.
8) B. *illa*.

sed ponitur pro domo. B. *cognati*) quia [1]) soror Catonis Bruto maiori nupsit, unde natus est [2]) Brutus, cuius Cato avunculus fuit. BC. LB. VOSS. Brutus habuit Porciam, filiam Catonis, in uxorem. Quae, audita morte viri, non habens aliud telum, quo se interfecisset, cepit in os carbones ardentes et suffocavit se. Ita dicit Valer. de amore coniugali. [3]) VC.

239. Ideo *insomni cura* dicit, quia, quisquis curam gerit ingentem, ratio [4]) sibi somnum adimit. VOSS.

241. *orsus*) incipiens; participium sine origine verbi. BC.

243. O *virtutis fides*, et *iam sola; virtutis*, dico, remotae quadam violentia a terris et ex longo tempore, quam nec adversa deprimunt, nec prospera erigunt; et hoc est quod dicit *quam* fidem *nullo turbine* etc. Turbo est et in [5]) prosperis et in adversis. B. *fides*) tu solus virtutis haberis servator. BC.

244. *fortuna*) Duplex est fortuna, prospera et adversa; q. d. nec prospera, nec adversa excutiet te a fide. LC.

245. Et quia talis es, *dirige*, et etiam *firma me;* et necesse est, nam labor *mente; me* ideo dico, nam ceteri vel hunc vel illum sequuntur. B.

246. Te ideo rogo, quia nec illum, nec istum volo sequi; et hoc indicat [6]) breviter, ubi dicit *namque alii Magnum* etc. B.

247. Et quia tu *solus* es mihi *dux*, [7]) ideo diiudica tecum, an velis pacem tueri, quod potes facere; nam tenes vestigia [8]) toto mundo vacillante. B. LC.

249. Nunc aliam partem; *an* potius *placuit absolvere* etc. Nam multi principes dubitabant, utrum interessent bello an [9]) non; et sic erat adhuc bellum ligatum. B.

250. *absolvere*) dimittere; [10]) *(et m. al.)* q. d. te cessante a bello, nullus se intromittere audet, sed si te intromiseris, omnes te sequentur. LC. innocens

1) Deest in Lb.; Voss. *sor. enim C. nupta Br. m. fuerat* etc.

2) Lb. addit *minor.*

3) IV, 6, 5.

4) Puto legendum *raro s. s. acquirit*, nisi legas *ratione s. s. ad.*, ut sit *ratio* pro ratiocinatione, quam curae faciunt insomni viro. BUAM. Nil mutandum est; *sibi* pro *ei* positum.

5) Eadem in Lc., sed *nec* pro *et.*

6) Corrupt. in B. legitur: *idic.*

7) Desunt in Lc.

8) Lc. *pacem.*

9) Suprascr. *vel* in B.

10) Idem Donat. ad Terent. Ad. II, 4, 13.

facere; et est defensio omnium ad haec bella venien tium, si idem fecerit Cato. BC. VOSS.

251. Nunc ostendit multis rationibus, quod potius debet tueri pacem; et sic oratio istius multum valet ad dehortationem civilis belli. Debes tueri pacem, nam ceteri habent causas, quare intersint, alii aliam; *tibi uni per se bella placent?* ac si dicat tu non habes causas, quare intersis. B.

252. *Polluta domus* rapit *hos;* q. d. quia interfecerant propinquos suos, timentes inde iudicium; et quia etiam pro aliis peccatis timentur leges. B. *leges*) quia melius exercentur in pace, quam in guerra. [1]) LC. *timendae*) contra illud: [2]) *Silent enim leges inter arma.* BC.

253. Et ut possint devitare paupertatem; et quia etiam habent ibi dominos, quos non debent dimittere, etiamsi mundus rueret; et hoc est ubi dicit: et *fides permiscenda* etiam *ruinae mundi,* et hoc modo *nullum* trahet *furor,* [3]) i. causam habet unusquisque, quare intersit. B.

254. *fides*) praestita Caesari et Pompeio trahit aliquos. VC. i. coniuratio. LC. ut, qui fidem servare noluerint, velint eam penitus exstinguere cum mundi labe. BC. LB. VOSS. Vel *fides,* quae, etiamsi mundus rueret, dominis suis deesse non deberet. Vel sicut mundus nunc periturus est huius belli ruina, sic et *fides* post bellum non servabitur amplius; *(et m. al.)* pro fide i. fiducia ruinae mundi accedunt, ut in hac aliquid lucrentur. LB.

255. Et etiam ideo intersunt, quia conducuntur. B. *mercede*) Mercedem dixit illam causam, qua ducuntur ad bellum; i. [4]) dum volunt impunita esse, quae fecerant. BC. VOSS.

256. Alia, [5]) quare debes tueri; nam perdes id boni, quod fecisti; et hoc est ubi dicit *quid profuit* etc. Et ne perdas id boni, non debes interesse bello; nam si intereris, hoc munus habebis, *facient te* solum *nocentem.* B. *bella*) i. si tamen placuerint, [6]) pugnabis non propter aliquam causam, [7]) sed solo amore bellorum civilium, [8]) quod peius est. BC. VOSS.

257. *immunem*) sc. te; *immunem* a *moribus* corrupti seculi, i. innocentem [9]) *accipient.* BC.

1) Cf. Adelung. T. III. p. 860; adde Gloss. Priscian. p. 306. ed. Lindem.
2) Cic. pro Mil. 4.
3) B. *error.* Seqq. et in Lc.
4) *i.* abest a Voss.
5) Scil. *causa.*
6) Bc. *placuerit.*
7) Voss. *non aliqua caussa.*
8) *sed — civ.* desunt in Bc.
9) *i. innoc.* in Voss. quoque.

259. *Accipient*) supra dixit *quemque suae rapiunt.* Bc. *nocentem*) ut supra *tibi uni per se bella placent.* Bc.

260. Et ne hoc solum sit, [1]) *o Superi*, prohibete hunc ab *armis.* B. Lc.

261. Alia causa, quare tuearis; non enim aliqua laus tibi attribuetur, cum tanta sit ibi multitudo; et hoc aequipollenter, ubi dicit *nec pila lacertis* etc. B.

262. *nube*) quia nesciretur, quis a tam virtuoso occideretur. Lb.

263. *virtus*) scil. tua, quam semper habuisti. Bc. *eat*) i. pereat. Lc. *ingeret*) i. e. ut omnes tu solus occidas; [2]) vel aliter: *omnis* eventus *belli tibi* deputabitur, ut omnes tu solus vincas. Voss.

264. Et debes tueri pacem; nam si intereris bello, hoc munus habebis, quod fies ibi homicida; nam *quis nollet* a tuo *ense* interfici? B.

266. Et his [3]) omnibus de causis non debes interesse bello; et hoc est quod dicit *melius tranquilla* etc. B.

267. Et debes *otia* agere, ceteris facientibus bellum; nam [4]) es similis coelestibus, et ipsi terrenis, quod [5]) ad rem ait *sicut coelestia semper* etc. Et minora a [6]) superioribus *volvuntur;* et hoc dicit *aer propior terrae succenditur* etc. B.

268. *Inconcussa*) immota. Lc.

270. *Imaque*) ultima, inferiora. Bc. Sensus est: [7]) permitte eos bello civili turbari, qui sunt [8]) in infimis; tu, qui es altus et magnus, in hac tempestate civili esto securus. Bc. Voss.

271. *Olympus* mons est Macedoniae, in quem dicunt fulmina non venire, [9]) quod extra [10]) nubes evectus sit, per quas fulmina deferuntur in terras. Bc. Witt. Voss. Adhuc revertitur ad maiora, *Olympus excedit nubes.* Et per superiora patet, quod *discordia turbat minimas* res *rerum*, et hoc dispositione deorum. B.

272. *Lege*) imperio vel voluntate. Voss.

273. Et patet etiam per superiora, quod *magna tenent pacem*, et hoc dispositione deorum; et sicut in his est, ita tu debes habere. Alia causa, quare tuearis

1) Desunt in Lc.

2) Eadem Bc.; sed *vincas et occid.*

3) *his — interesse;* eadem in Lc.

4) *nam — terrenis;* eadem fere Lc.

5) B. *quid ad r. et.*

6) Addidi *a.*

7) Voss. *Quod ait nubes excedit Olympus, sic reddidit p. b. c. eos;* Voss. I. *sensus est.*

8) Voss. *infiniti sunt;* legendum *infimi.* Burm.

9) Voss. Witt. *pervenire.*

10) Witt. *supra.*

pacem; [1]) nam facies gaudere Caesarem, quod nunquam fit, ut hostis gaudeat de amplificatione exercitus sui hostis; et hoc aequipollenter *aures Caesaris quam laete accipient* etc. B. *quam*) admirative legendum est. BC.

275. *diversa*) contraria. LB.

276. *placet*) superbit; vel *placet ipse Catoni*, i. nimium placere ita dico, *si* etc. LC. *Nimium placet* Caesari *civile bellum* esse, *si placet Catoni.* [2]) BC. Scilicet sibi ipsi Caesar, *si Catoni placet bellum civile*, quippe quod ipse commovit. VOSS.

277. Illi dicenti non posse non interesse, cum multi eum rogent, respondet: non debes interesse, nam si intereris, efficies, quod *solus Caesar erit liber*; et hoc aequipollenter *magna pars senatus* etc. B. *pars*) apostrophe illius, i. tacita obiectio. LC.

278. *duce*) i. duci, scilicet ad eius utilitatem. LB. Per hoc quod dicit *privato* notat Pompeium pugnare propter se, non pro libertate communi. LC. *consul*) Lentulus [3]) et Gellius, [4]) qui tunc consules erant. BC. VOSS.

279. *Sollicitant*) te, scilicet Catonem. VOSS. Cum alii sint sub iugo Pompeii, *adde Catonem* illis. Iam non erit liber; et cum etiam Pompeius non sit sui iuris, quod notat, ubi vocat eum privatum ducem; nam sine iussu senatus nihil agebat: [5]) sic *solus Caesar erit liber*. Et [6]) sic patet, quod, si intereris, neque defendes leges, nec patriam. B.

281. *Solus*) quia ceteri [7]) erunt *sub iugo* [8]) *Pompeii*. BC. VOSS.

282. *Si* autem vis *pro legibus* pugnare, nec te nec me habeas hostem alicuius illorum; sed illius, qui vicerit, habeas me hostem. B. LC.

284. *habes*) Innocentiae est, quod bellis civilibus non vult interesse; virtutis, quod post bella se spondet victoris inimicum. BC. VOSS. Ideo dicit *sic fatur*, et non dicit sic fatus est, ut ostendat, quod, dum faretur, commovit eum. B.

285. Brutus [9]) ita locutus est, ut dehortaretur eum

1) Eadem in Lc.
2) Similia Lc. addito *vel* ab initio.
3) Bc. *Getulus sive G.*
4) Sic MSS. hic et infra vs. 565, sed fuit Marcellus. OUDP. cf. infra ad V, 8.
5) Delevi *et.*
6) Eadem in Lc.
7) Bc. *cetera.*
8) Voss. *iure.*
9) *Brutus — orationis;* eadem in Lc.

a bello. At iste e converso fecit; nam [1]) impulit eum ad civile bellum, quod patet in fine ipsius orationis; et hoc est quod dicit *at Cato reddit illi sacras voces.* Quod potuit facere, nam pectus suum sola arcana considerabat; et ponit verba Catonis: *summum, Brute* etc. B.

287. *Nefas* quidem est, sed quia video diis placere, ideo securus, i. sine cura, i. non considerans esse peccatum, sequor. [2]) In hoc videbatur ei, quod fata traherent, quod tot intererant illi bello, et quod totus mundus illuc debebat confluere. B. *trahunt*) Dicit secundum sententiam Cleanthis, qui dixit: *Fata nolentem trahunt, volentem ducunt.* [3]) VC.

288. Ideo securus, quia, si quid peccatum est in hac re, non est mihi imponendum, sed potius ipsis diis; et hoc dicit *crimen erit Superis* et alios *et me fecisse nocentem.* B.

289. Dixit superius Brutus, quod *solus melius ages otia;* et hoc vult removere, et ita iungitur: et quia *fata trahunt,* ideo *nefas* puto esse, ut solus agam otia, cum totum mundum videam concurrere ad defendendam libertatem. Et praemittit similitudines: ut [4]) si quis videret totum mundum de statu suo moveri, possetne sine metu esse? Alia iterum similitudo, ubi dicit *quis cum ruat arduus* etc. B. *Sidera*) Comparat hic [5]) civile bellum ruinae mundi, ut ille Olympo Catonem. BC. VOSS.

292. Ad quid hoc praemisisset, subiungit, [6]) ubi dicit *gentesne furorem* etc. B. *Compressas*) coniunctas. LC.

294. *Sub alio sidere,* i. sub alio sole; alium vocat vel propter remotionem, vel quantum ad diversos ortus ipsius sōlis. B.

295. Et quia, [7]) si *solus* agerem *otia,* furere viderer, ideo, *o Superi,* removete *hunc furorem,* scilicet ut *Roma cadat me securo.* B. LC. *furorem*) i. bellum aliter non convenit et Catoni. LB. *Hunc* [8]) *furorem* dixit, nolle esse in periculo civitatis. BC. VOSS.

297. Non sine me cadet; nam *dolor iubet* me interesse, et delectat me saltem porrigere manum; et debeo [9]) statim inferre; ergo *non ante revellar* etc. Sed praemittit similitudinem, qualiter *dolor* iubeat

1) Lc. addit *Cato.*
2) B. *sequitur.*
3) Senec. Ep. 107.
4) Eadem in Lc., sed *Alia—cum* ab al. man.
5) Abest a Bc.
6) Similia in Lc.
7) Lc. *ergo*; et *ideo — securo* ab al. man.
8) Voss. *Hoc*, et *nosse* pro *nolle*, quod iam Burm. correxit
9) B. *debet.*

eum interesse, et qualiter iuvet interesse, ubi dicit *ceu morte parentem* etc. B.

298. *producere*) i. procul ducere; i. ostendere magnum dolorem in funere. LC. *longum*) quod populi turba prosequitur; *producere* [1]) proprie dixit, ut Virgilius: [2]) *Nec te tua funera, mater, produxi.* BC. VOSS.

300. Consuetudo erat, ut patres supponerent primas faces, cum comburebantur filii; [3]) et hoc idem notat, ubi dicit *iuvat ignibus atris* etc. B.

302. *Non revellar, antequam, o libertas, amplectar tuum nomen,* scilicet liberum; ac si dicat ante perveniam ad hoc, quod eris libera, quam dimittam. B.

303. *Nomen*) quia solum *nomen* libertatis remansit. BC. VOSS. Et si non potero venire ad libertatem veram, saltem *persequar*, i. perveniam ad *umbram* solam; et hoc notat *inanem.* Nam si umbra hoc habet in se, quod sit vacua, tamen, cum additur inanis, maiorem vacuitatem notat. B. *Persequar* posuit in bono libertatis, ut Virgilius: [4]) *Quae te sola multis ex matribus ausa persequitur.* GUELF. *umbram*) q. d. si non possum servare veram libertatem, saltem servabo umbratilem. LC.

304. Sicut dixi *eat;* potius *eat,* quam *solus agam otia.* B.

305. Adhuc ostendit, quod eo *securo* non cadet *Roma;* [5]) sed potius *immites* dii *ferant Romana piacula plena,* quae non essent *plena,* si ego abessem. Et ideo non *fraudemus bellum* ullo *sanguine;* nam videbatur, quod pro aliquo peccato Romanorum peteretur mors illorum pro piaculo illius peccati. B. *Plena*) nullus [6]) desit civilibus bellis. BC. VOSS. *sanguine*) q. d. nulla piacula subtrahantur a civili bello. LC.

306. Ego dico ne *fraudemus bellum,* et *utinam* hoc potius fieret, ut ego solus pro omnibus perirem; et hoc dicit *o utinam coelique* etc. B. *liberet*) sed non libebit, quia, quod fataliter constitutum est, dii evertere non possunt. LB. Ideo vult hoc fieri, quia fata iusserunt. [7]) BC. VOSS.

308. Et merito hoc opto, nam habeo exemplum bonorum virorum, qui mortui sunt pro patria; et hoc dicit aequipollenter *devotum hostiles* etc. Duo Decii

1) Voss. *propr. d. prod.* sine sqq.
2) Aen. IX, 486; eadem habet Benedict.
3) Eadem in Lc.
4) Aen. IX, 217.
5) Eadem in Lc.
6) Voss. *i. nemo.*
7) Voss. II. *accusarunt fata.*

fuerunt, pater et filius, et alter devovit se in[1]) Samnitico bello. Nam responsum fuit, quod, nisi princeps daret se morti, terra deglutiret exercitum. Alter vero[2]) dedit se in Gallico bello; nam[3]) responsum fuit eodem[4]) modo, quod exercitus ille vinceret, cuius princeps moreretur. Et ideo quasi[5]) solus incitavit bellum, et mortuus est. B. Lc. Duo Decii fuerunt, pater et filius, quorum unus se devovit Gallico bello, alter Samnitico pro republica, cum terra et manes universum exercitum bello vellent perdere.[6]) Lb. Decii duo fuerunt, quorum alter Latino se vovit bello,[7]) alter Saguntino.[8]) Bc. Voss. Decius Mus non patricius, sed plebeius vovit se in bello Latino, cum consul existens vidisset apud radices Vesevi iuxta Neapolim, ubi bellum fuerat commissum, exercitum suum dare terga hostibus; de quo per Titum[9]) quarto ab urb. cond. Vc.

309. Et quia ipsi taliter fecerunt, exemplo illorum possum dicere *me geminae figant* etc. Et ostendit de Caesariana, ubi dicit *me barbara telis* etc. B.

310. *pervius*) per quem omnium possint[10]) tela transire. Bc. Voss.

313. Ubi dicit *Romani mores,* accipit *mores* in contraria parte, ut ita dicam pro malis moribus. B. *pendere*) Pendo, do poenam; dum pendeo, suffero poenam. Pendere vult iustus, sed vult pendere malignus.[11]) Lc.

314. *Ad iuga*) ad servitutem more captivorum. Bc. Voss.

315. Ego dico *hic sanguis redimat populos*, quod merito debet fieri. Nam ceteri nil peccaverunt, cum sint parati servire; et ideo *me solum* petite *ferro;* nam ego solus sto contra.[12]) Et hoc aequipollenter dicit *me* dico *frustra tuentem leges* etc. B.

1) Lc. pro praecedentibus ab al. manu: *Duo fuerunt Decii Romani Consules, qui pro exercitu suo obtulerunt se morti, unus in Samnitico bello, alius in Gallico* etc.

2) *ver. d. se* absunt a Lc.

3) Lc. *cui.*

4) *e. mod.* desunt in Lc.

5) Lc. *soli incitaverunt b. et mortui sunt* sine *quasi.*

6) Sunt verba Servii ad Virg. Aen. VI, 825

7) Voss. *bello se v.*

8) Imo *Samnitico*; quod iam Oudp. monuit ad VI, 785.

9) Liv. VIII, 9. Vb *per* noli corrigere; cf. ad X, 519.

10) Voss. *tel. poss.*

11) Eadem verba in Ioann. de Ianua v. *Pendeo;* sed *non pend. mal.*

12) Similia in Lc.

316. *Leges* vocat [1]) ipsum scriptum; *iura* consuetudinarium ius. B. LC.

317. *Hic dubit*) Hoc [2]) sive ideo dicit, ut occidatur, sive quia, postquam se apud Uticam occidit, vere pax effecta est. BC. VOSS.

319. *Non opus*) et [3]) reliqui ad inga faciles [4]) sunt, et servire parati. BC. VOSS. Dixit [5]) se velle interesse bello, sed nondum in qua parte; et dicit nunc illud, et dat causam, quare in illa parte; ut ita dicat: dixi me velle interesse, *quin* [6]) i. insuper hoc dico, *sequimur* potius *Pompeium;* nam ibi sunt *publica signa*. B.

320. *nec non* i. etiam. LB. Ita potest legi, quod una negatio superfluit, et sensus est: *non est compertum* hunc imponere *sibi ius totius mundi*, si vincat, sicut Caesar faciet; vel *nec non* erit una pars, et est tmesis. Sensus: *est compertum* et *hunc* et Caesarem *sibi* etc. LC. Ordo est: *nec non bene compertum est, hunc quoque promittere sibi ius totius mundi, si fortuna favebit*, i. scio quidem [7]) et *bene compertum* habeo, *hunc quoque*, i. [8]) Pompeium, quem sequor, [9]) *totius sibi ius promittere mundi*, [10]) si vicerit; sed *ideo me milite vincat, ne sibi* [11]) *vicisse putet*, sed pro [12]) republica et per me. BC. VOSS.

322. Nec *vincat* sine *me milite;* et hoc ideo *ne putet sibi vicisse, si* forte *fortuna favebit* ei. Et hoc ideo dico, nam *compertum est*, [13]) non solum Caesarem, sed etiam *hunc promittere sibi ius mundi non bene;* q. d. etiam iste volet male dominari, et ideo *vincat me milite, ne putet sibi vicisse*. B. LC. Vacca vero, expositor Lucani, construit ita: *nec non bene compertum est;* sed non videtur valere, cum solum *bene* hoc habeat in se. B.

324. Et habuit effectum oratio sua; et hoc aequipollenter *sic fatur et acres irarum* etc. B.

326. Et dum haec fiebant, venit ad eum Marcia, quae prius fuit uxor sua. Ideo Lucanus introducit istud, ut ostendat Catonem talem virum fuisse, quod

1) Lc. *notat.*
2) Abest a Voss.
3) Voss. *quippe quia.*
4) Voss. *sunt f. et se s. patiuntur.*
5) *Dixit — dicit nunc;* eadem in Lc.
6) Eadem in Lc., sed *etiam* pro *ins. — dico.*
7) Voss. pro superioribus *Scio.*
8) *hunc — i.* desunt in Voss.
9) Voss. addit *si fortuna faveat et vicerit.*
10) Voss. *mund. prom.* omissis *si vic.*
11) Voss. addit *se.*
12) Voss. *sed scilicet mihi et per me reipublicae,* quae in Bc. quoque ad v. *sibi* leguntur.
13) Lc. *habuit.*

idoneus fuit ad hoc, quod potuit commovere istum virum ad civile bellum, cuius animus adeo prius fuit abalienatus inde; et hoc est ubi dicit *quondam iuncta toris melioris mariti.* Cum Hortensius iustissimus homo fuisset, teste Tullio, [1]) valde per hunc commendat Catonem; et removendo luxuriam et avaritiam, et etiam omnia vitia, ubi dicit, quod *nata* [2]) *voluptas non surrepsit* [3]) *in* illos *actus Catonis*, reddit eum ad hoc aptum, ut iste credat verbis illius. Quod ideo introducat, est maximum argumentum illud, quod eo praesente omnia egit cum illa. B.

328. *Marcia*) uxor Catonis erat; [4]) postquam de hac [5]) tres filios accepit, [6]) tanquam coniugio satisfecisset, liberis acceptis, Hortensio eam coniunxit, [7]) et ipsi filios [8]) procreavit. Quibus omnibus mortuis et ipso Hortensio, redit, [9]) ut accipiatur a Catone. BC. LB. VOSS. Ordo est: *quas — irrupit moerens sancta Marcia relicto Hortensii busto.* BC.

329. Dum fuit *virgo*, fuit Catonis; deinde Hortensii. Et quod eo vivente habuit eam alius, hoc expeteret, ut ad eum non reverteretur; sed tamen reversa est, non illo vivente, sed postquam illum recondidit; et per hoc ostendit, quod non pro vitio aliquo dimisit eam. Et hoc dicit *sed sic moesta profatur, postquam condidit* etc. B.

330. *pretium*) partus, qui est *pretium connubii.* LC.

331. *Tertia*) i. postquam tres filios Catoni genuit. BC. *fecunda*) fetui apta. LC.

332. *Impletura*) alias domus filiis. BC.

333. *urna*) in urna. VC.

334. *cineres*) i. e. secundi mariti, [10]) et susceptorum ex [11]) eo liberorum. BC. VOSS. *concita*) commota dolore. LB.

335. *contusaque*) i. habens contusum pectus. BC.

336. *Congesta cineres sepulcri*, ac si dicat pulverulenta; nam aliter non placeret viro, et per hoc maxime laudat eam. B. *ingesta*) Hypallage; et habens cineres sepulcri ingestos sibi. GUELF. ut ipsa missa esset

1) Brut. 1.
2) vs. 391.
3) B. *surrexit.*
4) Lb. Voss *fuit.*
5) Lb. *de qua postq.*; Voss. *de hac postq.*
6) Voss. addit *Cato*; Lb. *habuit fil.*
7) Voss. *iunxit*; Lb. *satisf. coni. tradidit eam alteri viro i. Hortensio, de quo etiam.*
8) Voss. et Lb. *liberos*; Voss. I. *filios.*
9) Voss. *rediit, ut reciperetur*; Lb. *marito ad Catonem, ut recip.*
10) Eadem Lb.
11) Voss. *ab.*

in cineres. BC. quae ingesserat; portavit enim cineres Hortensii secum, ut tunc moris erat. VC.

337. *moesta*) sive ipsa *moesta*, sive haec *moesta* in genere neutro numeri pluralis. VOSS.

338. Nota quod dicit *dum sanguis inerat;* est enim divisio [1]) alia semiquinaria, i. duo pedes et syllaba; alia semitertia, i. pes unus et syllaba; alia semiseptenaria, i. tres pedes et syllaba. In [2]) quaque istarum divisionum [3]) licuit antiquis breves [4]) syllabas ponere. LC.

339. *Iussa*) scilicet tua. VOSS.

340. Quomodo accipiat *lassis visceribus*, subiungit *partuque exhausta* etc. B.

341. Et quandoquidem non pro explenda libidine ad te venio, *da* ergo *foedera* etc. B.

342. *Illibata*) i. casta. LC. *inane*) i. e. sine concubitu. BC. VOSS.

343. Ideo dico [5]) *liceat* inscribere, ut id, quod dubium posset videri de me, scilicet quod pro aliquo vitio, quod in me invenisses, dedisses me Hortensio, excludatur; et hoc dicit aequipollenter *ne dubium longo* etc. B.

344. Sensus [6]) est: si me non receperis, semper *dubium* apud omnes erit, utrum a te repudiata Hortensio nupserim, an a te tradita. BC. VOSS.

346. Et hinc patet, quod *illibata* quaero *foedera; non* enim *accipis me comitem* laetarum rerum, nec etiam in *secundis rebus;* sed potius ut alleviem [7]) curas dando consilium. B.

349. Et, dum *in curas venio*, debes me ducere, cum etiam pro voluptate explenda ducatur Cornelia; et hoc est quod dicit *et sit civili propior* etc. B.

350. *Et quamquam*, q. d. quamvis senex esset, et tempus belli instaret, *tamen foedera sola* etc. B. *tempora*) quia tempus belli, tristitiae, luctus, discordiae moerorisque erat, non nubendi. BC.

352. *Foedera*) quibus matrimonium redderetur. BC. VOSS. Hinc varius nuptiarum apparatus describitur. VOSS. *sola*) sacra, [8]) vel *sola* sine congregatione amorum. LC.

1) Ita corrupt. *dcc̄.* correxi; Schol. Prisc. p. 283. Ed. Lindem. *caesuras, divisiones.*

2) Addidi *in.*

3) Lc. *dc̄on̄u̇.*

4) Addidi *breves.*

5) B. addit *ut.*

6) Voss. *sens. hic est.*

7) Cf. Adelung. T. I. p. 173.

8) Lc. *sacer.*

353. *deos*) quia homines non aderant. BC. *admittere*) advocare. LC.

354. Et quod careant *pompa*, ostendit, ubi dicit *festa serta non pendent*. Et haec talis pompa nunc fit in via, unde transit sponsus et sponsa. B. Per *serta* signatur flos virginitatis, si virgo nupta sit; si non, flos castitatis per cortinam; [1]) per *faces* amor legitimus; per *gradus* amor gradatim veniens; per *ebur* soliditas; per pictas *vestes* varietates amorum et virtutes. LC.

355. Postes domorum, [2]) in quibus nuptiae peragebantur, laneis vittis cooperti perungebantur; hinc *uxores* dictae, quasi *unxores*. GUELF. *Infula*) est chorda, [3]) a qua antiae [4]) pendere solent. VOSS. cortina. LC.

356. Ideo dicit *legitimas faces* abesse, non quin legitime conveniant; sed non sunt ibi illae *faces*, quae solebant esse in nuptiis. B. *Legitimae*) i. matrimonio propriae, ut ait Varro: [5]) *Venienti novae nuptae funal* [6]) *praeluceat*. Apud antiquos enim nubentes faces praeibant, quia nuptiae maxime in nocte celebrabantur; unde Virgilius: [7]) *Mopse, novas incide faces, tibi ducitur uxor*. VOSS. *gradibusque*) Apud antiquos enim coram toris adscensus ponebantur. Quod autem *eburnis* dicit, ad potentiam Catonis retulit. VOSS.

357. Et non *stat torus acclinis eburnis*, pro eburneis, *gradibus*. Acclinem vocat, quantum ad gradus illos, quibus ascenditur ad ipsum lectum. *Et* ipse *torus* non *discriminat* etc., ac si dicat non sunt ibi vestes contextae auro. B.

358. *Turrita*) Hoc in nuptiis solemnibus erat. BC.

359. Et *matrona* non *vitat contingere limina, premens frontem* etc., quod solebat fieri in nuptiis. B. *limina*) quia eo tempore nubentes in primo ingressu domus mariti non tangebant *limina* pedibus. BC. Apud antiquos vetitum erat, ne nuptura limen domus tangeret, scilicet ne a sacrilegio inchoaret, si depositura virginitatem rem castissimo numini i. e. Vestae conse-

1) i. velum; cf Adelung. T. I. p. 745; adde Isidor. Orig. XIX, 26 fin. et Ison. ad Prudent. Apoth. 507.

2) Fere eadem Papias v. *Uxores* ex Isidor. Orig. X, 8, vel Serv. ad Virg. Aen. IV, 458; cf. Donat. ad Terent. Hec. I, 2, 60.

3) Voss. *corda*.

4) i. cincinni anteriores, cf. Adelung T. I. p. 271; adde Phocam p. 1708, 30. Putsch. et Papiam v. *anciae* et *antis* (leg. *antiis*).

5) Videtur locus esse ex Actiis; cf. Serv. ad Virg. Ecl. VIII, 29; addendus est fragmentis.

6) An *funale*?

7) Ecl. VIII, 29.

cratam tangeret. [1]) Ideo poeta de ista loquens dixit *non vitabat contingere limina planta.* VOSS.

360. *Timidum pudorem* dixit ideo, quia puellae solent supraponere fronti quendam orbem, factum vinculo crinium et vittis, quem rubeo tegmine cooperiunt: quae omnia Marcia contemsit. GUELF.

361. Et *lutea flammea* non *velarunt* etc. *Flammea* vocat peplum. B. *Lutea*) rubra. VC. i. rubeo colore tincta. LB. crocea. *Flammea;* genus vestis, [2]) quod *flammeum* dicitur. BC. VOSS.

363. *Monile decens* est a moneo, nes; [3]) et debet monere nuptam se tantum exponi uni. LC. *haerentia*) quia ad carnem induuntur. BC.

364. Et *angusta suppara* non *cogunt* etc. *Suppara* vocat manicas mulierum. [4]) B. *Supparum* [5]) est genus vestimenti, quod vulgo camisia [6]) dicitur, i. e. interula. [7]) *Lacertos* dicit compositos, quasi ipsa nuditate decorem afferentes, sicuti videmus in stinctis [8]) manicis mulierum. BC.

367. *Obsita*) Mortuo Bruto maiore, omnes mulieres eum luxerunt. Itum est in consilium de veste mutanda, et placuit, ut latitudo clavi purpurei, qui est in muliebribus tunicis, in angustiis [9]) suta intrinsecus stringeretur. VOSS.

368. *Sales* vocat iaculatores, et dicuntur a saltando. B. i. mimi. LB. i. verba amaritudine et reprehensione plena. LC. *Solitos sales* dixit iocos de nuptiis, qui Fescennini dicuntur, inventi primum [10]) ex oppido Sabinorum Fescennino; ideo addidit *nec more Sabino.* BC. VOSS.

369. Sabini hunc morem invenerunt, [11]) ut, cum aliquis desponsaret aliquam, quasi ludo colaphizare-

1) Item Varronis fragmentum; cf. Serv. l. l. Similia exstant in Lb.

2) Voss. addit *est.*

3) Ita quoque Ioann. de Ian. v. *monile.*

4) Papias addit *usque ad humeros.*

5) Afranii locum ex Nonio [p. 540. Ed. Merc.] citant hic scholia Voss. II.; sed in iis pro *supparo si* est *nisi supparo.* OUDP.

6) Idem habet Papias et Schol. infra V, 429; cf. de v. Intpp. ad Fest. v. *Supparus* p. 549. Dac. et Adelung. T. I. p. 71.

7) Bc. *interila.* Idem scholion laudat, nescio unde, Lindenbrog. Glossar. p. 1368. v. *Camisia*; fortasse ex Papia v. *Interula*, ubi fere eadem leguntur.

8) i. acu pictis; cf. Gesner. Thesaur. v. *stingo.*

9) Voss. I. *angustos*; de re vide infra VII, 39.

10) Voss. *primo;* similia habet Papias.

11) Eadem in Lc.

tur; quod Romani tunc maxime servabant. B. *convicia*) i. colaphos. LB.

370. Nec filii fuerunt, nec alii *propinqui;* sed solo *Bruto,* bonum auspicium praebente, fuerunt *contenti.* B.

371. *auspice*) tenente locum auspicis. VC. Solebant enim interesse auspices [1]) i. divinatores, ut qualitatem connubiorum, concordiae praedicarent. LC. Qui nuptiis interest, [2]) divinationem quaerens, *auspex* dicitur, ut Cicero: [3]) *Nubit genero nullis auspicibus.* VOSS.

372. Postquam ostendit ex parte Marciae non esse ibi pompas, ostendit idem ex parte Catonis; [4]) et ostendit, ubi dicit *ille nec horrificam* etc. B. *Ille*) quia dixit de Marciae habitu, loquitur modo de Catonis. VOSS.

373. *Caesariem*) a caedendo. LC.

375. Et quod ita fuit squalidus non pro hypocrisi, sed ut ostenderet dolorem, quem habuit de ruina status reipublicae, [5]) hoc aequipollenter: *passus erat canos descendere,* postquam *primum* etc. B. *descendere*) concrescere. LC. Tullius [6]) dicit quod mundus iste regitur opinione; nam Armeniis asperrima et dedecorosa poena est auferre barbam. VC.

377. Carebat *studiis* et *odiis,* i. privatis amicitiis et privatis *odiis;* et eodem modo accipit Sallustius [7]) in oratione Caii Caesaris. B. *quippe*) pro certe. BC. *vacat*) placet. LC. *studiis*) amoribus. BC. LC.

378. *foedera*) i. concubitus. VOSS.

379. Nunc non iuncti voluptuose; et hoc a maiori ostendit. Nam, etiam cum tempus postulabat, scilicet in iuventute, restitit voluptati; et hoc dicit *iusto quoque* etc. B.

381. *Secta*) regula. VC. [8]) *finem*) i. rerum exitus et terminos cogitare. BC.

382. In omnibus servavit mensuram, et consideravit ad quem finem res illa deberet devenire, et illum *modum,* qui strictissimus est, servavit. Et hoc notat, ubi dicit *naturamque sequi.* B. *Naturam*) i. e. ut mortem, quia natus fuerat, non timeret. VOSS.

383. Et ideo impendebat *vitam patriae,* quia non credebat se natum esse propter se solum, sed propter

1) Eadem fere Schol. Iuvenal. X, 356.

2) Bc. *Auspex dr. q. n. int.*

3) pro Cluent. 5.

4) Eadem Lc.

5) Delevi *et* in B.

6) An Fin. III, 5?

7) Cat. 51.

8) Disserit h. l. Lb. de quatuor virtutibus, quas dicunt cardinales, multis verbis, maximam partem haustis ex Macrob. in Somn. Scip. I, 8. p 50. sq.

communem utilitatem. [1]) B. Ut Cicero: [2]) *Si tibi soli natus esses, viveres tibi.* BC. VOSS.

384. Et incipit ostendere *modum*, quem habuit in rebus, [3]) ubi dicit *huic epulae* etc. B.

386. Et illa veste utebatur, qua utebantur Romani milites in expeditione, quae erat grossissima. B.

388. Quod pater erat, ad utilitatem urbis erat, scilicet [4]) suo exemplo post custodirent rempublicam; et, quod maius est, ea etiam intentione coniunctus est uxori; et hoc est quod dicit *urbique maritus*. B. *Progenies*) ut Venere usus fuerit sola cupidine liberorum. [5]) VOSS. *urbi*) in utilitatem urbis. Urbi praestitit hoc, quod suscepit liberos, et quod duxit uxorem. VOSS.

389. Hucusque de his, quae in se agebat; nunc, qualiter in alios se habebat, [6]) subiungit. *Iustitiae* fuit *cultor*, et illius *honesti*, quod summum est, fuit *servator*; et, ut breviter colligam, *voluptas*, quae innata est cuique, nec etiam *repsit in* aliquem *actum Catonis*, et, ut plus dicam, nec in *partem* alicuius actus eius. B.

391. *Subrepsit*) latenter venit. LC. *voluptas*) naturalis. VC. nullam attigit voluptatem. BC. q. d. quamvis voluptas naturae insit hominum, tamen Cato nec actu, nec voluntate [7]) aliud fecit propter suam voluptatem. Vel *sibi nata* voluptati nata; voluptas enim una generat aliam. LC.

392. Nunc continuat materiam suam. Dum talis copulatio fiebat, Pompeius iam *tenuit moenia* etc. B.

393. Capys fuit Troianus, et venit cum Aenea in Italiam, [8]) qui aedificavit Capuam; [9]) et inde vocantur *Campana moenia*. B. *Campana*) Capuam. Capys Silvius [10]) rex Albanorum fuit, ducens originem a Troianis, qui in hac urbe regnavit, a quo et Campana vocantur. LB. Capys condidit Capuam, qui, ut aliqui dicunt, venit cum Aenea a Troia; aliqui dicunt et forte melius, quod Capys Silvius ex successoribus Ascanii illam fundavit. VC. Capys Capuam aedificavit ex progenie Dardani natus. [11]) Capuam enim scimus dictam a Troiano Capy. VOSS.

1) Similia Lc.

2) pro Marcell. 8, ubi tamen nonnulla aliter leguntur. In Bc. desunt *viv. tibi.*

3) Eadem Lc.

4) An *filii?*

5) Bc. *tantum cup. lib. coniugio usus est.*

6) Eadem in Lc.

7) Lc. *voluptate.*

8) B. *Italia.*

9) Fere eadem in Lc.

10) Lb. *filius*; cf. Isidor. Orig. XV, 1, ubi priora leguntur, ut in Guelf.

11) Fere eadem Guelf. De seqq. vide Serv. ad Virg. Aen. X, 145.

395. *extendere*) sc. placuit; spargendo *extendere*. Legitur et *extendere vires*. GUELF.

396. Et inde mittit obviam [1]) Caesari illuc, *qua Apenninus erigit Italiam* etc. Et est notandum, quod nondum transiverat Apenninum montem; sed erat in confinio Ravennae. [2]) Et cum iam invasisset Ariminum, possumus scire, quod ex hac parte erat montis. Qui mons ita videtur porrigi; dividitur a monte Iovis iuxta montem sancti Michaelis ad Clusam, et unum brachium porrigitur iuxta mare mediterraneum usque Pisam. [3]) Aliud brachium porrigitur inter Longobardiam et Tusciam usque ad Adriaticum mare, quod venit ex Venetia; et iuxta illud mare porrigitur usque ad montem sancti Michaelis apud montem Garganum. Et per mediam Tusciam porrigitur unum brachium ab Ancona, quae est super Adriaticum mare, usque Pisam, quae est iuxta mediterraneum mare. Quod etiam brachium esset ei magno impedimento, et hoc notat, ubi dicit *mons inter geminas* etc. B.

397. *qua*) Italia. VC.

398. *Olympo*) Ad montem, vel ad coelum. LC.

400. Superum mare vocat Adriaticum, quod ex Oriente venit, qua est pars altior. Inferius mare vocat mediterraneum, quod ex Occidente venit; et ponit *inferni* pro inferi. Adria est civitas iuxta Venetiam, unde vocatur Adriaticum. B. *Inferni superique*) Tyrrheni et Adriatici. BC. VOSS. LC. *colles*) particulares monticulos. VC.

401. Et ita dividit, quod ab uno mari usque ad alterum porrigitur; et hoc est quod dicit *hinc Pisae coercent colles* etc. Istud ideo dicit, ut ostendat tantum ambitum esse ipsius montis, quod non poterat circumire Caesar. B. *vado*) portu vadoso; vadum [4]) vocat portum, quia ibi sunt aquae minores. LC. *Pisae*) sunt. VC.

402. *obnoxia*) quia, cum Ancon sit portus, victum et divitias recipit per Dalmaticum mare; vel *obnoxia*, i. subdita, quia mare altius quam terra videtur. LB. *Ancon* civitas Dalmatiae. Bene autem *obnoxia*, scilicet vicina, et quia alluitur a Dalmatico mari. VOSS.

403. Ostendit quidem longitudinem ipsius montis, sed nondum difficultatem; et ideo describit flumina ex utraque parte. *Hic* mons *concipit amnes*, et *spargit* illa *flumina in* utrumque mare. B.

1) B. *obvēn.*
2) Eadem in Lc.
3) B. *Pisa.*
4) Lc. *vadus.*

405. Et enumerat imprimis illa *flumina*, quae sunt ex hac parte; quod ipse notat, ubi dicit *in laevum cecidere latus* et *velox Metaurus* etc. Et quia coepit enumerare Cisalpina, non videretur competens, ut praeteriret eum, etsi ipse iam transivisset. B. *Metaurus*) qui vocatur el Metro, ultra Fanum, [1]) ubi fuit conflictus Asdrubal. VC.

406. *Crustumium*) qui labitur iuxta Ariminum. VC. *Sapis*) labitur per Cesenam. VC. *Isauro*) qui praeterfluit Pisaurum, [2]) et vulgariter vocatur la Foglia. VC.

407. *Sena*) qui labitur per Senogalliam, et vocatur la Nevola. [3]) Lucanus non bene describit haec flumina, nam postponit ordinem et praetermittit multos, ut patet bene noscenti. VC. *Aufidus*) qui labitur iuxta Canusium in Apulia, ubi est Canna vilis vicus, celeber conflictu Pauli Aemilii ab Hannibale. VC.

408. *Quoque*) i. non habet terra [4]) maiorem fluvium. BC. LB. per quem, q. d. plus percurrit de terra, quam aliquis fluvius Italiae. VC. *tellus*) Italiae vel Galliae Cisalpinae. VC.

409. *Eridanus*) Vult nullum fluvium intelligi in terris excedere magnitudinem Padi. Hinc Virgilius [5]) eum *fluviorum regem* appellat. Hic autem maxime veris tempore inundatur, liquentibus nivibus, silvasque secum trahit; qui tandem [6]) cum accessione XXX fluminum circa Ravennam in Adriaticum mare defluit. Hinc dictum *Hesperiam exhaurit aquis*. BC. GUELF.

410. Et sicut poetae solent delectare [7]) quandoque, addit [8]) laudes ipsius Eridani. Tangit illam fabulam, quod, dum Phaethon regeret currus patris, fuerunt omnia flumina exhausta a calore illo praeter Padum; et hoc est quod dicit: fama est, *hunc primum umbrasse* etc. B. *exhaurit*) evacuat; et per istum modum vitat longam descriptionem omnium fluviorum Lombardiae. VC.

411. Tangit hoc, quod sorores Phaethontis sunt mutatae ibi in alnos. B. *Populea*) quia sorores Phaethontis in populos conversae sunt. Hoc enim genus arborum iuxta flumina solet nasci. BC.

412. Et fama est, *hunc habuisse undas, pares Phoe-*

1) Scil. *Fortunae.*
2) Vc. *Pensaurum.*
3) Imo *Nigola*; secundum alios vero *Misa*, cf. Cellar. II, 9. p. 741. et Mannert. Tom. IX. P. 1. p. 459.
4) Lb. *terr. n. hab.*
5) Ge. I, 482.
6) Bc. *tamen.*
7) B. *delectari.*
8) B. *ad.*

beis ignibus (nam [1]) is solus restitit ei) tunc *habuisse, cum Phaethon pronum diem ducens,* et ideo *succendit aera loris flagrantibus,* et etiam terram et fontes; et hoc est quod dicit *tellure perusta.* Per *pronum diem* notat nimium descensum solis. B.

414. *tellure*) Lombardiae. VC.

415. *pares*) potentes resistere. LC.

416. Adhuc laudes Eridani. *Hic* Padus [2]) *non* est minoris dignitatis, quam Nilus, nisi in hoc quod Nilus bis [3]) in anno rigat totam Aegyptum. B. LC.

417. *Nilus*) Inde enim Nilus creditur maior, quod per Aegypti plana diffusus, stagnum maius [4]) est, quam flumen. BC. VOSS. *stagnaret*) ad modum stagni iret. LC.

418. Et *non* est *minor* Danubio, *nisi* in hoc *quod* Danubius *per* plures terras *meat,* antequam ad mare veniat. [5]) Nam in hoc conveniunt, quod quisque illorum recipit in se multas aquas, quae possent ducere nomen suum usque ad mare. B.

419. *Ister*) Dicit Istrum, ut maior videatur [6]) Eridano, aliorum amnium fluenta suscipere; minor ergo esset, si solus exiret. BC. VOSS. *casuros*) si non reciperet. LC.

420. *Accipit*) XL al. XL flumina cadunt in Istrum, XXX in Padum. VC.

421. Nunc enumerat illa, [7]) quae sunt ex illa parte; et nota, quod non tenet ordinem in numerando, prout sunt propinquiora, sed ut competentius vidit ad ipsa metra. [8]) *Unda facit Tiberim petens dexteriora* etc. B.

422. *facit*) *unda* montis Apennini Tiberim *facit* et *Rutubam cavum.* BC. *Rutubam*) flumen apud Monoecum [9]) cadens secundum aliquos. VC.

423. Etsi omnis fluvius hoc habeat, quod generat auram in nocte, tamen, quia [10]) iste maxime, ideo dicit *nocturnaeque* etc. B. LC.

424. *Sarnus*) est qui dividit Terram Laboris [11]) a principatu Salerni, et cadit iuxta Pompeios; et est ibi prope hodie Schifato, [12]) citra castrum maris de

1) *nam — ei;* eadem in Lc.
2) Desunt in Lc.
3) *b. i. anno* absunt a Lc.
4) Voss. *magis.*
5) Fere eadem in Lc.
6) Bc. addit *ab.*
7) B. *illas.*
8) Excidisse videntur *et hoc est quod dicit.*
9) Vc. *Monacum;* cf. Cellar. Orb. Ant. II, 9. p. 654.
10) *quia* et seqq. *ideo* etc. absunt a Lc.
11) i. e. Terra di Lavoro.
12) Cort. *Sti. Ifato;* utrumque mihi ignotum.

Stabia. VC. Marica fuit quaedam nympha, et per regionem illam, ubi colebatur, currit *Liris* fluvius. [1]) *Umbrosae* dicit ideo, quia in quadam silva colebatur. Quidam vero dicunt Maricam esse civitatem, sed prima sententia est melior. B. *Marica* est dea litoris Minturnensium iuxta Lirim fluvium; est autem topica i. localis dea, ad alias regiones non transiens. [2]) LB. Nomen civitatis [3]) vel nymphae, cuius nemus hoc fluvio alluitur. BC.

425. *Vestinis*) Vestum civitas in Lucania; hodie vestigia videntur prope Agropolum [4]) et caput Accii. VC. *Salerni* nomen est civitatis. Ostendit, quid sit Salernum, cum ait *tecta*. VOSS. II.

426. Et *Macra, qui* propter nimiam parvitatem *nullas* naves *moratus* est; [5]) et quia, cum est tempestas, [6]) multum crescit et ferocissimus est, ideo de eo mentionem fecit. B. LC. *Macra*) Nomen est fluminis parvi. Ordo est *Macraque, qui in vicinae Lunae procurrit aequora, nullas alnos vado moratus.* Naves enim non potest sustinere, et ideo Macra dictus est. VOSS. *moratus*) i. nullas naves sustinet. BC. quod non est navigabilis propter celeritatem. VC.

427. *Luna* est supra mediterraneum mare, ex hac parte Pisae. B. LC.

429. *devexas*) i. deorsum pendentes. LD.

430. *domitus*) aptus. LB. *Sabello*) i. Sabinorum, ut Virgilius: [7]) *Sabellicus sus.* VOSS. pro Sabino. BC.

433. *Scyllaeis*) i. Siciliensibus; in Sicilia enim Scylla et Charybdis. BC. Siciliensibus, ubi Scylla habitat; nam in una parte est Scylla, Charybdis in altera. VOSS.

434. Lacinius fuit latro in Sicilia, quem interfecit Hercules; et instituit ibi templum, et sacrificavit ibi Iunoni novercae suae, ut eam placaret [8]) sibi. Et usque illuc [9]) porrigitur Apenninus, iam factus *longior Italia.* Ideo dicit [10]) *nunc*, nam prius non erat, *donec pontus incumbens solveret* etc. B. LC. *Lacinia*) in templa [11])

1) Eadem in Lc.

2) Fere eadem verba ap. Serv. ad Virg. Aen. VII, 47; adde Schol. ad Horat. Od. III, 17, 8.

3) Papias: *civitas vel fluvius.*

4) An *Agropolim?* Quum *Agropoli* oppidum sit ad sinum Paestanum, expositor *Vestum* commutasse videtur cum *Paesto;* de *Accio* nihil constat.

5) Lc. sine *est*; B. *moratur etc.*

6) B. *temperies.*

7) Ge. III, 255.

8) B. *pacaret.*

9) B. *illic.*

10) Lc. *dicit* reliquis omissis; B. *dico.*

11) Lb. *i. Iunon.*

Iunonis. Iunonis Laciniae templum secundum quosdam a rege conditore dictum, secundum alios [1]) a latrone Lacino, [2]) quem Hercules occidit, et loco expiato Iunoni [3]) templum constituit. Virgilius: [4]) *Attollit se diva Lacinia contra.* BC. LB. Iunonis, quae ita nominatur; i. e. Iuno Crotoniensis, ut Virgilius: *Attollit se diva Lacinia* etc. *et navifragum Scyllaceum.* Lacinius fuit quidam latro, depopulans regionem, qui occisus ibi et sepultus loco nomen dedit. VOSS.

435. Dicitur ibi prius fuisse spatium quoddam inter mediterraneum mare et Veneticum, et postea coniuncta esse. Et hoc inde fictum est, quia non laborare videtur, ut ibi coniungatur. B. *pontus*) montis. VOSS. II.

437. Antequam *aequor repelleret* [5]) *terras*, porrigebatur Italia ultra, at [6]) postea vocata est Sicilia; [7]) et hoc dicit aequipollens *at postquam tellus est elisa* ab utroque mari, *extremi* montes ad hoc *cessere*, ut ille, qui prius vocatus est simpliciter Pelorus, nunc dicatur Siculus Pelorus. B. *tellus*, quae Siciliam iungebat Italiae, ex utroque latere excisa [8]) dissiluit. BC. VOSS. *elisa*) i. expulsa. LD.

438. Et sunt ibi quatuor montes Aetna, Pelorus, Pachynus, Lilybaeus, [9]) et dicuntur esse super Enceladum; Aetna supra caput, Pelorus supra pedes, Pachynus supra dextram, Lilybaeus supra sinistram. B. *cessere*) locum dedere Siciliensi promontorio. VOSS. *Peloro*) Hic [10]) gubernator Hannibalis fuit, qui, dum eum duceret [11]) per Siciliae fretum, credidit se in [12]) tales angustias per insidias devocatum, et occidit Pelorum. [13]) Qui, cum postea [14]) cognovisset iter tale esse, tumulum ei construxit, et loco [15]) nomen dedit. BC. VOSS.

440. Dictum est superius, [16]) Pompeium misisse milites *in occursum hostis*, unde Caesar deberet tristari. Quod non facit, sed potius *gaudet;* non enim vult *habere viam*, nisi caeso hoste; furit enim *in arma*,

1) Bc. *quosdam.*
2) Lb. *Lacinio q. illic.*
3) Lb. *Iunonis*, omisso Virgilii loco.
4) Aen. III, 552, ubi ap. Servium eadem leguntur.
5) Lc. *expelleret.*
6) Lc. *sed.*
7) Eadem in Lc.
8) Voss. II. *caesa*; Cort. *elisa.*
9) Eadem in Lc.
10) Voss. *Pelorus.*
11) Bc. *perduceret.*
12) Voss. *ad.*
13) Voss. *eum* sine *et.*
14) Voss. *post agnov.*
15) Voss. *nom. loco.* Fere eadem Lb. habet; cf. Serv. ad Virg. Aen. III, 411, unde Isidor. Orig. XIV, 7. sua hausit.
16) vs. 395.

et [1]) *gaudet* etiam, *quod terat fines Hesperiae*, sed [2]) *non vacantes hoste*. Vel ut ita construamus *gaudet, quod non terat* taliter *fines*, scilicet *vacantes hoste*, et *gaudet, quod non perdat iter* proprium. B.

442. Suum *iter* erat omnia vi rapere et igne et incendio; [3]) et quid vocet suum *iter*, ostendit, ubi dicit *consertaque bellis* etc. B. *non perdat*) dum ubique pugnatur. VOSS.

444. *patiente*) i. consentiente. LC.

445. *igni*) hoc enim fit, cum resistit inimicus. BC.

447. Et quia talem eum sciverunt, ideo dubitaverunt, in qua parte se haberent, et *tamen firmant* contra eum *urbes*, frustra tamen; [4]) et hoc aequipollenter *tunc urbes Latii* etc. *Dubiae* erant imprimis, utrum interessent bello an [5]) non, postea *ancipites*, in qua parte se haberent. Nam ex una parte erat fides, ex altera timor. B.

448. *Ancipites*) incertae, quem sequerentur, [6]) cui favere deberent. BC. VOSS.

449. *Cessurae*) i. quamquam primo impetu ruentis belli defecerint, [7]) tamen muniunt civitates. BC. VOSS. *aggere*) ripa. VC.

450. *Vallum* vocat sepem ipsam, quae est supra fossatum. *Vallum* vocat *abruptum*, quasi circa ruptum, vel valde ruptum; [8]) et per hoc notat difficultatem ipsius fossati. B. *abrupto*) alte infosso. BC. *circumdant*) circummuniunt. LC.

451. Et *aptant orbes saxorum*, i. saxa rotunda in *turribus* et cetera, unde *eminus petant hostem*. B. *orbes*) [9]) aut lapillos, quos fundis emittunt, aut saxa rotunda, quae per declivia impellunt loca. BC. VOSS.

454. Et *fides pugnat cum terrore*, q. d. ex una parte est *fides*, quam Pompeio promiserant, et ex parte Caesaris est terror. Pugna est ibi, sed tamen sequuntur Pompeium; et hoc ostendit per similia. Talis est haec pugna, *ut cum mare possidet*. B. *fides*) fide populus adhaerere volebat Pompeio, sed terrore Caesaris prohibebatur. BC. VOSS. *Auster*) ventus a meridianis flans partibus. BC.

456. *tellus*) Aeolia scilicet, [10]) ubi venti includun-

1) *et — non vac. host.*; eadem in Lc.
2) *sed non* absunt a Lc.
3) Eadem Lc.
4) Fere eadem Lc.
5) Supraser. *vel* in B.
6) Voss. *sequantur* Bc. reliqua non habet.
7) Voss. pro his *i. qu. ad prima bella cessurae et locum daturae sint.*
8) Eadem Lc.
9) Voss. addit *volubilia saxa.*
10) Voss. *scil. Aeolia*; Bc. *Aeoliam.*

tur, de qua Virgilius: [1]) *Nimborum in patriam, loca feta furentibus Austris, Aeoliam venit.* BC. VOSS. *laxata*) ut exeant venti, terras dicit esse laxatas. BC. VOSS. *tridentis*) i. cuspide; nam tridente dicitur Aeolus uti. Hinc Virgilius: [2]) *Haec ubi dicta, cavum conversa cuspide montem impulit in latus.* BC.

458. Novum ventum vocat Eurum, a quo *quamvis aequora* percutiantur, tamen tenent Austrum; et quod plus est, *quamvis* [3]) *polus cesserit Euro*, tamen *unda vindicat Nothum.* B.

459. Per polum intelligit ipsum aera, qui tum concedit Euro, cum secundum potestatem illius ducitur. Quem ventum superius vocavit Austrum, hic vocat Nothum; vel possumus dicere, ut alter pro altero ponatur. B. *cesserit*) cedere debeat. LB.

460. *Nothum*) Austrum, qui [4]) primus coeperat flare. Sensus est: licet [5]) coeperit Caesar, qui est [6]) violentior, adhuc Pompeio serviunt populi mente. [7]) BC. LB. VOSS. *Firmant moenia*, sed tamen cito versi sunt in alteram partem, et hoc dicit *facilis sed* etc.; et ostendendo ipsos principes vel effugisse, vel quod se dederunt sponte, vel quod sunt traditi a suis, ostendit versos esse. B. *vertere*) i. terror Caesaris facilis erat ad evertendas mentes. BC.

461. *fortuna*) eventus rerum. Scilicet fortuna Pompeii faciebat *dubiam fidem*, dum, qui eum sequuntur, saeva tolerabant. BC.

462. Libo fuit quidam princeps, quem praeposuit Etruscae genti. B. Scribonius Libo, cum videret Anagninos, [8]) quibus praeerat, in favorem Curionis esse paratos, timens, ne Caesari proderetur, fugit. Hoc fecit et Thermus, qui [9]) Spoletium, [10]) civitatem Umbriae, deseruit, quam tenebat. BC. VOSS. Describit illos, qui fugerant adventum Caesaris. BC.

463. *perdidit*) quia iam in Caesaris potestatem venerat. [11]) BC. VOSS. Thermum [12]) praefecit Umbris. B.

465. *conversus*) in fugam. VC. LB. *Sulla* fuit filius

1) Aen. I, 51.
2) Aen. I, 81.
3) *quamvis* etc.; eadem in Lc.
4) *qui — sens. est* absunt a Lb.
5) Lb. addit *post modum*; an *mundum ceper.?*
6) Lb. *erat.*
7) Voss. *metuentes;* Lb. *tamen p. m. s. P.*
8) MSS. *Ignínos* et *Iguinos*, male. Errat autem Scholiastes; nam *Iguvium* Thermi erat praefectura. OUDP. qui habet *Iguvinos;* recte Bc.
9) *qui* abest a Bc.
10) MSS. male *Pelium* et *Spolium.* OUDP. Bc. *Spoletum.*
11) Fere eadem Lb.
12) B. *Thermonem.*

illius Sullae, qui interfecit Marium; qui audito nomine Caesaris effugit statim; *Varus* etiam turpiter, postquam audivit, equites Caesaris iam venisse ad *Auximon* fluvium. B. *Sullae*) Fuit enim filius L. Sullae, [1]) qui civili bello vicit. [2]) Hic vero fugit Caesare appropinquante. BC. VOSS.

466. *Varus*) Actius Varus, cum in Piceno cum [3]) praesidio esset, appropinquante [4]) Caesare, timens Auximon [5]) civitatem dereliquit. BC. VOSS. *Auximon*) civitatem Piceni, licet Benevenutus dicat illam esse iuxta Capuam, et male. VC.

469. Esculum [6]) est civitas, ubi praefecerat Lentulum; et Caesar *devertit acies*, i. a parte Pompeii traxit ad se. B. *instat*) sequebatur illos, qui fugiebant. BC.

470. *Devertit*) separavit ab eo. [7]) BC. LC. dividit. VC. Hos [8]) Caesar secutus est, et fugientes [9]) acies revocavit. Lentulus *solus fugit* [10]) cum signis; post fugam [11]) enim Lentulus Domitio retulit [12]) signa ad Corfinium civitatem. BC. VOSS. *acies*) suas. VC. *tanto*) quod habebat decem cohortes. VC.

471. Et ille Lentulus effugit, et duxit secum Romana *signa* sine cohortibus tamen. B.

472. *Deseris*, quod minime oporteret, cum tamen exercitatos in bello habuisses tecum; et hoc est quod dicit *quamquam firmissima* etc. B.

473. *Scipio*) P. Cornelius Scipio, cum duas [13]) cohortes haberet, quas Senatus metu belli Parthici Caesarem [14]) iusserat dare Pompeio, ad vindicandam mortem Crassi, diffidens adventu Caesaris militibus suis, deseruit [15]) civitatem Luceriam. BC. VOSS. *Luceria* est civitas, cui praefecerat Scipionem. B.

475. Interfecto fere toto exercitu Caesaris in Gallia, mandavit Pompeio, ut de suis expleret ei exercitum; nam prius diviserat exercitum in tres partes, cum Crassus iverat supra Parthos, et Caesar supra Gallos. Et cum

1) Voss. *L. S. filius*, omissis reliquis.
2) Voss. *exstitit victor.*
3) Voss. *in.*
4) Voss. *adventante.*
5) Bc. *Anximon.*
6) B. *Esculus.*
7) Lc. *Lentulo.*
8) Voss. *i. e.*
9) Voss. *fugatas.*
10) Voss. *solo duce Lentulo fugiente.*
11) Bc. *postquam.*
12) Voss. *sola sig. Dom. ret.*
13) *duas* Voss. I. et item alter Gloss. *duas legiones*, rectius. Oudp. qui ipse *V* habet.
14) Bc. *et Caesaris;* Voss. *iussit.*
15) Voss. II. *Nuceriam* (Voss. I. *Lucer.*) *civ. des.*

supplesset ei exercitum, mortuo Crasso mandavit, ut rediret vel saltim remitteret sibi [1]) suos; et hoc notat breviter *qua* manu *Magnus supplevit Gallica damna.* B. *damna*) Sensus hic est. Supra illa *damna*, quae fecerant [2]) Parthi vel Galli, accidit Magno [3]) ut, *dum* [4]) eandem pubem *vocaret* contra Caesarem, coeptis civilibus bellis [5]) dederentur. [6]) BC. VOSS.

476. Et, *dum ipse* Pompeius *vocaret* suos, saltim *ad bella* Parthorum (nam timebat ne invaderent imperium Romanum), *donavit* utilitatem Romanorum civium *socero*, scilicet Caesari, q. d. illos revocare fuit donare eos Caesari. Hoc dicit quantum ad hoc, quod nunc apparet; nam si non revocasset, cum iurati essent Pompeio, dimisissent Caesarem, cum in Italiam venirent; sed quia nunc ceperat eos, non possunt eum dimittere. Vel aliter: et *dum ipse vacaret* a suis bellis, dando operam *ad* Gallica [7]) *bella* facienda, *donavit socero* etc., q. d. quod exercitati fuerunt in illo bello, magis fuit ad utilitatem Caesaris, quam Pompeii, cum ipse nunc utatur eis contra Pompeium. B. *ipse*) Caesar. VC.

478. Ceteri effugerunt, *at*, o *Domiti*, tu non effugisti; et hoc aequipollenter *at te Corfini* etc. B. *Corfinium* est civitas [8]) vicina Sulmone VII miliaribus, iuxta quam positam in alto currit fluvius, cadens in flumen Piscariae [9]) apud civitatem populi in Abrutio; idem quod nunc [10]) est Radicofani, ut quidam dicunt. [11]) VC.

480. *Tiro oppositus*, i. contra Senatum positus ad hoc, ut defenderet [12]) Milonem pollutum; ille [13]) talis *servat tua classica.* Istud ideo [14]) dicit, ut ostendat non esse mirum, si tradiderunt Domitium, sub quo erant, cum in tali nequitia exercitati [15]) essent. B. LC. *Miloni*) hi enim Pompeiani milites Milonis circumsedere iudicium. Bene autem *polluto*, quia occidit Clodium. BC. VOSS.

1) Suprascr. *ei* in B.
2) Bc *fecerunt.*
3) Ita Voss. I; sed Voss. II. *haec addidit Magnus;* seq. *ut* abest a Bc.
4) Voss. addit *ipse.*
5) Voss. *vocat a Caesare bell. civ.*
6) Ita correxi Bc. *delentur*; Voss. *declarentur*, unde Cortius scripserat *dedicarentur.*
7) Idem Vc.
8) Eadem B.
9) An *Pescarae?*
10) Vc *non.*
11) Errant; cf. Mannert. T. IX. P. I. p. 501.
12) B. *defenderent.*
13) Lc. addit *miles.*
14) B. addit *ad hoc.*
15) Lc. *eum consecuti erant.*

481. *Te tenent castra*, et non pigrum, quantum ad te; et hoc dicit: qui *dixit ut procul immensam* etc. B.

485. Et quod non potuit obtinere in ipsa re, laborat, ut precibus obtineat. Rogat enim fontem, unde ille procedebat fluvius, quo debuit transire Caesar, ut totam aquam nunc emittat, quam usque ad longum debet emittere. Et quare illud roget, ostendit, ubi dicit *ut spumeus* etc. B.

486. Et tamen hodie non est navigabilis ille fluvius, quia parvus et currentissimus. VC.

489. *Cohibete ducem, praecipitem* futurum in alios, si hic transiverit. B.

490. *primum*) quia ubique venienti Caesari [1]) cuncta cesserunt. BC. VOSS.

491. Ipse *devolvit agmen*, sed tamen frustra; ideo [2]) frustra, *nam Caesar* statim *conspicit*. B. LC. *Devolvit*) in proelium vocavit. BC.

492. *Nam*) quare *nequicquam* dixerit, ostendit. BC. *soluto*) remoto ponte. VC.

493. Et *ut prior conspicit, prolatus ab calida ira* ait; q. d. paratis quidem me removere, sed minime valetis; nam etiam Ganges, qui tantus est fluvius, non posset me nunc [3]) retinere. B. LC. *Rumpi*) impediri. LC. *prolatus*) turbatus. VC.

496. *Ganges* flumen Indiae, qui octoginta millia passuum latus est, i. leucarum quinquaginta trium passuumque quingentorum. LC.

499. *ruiturum*) i. quem eruere parant. BC.

500. Dixit et obedierunt ei; [4]) et hoc est quod dicit *haec ubi* sunt *dicta, levis totas* etc., q. d. freno laxato iverunt. B. *dicta*) scilicet *dedit*. VOSS. *totas*) i. nihil ab insidente retinetur. BC.

503. *Ingreditur pulsa* etc., per ipsum tamen pontem etc. B. *statione*) obstaculo hostium. BC.

504. *hostis*) ponte sublato *hostis compellitur ad tutas* sibi *arces*, stationibus pulsis a Caesare. Est ergo nominativus hic *hostis*, nam compelli non potest Caesar. VOSS.

505. *pondera*) lapidum. VC. *turres*) i. machinas, quibus murus concidit impulsus. BC.

506. *Vinea* subrepsit adaequata iam medietati murorum; vel possumus etiam dicere, quod esset ibi triplex murus, et iam ad medium venerant. B. *Vinea* est bellicum instrumentum, quod texebatur vitibus vel [5])

1) Voss. *ubicumque enim ven. cuncta.*
2) *id. fr.* desunt in Lc.
3) Lc. *removere* sine *nunc.*
4) Eadem in Lc.
5) *vel vim.* desunt in Lc.

viminibus, et cooperiebatur terra, sub qua stabant proeliantes. [1]) B. Lc. *vinea*) genus machinae contra muros. Bc. Voss.

507. *agmina*) Corfiniensium civium. Vc.

508. Noniam vult vocare eum ducem, sed quia nondum perdiderat ius civium, vocat eum superbum civem. B.

510. *Ante pedes* quidem stat, sed *tamen* illa magna *nobilitas poposcit* etc. B. *Nobilitas*) Ex gente Domitia duae familiae claruerunt, Calvi et Ahenobarbi, ita dicit Suetonius. [2]) Vc. *recta*) extensa, ut interficeretur. Bc.

511. Et quia *Caesar scit* eum nolle petere *veniam*, et, quod maius est, *scit* eum timere, ne venia detur ei; ideo dicit *vive* etc. B. *Scit*) Ipse Caesar dixit de se, quasi de tertia persona. Bc.

513. Ideo vitam concedo, ut ceteri idem de se sperent, et ideo minus acriter pugnent; et ideo etiam ut in te [3]) cognoscant meam mansuetudinem; [4]) et hoc notat, ubi dicit *exemplumque mei*. B. *bona*) i. magna, nam aliter non [5]) procedit; et *spes* semper [6]) in bonam partem ponitur. Persius: [7]) *At bona pars procerum tacita litabit* [8]) *acerra*. Bc. Benedict.

514. *Exemplum*) quod ita sim donaturus vitam aliis victis. [9]) Bc. Voss. *vel*) pro et. [10]) Lb. *retenta*) iterum tenta. Voss. I.

515. Et propter hanc veniam, quam do, dimittendo te vivere, non posco vitam *si viceris*. B. *paciscor*) i. nihil retributionis quaero. Bc.

517. Et quia tantum nefas introduxit, ideo facit exclamationem *heu!* Et merito dico *heu;* nam si inevitabile erat, ut daretur et dehonestaretur Romanum nomen, saltim interfectis omnibus fieret. B. *heu*) Verba poetae irascentis, [11]) quod Domitio sit vita concessa. Bc. Voss.

519. Alicui dicenti, melius esse vivere quam mori, respondet *extremum poenarum civi*, i. maxima poena est civi *ignosci* ei pro bono facto; et hoc dicit aequipollenter *ignosci* id$_{eo}$, *quod sit secutus castra*

1) Lc. *milites.*
2) Ner. I.
3) Lc. *ex te notent.*
4) Eadem Lc.
5) Bened. *non al. genere.*
6) Ignarus Scholiastes; falsum esse, quod *mala spes* non dicatur, patet ex nota ad Sallust. Cat. 20, 13. Cort.
7) II, 5.
8) Bened. *litabat.*
9) Voss. *i. e. quod et al. vict. ita* etc.
10) Idem Eugraph. ad Terent. Eun. III, 1, 7.
11) Voss. *Exclamatio p. quod;* Bc. *quia.*

etc. B. *extremum*) Augmentum [1]) *poenarum* fuit civi, i. Domitio, *ignosci* sibi a Caesare, eo *quod secutus sit castra patriae* etc. Ac si diceret, si meliorem partem secutus non [2]) esset, non tantum doleret. BC. VOSS.

522. Et aperte *poposcit ferrum* et latenter etiam, ne Romana pollueretur dignitas. Voluit non fieri munus Caesaris; et hoc dicit aequipollenter: *et* ait *secum: petes Romam*, et *petes* etiam *recessus pacis*, i. ut liceat tibi discedere data pace? *Degener*, si feceris. B. *secum*) deest *locutus est*, ut Virgilius: [3]) *Hoc secum.* VOSS.

525. *Lucis*) i. huius vitae. BC. *munus*) quod vitam concessit [4]) et pepercit invito. VOSS.

526. Nunc poeta continuat materiam suam. *Interea* i. inter superiora facta, scilicet dum Caesar deverteret acies ad se, Magnus *parabat* etc. B.

527. *admixto*) i. undique collecta virtute. BC. coadunato. LB. *Partes* vocat illos, quos dimiserat in civitatibus et in castris circa montem Apenninum, ut obstarent Caesari. B. LC.

528. *secuturo Phoebo*) i. sequenti die volebat exercitum suum contra Caesarem [5]) destinare. BC. LB.

530. Et in proximo die ante illam diem, qua debuit mittere contra Caesarem, *alloquitur cohortes tacitas*, q. d. quae nihil responsurae erant ei. Haec sunt Pompeii verba *o scelerum ultores* etc. B. *tacitas*) taciturnitatem eis inferebat. Hinc est illud: [6]) *Verba ducis nullo partis clamore sequuntur.* BC.

532. Ideo dicit *vere Romana* signa, quia, etsi Caesar haberet Romana signa, tamen, quia *senatus* non dederat, *privata* potius poterant dici, quam *vere Romana.* B. *Romana*) quasi non essent Romani, qui Caesarem sequebantur. BC.

533. *Non privata*) mandatum est enim bellum contra Caesarem. [7]) Illi enim dicuntur *privata arma* assumere, qui non habent iustam causam pugnandi. BC. Ille deposcit *pugnam* voto, qui libenter pugnat; et captat benevolentiam illorum ducendo adversarium in odium. B.

1) Voss. *poen. aug.*; Bc. *argument.*

2) Voss. *non sec.*

3) Aen. I, 37, ubi vide Serv.

4) Eadem Bc., sed *i. quod tibi v.*

5) Lb. *vol. Pompeius ex. suum dest. c. C.*

6) Infra vs. 596.

7) Eadem Voss. sed *enim a senatu est b.*

534. Et debetis poscere *pugnam*, iam enim nostra et nostri destruuntur. B.

537. Et *Dii* velint nobis *melius*, quod a nobis non est inceptum. B. *melius*) nobis fecerunt. LB. Ordo est: o *Dii*, *melius* est, *quod priores* sustulimus *damna belli*; ac si diceret idcirco iustiorem causam pugnandi habemus, quod ante, quam laesissemus, laesi sumus. BC. *priores*) Innocentior est enim, [1]) qui prius accipit iniuriam. LB. LC. VOSS.

538. Et quandoquidem inceptum est, *iam Roma petat supplicium* et *poenam*, i. poenam supplicii; *iam* dico et *me praeside*. Non omnis poena vocatur supplicium, sed illa tantum, quae fit supplicantibus. B.

539. Ideo dico *supplicium* et *poenam*, quia non *decet*, ut hoc vero nomine dicantur *proelia*; *sed* potius decens est *vocari iram vindicis patriae*; et hoc ostendit assimilando bello Catilinae. B.

540. *iusta*) proelium iustum est, [2]) cum inter se hostes dimicant. BC. VOSS. Ostendit per exemplum quendam colorem rhetoricum, [3]) illa non debere dici *proelia*, sed vindictam patriae. LC.

541. *Catilina — Lentulus — Cethegi*) isti enim in rempublicam coniuraverunt, sed deprehensi a Cicerone consule, indicante ancilla et servo. [4]) BC.

543. *Exerti Cethegi*, i. expediti [5]) ad omne nefas. B. *exerti*) nudati; alii [6]) parati ad malum. BC. LD. i. expediti; omnes Cethegi fuerunt audaces, unde Horatius: [7]) *Fingere cinctutis non exaudita Cethegis*. VC.

544. *Camillis*) abusive dixit *Camillos*. Pluralis pro singulari; nam unus solummodo fuit. BC.

546. Et ne videretur ex invidia dicere hoc in Caesarem, subiungit et dicit, se potius misereri insaniae illius, et esse cum *Camillis* et *Metellis* defensoribus patriae, quam cum Cinnis et Mariis destructoribus patriae. Nam favente Cinna consule intravit Marius Romam, cum reversus est de Africa. Ideo dicit *Cinnas* et *Marios*, ut ostendat eos habuisse fautores multos. B. *Cinnas*) Cinna et Marius tyranni fuerunt; Marii etenim duo seditiosi fuerunt, propter hos et Cinnas plurale dictum, cum unus fuerit. BC.

547. *Lepidus* et *Carbo* fuerunt Romani, qui, cum proiecti essent de civitate propter discordiam, iverunt

1) Lc. *hic*; Voss. *enim est*; uterque *prior*; Lc. *innocentiam*.
2) Voss. *iust. proel. dicitur*.
3) Lc. *rectoricum*, quod correxi.
4) Bc. *ancillae servo*.
5) Idem Noric.
6) Priora absunt a Ld.
7) A. P. 50, sed Vc. *cicutis — Cethegi*.

in Siciliam. Qui cum agerent contra Romanum imperium, missus est Catulus et confecit eos. B. *secures*) securibus [1]) enim caedebantur rei, sed primo flagellabantur. BC.

548. Carbonem enim [2]) Pompeius occidit [3]) in Melita insula, ideo [4]) dictum *Sicanio sepulchro.* [5]) BC. LB. VOSS.

549. *Sertorius* fuit gladiator, qui assumtis quibusdam aliis gladiatoribus ivit in Hispaniam; illuc missus est idem Catulus et confecit eos. B. [6])

550. *fides*) i. si est, qui mihi credat. BC.

551. *Profecto sternere, quamquam invideo*, i. nolente, quamquam etc. Quod invidemus, nollemus esse, et ideo ponitur invidere pro nolle. B. *Invideo*) doleo. LC. Ideo *invideo,* [7]) quod te ego sum [8]) peremturus. BC. LB. VOSS.

552. Ego dico *nostras manus,* sed *utinam* potius deberes venire ad manus Crassi. Hoc dicit propter consanguinitatem, quae inter eos erat. B.

554. *Spartacus* fuit gladiator, qui, assumtis secum quingentis gladiatoribus, ivit in Apuliam, et coepit impugnare Romanos. B. *Spartacus* gladiator fuit; hic [9]) septuaginta quatuor sociis similis conditionis e ludo fugiens dux factus per quatuor annos adversum [10]) Romanos bellans plura vastavit. BC. LB. *Spartacus* enim fugitivorum dux a Crasso victus est. VOSS. Sensus est: [11]) *utinam Crassus victor remeasset,* ut ab eo ita oppressus [12]) fores, sicut Spartacus fuit, ne meae manus polluerentur in te. [13]) BC. VOSS.

555. Et ne, concedendo hoc Crasso, videretur diffidere viribus suis, subiungit *si Superi iusserunt te quoque* etc. B.

1) Bc. *securus.*
2) Lb. *piratam.*
3) Voss. *occ. P ;* Bc. *Mileta;* Lb. *mileto in Sicilia.*
4) Bc. *inde;* Voss. *d. est;* Lb. *dicit.*
5) Bc. *Sicanium sepulchrum.*
6) De his hominibus et seqq. totas historias per longas ambages describunt hic Scholiastae MSS. Voss. I. II. et Witt.; sed quas hic, utpote notissimas, rectius omittendas duxi, praesertim cum non ab eodem esse auctore styli verborumque varietas arguat. OUDP. In iis, quos vidi, nihil eiusmodi, sed in Cod. Emmeran. F. VIII, Spengelio V. C. teste, adscriptus est locus Eutropii VI, 1. inde a vv. *Sertorius, qui part. — Q. Met. Pium,* ubi *interfecti* pro *interemti, Herculeio* et al. man. *Hirc. D. occ. est;* tum *octavo decimo a. per suos.*
7) Absunt a Voss.
8) Bc. *semper;* Voss. *sim.*
9) Lb. *qui.*
10) Lb. *a. proelians R. afflixit.*
11) Voss. *Hoc ergo dicit.*
12) Voss. *compressus.*
13) Voss. *in te poll.*

557. Dixit superius [1]) Caesar *veniat dux solutus longa pace;* et ad hoc respondet removendo illud. Et iungitur ita: *Fervidus sanguis* est nobis, et ideo non sumus *fugaces*, quod tu *disces;* et hoc dicit *disces non esse* etc. B. Cognoscent [2]) milites Caesaris non ideo proelia nos fugisse, [3]) quia longam elegimus [4]) pacem. BC. LB. VOSS. *fugaces*) Superius [5]) *togatae partes.* LD.

559. Bene positum *pacem potuere* [6]) *pati,* tamquam necessitate, deficientibus hostibus, in pace fuerit semper paratus ad proelium. BC. VOSS. *solutum*) i. desuetum. LB.

561. *Dux*) q. d. vos habebitis me ducem, illi autem non habent ducem, sed militem; vel aliter: vos habetis ducem senem in vestris castris, in quibus est fortis miles. LC. *Senior sit in his castris,* q. d. discerni debet dux a populo, sicut ego aetate discernor; ille neque etiam aetate discernitur. BC.

562. Bene *liber,* utpote quia haberet potestatem eligendi eum ad imperium. BC.

563. Et quod sit hic accipiendus *senior* pro maiore, et *miles* pro minore, ostendit; *ascendi,* [7]) in quantum aliquis civis potest ascendere, salva libertate populi. B. *regna*) i. rempublicam. Nam tamdiu quis regnat, donec communis omnium subiectio vult; ideoque supra regem regnum dicitur esse. BC.

564. Et qui petit ascendere ultra me, regnare vult, et non servare Romanum honorem. B. *privata*) quia nec his sola regna relinquit. BC. parva. LB.

565. Ostendit, quod debent deposcere *pugnam votis,* ostendendo Caesarem iam devastare Romanum imperium, et adhuc ostendendo [8]) per hoc, quod non deerit votis auxilium; et hoc notat, ubi dicit *hinc,* i. ex nostra parte, est *uterque consul,* scilicet Marcellus [9]) et Lentulus; et *hinc* sunt duces et *senatus.* B. *consul*) Lentulus et Gellius [10]) ex nostra parte staturus est. VOSS. *uterque*) quia CSS. duo tunc temporis semper erant. BC.

566. *statura*) non fugitura. VC. *Caesar*) ad invi-

1) I, 311; eundem locum hic afferunt Lb. Lc. Ld. et Bc.

2) Lb. *Discent.*

3) Lb. *non i. nos p. f. qui;* Voss. *ad bellum n. esse segnes.*

4) Voss. addit *et potuimus pati.*

5) I, 312.

6) *pac. pot.* absunt a Bc. ut seqq. *def. hostibus.*

7) Eadem Lc.

8) B. *ostendo — vobis.*

9) B. *Tigellius.*

10) Leg. *Marcellus;* v. ad vs. 278; *Cetegus* Voss. I. OUDP.

diam posuit unum nomen hominis, et totum senatum aut senatoriam dignitatem. [1]) VOSS.

567. Non erit *victor Caesar*, nam, o *Fortuna, non trahis omnia tam caeco cursu;* [2]) neque ita es sine pudore, ut unquam permittas Romanum imperium destrui a tali. B.

568. *rebellis*) ut adhuc victa non sit. VOSS.

569. Ego dico *Caesarne Senatus victor;* quod minime esset dicendum. Non enim talia fecit, quod deberet aequiparari senatui; nam quid fecit? Parvum quid; et hoc est quod dicit *multisne rebellis* etc. B.

570. Et dat hoc animum, *quod ab undis?* [3]) Tangit hoc, [4]) quod Frixones fugaverunt eum. B. *fugit*) non fugit a Germania, imo facto ponte super Rhenum transivit et stetit XVIII diebus. VC. Mirabili arte hunc victum commemorat, ut post se victorem amplius commendet. Est autem color rhetoricus. BC.

571. Et dat ei animum illud, quod *ostendit terga territa* a *Britannis*, quos voluit quaerere, *vocans Oceanum* etc.? Britanni tunc erant in Anglia, et cum vellet transire illuc iuxta Bononiam, [5]) invaserunt eum, et vix evasit; et ad laudes sui vocabat illud *Oceanum*, cum potius sit stagnum. Incertum vocat illud profundum ideo, quia nunc est ibi mare, nunc terra, quod superius [6]) dixit *alternis vicibus;* vel possumus dicere, quia altum erat, ideo vocabat *Oceanum*. B. *incerti*) Caesar dicebat, quod mare Anglicum non habebat fundum propter fluxum et refluxum maximum. VC. Ideo *incerti*, [7]) quod accedat et recedat. BC. LB. VOSS. Hoc ergo stagnum Caesar *Oceanum* nominabat. VOSS.

572. Nota, quod non potuit ex toto negare facta illius, saltim demit eis factis, quantum potest. B. *quaesitis*) ut fugeret, quos ipse quaerebat. [8]) BC. VOSS.

573. Non debent vos terrere facta illius, nec *minae* [9]) etiam; et hoc dicit *an vanae tumuere minae*, inde *quod fama furoris* etc.? B. Bene dicit *armatam*, ut paratam ad bellum gerendum. VOSS. *urbem* pro civibus posuit. BC. VOSS.

575. Ego dixi *fama furoris expulit*, sed non est

1) Similia habet Lb.
2) B. *vultu*.
3) Videtur abesse *etc.*
4) Suprascr. *illud* in B.
5) B. *Boloniam*.
6) I, 410; similia Lc.
7) Absunt a Lb. et Bc., qui in seqq. *accedant et recedant* habet.
8) Similiter Lb.
9) Eadem in Lc., sed aliter posita.

vocanda expulsio; nam *non fugiunt te*, sed *cuncta sequuntur me* etc. B.

577. Dixit, quod duobus lustris vix potuit devincere Galliam; nunc per contrarium laudat se, dicendo se vicisse piratas uno mense; [1]) et hoc notat, ubi dicit *ante bis exactum* etc. B. *bis*) i. ante duos menses. BC. LB. VOSS.

579. *domum*) Piratae capti a Pompeio quaesiverunt locum habitationis; et ipse auctoritate senatus assignavit locum, ubi nunc est Laude [2]) in Lombardia; et vocatum est Laudum Pompeii. VC. *poposcit*) Concessit enim his Pompeius civitatem, in qua consisterent. BC. VOSS. Concessit eis Pompeius Taurum montem ad inhabitandum. LB.

581. *Idem* ego devici Mithridatem, [3]) quod quia Sylla non potuit facere, fui illo felicior. B.

582. *Sulla* Mithridatem vicit, sed non ita, ut ad mortem illum compulisset, [4]) sicut Pompeius; ideo dicit *felicior Sulla*. BC. VOSS.

584. Nunc ostendit, quod *tota terra tenetur* [5]) suis *tropaeis*, enumerando quatuor partes mundi. B. LC. *tropaeis*) Tropaeum et triumphus in hoc differunt, quod tropaeum celebratur fugato hoste, triumphus vero occiso. [6]) BC.

585. Phasis est fluvius in Septemtrione; et quod ibi sit, notat per hoc quod dicit *Arctos habet*. B. *Phasidos*) Genitivus Graecus; fluvius Colchidis [7]) positus sub Septemtrione. BC. GUELF.

586. Aegyptus est in meridiana plaga, quod dicit *axis medius*. Notat illum axem inferiorem; et sum notus [8]) in *Syene, nunquam flectente umbras*. B.

587. *flectente*) i. e. obliquante, ut fieri solet solis accessu. VOSS. *Syene* est civitas in meridiana plaga; et cum sol est in Cancro, quod est in Iulio, ita est civitas illa posita sub eo signo, quod in quinque diebus illius mensis nullam umbram facit civitas illa. B. *Syene*) In qua una die anni secundum Macrobium, [9]) sole existente in Cancro, res non faciunt umbras. VC.

1) Fere eadem Lc.
2) An *Laudeve?* cf. Cellar. Not. Orb. II, 9. p. 683, qui meliora docet.
3) Fere eadem Lb. et Lc.
4) Voss. *compulerit* omissis *sicut Pomp.*
5) Lc. *teneatur — triumphis.*
6) Similia habet Serv. ad Virg. Aen. X, 775 (XI, 790), unde sua habent Isidor. Orig. XVIII, 2. et Papias.
7) Bc. *Alchis;* simile scholion in Lb.; in Guelf. deest *Graec.*
8) B. *motus.*
9) Somn. Scip. II, 7. p. 161.

Syene regio est Aegyptiaca, [1]) in qua homines sexta hora umbram nullam faciunt, habentes solem supra caput, [2]) non ut nos, quorum umbra iuxta solis cursum [3]) a latere torquetur. BC. VOSS. I. II.

588. Iam notavit duas partes, nunc Occidentem notat, ubi dicit *Occasus mea* etc. B. *fugacem*) propter fluxum et refluxum. LC.

589. Et *Hesperius Baetis*, i. Hispanicus, *qui fert* [4]) *fugacem Tethyn post omnia flumina*, q. d. qui magis porrigitur infra mare; et per mediam currit Baetis fluvius. Vel aliter *Baetis Hesperius*, i. factus Romanus, *post omnia flumina*, et non mirum; nam maxima est in eo difficultas; et hoc est quod dicit *qui ferit* etc. B. *Baetis*) quia ultimus cadit in mare. LC. Est enim hic ultimus fluviorum. BC.

590. *Me domitus* etc. Arabia et Enochia sunt in Oriente. B.

591. *Heniochi*) civitas [5]) in Ponto, in parte Asiae. BC. LB. VOSS. *noti*) i. diffamati. LB. *erepto*) hinc enim Iason auream Phryxei arietis [6]) pellem rapuit. BC. VOSS. Colchos et Cappadocia sunt inter Orientem et Septemtrionem; tamen magis sunt versus Orientem. B.

592. *Cappadoces*) populi in Ponto vel apud Pontum, per quos Halys fluvius fluit. VOSS.

593. *Incerti*) i. incertum Deum colentes. LB. Omnibus scilicet aliis gentibus. Nam omnes gentes creaturam, ipsi vero creatorem colebant. Hinc Iuvenalis: [7]) *Nil praeter nubes et coeli numen adorant.* Aristobulus et Hyrcanus, contra se de imperio dimicantes, occasionem praebuere Romanis, ut Iudaeam invaderent. Itaque Pompeius, Hierosolymam veniens, capta urbe et templo reserato [8]) usque ad sancta sanctorum accedit, Aristobulum vinctum secum abducit, pontificatum Hyrcano confirmat. Deinde Antipatrum, Herodis Ascalonitae filium, procuratorem Palaestinae fecit. BC. VOSS. Et *Iudaea* est subdita mihi, *Iudaea*, dico, *dedita sacris* etc.; et *molles Sophenae* [9]) *timent mea signa*. *Sophene* est insula, ubi pigmenta abundant,

1) Voss. *sane r. Aegyptia.*

2) Voss. pro his *hor. VI. umbras suas sub se habent.*

3) Voss. II. *cursus in lat. rotatur.*

4) Noli corrigere propter seqq.

5) Lb. *populi.*

6) Voss. *pell. aur. Phr. ar. abstulit;* fere eadem Lb.

7) XIV, 97; Bc. *nomen.*

8) Voss. *reseratoque t. — accessit.*

9) B. *Saphones;* post *Sophone.*

et ideo *molles;* et est in meridiana plaga. Et Armenia, et Cilicia, et Tauri sunt in eadem plaga. Tauri sunt montes. B. *Sophene*) civitas, *mollis* dicta propter calorem [1]) solis vel propter temperiem; vel *mollis i.* luxuriosa. LB.

594. *Tauros* dicit habitantes iuxta Taurum, montem Ciliciae. BC. Mons est in Cilicia Taurus; [2]) pro hominibus autem posuit nomen montis. VOSS.

595. Et quia tot devici, quare nil dimisi Caesari nisi *civile bellum.* B.

597. *matura*) iam tempestiva. LB. *promissae*) Domitio. VC.

598. Et quia vidit eos tepide accipere verba sua, idcirco *placuit,* ut retro ferantur *signa* sua, scilicet in aliquem munitissimum locum. B. *metum*) militum. VC.

601. *Placuit* [3]) *referri signa,* et dare locum Caesari tunc fortiori, *ut taurus,* devictus a fortiori tauro, dat locum et vires colligit, et collectis revertitur; *sic viribus impar* [4]) etc. B. LC.

604. *in* pro ad. BC.

605. *Excussi*) probati. LC. *reddita*) cervice subintellige. VC.

609. Et quia Brundusium fuit magis tutus locus, quam aliquis alius, ideo magis concessit eo. [5]) Brunda significat cornua cervi, et inde vocatur Brundusium, eo quod circa linguam illam sunt duo montes, habentes se quasi cornua. B. *Brundisium* oppidum [6]) situm ad oras Adriatici maris, quod [7]) Graeci construxerunt. Brundisium [8]) autem dictum [9]) Graece, quod *brunda* caput cervi dicatur. Sic est enim, ut esse [10]) cornua videantur, et caput et lingua in positione [11]) ipsius civitatis. BC. GUELF. VOSS. WITT. BENEDICT. Exponit quid sit Brundisium: *Brunda caput cervi dat*

1) Eadem Bc. et Voss., sed ille *d. mol. p. regionis calorem;* hic *dicitur p. c. regionis vel luxuriam.*

2) Eadem Lb., qui deinde *ponitur autem pro omnibus montibus Ciliciae vel populis.*

3) Lc. *Et pl. retro ferre.*

4) Lc. addit *conscendit* (ita pro *consendit*) *in arces.*

5) B. *etc.*

6) Voss. *Opp. Br. s. est;* ut Guelf.

7) Bc. *quam.*

8) Adduntur in Voss. I. rec. m. et Witt. seqq. verba, quae etiam leguntur apud Isidorum XV, 1; vide Strabon. VI. [p. 432.] OUDP. Eadem habet Papias, et inde Ioannes de Ian.; cf. infra ad V, 374.

9) Voss. I. Witt. *est dict.;* Guelf. *Gr. dict. est.*

10) Sic Guelf.; reliqui *et.*

11) Bc. *possessionem;* Benedict. *possessione;* Guelf. *possessiones ill. c. fuerunt.*

Brundisium vocitari, cuius ob auspicium fuit haec urbs condita primum. BC. BENEDICT.

610. Et quod tutae sint, [1]) hinc patet; non enim extranei illuc se conferrent magis, quam in alium locum, nisi munitus esset locus; et quod illuc se contulissent et qui, ostendit, ubi dicit *urbs est Dictaeis* etc. Et tangit illam historiam breviter, quod Minos, [2]) interfecto Androgeo Minois filio Athenis, collecto exercitu ivit illuc, et illis devictis hanc legem imposuit, ut singulis annis darent septem corpora virorum Minotauro. Quos [3]) cum iam taederet, constituerunt quod sorte mitterentur; et cecidit sors super Theseum, filium Aegei regis. Cui discedenti praecepit, ut, si forte posset evadere, in redeundo verteret velum. Qui cum evasisset auxilio Ariadnae, promittens ei, quod duceret illam in patriam, timens patrem dimisit eam in Chio [4]) insula; quam Bacchus ad tempus consolatus est. Quae postea venit in Italiam cum illis, qui secum venerant de Creta. Dicte est civitas in Creta, ubi regnavit Minos. B.

612. Ideo dicit *Cecropiae puppes*, quia Theseus fuit Atheniensis, qui duxerat Ariadnen [5]) de Creta. Et quia per superiora non posset intelligi Theseus, ideo addit: cum *velis mentitis* etc. *Mentitis* ideo dicit, quia promiserat patri suo, quod verteret velum, si forte victoriam haberet; quod quia non fecit, proiecit se Aegeus in mare. [6]) B. *mentitis*) Quia iuxta [7]) placitum patris Aegei [8]) obliti sunt vela mutare, et pater se [9]) praecipitavit in fluctus, dum credidit [10]) filium esse superatum, Theseus, filius eius, [11]) inde loci odio [12]) navigavit, venitque ad Italiam condiditque Brundisium; ideoque [13]) *profugos* eos dixit a *Creta*. Hic est Theseus, Aegei filius, qui missus est ad Cretam, ut comederetur a Minotauro, propterea quod occiderunt Athenienses Androgeum, Minois regis Cretae [14]) filium; et ab eo devictis [15]) statutum est, ut singulis quibusque annis VII de filiis suis et [16]) filiabus edendos Minotauro mitterent, qui humanis carnibus vescebatur. Sed cum iam dictus Theseus

1) Scil. *arces*, ex vs. 609.
2) Addidi *Minos*.
3) B. *Quod*.
4) B. *Chios*.
5) B. *Ariadne*.
6) B. *mari*.
7) Voss. *iuxta enim*.
8) Abest a Bc.
9) Voss. *sese*.
10) Voss. *credit*.
11) *filius eius* desunt in Voss.
12) Voss. *e loco eo*.
13) Voss. *Ideo*.
14) Voss. *Cret. reg*.
15) Bc. *devicti*.
16) Bc. *quia*.

missus esset, [1]) potens tam virtute, quam forma, amatus ab Ariadne, filia regis, [2]) consilio Daedali filo iter rexit, et occiso [3]) Minotauro cum Ariadne victor aufugit. [4]) BC. VOSS.

613. Item ostendit locum illum tutum esse describendo eum, ubi dicit *hanc* urbem, entem *tenuem linguam, angustum latus* etc. B.

614. *linguam*) in modum linguae. VOSS. *Linguam* dixit terram angustam, [5]) quae se in mare extendens paullatim deficit. BC. VOSS.

615. *Quae* lingua *claudit Adriacas* etc. Cornua vocat montes illos, qui sunt circa ipsam linguam. B. Adria [6]) est lapis, inde Adriacum dicitur mare propter lapidum abundantiam. LC.

616. Et cum infra mare esset, per supra dicta nondum ostenderat tutum locum esse navibus; ideo addit: cornua erant ibi; sed *tamen* non ideo, quia *aequor* erat *immissum faucibus, portus erat, si non* [7]) *insula* etc. B. *artis*) strictis *faucibus,* [8]) quippe terrae cornua flectuntur et portum faciunt. BC. VOSS.

617. Et nota, cum sit supra Adriaticum mare, quod est ex Oriente, et Cori dicantur venire ex Occidente, non videtur obesse, quin portus ibi esset. Et dicemus, quod lingua sit multum inter mare, et postea replicata versus Occidentem; vel ut dicamus, undecunque veniant, obessent quidem, sed perdunt vim suam in ipsis montibus et in insula. Vel, ut quidam volunt, veniunt ex illa plaga, quae est inter Orientem et Septemtrionem. B. *erat*) esset. LB.

619. Et quia nondum notavit, circa ipsa cornua exterius esse mare, ideo addit *hinc illinc* [9]) *montes* etc. B. LC.

1) Voss. *mitteretur.*
2) Voss. *reg. filia, D. con.*
3) Voss. *necato.*
4) Eadem fere habet Serv. ad Virgilium; sed nota res est, quare plura hic, quia leguntur apud Serv. VI. Aen. 13, non transscribam, nisi quod a Schol. Voss. II. dicitur, Daedalum fecisse offas ex pice et pilis easque Theseo dedisse ad interficiendum monstrum. OUDP. Adde Serv. ad III. Aen. 74.
5) Voss. *ang. terr.*
6) Lc. *Adrastus.* Ioann. de Ianua: *Adria, Adriae, vel Adros graece, petra latine, inde hic* (ita pro *haec*) *Adria, driae mare quoddam, eo quod sit magis petrosum, quam alia maria, unde Adriaticus, ca, cum i. petrosus, et haec Adriastia, stiae,* [leg. *Adrastea*] *i. sors, quia semper alicui videtur dura.* Adelung T. I. p. 92. ex Vocab. lat. Germ. a. 1477: *Adria petra, adula, ein Knodé von dem Flachs.* Commentum videtur Scholiastarum.
7) B. *sine.*
8) Desunt in Voss.
9) *illinc* etc. desunt in Lc.

621. *tremulo*) gracili. LC.

622. Et quia nondum notavit altitudinem montium, ideo addit *hinc late patet* etc. Omne *patet* mare, Tyrrhenum et Veneticum; et hoc est quod dicit *seu vela ferantur*. B.

623. *Corcyra* est insula; Illyria est Venetia. B. *Corcyra*) insula Adriatici maris. [1]) BC. VOSS.

624. *Illyris* regio est [2]) Adriatici maris in Occidente. *Adria* Adriaticum mare. BC. VOSS. *Epidamnos* [3]) est insula in Illyria; et est ita construendum: *seu Illyris Epidamnos petatur; Illyris* dico *laeva; Epidamnos* dico *vergens* se *in Ionias undas*. B. *Epidamnos*) nomen civitatis Illyricae. BC.

625. Idem mare, quod dicitur Adriaticum ab Adria civitate, dicitur Ionicum ab Ione, qui ibi transivit. Tyrrhenia est Tuscia, et inde mediterraneum mare, quod ibi alluit, vocatur Tyrrhenum mare. Et quia tam tutus locus est, ideo *huc fuga* est *nautarum, cum Adria* etc. B.

626. *Ceraunia* sunt montana Epiri, et dicta *Ceraunia* a crebris fulminationibus. [4]) Epirus est insula. B. *Ceraunia*) montes Epiri, quae tamen pro omni altitudine montium vel undarum ponuntur; hic pro undis accipiuntur. LB. montes Epiri. *In nubes abiere* dixit i. nubibus contecti non videntur. [5]) VOSS.

627. *Sason* est mons Calabriae. B. *Sason*) oppidum Calabriae, [6]) ad oram positum eiusdem maris. VOSS. In opposito hic est mons in Calabria, quem Hydrum dicunt, [7]) et est caput Hydrunti; principium Calabriae apud veteres. VC.

628. Quia dixit Pompeium, relicta Hesperia, se contulisse in Brundusium timore Caesaris, hoc expetiit, ut ostenderet illum locum ita munitum, quod posset ibi tutari. B. Et quia dimissa Hesperia in tam munitum locum se contulit, ergo non bene confidit rebus suis. B. LC. *fides*) *nulla* fiducia erat, i. e. postquam nulla spes restabat redeundi Romam [8]) vel in Hispaniam ob difficultatem montium [9]) transeundi, ita adloquitur filium. VOSS.

1) Voss. *in Hadriatico mari.*

2) *est* Voss. non hic, sed infra post v. *Adria* habet.

3) B. *Epidaunos*, ut post.

4) Similia habent Papias et Serv. ad Virg. Aen. III, 506. Ge. I, 332, unde sua hausit Isidor. Orig. XIV, 8.

5) Fere eadem Lb. man. al.

6) Eadem Bc.

7) Cf. Pompon. Mel. II, 4.

8) Eadem Bc., sed *postquam n. f. i. e. ubi n. s. erat r. R.*

9) An *montes?*

629. *Ergo* [1]) *ubi nulla fides* etc.; et revera *nulla fides*, non enim *licet convertere* suos bellantes ad Hispanos pro auxilio, cum montes obstarent; et ideo mittit filium per totum mundum pro auxilio. B.

631. Per hoc quod dicit *e tanta sobole*, non notat multitudinem, sed dignitatem et strenuitatem. Maiorem ideo misit, quia sub eo militavit, cum illas devicit patrias, et ideo notus erat. B.

633. Euphrates et Nilus et Cilicia sunt in remotiori parte meridianae plagae. B. *Euphraten*) flumina posuit [2]) pro hominibus, qui iuxta morantur. BC. VOSS.

635. *Post me ducem*, i. postquam ego fui gubernator Romani imperii. B. *Post me*) prius vulgatus sum ego, et post me Roma. BC. Prior enim ipse scitus est ab his gentibus, quam civitas Romanorum; sive ut sit, per quas est Roma vulgata, postquam ego dux eius fui; ante nesciebatur. VOSS. *colonos*) Pompeius his victis civitatem dedit Pompeiopolin; hos ergo nunc ad exercendam piraticam vult redire. *Colonos* vero dupliciter accipimus, sive sparsos colonos per rura, redde mari; sive sparsos per rura redde colonos mari, ut colant mare. VOSS. quos ego scilicet colonos de piratis feci. BC.

636. Ex alia parte *concute* Parthos *reges*, scilicet *meum Tigranem* etc.; et per hoc notat Orientalem plagam. B. *concute*) commove ad auxilium. BC.

637. Tigranes tradidit ei Mithridatem, regem Ponti, et ideo dicit *meum*, [3]) Pharnax filius eiusdem Mithridatis. B. *Pharnax* filius Mithridatis, qui, ut se [4]) Pompeio probaret favere, caput ei sui patris [5]) misit. BC. VOSS.

638. *Vagantes* dixit propter latitudinem terrae. Duplex est autem Armenia, superior et inferior; ideo dixit *utraque*. BC.

640. Armenia et Rhipaei sunt montes in Orientali plaga. B. *Rhipaeas*) ubi sunt aurei montes. LB. in Rhipaeis montibus habitantes. Rhipaei montes in capite Germaniae sunt, a perpetuo ventorum flatu nominati; nam ῥιπὴ Graece *impetus* dicitur. [6]) BC. *denso*,

1) B. *Et.*
2) Voss. *nominat;* Bc. *pro his.*
3) Fere eadem Bc.
4) Voss. *P. prob. se.*
5) Voss. *patr. sui;* fere eadem Lb.
6) Male a ῥιφὴ deducit Serv. ad Georg. III, 382. et ex eo Schol. Cod. Voss. I. Oudp. Sed in Servio scribendum est ex his ῥιπὴ, quamquam in nostro quoque scholio *Riphei* legitur. Idem scholion habent Papias et Isidor. Orig. XVIII, 8, ubi tamen est ῥιφή.

nove dixit, quia stringitur gelu. VOSS. conge lato. BC.

641. Et non *relinquas* illas *gentes, quas tenet Maeotica palus* etc. Per hoc notat Septemtrionem. B. *Maeotica*) Maeotidem paludem dicit, quae gelu stricta facit [1]) iter plaustris. VOSS.

643. *feres*) nuntiabis. VC.

644. Per hoc quod dicit *triumphi redeant in* mea *castra*, notat quod unusquisque imperator, devicta aliqua gente, in ipsa militia ducebat quotquot volebat. B. *triumphi*) i. gentes, de quibus triumphavi. BC. VOSS.

645. Hucusque filio, nunc ipsis Consulibus; [2]) et mittit in Orientem, sed ad propinquiores partes Orientis. B. *Latios*) in Italia. VC. *fastos*) libros annales; *(et m. al.)* fastus quartae declinationis signat superbiam. [3]) LC. Fasti dicuntur libri, qui annum et acta ipsius [4]) anni continent. Has ergo gentes vult [5]) venire, quae *Latio nomine*, i. e. consulum Romanorum *fastos* suos signant, i. e. quae legibus populi Romani [6]) utuntur. BC. VOSS.

646. Epirus dicta est a Pyrrho, Achillis filio, quae prius Molossia [7]) dicebatur. Est autem in confinio Graeciae sita. BC. VOSS. *Boreas primus agat in Epirum*, pro imprimis, deinde *per* [8]) *arva* Graecorum, et *acquirite* mihi magnas *vires* Macedonum. Et quibus hoc dicat, describit eos per officium, ubi dicit *vos, qui Latio* etc.; nam Consulum est signare annales libros. Vel ut dicamus, ut *primus Boreas* flabit, agite vos *in Epirum* etc. B.

649. Cum omnes puppes sint cavae, et [9]) cum quaedam sint magis cavae, ponit ideo *cavas*, ut per hoc notet magnas naves. B. *cavas*) amplas, capaces; proprium navis epitheton. BC.

650. Quod Caesar expulerat [10]) eum de civitate et fere de Hesperia, hoc deberet ei sufficere; at non sufficit. [11]) Quod per effectum patet, cum assequatur eum, timens ne fortuna mutaretur, scilicet ne liceret illi colligere exercitum. B.

1) Voss. II. *fit;* Lb., in quo fere eadem, *praebet.*
2) Eadem in Lc.
3) Eadem Iso ad Prudent. Apoth. 662; cf. Serv. ad Virg. Aen. III, 326; vide infra ad V, 5.
4) Voss. *istius.*
5) Voss. *vult ven. gent.*
6) Voss. *Rom. pop.*
7) MSS. *Masia, Melosia.* OUDP.
8) Addidi *per arva.*
9) Addidi *et.*
10) Lc. *expulit e. de Roma.*
11) Eadem Lc.

651. *fatis*) Unde Horatius: [1]) *Quamcunque deus tibi fortunaverit horam, grata sume manu* etc. VC.

659. Et *quamvis possederit omnem Italiam, tamen dolet* adhuc *esse communem;* et in quo erat communis, ostendit, scilicet *quod Magnus sedeat* in *extremo litore.* B.

660. *rursus aperto*) ut Pompeius nec Italiam communem habeat, positus in litore; nec [2]) expulsus possit [3]) liber exire per aperta aequora. BC. VOSS.

662. *Dolet* eum ibi esse, et tamen non vult eum fugere; quod in ipso effectu apparet, volendo obstruere [4]) montes; sed *labor cedit in immensum,* i. in mare cadit, ita ut non supra videatur; et ideo est *cassus.* B. *Obstruit*) i. claudit. LB.

663. *Cedit*) inaniter fusus est, pro cecidit. BC. *immensum*) in profundum. LB. VC. pro immensus labor in cassum. BC.

664. Et *immiscet montes arenis,* [5]) q. d. non magis apparent quam ipsae arenae. B. LC.

665. Ita miscet, ut Aegaeum mare misceret Erycem montem, etsi sit altissimus; ita dico, *si* forte *depellatur Eryx* etc. Et per hoc notat, quod iuxta illa montana valde erat altum mare. B.

666. *Celsus* quidem, sed *tamen nullae rupes emineant* ab *aequore, si* forte *depellatur.* B. *Nullae tamen aequore rupes emineant;* sic rupes, quas Caesar in aequor iactavit, non apparebant super aequora. BC.

667. Item per aliam comparationem ostendit altissimum esse ibi mare, ubi dicit *vel si convulso* etc. B. *Gaurus*) Mons Campaniae [6]) supra Puteolos. VC.

668. Avernus est lacus in Calabria iuxta [7]) Cumas, supra quem lacum [8]) est mons *Gaurus.* B. LC. Et per hoc, quod dicit *penitus stagnantis,* notat illum esse magnae altitudinis. Stagnare [9]) est stagnum facere. B.

670. Et quia *immiscet montes arenis,* patet ergo frustra laborare; et hoc ubi videt, *placuit caesis* etc. Et hoc est ubi dicit *ubi nulla vado.* B.

672. Et non mirum si hoc tentavit, cum et Xerxes, rex Persarum, qui minor [10]) eo fuit, maiora fecit; nam coniunxit Europam et Asiam, coniungendo Seston

1) Ep. I, 11. 22.
2) Voss. *et ne.*
3) Voss. *aperto mari posset errare.*
4) B. *obtrudere.*
5) Desunt in Lc.
6) Eadem Lc.
7) *i. Cum.* absunt a Lc.
8) Lc. *quam* sine *lacum.*
9) Eadem Papias.
10) An *maior?*

et Abydon. Et qualiter hoc fecisset, ostendit dicendo illum fecisse pontem inter utrumque; et dicit *super* [1]) *incessit fretum* etc. B. *Xerxen*) regem Persarum, filium Darii, quem Alexander vicit in bello. VC. Xerxes enim, rex Persarum, inter Seston et Abydon viam navibus constructis fecit. VOSS. Xerxes rex Persarum fuit. Hic inter Abydon et Seston, navibus ponte facto, quasi per terram transivit. BC.

674. *admovit*) ut diversas iungeret terras. VOSS.

675. Hellespontus [2]) vocatur ab Helle, [3]) quae ibi cecidit de ariete, fugiens novercam suam. B.

677. Et non mirum si hoc Xerxes, cum etiam maiora fecit; et hoc est quod dicit *cum deferret vela* etc. *Athos* [4]) est altissimus mons, quem divisit, et fecit mare ire per medium. Adaptat similitudinem, ubi dicit *sic ora profundi* etc. B. *deferret*) Eurus. LB. *Athon*) montem, quem cavari fecit, et per medium navigabilem fecit; hodie vocatur brachium S. Georgii. [5]) VC. Athonem montem incidit [6]) et mare admisit; hinc [7]) ergo dicit poeta *cum* [8]) *vela ratesque in medium differret Athon.* Hinc Iuvenalis: [9]) *Creditur velificatus Athos et quidquid Graecia mendax.* BC. BENEDICT. VOSS.

680. Novam tellurem vocat ligna illa, posita supra mare. Tellurem ideo vocat, quia, quod solet fieri in terra, scilicet turres, hoc ibi faciebat. B. *Tellure nova* dixit, quia mare navibus construxerat Caesar. [10]) VOSS.

681. *Ora*) i. ostia. LC.

682. *Bellum* hic accipit bellantes. Idem valet ac si dicat *angit animum ut* aperiat *pelagus*, quod Caesar firmaverat, et hoc modo possit effugere *per aequora;* et ut possit hoc facere, diversa [11]) parat instrumenta, quibus destruat opus Caesaris; et hoc notat, ubi dicit *saepe Noto* etc. B.

683. Lucanus breviter se expedit de ista baruffa, [12]) quomodo evasit Pompeius. VC.

1) B. *desuper* pro *d. sup.*
2) B. *Hellesponticum.*
3) B. *Helles.*
4) B. *Athon.*
5) Imo *Monte Santo;* cf. Mannert. T. VII. p. 452.
6) Voss. *intercidit.*
7) Voss. *Hoc.*
8) Voss. pro his *cum — Athon* habet *plaustris per Abydon ibat ad Seston et ferebat* (MS. *servabat*) *naves in medium Athon.*
9) X, 174.
10) Fere eadem Lc. et Lb.
11) *diversa — Caesar.;* eadem Lc., sed *Pompeius par. d. instr.*
12) Vox incognita, fortasse derivanda a *barra* i. repagulo, ut significet *angustias.*

684. *fastigia*) altitudines et cacumina aggeris. VOSS.

685. Salum vocatur ipsum mare, unde insula dicitur eo, quod in salo posita sit. [1]) B. *salo*) in salum, [2]) in mare. VOSS.

686. Et *ballista* etiam dedit *spatium carinis* hoc modo, *iaculata* scilicet *multifidas faces*. B. *ballista*) fundam dicit; et ipsum id [3]) genus tormenti et is qui mittit ballista dicitur. VOSS. LB. Ballista genus tormenti ab emittendo iacula dicta; *βάλλειν* enim Graece mittere dicitur. Torquetur enim verbere nervorum, et magna vi iacit aut hastas aut saxa, contra quam testudo i. series valet scutorum. [4]) BC.

687. Et cum hoc modo non processit, tandem placuit ei fugere; [5]) et ut hoc placuit, *praecepit sociis* etc.; et hoc est quod dicit *ut tempora tandem* etc. B. *Multifidas*) Alii accipiunt, quod multum fidant ignibus suis, sed melius accipimus multum fissas, ut ait Virgilius: [6]) *Ferroque inspicat acuto*. LD. VOSS. *iaculata* scil. [7]) fastigia molis discussit salo. BC. VOSS.

689. *Neu buccina dividat horas*. Tangit hoc, quod quatuor horae sunt noctis; et in prima hora omnes vigilant, in secunda primi vigiles, et finita illa vigilia tubicinabant, [8]) ut alii surgerent; et sic secundi aliis et alii aliis. Quod ne tunc fieret, interdixit, ne Caesariani evigilarent. B.

691. Et notat tempus anni, quando exivit, et etiam qua hora noctis exivit. Tempus anni notat, ubi dicit solem esse in Chelis, quod est in Octobri; et per hoc ostendit tempus esse aptum navigationi. Per hoc quod dicit, quod Virgo iam apparebat, quando exivit, notat prope diem esse, cum illud signum praecedebat Chelas. Et iungitur ita: placuit ei fuga, et tunc temporis scilicet *iam coeperat ultima* etc. Et dicemus pars Virginis iam apparebat; vel vocat ideo ultimam, quia prius percurrit cetera signa, antequam illuc veniat. B. *ultima*) quoad signa. Vult dicere quod fuit duabus horis ante diem, quia sol erat in primo gradu Librae. VC. Illud enim tempus erat, quando

1) Fere eadem leguntur ap. Fest. p. 192. Dac. et Isidor. Orig. XIV, 6, unde sua hauserunt Papias et Ioann. de Ian.

2) Eadem Bc.

3) Abest a Lb.

4) Eadem leguntur ap. Isidor. Orig. XVIII, 10. et nonnullis omissis ap. Papiam.

5) Eadem in Lc., sed sine *ei;* addita sunt *ut tempora*.

6) Georg. I, 292; *ut* et seqq. desunt in Voss.

7) Voss. pro eo coniunct. cum superioribus *sive est sive*.

8) B. *tubicinabantur;* de verbo vide Adelung. T. VI. p. 672.

circa ortum diei Virgo cum Scorpione oritur, in quo erat Sol. BC. VOSS. Significat autem mensem Octobrem, in quo Sol cum Libra moratur. *Ultima* autem Virgo, quia tunc in ultimo spatio noctis exoritur; *(et m. al.)* vel *ultima* quantum ad cursum Solis, nam ad ipsam postea non venit, priusquam omnia duodecim signa percurrerat. GUELF.

692. Et quia *Virgo* semper praecedit [1]) *Chelas,* et sic non aperte posset notare tempus, ideo addit *laturas Phoebum;* q. d. ita praecedit, ut in Chelis sit Phoebus, et etiam in ipso principio Chelarum; et hoc notat per ortum. B. *ortu*) suo. VC. *Chelas*) i. brachia Scorpionis, quae Libram faciunt. [2]) BC. Et dicuntur Chelae a χηλή, quod est brachium, quia ex brachiis Virginis et [3]) cauda Scorpionis efficitur Libra. LC. *Chelas*) Libram; erat signum Septembris. VC.

693. *ancora*) de superfluo hoc dicit, quia supra [4]) dixit quod tenebantur rates sine fune. VC.

694. Non dicit ideo, quod *ancora non movit voces* et *uncus avellitur* etc., quod navis inde teneretur, cum dictum sit superius, quod *contentae* erant *fune;* sed cum alibi essent, oportuit poni in navi, cum alibi indigerent; quod praecepit fieri sine clamore. B. *Movit*) i. clamorem non excitavit; nam cum voce hortantium extrahi [5]) solet. VOSS. BC.

695. *curvantur*) ut velum appendatur. BC.

697. *pendentes*) in malo; [6]) gestum ostendit appendentis [7]) vela. BC. LD. VOSS.

699. Et non solum alii timent, sed etiam *dux,* quod per effectum patet; nam, o *Fortuna, precatur te* ut, quandoquidem non licuit ei tenere *Italiam, saltim liceat* fugere. B.

700. *saltim*) i. tantum Italiam, ne cetera perdat. BC.

701. Ipse *precatur,* et vix efficit hoc precibus; et hoc ideo, quia *mare sonuit* etc. B.

702. Et *aequora* fluctuant propter sulcos *tot carinarum* permixtos inter se; per hoc notat et multitudinem et magnitudinem navium. B.

704. Ordo est: *ergo hostes recepti portis urbis, quas solverat omnis fides* [8]) *conversa cum fato, et recepti*

1) B. *praecedat.*
2) Eadem Papias; similia Lb.
3) Lc. *ex.*
4) vs. 621.
5) Voss. *se extr.;* Bc., in quo *i.* — *excitavit* desunt, *invicem abstrahi.*
6) Absunt a Bc. et Ld.
7) Ld. Voss. *appendentium.*
8) Glossae Voss. I. iungunt *omnis fides.* Oudp. Bc. *receptis,* bis.

murìs petunt ora portus flexi per cornua praecipiti cursu, et dolent classes contingere pelagus. Bc.

705. Et quia Pompeius exivit, *ergo* sunt *recepti* Caesariani conversa fide; et ubi sunt *recepti, petunt ora portus* etc. Vel aliter, quod melius videtur: et quia *mare* ita *sonuit, ergo* persenserunt; et hoc dicit aequipollenter *petunt praecipiti cursu ora portus flexi per cornua.* Et quomodo potuerunt hoc facere, praemittit: prius *recepti* in *portis urbis, quas* portas *omnis fides* etc. B.

708. Et quia tantum virum expulerat, ideo merito introducit conquestionem, ubi dicit *heu pudor!* [1]) *Magnus* expulsus; quod [2]) deberet ei esse magna victoria, pro nihilo computavit. [3]) B. Lc.

709. *Vix fata sinunt,* quod inde patet, nam duae extremae fuerunt captae; et prius describit locum, ut non videatur mirum, si ibi fuerunt captae, ubi dicit *angustus limes* etc. B.

710. Euboea est hodie Negroponte, possessio Venetorum. Vc. Euboea est insula. [4]) Chalcis est civitas in Euboea. B. Euboea insula est, in qua est Chalcis [5]) civitas, iuxta quam angustissimum est [6]) mare. Bc. Voss.

711. *classi*) ad classem diripiendam Pompeii. Vc.

712. Et illae rates *exceperunt manus* Caesarianorum, *manus* dico *paratas classi,* pro ad capiendas classes. Vel aliter *manus* Caesarianorum *excepere classes, classes* dico *paratas* ad hoc, ut alias classes sequerentur. Per hoc notat, quod ex intentione, quam habebant, ut ceteras sequerentur, evenit eis illud. B. *Excepere*) illae duae rates. Vc. *manus*) Caesaris. Vc. i. hostium *manus,* quae paratae [7]) erant, has duas naves, quae haeserant, ceperunt. [8]) Bc. Voss.

714. *abit*) ab illis claustris, quae fecerat Caesar. Voss. *summis*) melioribus. Lc. i. e. extremis, novissimis. Voss. *spoliata*) duabus novissimis a militibus Caesaris. Bc.

715. Ita est Pompeiana *classis* exspoliata *summis* i. extremis *carinis, ut Argo* est spoliata extrema parte

1) Priora absunt a Lc.

2) Lc. *quae — vict. maxima.*

3) Lc. *reputat.*

4) Lacunam in B. supplevi v. *insula.*

5) Bc. *Colchidis;* eadem leguntur ap. Serv. ad Virg. Ecl. X, 50

6) Abest a Bc.

7) Voss. *cunctis erant navibus praepar.*

8) Voss. l. *pertulerunt;* Oudp. edidit *perculerunt.*

sui, cum Iason iret pro aureo vellere; et hoc est quod dicit *ut Argo subducta* a *montibus, minor* facta *rapta puppe, cum* scilicet [1]) *Pagasaea* puppis *undas Phasidos.* [2]) B. *Pagasaea ratis* a Pagasaeo oppido, iuxta quod fuit fabricata Argo i. e. [3]) prima navis, ut Virgilius: [4]) *Alter erit Tiphys, tunc altera quae vehat Argo.* LD. *Argo* navis significatur, quae in Pagasaea [5]) Thessaliae civitate prima est fabricata. BC. VOSS. *Phasis* nomen est fluvii Colchorum, qua Iason et Hercules Colchos advecti sunt. VOSS.

716. Et ideo spoliata est *puppe,* quia *tellus,* indignata quod videbatur dimitti, misit *Cyaneas cautes in aequora.* B. *Cyaneas*) a Cyane nympha; in quinto Metamorphoseos; [6]) *Est medium Cyanes.* Cyane nympha, rogatu telluris, Symplegades, laeves lapides, in mare mittebat, cum Iason per aequora sulcavit. LC. *Cyaneae* [7]) vocatur locus in mari, [8]) ubi saxa per mare vagari dicuntur, [9]) quae Symplegades [10]) dicimus. Est etiam Cyanea nomen gemmae, quae caeruleo coruscat nitore; invenitur autem in Scythia. [11]) BC.

717. Argus fecit illam navem, et ab illo vocata est *Argo.* Pagasum est oppidum, ubi fuit facta, et inde vocatur Pagasaea. Cyane fuit quaedam Nympha, ut Ovidius [12]) dicit, quae in illo mari colebatur. B. *minor*) i. minorata; vel *minor* alia, [13]) quia navis non habebat puppem. LC.

718. *Symplegas* est proprium nomen illius lapidis, quem terra misit ad destruendam Argo; et sunt de hac re diversae fabulae. Una est, quod Symplegas abstulisset ei puppim, et hoc vult similitudo praecedens; alia est, quod ipse Argus abstulit; nam responsum fuit ei, nisi auferret, ut, cum Symplegas veniret, non haberet locum frangendi, tota destrueretur navis; et hoc videtur notare, ubi dicit *percussit inanem pontum.* Per hoc quod dicit *subducta montibus* notat, [14])

1) Delevi *cum* in B., qui post *Pegasaea,* ut infra.

2) Deesse videtur *etc.*

3) Ld. *idem.*

4) Ecl. IV, 34.

5) Voss. *Pagasaea c. Th. p. f. e.*; Bc *Pegasea.*

6) Ovid. vs. 409.

7) Bc. *Cyanes*; bene Papias.

8) Bc. *mare*; Lb. Pap. *mari.*

9) Eadem Lb.

10) Bc. *Symplegas*; correxi ex Papia, ubi sunt eadem.

11) Papias *gemma Scythiae*; cf. Isidor. Orig. XVI, 9, quae ap. Isonem quoque ad Prudent. Peristeph. VI, 41. leguntur.

12) l. supra l.

13) Lc. *alio.*

14) B. *nota.*

quod inter duos montes positae sunt ei insidiae a Symplegade. B.

719. Prius *vana*, nam postea fuit *statura*, cum *redit*. B. *statura*) i. e. permansura in statu suo. VOSS. Quod superius dixit, eum discessisse in noctem, et inferius dicturus est, diu spectasse ipsam Italiam et prae dolore soporatum esse, cum non licuit ei videre, ut non videatur illud contrarium supradicto, praemittit ostendens quae hora esset, antequam discederet a conspectu Italiae, ubi dicit *iam Phoebum urgere* etc. B.

720. Et iungitur ita, [1]) cum discessisti, *iam ultima Virgo* etc.; et, o Magne, iam tenebas pelagus, cum *non idem color Eoi aetheris iam monebat* etc., [2]) q. d. iam sole incipiente oriri; et hoc notat per illa omnia simul, quae sequuntur. B.

722. *Plias* una est ex Pliadibus. Sunt autem stellae ante genu Tauri, quae ortu suo tempus primae navigationis ostendunt, unde Graece πλειάδες, Latine *Vergiliae* dicuntur a [3]) temporis significatione, quo oriuntur. BC.

723. *languentia*) i. paullatim deficientia. BC. VOSS.

724. *Maioresque*) nedum minores. VC.

725. *Lucifer*) qui auctor est lucis. Emphasis est. BC.

726. Nunc introducit conquestionem, ubi dicit *non ea fata ferens, quae* ferebas tunc, *cum* desuper *sequereris praedones maris* in *toto aequore*, scilicet Mithridatem. B.

727. Nunc dat solamen, ubi dicit *lassata triumphis* etc. B.

728. *Descivit*) i. defecit et recessit, postquam multa vicisti. BC. VOSS.

730. Ego dico *non ferens ea fata*, sed tamen *adhuc vadis* etc. Quod dicit expulsus *cum natis*, hoc dicit quantum ad patriam; nam etsi non esset secum maior filius, tamen expulsus erat de patria. B.

731. *Non ea fata ferens*, nam *quaeritur* ante ruina et indigna. B. *Quaeritur*) a fortuna. VC. ubi Pompeius [4]) possit perire. BC. VOSS.

732. Et ne videretur deos inculpare, subiungit *non quia maluerint* etc., sed ut damnentur *Phariae*, etc.

1) Lc. addit *o Magne*.

2) Lc., qui eadem habet, addit *urgere Phoebum*.

3) Bc. *autumni*, quod correxi ex Isidor. Orig. III, 70, ubi sunt fere eadem; cf. Schol. Arat. Phaenom. 250 et Serv. ad Virg. Aen. VIII, 138. Ge. I, 138.

4) Voss. *per. pos. Pomp.*; Bc. *posset*.

Per hoc notat Aegyptum, ubi interfectus est a militibus Ptolemaei. B.

733. Pharos est mons Aegypti, super quem est turris, quae eodem nomine vocatur. B. *Phariae*) i. Aegyptiacae. VOSS. i. e. Alexandrinae, quia Nilus fluvius iuxta Alexandriam currit. BC. *Arenam* dicit Nili fluminis. VOSS.

734. *Parcitur*) ne tantum scelus in ea committeretur. [1]) LC.

736. Ideo vocat Magnum suum, scilicet Romanum, quia nullus ante eum ita ampliavit Romanum imperium. B.

1) Similiter Lb.

SCHOLIA AD LUCANI LIB. III.

1. Et quod Magnus fuisset suus, scilicet Romanae telluris, hoc per effectum ostendit, [1]) ubi dicit, ceteris intentis in ipso itinere, illum solum non flexisse oculos ab Hesperia, et ea non visa ex illo dolore soporatum fuisse; [2]) et per hoc competenter venit ad illam visionem, in qua maxime dehortatur a civili bello. Et iungitur ita: Magnus iam tenebat pelagus et hoc prosperis ventis; et ut hoc fuit, *omnis in Ionios* etc.; et hoc est quod dicit *ut Auster incumbens velis cedentibus* i. *ut Auster* validus *propulit classem* etc. B. *Propulit*) i. porro expulit; *pro* enim *porro* significat. [3]) BC. VOSS.

2. *Medium* vocatur, quicquid est inter principium et finem. B.

4. *non flexit*) mos est [4]) enim respicere illuc, unde inviti abscedimus. [5]) BC. VOSS.

7. Dum discernit ipsum *cacumen tectum nubibus*, discernit ipsos montes; et ut diuturnitatem inspiciendi notet, subiungit *et cernit montes* etc. B. *dubios*) in dubio erat illi, an montes videret an nubes. LB. *Vanescere* dicit quantum ad oculos. B. Paullatim enim videntur deficere montes, [6]) dum longius in mare progredimur; sicut e contra illi [7]) crescere videntur, ad quos [8]) accedimus. BC. VOSS.

8. Postquam non videt, ex illo dolore *membra ducis* etc. Somnum accipit vel ipsum deum, vel usitato alio modo; soporiferum intelligit hic ferentem visionem. B.

9. *Tum Iulia visa* est *tollere* etc.; non ipsa, sed *imago diri plena horroris*. B. *imago*) Habitum futurae orationis ostendit. BC.

1) Addidi *ostendit*.
2) In B. suprascr. *esse*.
3) Cf. Charis. Inst. II. p. 209, 26. Putsch.
4) Abest a Voss.
5) Voss. II. *invitus abscesseris*.
6) Voss. *mont. def. vid.*
7) Voss. II. *tunc*.
8) Voss. II. *quando*.

11. Et *visa stare accenso sepulcro, inquit: trahor* etc. Non dicit ideo *accenso sepulcro,* ut [1]) comburetur sepulcrum, sed quia ante sepulcrum comburebantur corpora mortuorum. B. *accenso*) aperto. VOSS. II. Unum enim [2]) pendet ex altero; ideo *accenso sepulcro,* quia *furialis;* Furiae enim cum facibus depinguntur. [3]) BC. VOSS.

12. Quid vocet Elysias sedes, ostendit ubi dicit *campoque piorum.* B. *piorum*) de quibus Virgilius [4]) et Dantes. [5]) VC.

13. *Ad Stygias tenebras.* Notat opinionem philosophorum, qui dicebant quod, cum necessario unaquaeque res repetat originem suam, anima, [6]) cum sit pars Iovis, repetit coelum et corpus terram. Et sicuti hic umbra sequitur corpus, quasi ab utroque confecta, ita quiddam erat diversum quodammodo ab anima et corpore, quod ibat in [7]) infernum. Et hoc dictum propter animam Herculis, quae visa est in inferno; et idem dicit Horatius, [8]) ubi consolatur Virgilium de fratre suo. — Et cum *manes* sint recentes animae, aut dicemus quod ponat hic *manes* pro tenebris, scilicet pro illo quasi confecto, aut accipietur secundum sententiam aliorum philosophorum, qui nullo modo dubitant, quin malae animae descenderent ad inferos. B. *Stygias*) contra *Elysias sedes* ponit *Stygias tenebras,* contra *campum piorum manes nocentes.* [9]) VOSS.

14. *Post civile bellum;* hoc ita intelligit, postquam civile bellum fuit inceptum. [10]) — Quod dicit *campo piorum* notat breviter, quod philosophi dixerunt novem esse circulos. In primo erant pueri, in secundo qui innocenter perierant, etiamsi non essent pueri, tamen aliqua [11]) mala fecerant; in tertio qui propter amorem perierunt, ut uxor Protesilai; in quarto qui propter amorem se interfecerunt, ut Dido; in quinto qui advigilant [12]) pecuniae, qua honeste possent uti; in sexto heroes. Et ista omnia partim ad virtutes,

1) *ut* etc. in Lc. quoque, praeposito v. *non.*
2) Abest a Voss.
3) Voss. *describuntur;* Lb., qui fere eadem habet, *pinguntur.*
4) Aen. VI, 637 sqq.
5) Paradis. XXX.
6) B. *cum anima.*
7) Addidi *in.*
8) Od. I, 24.
9) Cf. VI, 798, quem locum a Schol. indicatum esse putat Burmann.
10) Fere eadem Lb. et Lc.
11) In B. suprascr. *vel a* i. *alia.*
12) An *advigilarunt?*

partim ad vitia; et hoc notavit Pythagoras in *Y*, [1]) et usque ad ramos notavit illos VI circulos; in sinistro ramo sunt omnes pessimi, qui nec umbram virtutis habent. In principio dextri est octavus circulus, et ibi sunt tria purgatoria per aquam, per ignem, in ipso aere; et opinati sunt philosophi ideo esse tria, quia tria sunt [2]) animalium aquatile, volatile et quod neutrum horum est; et prout anima agebat, intrabat in dignius vel in indignius corpus. Non tamen est credendum, quod de illis, quae sunt in octavo circulo, intrassent in indignius. Et post haec purgatoria bibebant de Letheo flumine, ut obliviscerentur eorum, quae passae sunt in corpore; nam si recordarentur, nunquam illuc reverterentur. Et si quae sunt perfectae, transeunt ad nonum circulum, et ibi regnant cum deo per mille annos; deinde revertuntur ad corpora. Ceterae vero de octavo revertuntur ad corpora. — Quicunque est in aliquo gaudio si mittitur, videtur ei ut expellatur; et hoc notat, ubi dicit *campo expulsa piorum.* Et per hoc maxime dehortatur a civili bello, quod dicit se dimisisse tantam gloriam, ut posset renuntiare quae sibi pararentur; et ut firmiora habeantur verba sua, subiungit *ipsa vidi Eumenidas* etc. B.

15. *Εὖ* dicitur bonum, et *μενές* [3]) bonum; et per duplicatum bonum intellige e contrario omne malum. B. *quas*) Hypallage; debuit enim dicere, *quibus quaterent vestra arma.* BC.

16. Charon est *portitor* inferni. B. Acheron est [4]) fluvius, et interpretatur sine gaudio; [5]) et inde exit Cocytus, qui interpretatur luctus. Ex Cocyto [6]) exit Phlegethon, qui interpretatur ardens, et ex isto exit Styx, quae novies circumfunditur, [7]) et [8]) interpretatur tristitia. B. Lc. *adusti*) Virgilius: [9]) *Portitor has horrendus aquas et flumina servat, terribili squalore Charon.* V C.

1) Qua de litera, secundum Pythagoram vitam notante, cf. Anthol. Lat. V, 140. ibique Burm.; adde Gloss. ad Terent. Andr. I, 1, 27. ap. Bruns et Serv. ad Virg. Aen. VI, 134. 477, unde sua hausit Papias.

2) Bis v. *sunt* scriptum in B., fortasse pro *sunt genera.*

3) B. *mane;* cf. supra ad I, 572.

4) Abest a Lc.

5) Ita et Serv. ad Virg. Aen. VI, 107. 295, qui similia de seqq. docet; adde Isidor. Orig. XIV, 9. et Macrob. in Somn. I, 10. p. 57.

6) Lc. *Inde.*

7) Lc. *interfund.* ex Virg. Aen. VI, 439.

8) B. *quae.*

9) Aen. VI, 298.

17. *Tartara laxantur* etc. Tartarus est ipse carcer. B. *laxantur*) vacua fiunt. Virgilius: [1]) *Laxatque foros* i. vacuos facit. [2]) Ostendit excludi illos, qui apud inferos erant, ut accipi possint civili in bello morituri. VOSS.

19. Et ut ostendat magnam interfectionem futuram, dicit quod omnes Parcae nihil aliud faciunt, nisi frangere fila; et postquam frangitur filum, finitur vita hominis. Quae sunt tres Clotho, Lachesis, Atropos. B. *lassant*) celeritate faciendi sive rumpendi, [3]) dum finis est fili, quod mortem significat. VOSS.

22. *damnata*) i. destinata. Habuit enim ante maritum Crassum, qui occisus est a Parthis, Cornelia Scipionis Metelli filia. BC. VOSS.

23. Et huius totius mali est causa Cornelia; et illud ostendit, ubi dicit quod, postquam se iunxit illi, omnia mala venerunt ei. Et non mirum, quod [4]) idem fecit omnibus aliis maritis, quia [5]) datum est ei a fato. B. *tepido*) adhuc recenti, sive mariti, [6]) sive meo, quod maioris invidiae est. BC. LB. VOSS. Invidiose dictum *pellex*, quasi non uxor. BC.

25. *non securos*) non enim secure dormit, quem sequitur hostis. BC. VOSS.

26. Non *sit vacuum tempus amori, sed* potius *teneat* te *Caesar* in die, et ego agitando in nocte. B. *Et nullum*) Aliter: *Et nullo nostro vacuum* [7]) *s. t. amori.* BC. *vacuum*) a timore. LC.

27. *teneat*) i. e. licet pater meus vivat adhuc et ego sim mortua, non tamen immemor [8]) sum tui; sed sicut ille te sollicitat die, ita ego nocte tibi sollicitudinem inferam. GUELF. VOSS.

28. Illi dicenti non esse credendum illi visioni, cum iam oblivionem bibisset, respondet: o *coniux, oblivia* etc. B.

30. Tenebo *noctes*, et potero facere; nam *reges silentum*, scilicet Pluto et Proserpina, et alii multi permiserunt [9]) hoc mihi; et ideo *veniam, te bella* etc. B.

32. Et hoc ideo faciam, ut quod vis facere non possis propter me; et hoc dicit *nunquam tibi* liceat etc. B. *licebit*) i. beneficio umbrarum et manium meorum, cum a te Iulia non recedat. [10]) BC. VOSS.

1) Aen. VI, 412.
2) Eadem Bc. et Benedict.
3) Bc. *cel. rump.* omissis reliquis.
4) B. *quia.*
5) B. *quod.*
6) Lb. et Voss. *Crassi.*
7) Eadem Benedict.
8) Voss. *in me sum mortua*, unde Burm. voluit *in te.*
9) B. *promiserunt.*
10) Voss. *me. I. a te n. recedit.*

33. Et quia *non licebit, frustra* abscindere vis *tua pignora*, i. [1]) foedera quae prius habuisti; nam fuit coniunctus ei, et quia filiam [2]) habuit, et quia etiam eodem honore fruebatur; quae *ferro* i. bello volebat dividere. B. *pignora*) affinitatem, quae inter nos erat. BC.

34. Per hoc quod dicit *civile bellum faciet te meum*, notat quod ex civili [3]) bello morietur; et sic tandem iungentur. B. *Te faciet*) Obscure mortem denunciat; [4]) bellum, inquit, [5]) civile faciet, ut meus sis, i. cum te Caesar occiderit, apud inferos mecum eris. [6]) BC. Voss.

36. Et quamvis hoc et multa alia deberent eum dehortari, tamen *maior ruit* [7]) *in arma*, certus tamen *malorum*. — Per hoc quod dicit *Dii minantur cladem*, notat illa signa, quae prius apparuerunt ei, antequam de civitate exiret; per hoc quod dicit *manes*, notat illud, quod dixit de Iulia. B. *minentur*) sacrificiis, quae in primo libro [8]) adversa fuisse monstravit. BC. *Maior*) maiori impetu. LC.

38. Nunc et quod parvi pendebat, ostendit, ubi dicit *et, ait, quid terremur imagine vani visus?* B.

39. Et revera *vani;* nam [9]) *aut mors nihil,* [10]) quod minime est [11]) credendum, aut si mors aliquid est, *nihil sensus* i. affectionis vel in bono vel in malo *est relictum animis*, postquam moritur. Et ideo vana sunt ea, quae apparent in visione. B. LC. *a morte*) Vel sic: aut nullus est sensus animabus post mortem, aut mors nullum habet effectum, et ideo non est timenda. LC.

40. *mors*) quia post illam vivitur. Aut mors hominem penitus mortificat aut non: si penitus mortificat, vana sunt quae mortua Iulia dicit; si non, non timeo mortem, quia iterum vivam. Vel aliter: aut animae morientes nihil sentiunt, ut Sallustius: [12]) *Mors est requies poenarum*, et ego nihil patiar; aut mors est nihil, quia tantum medium quoddam est, ut: *Regit* [13]) *idem spiritus artus orbe alio*. LB. Quod supra posuit, in utroque pro se locutus est. Si non sen-

1) *i. — fruebatur;* eadem in Lc.
2) Lc. *filios.*
3) Similia in Lc.
4) Fere eadem in Lb.
5) Voss. *Agis ne meus sis. Bellum civ.*
6) Voss. *eris mecum.*
7) B. *fuit.*
8) vs. 609.
9) Absunt a Lc.
10) Lc. addit *est.*
11) Lc. *conceditur, aut.*
12) Cat. 51.
13) Supra I, 456.

tiunt umbrae [1]) post mortem, vana sunt quae vidi, et non timenda; si sentiunt, mortem timere non debeo, quia nihil est mors, secundum [2]) Driadas, qui dicunt: *Regit idem spiritus artus orbe alio.* BC. GUELF. VOSS. Somnio viso ac diiudicato secum, *Titan iam pronus ibat* etc. Ideo describit illud tempus, quia nox est maxima nutrix curarum, et sic bene potuit diiudicare secum, an vera sit illa visio an non. B.

42. *Seu* [3]) *plena futura;* per hoc notat fere plenilunium; *seu iam plena fuit,* scilicet quando incipit decrescere. B.

43. *hospita tellus*) hic et haec *hospes* dicitur [4]) communi genere, sed hic usurpavit ut Virgilius: [5]) *Bellum, o terra* [6]) *hospita, portas.* BC. BENEDICT. VOSS.

44. *legere*) collegere; verbum nauticum. VOSS. nauticus sermo. BC.

46. Ostenso quid Pompeius egisset in ipso discessu, ostendit quid Caesar, ut ita dicat: discessus illius deberet sufficere Caesari ad victoriam, et sic deberet bene se habere. Quod minime fecit; et hoc dicit aequipollenter: *Caesar* conqueritur, *quod tuta per aequor* etc.; tum conqueritur *ut emissas venti* etc. B.

48. Ideo queritur, quia *gloria pulsi* etc. B.

50. Alia causa quare conqueritur, ubi dicit *neque enim iam sufficit* etc. B. *sufficit*) i. nulla felicitas iam satis est. BC. VOSS.

51. Hinc patet quod fuit praeceps; nam non fuit *tanti* pretii *vincere, ut differret bellum,* q. d. maluit incertus de victoria incipere, quam certus de victoria usque ad crastinum differre. B.

52. Etiamsi sciret, quod in futuro posset melius vincere, nolebat tamen bellum differre, sed magis cum detrimento pugnare. LB. *differret*) i. [7]) malebat iam dimicare quam vincere; plus autem dixit *ut differret,* ne vel hoc pati posset, quod postea erat pugnaturus, [8]) interim victoriam consecutus. BC. VOSS. i. non tantum victoriam diligebat, ut bellum differret propter victoriam. GUELF.

53. *Expulit*) nihil curabat de armis. BC. Et *intentus paci agebat* se, pro vivebat. B.

1) *umbr. p. m.* desunt in Bc.
2) *secundum* etc.; pro his Voss. *si habet sensum similis est vitae.*
3) B. *Sive.*
4) Non legitur in Voss.
5) Aen. III, 539; cf. infra ad VIII, 748.
6) Bc. et Bened. *contra.*
7) Voss. *hoc est.*
8) Voss. *dimicaturus.*

54. *Quoque*) pro quocunque; subaudi *ut*. LB. *conciret*) conciliaret. LC.

55. *Agebat* etiam, quo modo attraheret sibi populum; ipse dico *gnarus* attrahi *causas* etc., q. d. ideo hoc faciebat, quia scivit quod [1]) per annonam vetitam possent concitari irae, et per praebitam annonam posset attrahi favor. B. Ordo est: *gnarus trahi et causas irarum et summa momenta favoris annona;* per hanc enim [2]) aut irascitur populus, si deest, aut mitis est, si abundat. BC. VOSS.

56. *Momenta* dicuntur quasi movimenta. [3]) Vacca vero vult ita: et *intentus paci agebat, quo modo varios* etc.; et secundum hoc facit vacare *que*. Nunc probat, quod annona negata trahit iras, nam etiam contra ipsos dominos; et hoc est quod dicit *namque sola fames asserit urbes*, i. liberas facit urbes contra dominos, scilicet quod non curant eos, ubi deest annona, et secundum hoc est *asserit* legale verbum. Legale dicitur, quo utuntur in legibus, quodammodo contra propriam significationem; et hoc secundum Vaccam. Vel aliter: *sola fames asserit urbes*, i. reddit urbes inimicis, ac si dicat cum non deest munitio loci, nec arma, nec milites, tamen constringuntur fame. Istud solum cogit eos reddere urbes, et est argumentum ab effecto. B. *Asserit* i. aperit; quod enim a seritur id probatur vel aperitur. LB. i. firmat. LD. *asserere* est liberum probare; *asserit* ergo, liberas probat, [4]) ut Terentius: [5]) *Liberali illam assero causa manu.* VOSS.

57. *emiturque*) timentur enim potentes a plebeiis, ne victum subtrahant; sic supra: [6]) *Quid iam rura querar totum suppressa per orbem, ac iussam servire famem.* LD. a potentibus; i. pretium dant ut timeantur. BC.

58. Nunc aliam partem probat. Annona praebita attrahit favorem; nam *emitur metus*, quia *potentes* etc.; et est locus ab effecto. Nunc per contrarium, quia aliter metuit, nam *ieiuna nescit timere*. B.

59. Et quia talem habuit providentiam, ideo misit Curionem in [7]) Siciliam, quamvis mare sit ibi periculosum; et hoc notat, ubi dicit *qua mare* aut deglutit [8]) terram, aut, si hoc non est, scindit eam per

1) Similia habet Lc.
2) Bc. *hanc autem ita.*
3) Idem Lb.
4) Eadem in Bc.
5) Adelph. II, 1, 40.
6) I, 318.
7) *in — periculosum;* eadem Lc.
8) Vox nova.

medium; et sic coniuncta sunt illa maria, quae prius erant disiuncta. B.

61. *scidit*) incertum [1]) est, utrum oppresserit terras, an ruperit. BC. GUELF. VOSS. Sicilia enim olim Italiae coniuncta fuit. GUELF. *terras*) quae ante mediae fuerant, has sibi litora mare fecit. [2]) BC. VOSS.

62. Et sic dividendo vis pelagi fecit sibi vias; et unde haec opinio crevit, quod videtur scidisse, subiungit, ubi dicit *semperque laborant* etc. Inde dictum est quod obruat tellurem, quia ibi est quaedam vorago, quae et recipit et remittit terram; et quicunque inde transit, cum recipit in se aquam, non potest evadere. B.

64. Curio est missus in Siciliam, alii vero bellantes sunt missi in Sardiniam; et hoc est quod dicit *bellaque Sardois* etc. B. Valerius legatus mittitur in Sardiniam cum una legione. LB.

66. Ideo in has partes magis misit, quam in alias, quia istae insulae maxime abundant; quod hinc [3]) patet: *nec plus Hesperiam* etc.; ubi dicit *longinquis messibus*, parcit Hesperiae. B. *longinquis*) extra Italiam natis. BC. VOSS. [4]) *ullae*) quia ipsae sunt Italiae propinquiores, [5]) Sicilia scil. et Sardinia. VOSS.

67. Et quia non solum Roma vocatur Hesperia, ideo addit *nec Romana magis* etc. B.

68. Et bene [6]) possunt complere [7]) *Romana horrea*, quia etiam [8]) Libyam, quae adeo fertilis est, et [9]) cum maxime est fertilis, *superat* fere; et hoc est quod dicit *Libye vix superat* has insulas in *ubere glebae*, tunc etiam *cum tulit magnum annum effusis imbribus*. Et quomodo hoc fiat, subiungit *Borea cogente* etc., quod fit *cessantibus Austris*. Austri veniunt ab illa plaga, et cum exercent vim suam, expellunt inde pluviam. Quibus *cessantibus* impellit Boreas illic pluviam. B. *Ubere*) i. ubertate. LC. Ordo est: *vix Libye superat ubere glebae, cum cessantibus Austris tulit magnum annum effusis imbribus, Borea cogente nubes sub axem,* [10]) i. has duas insulas in [11]) frugum copia vix Africa

1) Voss. *Hoc enim inc.*; Guelf. *utr. fervore ruperit mare, an Sicilia supervenerit.*
2) Voss. *fec. mare.*
3) B. *hic.*
4) Schol. Lc. vide T. II. p. 511.
5) Eadem Bc., sed *propinquae.*
6) *bene — fere*; eadem in Lc.
7) Lc. *implere.*
8) Lc. *quam.*
9) *et — fertilis* absunt a Lc.
10) Priora absunt a Voss.
11) Voss. addit *ubertate et f. c. v. Libye i. Afr.*

vincit, cum apud ipsos [1]) pluerit et magnae [2]) messes provenerint. [3]) BC. GUELF. VOSS.

69. *Medium* vocat illum *axem* ideo, quia in meridiana plaga est, quae media est inter Orientem et Occidentem. B. *Borea*) Boreas, cum apud Italiam serenus sit, apud Africam pluvias facit. E contrario Auster Italis pluviosus, sed in Africa siccus et calidus est. Ergo ex Borea fertilis est. BC. VOSS.

70. *magnum*) i. fertilem. LB. LD.

72. *Habentia vultum pacis* et non ipsam rem; et ideo dico *proh!* et merito ideo; nam *quam seriem rerum potuit promittere,* [4]) si rediret devictis tantummodo ceteris praeter Pompeium. Et debemus hic intelligere, quod, etsi prius denegassent ei triumphum, [5]) tandem concesserunt, si obediens vellet esse. B.

74. *Arctoque*) in hac enim parte coeli Gallia atque Germania sitae sunt. BC. VOSS.

75. *Seriem rerum* dispositionem dicit captivorum; nam triumphantem captivi sequebantur. GUELF.

76. Has *facies belli potuit* ducere, *ut daret vincula Rheno* et *Oceano.* Consuetudo erat, ut victor ante currum suum duceret captivos, et hoc esset victoriae signum. B. Triumphantibus enim mos erat, [6]) ut picta flumina et provincias, quas vicissent, ante currum praeferrent in tabulis. [7]) Possumus et [8]) fluvios victos pro hominibus accipere, [9]) qui iuxta eos [10]) habitant. GUELF. LB. VOSS. *Rheno*) i. populis iuxta Rhenum et Oceanum habitantibus. Victi enim triumphantium currus sequebantur. BC.

79. Nunc repetit illam vocem, significantem dolorem, ubi dicit *o qualem triumphum* etc. B. *O* stupet, o [11]) dubitat, vocat, indignatur, adoptat, [12]) clamat, conqueritur. LC. *plura*) quia et victoria belli civilis accessit. VOSS. i. propter victoriam civilis belli. BC.

80. Consuetudo erat, ut omnes civitates, quae erant sociae Romanorum, reciperent illos, quos sciebant recipiendos esse a Romanis, et hoc notat, ubi dicit *non illum laetis* etc. B.

1) Voss. *illos;* Guelf. *ipsam.*
2) Voss. *magni;* cf. Non. Marcell. p. 213.
3) Bc. *perven.* Similia leguntur in Lb.
4) An *praemittere?*
5) B. addit *quod.*
6) Lb. *Mos er. tr.* sine *enim.*
7) Voss. Lb. *tabula.*
8) Guelf. addit *hos.*
9) Lb. Voss. *acc. p. h.*
10) *qui — hab.* desunt in Lb., *iuxta eos* in Voss.
11) Addidi *o* ex Ioann. de Ianua, qui seqq. quoque rectius habet, et in fine addidit *velut exemplis reperitur.*
12) Lc. *pertat c. queritur.*

82. Et quamvis deberet tristari de tanto honore denegato, [1]) *tamen gaudet* potius *esse timori* etc. B. Lc.

83. *amari*) i. magis voluit, [2]) ut vi vinceret [3]) quam favore. Bc. Voss.

84. *Petit tecta patriae;* et *iam superaverat* haec loca, *Anxuris* etc. Anxur est oppidum. B. *superaverat*) i. transierat. Bc. Voss. *Anxuris* arcem montem Tarracinensem [4]) dicit, in quo imberbis Iupiter colitur, unde hoc nomen accepit a Graecis. [5]) Voss. i. Iupiter quasi sine novacula. [6]) Bc.

85. *Pomtinas*) Pomtina palus est, in qua fures latescentes [7]) exactionem agebant; inter duas enim paludes pergit via, [8]) ideoque ait *uda via*. Bc. Guelf.

86. Quid vocet *sublime nemus* etc. ostendit, scilicet ubi regnavit Scythica Diana. Tangit illam fabulam, quod soror Orestis de Taurica provincia regis Thoantis effugit cum simulacro Dianae, nolens interficere fratrem. B. *nemus*) Ariciam [9]) dicit, ubi Diana colitur. Bc. Lb. Voss.

87. Numa Pompilius in honorem Latialis Iovis instituit quoddam sacrificium apud Albam, ubi prius fuit Romanum imperium; et constituit, ut singulis annis ipsi et Consules irent illuc. [10]) Et iam transiverat illud, *quo iter* erat illis illuc. B. *Albam*) Ad Albanum montem Consules [11]) sacrificiorum gratia ire consueverunt. Bc. Voss.

89. *Arctoi*) i. e. Gallici, quia Gallia sub Septemtrione est. Bc. Voss. *belli*) toto per decem annos tracto, sicut [12]) ipse ait: [13]) *Decimo iam vincitis* [14]) *anno*. Bc. Voss.

91. *Te*, quae es *sedes deorum*, *descruere viri* etc. B. *pro qua*) si tu desereris a civibus tuis. [15]) Bc. Voss.

93. Ducendo illos in odium vult captare benivolentiam, et per hoc ostendit utilius esse eis civile

1) Lc. *negato.*

2) Absunt a Bc.

3) Bc. addit *potius.*

4) Cf. Cellar. Not. Orb. II, 9. p. 812; adde Fest. p. 31.

5) Similia habent Schol. Horat. Sat. I, 5, 24. 26. Lc. et Lb. ad h. l., qui sua ex Serv. ad Virg. Aen. VII, 799. hausisse videntur. Papias: *Anxyrus dicitur Iupiter barbatus;* volunt enim esse quasi ἄνευ ξυροῦ.

6) Sunt verba Servii l. l.

7) Guelf. *latentes.*

8) Similiter Lb.

9) Bc. *Aricinam;* an *Aricinum?* postea Voss. *colebatur.*

10) Similiter Lb.

11) Voss. *Cons. ad A. m.*

12) Voss. *ut.*

13) I, 300.

14) Voss II. *vincimus.*

15) Similia in Lb.

bellum, quam si Parthi venissent. B. *melius*) fecerunt [1]) in hoc. LB. *Eous*) orientalis, i. Parthicus. BC.

94. Sarmata et Pannonia sunt provinciae inter Orientem et Septentrionem. B.

95. *Pannonio*) singulos pro tota gente posuit. BC. Getes et Daci sunt populi inter Orientem et Meridiem. B.

98. Ideo fuit attonita, quia credunt omnia velle comburere. B.

100. *Sparsurusque*) de templis simulacra deiecturus in publicum. BC. VOSS. *mensura*) i. e. timorem suum sic metiebantur, ut Caesarem crederent [2]) facturum essę, quod posset; [3]) est ergo *mensura* dicta [4]) pro modo. BC. VOSS.

101. *Non* simulabant *festa omina*, nec *fictas voces*. Per hoc notat quod, quando recipiebantur cum triumphis, etiam non audita fingebant ad laudes illorum. B.

103. Et quod maius est, nec *vacat* etiam *odisse;* et hoc ideo, quia qui odit aliquem, non potest non ostendere illud in vultu. B. *Vix*) Etiam ipsa odia libere exercere non poterant prae timore: [5]) sive, ut adventu Caesaris subito trepidi, nec odio tempus [6]) vacuum reperirent. BC. VOSS. *Phoebea* per prolepsin dictum est; [7]) nam illo tempore haec [8]) non erat sedes; ergo *Phoebea palatia*, quae postea Phoebo addicta sunt; [9]) nam haec postea [10]) constituit Augustus. [11]) BC. VOSS.

104. Non eo iure venere, quo senatus cogendus esset, si nollet venire. B. Nam Consulum erat [12]) cogere senatum venire ad Phoebea palatia. B. LC. *nullo*) nam privatus Caesar senatum vocabat, cum Consules soleant. BC. VOSS. *cogendi*) coacervandi. LC. Consules solebant evocare senatum, modo tamen metu Caesaris nullo vocante convenerunt. GUELF.

105. *Consule*) quia cum Pompeio erant Consules. [13]) BC.

106. Tribunicia est dignitas *proxima* consulari secundum legem. B.

107. *Curules* erant sedes, quibus utebantur etiam

1) Idem Bc.
2) Voss. *cred. Caes.*
3) Bc. *possit.*
4) Abest a Voss.
5) Eadem Lb.
6) Voss. *temp. tunc nec od.*
7) Bc. pro his *prolepsin.*
8) Voss. *hoc.*
9) Bc. *Phoebe;* Voss. *post. ita s. dicta.*
10) Voss. *post. haec.*
11) Cf. Schol. Horat. Od. I, 31, 1. Carm. Saec. 61. 67. et Ascon. ad Cic. Tog. cand. 14.
12) B. *esset.*
13) Similiter Lc.

Aediles. B. Aediles Curules patricios dicit, quia et ipsi vim habent vocandi senatum. [1]) Ergo nunc [2]) loco suo cesserunt, quippe non aderant. BC. VOSS.

108. Nullus ex his fuit, sed *Caesar erat* haec *omnia*, q. d. has omnes dignitates accepit ab ipsis patribus; et hoc est quod dicit *si regnum* etc. B. *Omnia*) omnem sibi dignitatem vindicabat. BC. i. habens omnium dignitates. LC. *privatae*) i. senatus tractanti privatam causam et communem *adest testis*, i. habet secundam vocem, si est testis. Vel aliter senatus est *testis privatae vocis* Caesaris. LC.

111. *melius*) Ordo est: *melius est, quod plura erubuit Roma iubere quam pati.* BC.

112. *Parati* fuerunt ad omnia, tamen quidam voluit libertatem tueri; et hoc est quod dicit *tamen exit in iram, viribus* Caesaris, *an possent* etc. B.

114. Ordo: *Libertas, experta per unum virum, an possint iura obsistere viribus, exit in iram.* GUELF. Et quis fuit ille ostendit, ubi dicit *pugnaxque Metellus* etc. B. *Metellus*) qui tunc tribunus plebis fuit.[3]) VOSS.

115. *Saturnia*) ubi aerarium publicum est constitutum. BC. VOSS.

118. Nunc reprehendit eum, quod, cum deberet pugnasse pro libertate legum, pugnavit pro pecunia. Ante aedes *constitit* tandem; et [4]) sic patet, quod amor auri nescit timere, et hoc dicit interrogando, an *solus amor auri usque adeo*, i. in tantum, *nescit timere* etc.? B. Metellum increpat, qui [5]) propter thesaurum morti se opponebat, quia non opponebatur pro lege sed pro auro. BC. VOSS. Ordo est: *ante fores constitit aedis prohibensque rapina victorem.* Cetera per parenthesin dicta sunt. BC. *Usque* sunt verba poetae, ut Virgilius: [6]) *Quid non mortalia pectora cogis, auri sacra fames?* VOSS. Solent enim poetae subito mutare qualitatem personae. GUELF.

119. *discrimine*) periculo. LB. nulla discretione posita inter iustitiam et iniustitiam. VOSS.

122. *Constitit* ante aedes, et *testatur clara voce* ita: *non nisi per nostrum* etc. *Nullas opes feres, nisi sanguine* nostro *sparsas.* [7]) *Sacro* pro exsecrabili [8]) tibi;

1) Voss. *hab. potestatem conv. senatus;* de re ipsa nil constat.
2) Bc. *non.*
3) Fere eadem Bc.
4) *et — timere* in Lc. quoque.
5) Voss. ad vs. 121. pro seqq. habet *quia p. thesauros et pro auro non pro lege m. s. o.* Similia leguntur in Lb. et Guelf.
6) Aen. III, 56.
7) B. *sparso.*
8) Cf. infra ad VI, 96; de Numantinorum fabula vide Ioann. de Ian. v. *sacer.*

tractum est hoc a Numantinis, quam fabulam praeterimus, quia est nota. B.

124. *Nostro* vel *sacro;* sacrosancti enim erant [1]) Tribuni plebis; quippe his resistere aliquem *non* licebat, et ideo sancti dicebantur. [2]) VOSS.

126. Sanguis noster erit tibi exsecrabilis, sicut fuit Crasso; et hoc est quod dicit *certe ista potestas violata invenit deos* ultores. B. *deos*) ultores scilicet et defensores. [3]) VOSS.

127. Et quomodo hoc fuit, ostendit, ubi dicit *Dirae tribunitiae* etc. Hae deae, [4]) quae vocantur canes Iovis in coelo, vocantur *Dirae* in terra, et Furiae in inferno. [5]) Tribunitias ideo vocat, quia fuerunt ultrices tribunorum; et tangit illud quod, cum fuit missus contra Parthos Crassus, nimis voluit constringere eam partem populi, quae ad eum attinebat. Quod cum vellent tribuni defendere, multa intulit eis mala. B. Caius Ateius, [6]) cum diceret Crasso servare se de coelo, [7]) et eum proficisci vetaret ad proelium, ille contemsit. Neglectus tribunus plebis Diras [8]) ei imprecatus [9]) est, quo bello Crassus occubuit. *Dirae* [10]) dicuntur Furiae, quasi dei ira notae; sed hic ultrices significat, i. e. vindictas. BC. VOSS.

128. Et quandoquidem certus sum de vindicta, *detege iam ferrum;* et potes facere, *neque enim tibi turba* etc. B. *Detege*) exsere. LC.

130. *E nostro* i. ex communi; et per hoc notat eum magis diligere rem publicam quam privatam. B. *nostro*) bono. LB. sc. sanguine; [11]) de eo quod nostrum est. BC. VOSS. i. e. nullus miles Caesaris recipiet praemium servitii ex nostris, Romanis opibus. GUELF.

131. Et cum sint multa *moenia, quae dones*, non cogeris necessitate, ut ita exspolies nos divitiis, sicuti

1) Voss. I. *dicebantur.* Fere eadem sunt in Guelf.

2) Bc. *sancti dicebantur Tribuni.*

3) Bc. *scil. def.*

4) B. corrupte *Ehed*; in Lc. *Hae deae — inferno* exstant.

5) Lc. *apud inferos vocantur.* Ioann. de Ianua v. *Dirae* ex Serv. fortasse ad Virg. Aen. IV, 609: *Dicuntur proprie Eumenides vel Erinnyes in inferno; Furiae in terra, Dirae in coelo.*

6) *Capito;* ita bene restituit Oudendorp., cf. Cic. de Divin. I, 16; Bc. *Annius;* Voss. I. *G. et Antonius dicerent;* Voss. II. *Cai. Etius.*

7) Bc. *fidem* pro *se d. c.;* an *sedem?* ut est in Guelf., ubi fere eadem leguntur.

8) Voss. *Dir. i. deorum iras.*

9) Bc. *precatus.*

10) Voss. pro seqq. *Hinc tribunitiae dirae declinavit; dictae sunt autem dirae quasi deorum irae,* ut in Lb.; cf. Serv. ad Virg. Aen. IV, 453, unde sua habere videtur Ioann. de Ianua.

11) Voss. pro his *non accipiet.*

exspoliasti nos pace. Et hoc dicit aequipollenter *pacis ad exhaustae* etc. B.

133. *Bellum*) i. e. non defecerunt omnes gentes, quasi non habeas, quibus spolia subtrahas, [1]) dum spolium Romae aufers. BC. VOSS.

135. *Honor* tuus non *faciet te dignum*, ut a tanto viro interficiaris; [2]) multum enim deprimitur potestas, si quemlibet interficit. B.

137. *Nullus*) i. e. nunquam eris tu [3]) tanto honore sublimis, ut dignus sis, cui Caesar debeat irasci. BC. VOSS.

138. *Libertas* non vult te vindicem; nam longa series rerum *non adeo* confudit ordinem rerum, *ut non malint* a me destrui leges, *si* hoc est quod a te *serventur*. B.

140. Per hoc ostendit quod, si a bono viro servarentur, [4]) nollent *a Caesare tolli;* et idem valet, ac si diceret malunt a me *tolli*, quam a te tam vili servari. B. *malint*) i. e. plus doloris habent leges, si eas Metellus servet, quam si Caesar tollat. [5]) BC. VOSS.

143. Et quia Cotta vidit Caesarem aliter se habentem, quam toga expeteret, ideo multis modis dehortatus est Metellum, ne obstaret incepto Caesaris. Cotta non fuit de Caesarianis, sed de his qui remanserant in urbe. B. *togam*) Sic enim venerat; ut pacatus; nam ait supra [6]) *tunc agmina victor non armata trahens, sed pacis habentia vultum, tecta petit patriae.* BC. VOSS. *Cotta*) Et hic tribunus fuit plebis. VOSS.

146. *Libertate*) usu verae libertatis. LC. i. e. ut libertas sit causa pereundi, dum se adversus potentem libere [7]) aliquis sit ausus erigere. *Libertate* [8]) ergo dixit, dum liber est et resistit. BC. VOSS. Litera est fortis; et ideo nota quod, cum libertas sit duplex, scil. vera, quae est in civitatibus liberis ut Venetiis, alia non existens, scil. quam habet populus subditus domino, ideo dicit Cotta: ille populus, qui umbratilem habet libertatem, si vult acquirere bonam, amittit utramque, quia magis implicatur servituti. Et consulit quod, si vis stare in terra domini, facias quod ipse praecipit. VC.

1) Voss. *detrahas*, post *spolia;* Bc. *auferes.*
2) Eadem in Lc.
3) *tu* abest a Voss.; idem post *deb. C. ir.*
4) Delevi *quod.*
5) Voss. II. *evertat.*
6) vs. 71; Guelf. pro his *Nam tempore pacis Romani toga utebantur; nam paulo supra dictum est* etc.
7) Bc. *liberare.*
8) *Lib.* — *resist.* absunt a Voss.

148. Si possent ei denegare, tunc pudor non haberet veniam; et ideo subiungit: quia nil possumus ei denegare, istud *est venia pudoris*. B.

150. Et quia *paruimus tot iniquis rebus*, pareamus etiam huic; nam haec sunt *semina belli*, et ideo *ocius avertat*. B. *Ocius*) si paremus. LB. *avertat*) auferat. LC. scil. Caesar. VOSS. Caesar a nobis. LB.

151. Non posse negare *est venia pudoris;* nam populi, [1]) qui sunt in libertate, debent tueri *sua iura*. B.

152. Et adhuc alia causa: si servus est pauper, *non sibi sed domino* imponitur; ita non est nobis, sed potius imponendum Caesari. [2]) B. LC. *egestas*) Cum hi qui serviunt inopes sunt, non sibi sed domino graves sunt, cui [3]) serviunt. LB. VOSS.

154. *Tunc rupes* etc. Tarpeia fuit quaedam virgo, quae tradidit Sabinis Capitolium, et, interfecta ab introeuntibus, sepulta est in eodem monte, ut in memoria haberetur. B. *rupes*) ibi erat aerarium. LB.

155. *Magnoque reclusas* etc. Hoc dicit ad exaggerandam nequitiam illius, qui per se hoc fecit, quod communi consensu deberet fieri. Nam ad hoc tales fores erant factae, ut [4]) non possent aperiri, quin omnes scirent. B. *stridore*) Hoc post irruptionem Gallorum factum est, qui Capitolium latenter ingressi sunt, ut maiore ferro praemunirentur, [5]) ne quis cum silentio posset Capitolium aperire. VOSS.

157. Et ostendendo illud esse acquisitum magno dolore et ex longo tempore, magis exaggerat nequitiam illius. Per *Punica bella* notat ea, quae Scipio fecit contra Africanos, et quae Marius et Metellus fecerunt contra Iugurtham. B. *Census* populi Romani secundum quod refert Orosius [6]) fuit CCCCXXVI LL'S auri et DCCCC argenti. Nescio ubi hoc legerit vel habuerit, sed forte solum ex Africa. VC.

158. *Perses* fuit rex Persarum, qui devictus a Romanis dedit magnam pecuniam. Philippus fuit pater Alexandri. B. *Philippi*) regis Macedoniae, quem vi-

1) *populi — iura* in Lc. quoque.

2) *Caes.* abest a B.

3) Voss. *sib. gr. s. sed d. suo c. inopes serv.*

4) *ut — scirent* in Lc. quoque.

5) Voss. I. *ut liminaria portae aere fierent;* Guelf. *fores premerent;* Lb., in quo fere eadem, *ut fores ponderosae fierent de metallo.* De v. *liminaria* Ioann. de Ianua: *hoc liminare, naris idem quod limen*; adde quae Adelung. in Glossar. T. IV. p. 418. habet.

6) VI, 15. *Caesar — ex aerario — protulit — auri pondo MMMMCXXXV, argenti pondo prope DCCCC millia.* Vratisl. post *ll'r.*

cit Q. Flaminius Consul. LB. qui ei aurum obtulit, ut Romam proderet, quod victus perdidit. BC.

159. *Pyrrhus* fuit rex Epirotarum, qui multoties delevit exercitum Romanum, tandem devictus a Fabricio; et hoc notat ubi dicit *quo te Fabricius* etc. Et tangit hoc breviter, quod destructo exercitu Pyrrhi, cum indictum esset bellum ei a Romanis, promisit Fabricio magnam pecuniam, si faceret ut remaneret. Cui ita respondit: Romani nolunt habere aurum, sed volunt imperare habentibus aurum. B. *Pyrrhus*, rex Epirotarum, Fabricio aurum obtulit, ut Romam sibi proderet; sed post victus Pyrrhus omne perdidit aurum, unde Fabricium corrumpere voluit. [1]) VOSS. *reliquit*) sc. ut tolleres. VOSS.

163. Minos regnavit in Creta; quam terram post mortem Minois devicit Metellus idem, qui Iugurthinum fecit bellum; unde dicitur Creticus Metellus. B. *Metello*) Cretico, qui eos compulit ad bibendum urinam. [2]) VC.

164. *Cato* Censorinus, avunculus rigidi Catonis, devicit Cyprum insulam, et inde multa contulit Romae. B. *Cato* rogatione Clodii [3]) missus est Cyprum, ut cerneret hereditatem regis Ptolemaei, qui defunctus vita populum Romanum heredem fecerat. [4]) VOSS. *Cypro*) Cyprus insula a civitate, [5]) quae in ea est, nomen accepit; ipsa est et Paphos, Veneri consecrata, in Carpathio mari, vicina Austro, famosa quondam divitiis et maxime aere. [6]) Ibi enim prima huius metalli inventio et utilitas fuit. BC.

166. Consuetudo erat ut illi, qui vincebant aliquam terram, omnem praedam facerent [7]) duci ante currum; et hoc notat, ubi dicit *quae Pompeianis* etc. B. *praelata*) ante triumphum enim victores omnia praeferebant, ut fecit Pompeius, qui vicit Orientem. [8]) VOSS. Vel *praelata* i. praevalens eo, quod ultima praeda melior ceteris omnibus fuerit. LB. *gaza*) lingua Persica [9]) divitiae dicuntur. BC. VOSS.

1) Fere eadem in Lb. leguntur, sed *Philippus* pro *Pyrrhus*.

2) Apud Flor. III, 7, 5. *venenum*.

3) Voss. *Claudii;* cf. Cic. pro dom. 8.

4) Similia leguntur in Lc.

5) Papias et Isidor. Orig. XIV, 6, apud quos eadem leguntur, addunt *Cypro*.

6) Bc. et Isidor. *aeris*, quod correxi auctore Papia, qui tamen seqq. ita habet: *quod ibi prius inventum est*.

7) B. *faciebant*.

8) Fere eadem Lb.

9) Voss. *Persicae;* Ioann. de Ianua, qui eadem habet, *Persarum;* Papias *thesaurus Syriace*.

169. Nunc continuat materiam suam. *Interea,* dum haec aguntur Romae a Caesare, prior *fortuna Magni moverat urbes* etc. Nisi enim prius in tanta fuisset potentia, non posset movere tot urbes; tamen frustra movit. B.

171. *Per totum orbem,* nam Asia venit; et hoc notat per partem, ubi dicit *Graecia dat vires;* et potest dare, nam est vicina; inferius notabit Africam et Europam. B.

172. Et enumerat loca Graeciae, et notificat ea, quaedam per civitates, quaedam per flumina, quaedam per cultum. Quare hanc descriptionem faciat, inferius notabit; et enumerat civitates Graeciae. B. Phocis est civitas, dicta a Phoco, Aeaci filio, quem Peleus et Telamon [1]) occidisse dicuntur; in hac enim civitate Oedipus Laium [2]) interfecit, dum patrem quaereret. B. GUELF. *Amphissa* est provincia, in qua est Phocis [3]) civitas, unde Massilienses venerunt, quia saepe invaserat eos bello Pyrrhus, rex Epirotarum. *Cirrha* et Nisa sunt colles Parnassi, et est unus Apollini, alter Libero consecratus. B. *Cirrha*) insula Apollini consecrata, unde et *Cirrhaeus Apollo* dicitur. BC.

173. *Parnassus*) mons est Thessaliae [4]) biceps, quorum unum Apollini, unum Libero consecratum est, Helicon et Cythaeron. VOSS. Nunc [5]) *desertus* est *Parnassus utroque iugo,* quia suos incolas misit ad proelia. B. VOSS.

174. Boeotia est patria, cuius habitatores venerunt; *quos duces ambit* etc. B. *Boeoti*) Hellados [6]) vero duae sunt provinciae, Boeotia [7]) et Peloponnesus. Boeotia autem dicta hac ex causa. Dum Cadmus, Agenoris filius, Europam sororem, a Iove raptam, ex praecepto patris quaereret, nec reperiret, patris iram formidans, confirmato animo elegit exilium. Nam bovis forte conspectae secutus vestigia, amplexus est sedem, ubi illa recubaverat, sicque locum de nomine bovis Boeotiam nominavit, ubi et Thebas urbem

1) B. Guelf. *Helenus;* correxi auctore Lutat. ad Stat. Theb. XI, 281, ubi sunt eadem; cf. eundem ad VII, 344.

2) B. *Lagium;* Guelf. *occidit.*

3) B. *Phocus.*

4) Ita Guelf., sed Voss. *Arcadiae.*

5) Voss. *N. ergo u. i. d. e. q. i. s*

6) Bc. *Helladas;* Isidor. Orig. XIV, 4, ap. quem eadem sunt, *Hell. autem.*

7) Bc. *Boetia,* ut in seqq.; idem et Isidor. *Peloponensis.*

construxit. [1]) Eadem est Aeonia vocata a fonte quodam Apollini et Musis consecrato, qui in eadem Boeotia est. BC.

175. *Fatidica*) quoniam [2]) hic fluvius ex oraculo Delphico oritur in monte Parnasso. BC. VOSS. vel quia Phoebus ibi dabat responsa. LC. *Cephissos*) super hunc Tiresias vaticinabatur. LB. *Cephissos* est fluvius; ideo dicit *fatidica aqua*, quia Themis, dea marina, [3]) dabat ibi olim responsa. *Dirce* est palus iuxta Thebas, ubi regnavit Cadmus. [4]) Illa etiam misit suos incolas. B. *Dirce*) civitas, ubi Cadmus natus est. BC. *Dirce* est fons apud Thebas, quas condidit Cadmus, ideo Cadmea. Ubique autem pro fluminibus aut montibus incolas debemus accipere. VOSS.

176. Elis et Pisa sunt civitates, ubi regnavit Oenomaus. B.

177. Et qui habitant iuxta Alpheum fluvium venerunt. Tangit fabulam illam breviter. Dum Arethusa lavaretur in Alpheo flumine, voluit eam habere Alpheus, deus fluvii. Qui cum multum insecutus eam fere cepisset, rogavit auxilium Dianae, et aperta est terra. Ipsi quoque aperta est, et per multa maria insecutus est eam, et tandem exivit in Sicilia uterque. Et hoc inde fictum est, quia in Delo [5]) insula duo fontes intrant terram, et in Sicilia duo exeunt. Delos insula, quae prius vocata est Ortygia. Asteria fuit soror Latonae, quam Iupiter habuit. Qui cum vellet habere Asteriam, et nollet ei consentire, mutavit eam in ortygem, et affixit eam lapidi et proiecit in mare. Latona vero cum ad partum venisset, misit Iuno Pythonem, qui sequeretur eam. Quae dum fugeret, elevatus est lapis ille et facta est insula, et recepit sororem suam; et peperit Dianam et Apollinem. Quae Diana vocatur Lucina, eo quod fuit paranympha fratris sui Apollinis. Quae insula fuit diu instabilis, et quia recepit Apollinis matrem, fecit eam Apollo stabilem ligando eam duabus insulis Gyaro et Mycale. Et hoc inde fictum est, quia ibi fiebat saepe terrae motus, et fugerunt [6]) ad illas insulas. Postea

1) Eadem praebet Papias; cf. quoque Serv. ad Virg. Aen. III, 88. Ed. Lion. et Lutat. ad Stat. Theb. VII, 664. Isidorus l. l. plura addidit de Thebis.

2) Voss. *quia;* Bc. *h. fl. orac. D. ex P. or.* Similia habet Lb.

3) Confudit Schol. cum *Tethye.*

4) Fere eadem de Dirce habet Lb.

5) B. *Delos.*

6) B. *effugerunt.*

fuit responsum, si non sepelirent ibi mortuos, non paterentur terrae motum. B.

177. *Maenala* sunt montana Arcadiae. B.

178. Oetes est mons Trachiniae, [1]) ubi sepultus est Hercules. B. mons ubi ustus est Hercules. [2]) BC. *Herculeam*) quia videtur in Oeta monte arsisse Hercules, ideo *Herculeam* dicit. [3]) VOSS.

179. *Thesproti* et *Dryopes* sunt populi. B. *Thesproti*) incolae Parnassi. [4]) LB. VOSS.

180. *Sellae* sunt populi; per *veteres* notat eos esse nobiles. Chaon [5]) fuit filius Priami, quem interfecit Helenus, frater suus, [6]) nesciens apud Idam; qui terram vocavit a nomine istius, quae prius vocata est a nomine vitrici sui Molossi. *Silentes* ideo dicit, quia quercus [7]) illae fuerant consecratae Iovi, quae dabant responsa mortalibus; postea Lacedaemones obruerunt; [8]) vel ideo, quia ad haec bella venerant, et non esset cui darentur. B. *Chaonio*) Chaonius mons est tantae altitudinis, ut ibi nullae aurae sint. BC. In Chaonio nemore supra quasdam quercus, in aereis ollis, columbae, quae dabant responsa; sed modo silebant, quia Sellae [9]) ierant ad bellum. *Veteres* dicit ad comparationem iuxta habitantium. LB. *Selloe* nomen populi. VOSS.

181. Et Athenienses unanimiter venerunt; et hoc dicit aequipollenter *delectus* i. delectio est facta; et *quamvis* hoc sit, tamen *exhausit totas Athenas*, quod hinc patet; nam *exiguae* tantum *puppes* etc. Vel aliter: et *quamvis delectus exhausit Athenas*, tamen *exiguae tenent* etc.; et per hoc ostendit magnum ibi esse populum. B. Est autem *delectus*, ubi aetas et conditio observatur; modo autem licet *delectus*, tamen unanimiter omnes Athenienses, faventes Pompeio, ad bella venerunt. B. GUELF. *Delectus* quoniam nomen est, quartae declinationis est, et significat electionem militum. GUELF. Sensus est hic: [10]) quamvis delectus sit, ut milites eligantur, omnes tamen venerunt in [11]) favorem Pompeii. Nam cum delectus est, plurimi

1) B. *Thraciae.*
2) Fere eadem Lc.
3) Similia leguntur in Lb.
4) Voss. *Parnasi inc.*
5) B. et Lc. *Chaonus.*
6) Similia habet Lc., et fere eadem Papias.
7) Voss. et Guelf., in quo eadem leguntur, *q. enim I. f. c.*; Guelf. *sacr.*
8) Voss. *has p. Lacedaemonii subr. ideo ait silentes.*
9) Addita sunt *i. illa ierat*; an *incolae?*
10) *hic* deest Voss.
11) Voss. *favore* sine *in.*

relinquuntur; quod modo mirum est, in delectu habito nullus remansit. [1]) BC. VOSS.

182. Ideo [2]) dicit *Phoebea navalia*, quia in tres partes diviserant civitatem. In arce colebatur [3]) Mars, in medio Minerva, a cuius nomine vocata est; nam ἀθάνατος dicitur immortalis; [4]) portus vero erat consecratus Phoebo. B. *Phoebea*) portum Piraeum dicit, ubi Apollinis [5]) templum est. BC. VOSS. LB. Sensus est: quia omnes Pompeium sequuntur, modo paucae naves remanserunt in Phoebeis navalibus. Sunt autem navalia loca, ubi naves stant vel fabricantur. [6]) BC.

183. Duae Salaminae sunt; vera est illa, in qua regnavit Telamon, pater Aiacis et Teucri. Qui cum misisset eos Troiam, ut magis essent inter se fideles, hanc imposuit legem ut, si unus sine alio [7]) interficeretur, nunquam ad eum alter reverteretur. Et mortuus est ibi Aiax pro armis Achillis; Teucer vero timens praeceptum patris diu erravit; tandem datum est ei responsum ab Apolline, ut faceret aliam Salamina. Et isti ita venerunt parati ad Pompeium, quod posset [8]) credi vera Salamina. B. *veram* i. a Troianis conditam, non quam Teucer aedificavit. VOSS. Duae Salaminae [9]) sunt, una in Graecia, unde pulsus est Teucer, alia in Cypro, [10]) quam dicit Horatius [11]) *ambiguam tellure nova Salamina futuram.* Sensus ergo [12]) hic est: veniunt et de Salamina tres naves petentes, ut credatur ipsa esse vera [13]) Salamina, unde ipsae venerunt, quae [14]) Pompeio favebant. LD. VOSS. I. II. Ut [15]) vera credatur Salamina, misit tres carinas ad bellum Pompeio, sicut et prius [16]) Salamina misit carinas ad Troiam. LC. *veram*) quamvis esset in Cypro. VC.

184. Et *vetus Creta*, i. nobilis, *iam dilecta Iovi* etc.

1) Voss. *neminem remansisse in dil. hab.* Similia in Guelf.

2) *Ideo Phoeb. — Minerva* in Lc. quoque, qui addit in fine: *in portu Phoebus colitur.*

3) Abest a Lc.

4) Similia habent Papias et Ioann. de Ianua v. *Athenae.*

5) Lb. *Apollo colitur.*

6) Fere eadem leguntur ap. Ioann. de Ianua et Isidor. Orig. XIV, 8; vide infra vs. 520.

7) An *altero?*

8) B. *possit.*

9) Voss. *Sal. duae.*

10) Voss. II. *Epyro; quam — futuram* absunt a Voss.

11) Od. I, 7, 29; Ld. *Ambigua.*

12) Voss. *S. hic est v. de S.*

13) Voss. *vera esse;* Ld. et Voss. I. *ipsi.*

14) Iidem *qui.* Eadem leguntur in Guelf., similia in Lb.

15) Quae praecedebant in Lc. plerumque cum B. consentiunt.

16) Lc. *post.*

Dilecta fuit olim, quia ibi fuit nutritus; sed postquam dixerunt eum ibi iacere, non curavit eam. B. Bene *vetus*, quippe in qua nutritus est Iupiter. BC. VOSS. Ideo *centenis populis*, quia olim dicebantur ibi esse centum civitates; tandem [1]) non sunt ei dimissae nisi XX, inter quas civitates fuit Gortyna. Nunc est per se. B.

185. Eadem quae vocatur *Creta*, vocatur Gnossia. B. In Creta secundum Pomp. Melam [2]) sunt tres civitates famosae et antiquae, scil. Gnossus, [3]) Gortyna et Dictynna. VC.

186. Per hoc quod dicit *Eois sagittis* notat Parthos. *Creta* est versus meridianam plagam. B.

187. *Oricon* est civitas, quam quidam Troianus fecit, veniens post Aeneam; et inde vocat eam *Dardaniam*. B. *Oricon*) Hanc [4]) civitatem condiderunt Troiani. BC. VOSS.

188. *Athamas* est populus; quare vocet eum vagum, ostendit per hoc quod dicit *dispersus altis silvis*. B.

189. *Et Encheliae* [5]) veniunt; determinat, ubi dicit *testantes funera* etc. Ἔγχελυς [6]) dicitur draco; et ibi mutatus est Cadmus in serpentem. Per hoc quod dicit *nomine* notat ἔγχελυς; per hoc quod dicit *prisco* [7]) notat hoc, quod responsum fuit ei, cum interficeret draconem: *Et tu spectabere serpens.* [8]) Nam cum multa passus esset [9]) ibi pro peccato illo, quia serpentem interfecit, credens hoc esse in loco, exivit et venit in Illyriam; et inde transivit in illam patriam, quae nunc vocatur Enchelia. B. *Encheliae*) Cadmus in hac civitate [10]) versus est in draconem, [11]) similiter et uxor eius; unde civitas hoc nomen accepit. *Encheliae* [12]) enim dracones dicuntur a Graecis, [13]) ideoque dixit *testantes*. BC. VOSS. *versi*) sc. in draconem. BC.

1) Videtur corruptum; an *tamen?*

2) II, 7.

3) Vc. *Gnoscis, Cortina et Dithina.*

4) Abest a Voss.; in seqq. Bc. *condiderant.* Fere eadem leguntur in Lb.

5) B. *Ancheliae.*

6) B. *Anchelos;* post *enchelos.*

7) *prisco — serpens;* eadem in Lc. singulis omissis.

8) Sunt verba Ovid. Met. III, 98.

9) Addidi *esset.*

10) Voss. I. addit *cum uxore sua;* Witt. praeterea *Hermione,* Voss. II. *Harmione.*

11) Voss. et Witt. *dracones,* omissis *simil. — eius.*

12) Voss. II. *Encheloe;* Witt. *Enchelolae;* iidem et Voss. I. *Ench. Graece dic. drac.*

13) Fere eadem habet Lb.; cf. et Lutat. ad Stat. Theb. III, 289.

190. Et habitantes Colchon [1]) insulam venerunt; et *Absyrtos* venit. *Absyrtus* frater fuit Medeae. Quam cum sequeretur pater, abscidit caput fratris et proiecit in ora patris, et ex sanguine illo factus est fluvius. Non dicit ideo *in* Adriaticas *undas*, quod illic [2]) spumet, ubi est Adria, cum Adria sit ex hac parte maris; sed in id mare currit ex illa parte. B. *Colchis* civitas [3]) ad oram maris Pontici, unde Iason pellem auream tulit arietis. BC. VOSS. *Absyrtos*) [4]) Iuxta hoc oppidum Medea, fugiens patrem suum, [5]) fratris sui Absyrti membra discerpsit. [6]) BC. VOSS. et flumini nomen Absyrtos [7]) imposuit. GUELF.

191. Peneus est fluvius, cuius habitatores venerunt ad Pompeium; et illi etiam venerunt, *quorum labore Thessalus vomer* etc. B.

192. Iolcos [8]) est civitas. Ideo dicit *Haemoniam*, quia alia Iolcos est, cuius habitatores venerunt in Haemoniam, et fecerunt ibi civitatem, quam prisco nomine vocaverunt. Eadem quae vocatur Thessalia a Thessalo rege, vocatur Haemonia a quodam monte. Et quia in diversis partibus illius terrae habent diversum morem colendi agros, ideo dicit *Thessalus vomer*. B. Iolcos civitas [9]) Thessaliae in Haemonio [10]) monte. BC. VOSS.

193. *Inde*, i. ex Thessalia, imprimis est *mare lacessitum*, tum scilicet *cum rudis Argo* etc.; q. d. non mirum si ad istud malum fuit acclinis terra illa, cum ipsa fuit principium tanti mali. B. *lacessitum*) i. e. provocatum, ut noceret; *inde*, scilicet ab Iolco, miscuit navigandi usum. [11]) VOSS.

194. Tum fuit litus temeratum, cum Medea interfecit fratrem suum, et prodidit patrem. B.

196. Commiscuit mortale genus; et hoc per ventos prosperos etc. B. *Composuit*) coniunxit. LC. i. commisit, comparavit vel miscuit. VOSS.

197. Ideo dicit *una mors accessit fatis*, i. aliis mortibus, quia non prius moriebantur naufragio. B. *mors*

1) *Colchos* pro *Colchida*, ut plerumque apud Scholiastas.

2) B. *illuc.*

3) Voss. addit *est;* in seqq. *Pont. mar.* et *ar. tulit.*

4) Schol. Lc. vide T. II. p. 596.

5) Bc. addit *etiam;* Voss. *f. s. p. Med.*

6) Voss. *dispersit.* Papiae *Absyrtus* est fluvius.

7) Guelf., qui priora quoque habet, repetit *nomen.*

8) B. *Iocon*, ut post.

9) Voss. add. *est.*

10) Voss. I. *Haemonioni*, unde Oudp. dedit *Haemo monte.*

11) Bc. *usu scil. navigandi.*

una) i. e. genus mortis, ut homines etiam [1]) naufragio perirent. BC. VOSS. *Haemus* est mons Thraciae. B.

198. *Pholoe* est civitas. Ideo dicit *mentita biformem populum*, quia quidam, dum perdidissent armenta, insecuti sunt praedones; et dum venirent ad aquam et equi biberent, alii, videntes equos retro et capita hominum, vocaverunt eos Hippocentauros et dicuntur fuisse Lapithae. [2]) B. Cum [3]) quidam rex Thessalus, bobus oestro exagitatis, clientes ad eos revocandos ire iussisset, illique cursu non sufficerent, equos ascenderunt bovesque consecuti [4]) ad tecta reduxerunt. Hi de longe visi, cum eorum equi in Peneo [5]) flumine potarent inclinatis capitibus, nomen fabulae dederunt, ut Centauri crederentur; ideo dixit *mentita*. LB. Illic enim nati dicuntur Centauri; *mentita* autem ideo dixit, quia volunt illos [6]) primos equis esse usos [7]) ad sedendum, et de longinquo visos creditos esse Centauros. BC. VOSS.

199. *Strymon* est fluvius in Thracia. B. Fluvius Thraciae per Bistoniam paludem fluens. Virgilius: [8]) *Strymoniaeque grues*. Has ergo iste *Bistonias aves* dicit. BC. VOSS.

200. Et Bistonia est regio in eadem Thracia, quae est in septentrionali plaga. Et quia ibi grues non possunt esse in hieme propter frigus, ideo transeunt ad Aegyptum. *Cone* est civitas, quam ideo vocat barbaram, quia, sicut spatio est remota a nobis, ita et ritu. B. *Cone*) [9]) regio in ultimis partibus Europae. BC. LB. VOSS.

201. Sarmatae sunt populi; et inde venit quidam fluvius, et absorbetur iuxta Conen; [10]) et ideo dicit *ubi perdit aquas*. B. *perdit*) quod aquae, quae veniunt a Sarmatica regione, ibi absorbentur a terra. VC. Bene dixit [11]) *perdit aquas;* ibi enim per paludes diffunditur. Alii [12]) dicunt sorberi ibi fluvium et ire sub terras. BC. VOSS.

202. Et illi qui habitant *Peucen* venerunt; et

1) Bc. *etiam hom.*
2) Fere eadem Papias ex Serv., ut videtur, ad Virg. Ge. III, 115.
3) Eadem leguntur apud Servium l. l.; similia in Guelf.
4) Lb. *consecutos;* Serv. *secuti.*
5) Lb. *Peneon.*
6) Voss. *ipsos;* fere eadem Lb. cum prioribus per *vel* coniuncta.
7) Bc. *eq. usus ad sed. reperire.*
8) Ge. I, 120 Haec desunt Bc.
9) Voss. addit: *Est civitas vel*, et in fine *et apud Sarmatas.*
10) B. *Ione.*
11) Voss. *B. perd. quia ibi diff. p. pal.*
12) Bc. add. *enim.*

hoc est quod dicit: et illi qui sunt in ea parte, qua *unum caput* Danubii etc. B. *Multifidi*) i. multum divisi. LD. quia finditur in septem ostia. BC. *Peucen;* est civitas posita supra mare; et hoc notat, ubi dicit *sparsamque profundo* i. mari. B. oppidum Europae in fine Ponti, quod alluit unum caput [1]) ex VII capitibus Istri. Subintelligitur et illud *describitur*. BC. LB. VOSS.

203. *Mysia* est regio. Caicus est fluvius in Idalia. B. *Messia* [2]) dicta a fertilitate messium; est regio iuxta Danubium. VC. *Caico*) qui fluvius per Moesiam fluit. BC.

204. *Idalis* et *Arisbe* oppida sunt [3]) Moesiae. BC. VOSS. Arisba [4]) est civitas arenosa; et hoc notat per hoc quod dicit *nimium exilis glebis*. B. *exilis*) infertilis. LB.

205. Et illi veniunt, *qui Pitanen* [5]) civitatem *colunt*. B. *Pitanen*) civitas Laodicenae, [6]) ubi pinus plurimae [7]) nascuntur; nam Graece ἡ πίτυς pinus dicitur. BC. VOSS.

206. Et *Celaenae* veniunt, *quae* gentes *lugent*, o *Pallas, tua munera;* et hoc ideo, quia sunt *damnatae Phoebo* ente *victore*. Tangit illud breviter, quod Apollo habuit conflictum cum Satyro apud illam gentem; et quia iudicaverunt Apollinem esse victum, abstulit eis usum olivae. B. *Lugent*) Quod, cum esset excoriatus Marsyas, victus ab Apolline in citharizando, cives dicebant id iniuste sibi videri [8]) fieri; ex quo Pallas indignata privavit illos olivis et oleo. VC. *Celaenae* est Lydorum civitas, in quam primum usus tibiarum receptus est, quibus Marsyas Apollinem ausus est provocare; unde Statius: [9]) *Quis non certamine Phoebi nosset et illustres Satyro pendente Celaenas*. BENEDICT. Pallas cum ante deos fistula caneret, coeperunt illam deridere dii, quod maxillas haberet inflatas. Quod illam latuit, donec sedens super fontem aspiceret sufflans sibi buccas inflatas; quamobrem proiecit fistulas

1) Voss. pro seqq. haec c. *Histri ex VII: nam ora habuit septem; ideoque multifidi caput alluit H.;* Lb.: *H. fluminis, nam septem capita habet.*

2) Ita Vc. pro *Mysia*. Papias: *Mysia — a messium proventu dicta;* eadem repetit Ioann. de Ianua v. *Missia*. Voluerunt sine dubio *Moesia;* cf. Serv. ad Ge. I, 102.

3) Abest a Voss.

4) B. *Arisda;* similia de hoc oppido leguntur ap. Papiam.

5) B. *Pitacen.*

6) Bc. *Laodociae*, Voss. *Laodiciae*, quae correxi.

7) Voss. *plur. pin.;* post *Gr.* πίτυς; Bc. *cepitus.*

8) Vc. *victori.*

9) Theb. IV, 186, ubi vide Lutat. et ad Theb. II, 666.

secus [1]) fontem. Quas cum reperisset Marsyas et bene caneret, dixit quod nec Apollini cederet; cumque Apollo non posset eum canendo superare, tandem versa fistula [2]) canens vicit. Quod cum Marsyas facere non posset, poenas dedit et hoc apud Celaenas ubi regnabat Marsyas. LB. *Celaenae*) civitas Lydorum, ubi victus in certamine tibiarum Marsyas ab Apolline poenas dedit; fabula [3]) velut nota praetermittitur. BC. WITT. VOSS. II. [4]) Celaenae civitas est abundans olivis. Cum igitur Apollo et Minerva quandam inter se contentionem habuissent, et faventibus illius civitatis populis Apollo vicisset, Pallas irata exsiccavit illorum olivas, et hoc est quod dicit *tua munera, Pallas, lugent.* VOSS. I.

207. Et illi etiam venerunt, qui sunt in ea parte, *qua celer Marsya* etc. B. *Marsya* est civitas Lydorum, in cuius [5]) antro Marsya victus ab Apolline est, et supplicio affectus. De cuius sanguine natus est fluvius, [6]) eius nomine dictus. B. LC. GUELF.

208. *Errantem*) amfractuosum. LC. Maeandros [7]) fluvius in Mileto flexuosissimus, ideoque *errantem* ait. Refertur [8]) et redit Maeandro commixtus ipse Marsyas. De sanguine autem Marsyae hic fluvius factus dicitur. BC. VOSS.

209. Et *tellus passa exire* etc. Pactolus et *Hermus* [9]) sunt fluvii habentes aureum fundum, quocunque vadunt. B. Pactolus et Hermus flumina sunt aureas arenas trahentia. [10]) BC. *non vilior*, quia ipse auro fluit. VOSS.

211. Et reliquiae Troianorum veniunt ad Pompeium; et cum deberent venire ad Caesarem, quia fabula est de genere illorum esse, tamen non ad eum venerunt. B.

212. *Ominibus*) [11]) quia ipsi iam suam [12]) civitatem perdiderant ominibus, [13]) ideo sequebantur Pompeium, ipsum quoque periturum. BC. VOSS.

1) i. iuxta, secundum; cf. Charis. Instit. I. p. 61. Putsch.

2) An *cithara?* cf. Hygin. fab. 165.

3) Hoc et seqq. non leguntur in Witt. et Voss. II.

4) Voss. II. et alia habet; nimis multa, quam ut hic inserantur. OUDP.

5) Lc. *eius — devictus est.*

6) Lc. addit *ex*, Guelf. *cum.*

7) Oudp. *Maeander.*

8) Non exstat in Bc.

9) B. *Hemus.*

10) Fere eadem apud Serv. ad Virg. Aen. X, 142. et Schol. Cruq. ad Horat. Epod. XV, 20.

11) Lb., qui fere eadem habet, addit *malis scilicet.*

12) Voss. *perd. civ.* sine *suam.*

13) Voss. addit *suis*, commate male post v. *civ.* posito.

213. *Continuit*) nam si historiam Troiae [1]) respicias, Caesarem magis quam Pompeium sequi debuerant; quia ipse ortus est ab Iulo, ut ait Virgilius: [2]) *Iulius a magno demissum* [3]) *nomen Iulo.* BC. VOSS.

214. *Orontes* est mons; *desertus,* quia eius incolae ad bellum [4]) venerant. B. fluvius Syriae. BC. LB.

215. *Et Ninos* venit *felix;* nam *sic* est *fama.* B. *Ninos* est [5]) civitas Syriae, quam Ninus fecit, dicta *felix* eo, [6]) quod post victoriam de finitimis gentibus [7]) rex Indorum eam condidit, [8]) ibique victoriae titulos consecravit. [9]) B. BC. LB. LD. VOSS. Et eius uxor Semiramis [10]) fecit Babyloniam. *Damascus* est civitas Syriae. Quidam dicunt esse insulam; et quamvis habuisset contrarium ventum, tamen fuit adeo animosa quod venit. B. *Damascos* civitas Syriae, obiecta ventis, [11]) quippe campestris est. BC. VOSS. *ventosa*) alta sive garrula. LC.

216. *Gazaque*) civitas Syriae, [12]) in qua Cambyses rex Persarum divitias condidit. B. BC. VOSS. *Idume* civitas est Phoenicum, [13]) ubi multae arbores *palmarum* [14]) nascuntur. Dives ergo [15]) palmarum accipimus. Virgilius: [16]) *Primus Idumaeas referam tibi, Mantua, palmas.* B. BC. VOSS.

217. *Tyrus* et *Sidon* sunt civitates; et quamvis sit *instabilis* in fide aliis, tamen huic fuit fidelis. B. *instabilis*) propter terrae motus. VC. *Instabilis* dicitur Tyros [17]) propter suam fallaciam. Virgilius: [18]) *Tyriosque bilingues;* sive quia [19]) terrae motu laborant. BC. BENEDICT. VOSS.

1) Voss. *Troianae originis.*
2) Aen. I, 288.
3) Bc. et Benedict., qui locum Virg. affert, *dimissum.*
4) Ita B. correctum ex *bella.*
5) Deest in Bc. Ld. Voss; *quam — dict.* absunt a Guelf. Lb. et Ld., pro quibus Bc. et Voss. *fel. dicta.*
6) *eo* habet solus B.
7) Voss. *actam,* quod Lb. et Ld. addunt.
8) Lb. Bc. Voss. *condiderit.*
9) Lb. Voss. *consecraverit.*
10) B. *Piramis.*
11) Similiter Lb.
12) B. *Gata est civ.* sine v. *Syr.;* seqq. autem male leguntur supra post vv. *Damasc. e. c. Syriae.* Similia de Gaza habent Isidor. Orig. XV, 1, Papias et Ioann. de Ianua ex Serv. ad Virg. Aen. I, 119.
13) Bc. et Voss. *Phoenicis* sine *est,* ut Serv. ad Virg. Ge. III, 12.
14) Voss. *mult. palmae.*
15) Voss. *ideo div. pomis videlicet palm. Virg.;* B. *div. accipitur de talibus pomis,* reliquis omissis. Guelf. *d. ergo accipimus de t. v.*
16) Ge. III, 12, ubi vide Serv. et Cerd. OUDP.
17) Voss. pro his *sive,* omisso in seqq. *suam* et addito *ut* ante *Virg.*
18) Aen. I, 661; Bc. et Benedict. *Tyrosque.*
19) Voss. *quod.*

218. Et quia multi fuerant remoti, dat opportunitatem, quando potuerunt venire, ubi dicit eos habuisse Cynosuram, qua [1]) non est certior dux navigantibus. B. *non flexo*) ut non sit ullus circuitus, sed [2]) recto tramite. BC. VOSS.

219. *Cynosura* est minor ursa; Helice [3]) est maior ursa. B. Septemtriones duae [4]) sunt, Helice et Cynosura. Hoc ergo dicit, qui inde navigant, ducem habent Cynosuram, quae [5]) nullis est certior dux quam his, qui inde navigant. [6]) BC. VOSS.

220. *Phoenices* sunt populi, qui hoc signo duce non venerunt; et ideo subiungit q. d. non mirum, si sine certo signo potuerunt huc venire, cum ipsi ante inventionem literarum invenerunt illa, per quae in memoria retinerent audita; et hoc dicit *primi* sunt *ausi* novis [7]) *figuris signare* etc. *Primi* dico, *si creditur famae.* B. *Phoenices* [8]) enim primi usum literarum [9]) invenisse dicuntur, et ante quam literae inventae essent, [10]) per imagines ferarum atque signorum verba ponebant. BC. VOSS.

221. Ideo dico *rudibus*, quia *nondum Memphis* etc. B.

222. *Memphis* est civitas, ubi inventum est facere pergamena de biblis. B. Civitas Aegypti, quae papyro libros fieri instituit; ideo [11]) dixit *nondum noverat contexere biblos.* BC. VOSS. *biblos*) iuncos. LB.

223. Et ostendit quid vocet rudes figuras, ubi dicit *tantum*modo *volucres* et *ferae* et cetera animalia *sculpta* in *saxis.* B.

224. *Servabant linguas magicas*, i. inauditas et novas. B. *magicas*) repraesentantes vivam vocem; et istae figurae erant tanquam linguae ad formandum memoriam. VC. Verba Phoenicum, quia magi erant. VOSS.

225. Taurus est fluvius. B. montes Ciliciae. [12]) BC. *Tarsos* est civitas, *Persea* dicta, vel quia Persae [13]) fecerunt illam, vel quia Perseus filius Iovis et Aegi-

1) Eadem in Lc., sed *quia.*
2) Absunt a Bc.
3) B. *Elix.*
4) Deest Voss.
5) Voss. *quia.*
6) Similia in Lb.
7) B. *navis.*
8) Voss. praemittit *Syriae populi; hi.*
9) Voss. *litt. usum.*
10) Voss. *fuissent.* Similiter Lb. et Guelf.
11) Non leguntur in Voss.
12) Bc. *Siciliae;* similiter Lb.
13) B. *Perses.*

nae condidit eam. B. Civitas, quam Perseus condidit, [1]) Iovis et Danaae filius. BC. VOSS.

226. Corycus [2]) est civitas Ciliciae, dicta a quodam antro famosissimo, et paene ab omnibus celebrato, unde Virgilius: [3]) *Corycium vidisse senem.* Per hoc quod dicit *exesis rupibus*, notat esse vetustissimum. B. In Coryco, civitate Ciliciae, antrum [4]) est famosissimum et paene ab omnibus celebratum. [5]) BC. GUELF. LB. De isto antro Ciliciae referunt cosmographi omnes mirabilia; vide Pomp. Melam. [6]) VC.

227. *Mallos* et *Aegae* sunt civitates. [7]) B. *Mallos*) urbs Ciliciae, quae nunc Antiochia dicitur. VOSS. *Aegae*) civitas est, quae significatur mari vicina, quia dixit [8]) *resonant navalibus Aegae.* Haec Neptuno consecrata fuit. [9]) BC. VOSS. I. II.

228. *Cilix* est populus, quem devicit Pompeius. B. *iusta* ideo, quia *non iam pirata.* B. BC. VOSS.

229. Isti omnes, quos enumeravit, fuerunt prope; et ideo addit, quia etiam remoti; et hoc sola *fama bellorum.* B. *fama*) non res, quia non erant Indi subditi Romanis; nam, ut dicit Boetius, [10]) *aetate M. Tullii nondum Caucasum montem Romanae reipublicae fama transcenderat, et erat tunc adulta Parthis etiam* [11]) *ceterisque id locorum gentibus formidolosa.* Potuerunt enim aliqui fama moti venisse ad stipendia, sed non ut subditi. VC.

230. *Ganges* est fluvius in remotissima parte Orientis. Quod notat per hoc quod dicit *qui solus in toto orbe* Orientali *audet solvere* etc. B. Fluvius, qui a Septemtrione oritur. *Coli* autem ideo hunc dixit, quia fecundas facit terras, [12]) quas alluit. BC. VOSS.

231. Ostium fluvii est, ubi oritur fluvius. B. *contraria*) nam contra Orientem vadit. [13]) BC.

232. Eurus est ventus, qui ex Oriente venit. B.

1) Eadem Lb.
2) B. *Corycius;* post *Cilici.*
3) Ge. IV, 127; eadem in Guelf.
4) Lb. *In Corycia c. a.;* eadem ap. Serv. ad l. l. Virgilii.
5) Lb. add. *ad audienda oracula.*
6) I, 14.
7) Eadem Papias v. *Mallos.*
8) Voss. *dicit,* cui deest seq. *Aegae.*
9) Voss. *est;* Voss. II. addit *ut Virgilius:* (Aen. III, 74) *Neptuno Aegeo.*
10) Consol. II, 7. Pr. 4.
11) Vc. *et.*
12) Voss. *q. all. terr.*
13) Similiter Lb. et Guelf.

Eurus enim ventus est orientalis, Subsolano coniunctus; dictus autem *Eurus* quasi sub Eo flat. [1]) BC.

233. *Hic* deseritur Ganges propter istud [2]) bellum, *ubi Pellaeus constitit ductor post aequora Tethyos.* B. LC. Pella [3]) est civitas, quam Alexander fecit; et inde vocatur *Pellaeus.* B. *Pellaeus*) Pella civitas [4]) Macedoniae, ubi Alexander Macedo natus est, [5]) quem nunc *Pellaeum* [6]) *ductorem* poeta dicit. Hic cum [7]) Nili originem quaereret, primo usque ad thermon [8]) Nilum venit, inde ad tenebras; deinde divina voce territus, [9]) quod nimis periculosa tentaret, discessit a coepto. Ideo dixit *constitit.* Ubi [10]) autem Pella sit, Virgilius ostendit: [11]) *Nam qua Pellaei gens fortunata* [12]) *Canopi accolit effuso stagnantem flumine Nilum.* BC. VOSS.

234. *Et* tandem *fassus* [13]) *est se vinci a magno orbe* orientali. B. Istud [14]) ideo dicit, ut ostendat magnam fuisse Pompeii potentiam, qui id [15]) fecit, quod tantus vir non potuit facere. B. LC.

235. Et illi etiam veniunt, qui sunt in ea parte, *qua Indus* etc. B.

236. *Indus* est fluvius, unde India est dicta, qui, quamvis dividatur in duas partes, tamen est tantae magnitudinis, quod non maior apparet, cum in se recipit Hydaspem fluvium. Per hoc notat diversas partes Indiae. B. *Indus* et Hydaspes duo sunt flumina ex uno fonte descendentia, quae inter se divisa post magna terrarum spatia iterum copulantur. Sed Hydaspes in Indum cadens nomen suum perdit; hoc est quod dicit *mixtum non sentit Hydaspen.* VOSS. I.

237. Nunc notat alios per ipsos cultus, ubi dicit: et *qui bibunt tenera* etc. B. *succos*) mella silvestria intra arundinem crescentia, prius liquida, deinde indurata. LC. Agroetes significantur Indiae ulterioris [16])

1) Cf. Gell. N. A. II, 22, 7; Non. Marc. p. 511. Goth.; Isidor. Orig. XIII, 11. Ioann. de Ianua: *quasi ab Eoo ruens;* Papias: *quia ab Eoo i. Oriente flat.*

2) Lc. *illud; Pellaeus* et seqq. desunt in B.

3) B. *Pelle.*

4) Voss. addit *est.*

5) Bc. *nat. Mac.* sine *est.*

6) Voss. *po. Pell. d. duct.*

7) Bc. *dum;* Voss. *fontem fluminis Nili quaer.*

8) Ita Voss. II. et Bc., sed Oudp. dedit *Therinon.* Papias: *thermon Graece calidum.*

9) Similia leguntur in Lb.

10) *Ubi* et seqq. absunt a Voss.

11) Ge. IV, 287.

12) Bc. *fortuna C. colit.*

13) Ita B.

14) Lc. *Ideo id d.*

15) B. *idem.*

16) Voss. *Agr. dicit, qui sunt I. ulteriores;* Bc. *altioris;* Lb. *Hi ulterioris I. pop.*

populi, qui cannarum viridium caudicibus tunsis [1]) sive tritis mella dicuntur exprimere. [2]) BC. LB. VOSS. II.

239. *carbasa*) vestes. LB. *gemmis*) balteis. LB. Ipsi Agroetes [3]) significantur, quos dicunt pro purpura clavos habere de discoloribus gemmis. [4]) BC. VOSS. II.

240. *pyras*) Bragmanas [5]) dicit, Indiae populos barbaros, qui sponte se cremant igni, cum his visum fuerit, quod diu vixerint. BC. VOSS. I. De quibus dictum est: [6]) *Sunt loca, sunt gentes, quibus est mactare parentes et mos et pietas, cum longa subvenit aetas.* LC. *calentes*) ταπείνωσις; debuit enim dicere ardentes sive flammatos. BC. VOSS. I.

241. Et quia dixit quosdam struere *rogos* ad laudes illorum, subiungit *pro! quanta est gloria* etc.; [7]) q. d. si ille est laudandus, qui dat deo [8]) exteriora, multo magis ille, qui se ipsum dat. B. LC.

243. Per hoc quod dicit *quod superest* notat animam. B.

244. Nunc revertitur ad principale, ubi dicit *Cappadoces* etc., qui sunt populi. Et *populus* ille venit, qui non potest colere Amanum. B. Amanus mons [9]) est Cappadocum, quem ideo dixit [10]) non coli, sive quia durus est, [11]) sive quia isti [12]) semper hostibus occupati sunt. Quod [13]) autem ait *duri*, non sterilis accipimus, sed qui [14]) semper resistit inimicis. B. BC. VOSS.

245. Niphates est fluvius Armeniae. B. BC.

246. *Coatrae* sunt populi in summis montibus habitantes. B. Indiae ulterioris [15]) populi. BC. LB. VOSS. I. II. populi, de quibus Virgilius [16]) in Georgicis. VC.

1) Voss. Lb. *tonsis; siv. trit.* absunt a Lb.

2) Voss. addit *i. e. sucos.*

3) Guelf. *Egetae;* Voss. pro his *Agr. dicit.* De isto populo nil constat; num voluit *Egratas* an *Agraeos*, populos Arabiae? cf. Mannert. T. VI, 1. p. 53. et 192; adde Plin. H. N. VI, 28.

4) Abest a Bc.

5) Voss. I. *Bragitanas* sine *dicit*, unde Oudp. *Bragmannos.*

6) Versus nescio cuius poetastri.

7) Priora absunt a Lc., pro quibus in fine addita *et hoc ad laud. ill. subi.*

8) B. *dono*

9) B. *est mons.*

10) B. *dicit.*

11) Voss. addit *et arari non potest.*

12) B. *ipsi sunt s. host. intenti.*

13) Voss. pro seqq. *et semper resistunt inimicis;* B. *Quod dicit duri.*

14) B. *quia;* Bc. *resistat;* idem fere scholion legitur in Lb.

15) Bc. Voss. II. *ulteriores;* abest a Voss. I.; Oudp. exhibuit *interioris Ind. p.*

16) II, 123.

247. *Arabes* sunt populi fere sub perusta zona, valde remoti a nobis, et sunt sub ipso Cancro. B. Aethiopas dicit, qui in [1]) inferioribus signis iuxta oceanum et zodiacum circulum sunt. Hi umbras pro qualitate terrae in sinistram partem mittunt, nos [2]) in dexteram. Hoc ergo mirati sunt in nostris terris non ire sinistras, ut in suis eunt. [3]) Bc. Lb. Voss.

248. Et dum est sol sub Cancro per quinque dies, in aliquibus horis illorum dierum vadit eis umbra sinistra. Et quia toto anno non viderunt hoc apud nos, ideo crediderunt se esse in alio orbe. B.

249. *Tunc Romanus* etc.; q. d. eodem tempore etiam isti remotissimi venerunt. *Orestae* sunt populi in ultima barbarie siti. B. *Orestas*) gens ultimae barbariae. [4]) Bc. Voss.

250. Et movet etiam *Armenios duces;* et ostendit illos valde esse a nobis remotos, ubi dicit quod vix viderant Arcton, quae semper supra nos est; et hoc est quod dicit *quorum* ducum aer *flexus* in meridianam plagam *adspicit Arcton mergi, non tamen totam;* nam Bootem tantum flexum vocat, quantum ad situm et coeli et terrae. *Mergi* dicit, quantum ad illorum visum. B. *Carmanosque*) gentes supra rubrum [5]) mare ad Persicum [6]) promontorium usque proiectae, a Carmano [7]) rege, terrae filio, nominatae. [8]) Bc. Voss.

252. Exiguam partem noctis vocabimus vel aestivalem noctem, vel parvam partem cuiuslibet noctis. B. *exigua*) Ibi enim dies cito [9]) redditur, cum inter Orientem et Occidentem non multum interest spatium. [10]) Bc. Lb. Voss.

253. Misit quoque *Aethiopum solum;* et ut ostendat valde remotos esse, subiungit quod adeo est remotum a nostra habitabili plaga et fere in perusta zona, quod non attingeret aliquid de zodiaco, nisi qua [11]) Taurus extra zodiacum porrigit ungulam, sub qua sunt. Et nota, quod zodiacus non porrigitur recta linea, sed

1) *in* abest a Bc.; *qui — sunt* a Lb.

2) Lb. *nos autem*, omissis *Hoc* et seqq.; Voss. addit *ut nos.*

3) Voss. *regionibus* pro *eunt.* Similia in Lc.

4) Voss. *gentem in ultima barbaria.*

5) Voss. *mar. rubr.*

6) Pro *Persidum* [ut legitur in Codd.] scribendum *Praesidium* vel *Prasidium* vel *Prasium*, ut patet ex loco Iustini XII, 8. et quae ibi notantur. Oudp. Correxi *Persicum* i. Carpellam.

7) Bc. *Carimanno.*

8) Lb fere eadem habet.

9) Voss. *Cito e. d. ibi;* Lb. *Cito ibi dies.*

10) Voss. *spat. int.;* Lb. *spat. est.*

11) B. *quia.*

obliquate; [1]) et inde est, quod aliquando magis accedit ad nos. Nota etiam, quod nostram habitabilem plagam attingunt quatuor signa zodiaci: Leo, Cancer, Gemini, Taurus; et quod [2]) nunquam magis ascendit, quam tunc cum est sub Cancro. Polum vocat hic coelum; regionem poli vocat ipsum zodiacum; premi accipit hic sub illo esse. Ideo dicit *lasso poplite,* quia sicuti praebuit se sessilem Europae, ita dicitur esse in coelum translatus. Vel aliter, ut vocemus polum ipsum cardinem, regionem illius vocabimus septemtrionalem plagam. Et non vocabimus signiferum, quantum ad illa XII signa, sed quantum ad multa signa, quae ibi sunt, quae attingunt nostram habitabilem plagam. Et ungula Tauri, quae est extra zodiacum, attingit illam plagam. B. *solum*) scil. *movit Romanus furor?* VOSS. *laxo*) i. flexo. LC.

254. *nisi poplite*) Negat Aethiopas sub zodiaco [3]) futuros esse, nisi signum Tauri processu unius pedis usque in eorum provinciam tenderetur. [4]) Omnes enim sub zodiaco sunt, [5]) nec aliud habitatur in terris, nisi sub zodiaco. [6]) BC. VOSS.

255. *procederet*) extra zodiacum; et sic, si non esset ungula Tauri, non continerentur sub zodiaco. Et tamen non sic est, imo ita continentur sicut nos; et ita intelligas, sed Lucanus alludit huic extremitati. VC.

256. Tigris et *Euphrates* sunt fluvii in Oriente. *Persis* est patria, ubi nascuntur. Et quia incepit de eis dicere, exsequitur eorum proprietatem; vel fortasse ut per hoc notet diversos populos adiacentes venisse ad bellum. B. *tollit*) emittit fontem. VC.

257. *Euphrates*) Duo flumina Tigris et Euphrates uno fonte procedunt, sed Tigris vadens contra Assyrios, Euphrates contra Chaldaeos Mesopotamiam mediam inter se terram faciunt; unde et Mesopotamia dicitur. Nam *μέσος* medius et *ποταμός* fluvius apud Graecos dicitur. Quae duo flumina nisi Mesopotamia separaret, incertum esset, utrum Euphrates an Tigris diceretur. [7]) BC. VOSS.

258. *Et incertum* est, *si tellus misceat undas,* quas iam divisit, *quod potius* etc.; q. d. tantae magnitudinis sunt utrique, quod, si unus decurrat in alveum alte-

1) Vox nova.
2) B. *quantum* pro *quod.*
3) Voss. addit *circulo.*
4) Similia in Lb.
5) Voss. *sub signis XII sumus.*
6) Servii verba [ad Virg. Aen. VI, 796.] quasi a nostro Scholiaste profecta leguntur etiam in Voss. II. OUDP.
7) Fere eadem in Lb. et Guelf.

rius et e converso, non poterit discerni. Et quia hoc non posset fieri, quin in aliquo loco coniungerentur, ideo dicit *si tellus misceat undas* [1]) etc. B.

259. In magnitudine conveniunt, sed in cursu disconveniunt, et hoc dicit *sed sparsus in agros* etc. B.

260. Pharos est mons in Aegypto, et quod dicit *Phariae undae* idem valet. B. *Phariae*) Ideo autem [2]) *fungitur Phariae vice*, quia, sicut Nilus fertilem reddit Aegyptum, ita et iste [3]) irrigat terras et fertiles facit. Bc. Voss.

261. *Tigrim*) De hoc ait Nero in primo libro: *Quique pererratam subductus Persida Tigris deserit, et longo terrarum tractus hiatu, reddit quaesitas iam non quaerentibus undas.* [4]) Bc. Voss.

262. Et *tellus* illa *non abnegat* illud *flumen, renatum fonte* iterum *novo* etc.; [5]) q. d. tantae magnitudinis est, quod suo nomine potest ire usque ad mare. B. Lc.

264. Et quia dixit de aliis partibus orientalibus, ne tacendo videretur quodammodo innuere cum Caesare potius [6]) esse, subiungit quod sufficit eis posuisse inter eos guerram [7]) occidendo Crassum. B.

266. *duos*) scil. duces; de tribus iam occiderant Crassum. [8]) Bc. ubi primo erant tres. Vc. *tinxere*) veneno scilicet. Voss.

267. Nunc dicit de septemtrionali plaga, ubi dicit *Scythiae populi*. *Bactros* fluvius est, et *Hyrcania* regio in eadem provincia. B. *Errantes*) sedes [9]) non habent proprias [10]) et certas, sed semper errant. Bc. Voss. *Bactros*) Scythiae fluvius frigidissimus per Bactra, [11]) Parthorum civitatem, transit. Bc. Voss.

1) Suprascript. *amnes* in B.
2) Voss. *Id. f. v. Ph. undae.*
3) Bc. addit *sic.*
4) Notabilis hic est Scholiastae locus, in quo nobis servavit tres pulchros Imperatoris Neronis versus, forsan e Troicis ipsius desumptos, ut suspicatur etiam Vossius, sed versus non adducit in Poet. Lat. p. 43. Oudp. Cf. de his versibus Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 461. Laudavit eos e Cod. Lucani Pithoeano Scriverius Collectan. vett. Trag. ****d. 4, sine dubio ex primo Troicon libro haustos, quae ab aliis commemorantur et a Dione Cass. LXII. p. 709. et Serv. ad Virg. Aen. V, 370; adde quae habet Wernsdorf. Poet. Lat. Min. Tom. IV. p. 586 sq.
5) Quae praecedunt non leguntur in Lc.
6) An *Parthos?* Seq. *subiungit* addidi de meo.
7) B. *vuerram.*
8) Similiter Lb.
9) Voss. addit *enim.*
10) Voss. omissis *proprias et* habet *c. s. er. s. in Ponto.*
11) Bc. *Bractam.* Similia in Lb., qui *Bactream* habet.

268. *Hyrcania*) regio silvestris in Scythia. Bc. Voss.

270. Lacedaemonia est in Graecia; cuius habitatores inde venerunt, et aedificaverunt civitatem, unde *Heniochi* dicti. B. *Heniochi*) Gens Asiae superioris in ora [1]) Ponti; qui [2]) ideo Heniochi dicti sunt, quia [3]) ad regendos equos sunt doctissimi. [4]) Bc. Voss. Heniochus Graece, auriga Latine. Voss. *Sarmata Moschis*) Hae [5]) vicinae sunt regiones in Europae partibus [6]) prope Germanos. Bc. Voss. Et *Sarmata* venit *affinis* etc. [7]) Sarmatae et Moschi habuerunt diutinum [8]) bellum, et tandem fame coacti miscuerunt sanguinem equorum cum lacte, ut possent bibere. B. Lc.

271. Et illi etiam veniunt, qui sunt in ea parte, *qua Phasis Colchorum* etc. Et nota, quamvis dixisset superius [9]) *et Colchis* venit, tamen non est superfluum istud dicere; nam diversa loca illius notat. *Phasis* est fluvius. B. *ditissima*) sive propter felicitatem accipimus, sive propter pellem [10]) arietis inauratam, quae, apud Colchos [11]) inventa, a Phrixo in templo Martis est consecrata. Bc. Voss. *Secat* autem Phasis, radit et transit. *Phasis* est fluvius Indorum. Bc.

272. Et illi etiam veniunt, qui sunt in ea parte, *qua Halys* etc. B. *Halys*) fluvius Asiae interioris, [12]) Croesi regnum et Cyri medius terminabat. [13]) Erat autem [14]) Cyrus rex Persarum, Croesus Lydorum. Cum inter hos certamen de imperio ageretur, Croesus consuluit Apollinem, cui ab eo adversa responsa prolata sunt: *Croesus* [15]) *perdet Halyn* [16]) *transgressus plurima* [17]) *regna*. Bc. Voss.

273. Rhipaei sunt montes Scythiae, unde decurrit

1) Bc. et Lb., in quo fere eadem leguntur, *ore*.
2) B., in quo sunt eadem, *vel id. d. s. H.*
3) Voss. *quod*.
4) Voss. *d. sint*.
5) Voss. *et hae*.
6) Voss. *part. Eur.*
7) Priora absunt a Lc.
8) Lc. *diuturnum*.
9) vs. 190; B. *Colchos*.
10) Eadem fere Lb.
11) Fort. *Iolcon*. Oudp.
12) Voss. addit *qui*.
13) Lb., in quo fere eadem sunt, *dividebat*. Idem scholion in B., sed in fine: *Apollinem, cui responsum est, illius exercitum vincere* (leg. *vinci*), *cuius caput prius moreretur, et cum Croesus fugaretur a Cyro, mortuus est in fluvio*
14) *aut*. abest a Voss.
15) *Croes*. et seqq. a man. alia in Bc. et Guelf., qui: *cui hoc responsum est* Κροῖσος Ἅλυν δαβς (διαβὰς) μέγα αναρχην κατχυ (μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει).
16) Bc. *Halim*.
17) Ita Lb. Witt. et Bc., sed Voss. *maxima*.

Tanais fluvius. Diversum mundum vocat Europam et Asiam; et in una ripa vocatur Europa et in alia Asia; et ideo *nomina* dicit. B. *Tanais*) fluvius Scythiae, qui Asiam et Europam disterminat; una enim ripa Asia est, altera Europa. *(et m. al.)* Ideo *nomina diversi mundi*, quia unum mundum appellat Europam atque Asiam, antequam divisa fuisset. BC.

276. *Nunc ampliat hunc orbem* Asiae, *nunc illum* Europae, prout decurrit. B.

277. Et illi etiam veniunt, qui sunt in ea parte, *qua Pontus* scilicet *torrens fretum egerit* etc. Inter Orientem et meridianam plagam est aequor ferventissimum; et effunditur mare, et facit paludem, quae vocatur Maeotis. B. *egerit*) emittit. LC. intrat et exiens egerit. LB.

278. Et illi etiam [1]) veniunt, qui sunt in ea parte, *qua gloria* etc. Tangit illud, quod Hercules in memoriam sui in Gadibus erexit duas aeneas columnas, cum non potuit ultra procedere; ultra quem locum ivit Alexander. B. *Herculeis*) Hucusque enim [2]) venit Hercules ibique portum Menesthei [3]) condidit. BC. VOSS. Hercules in Occidente, Alexander hic Gades posuit; non enim longius ille versus Occidentem, quam Alexander versus Septemtrionem. LB. *metis*) quia Alexander columnas suas ulterius erexit, [4]) et sic deleta est gloria Herculis. WITT.

279. *Gades* sunt insulae, ubi percutit oceanus et facit mediterraneum mare. Et quia etiam in Occidente sunt Gades, ideo subiungit determinans de quibus dicat, ubi dicit: et illi veniunt, qui *negant solas Gades* occidentales etc. Et per hoc notabimus vel illas easdem, quas ibi notavit, ubi dixit *gloria auferetur* etc., vel adiacentes illis. B. *solas;* sed etiam Alexandri. WITT. *Gadis* [5]) insula est in finibus Baeticae [6]) provinciae sita, quae dirimit Europam ab Africa; [7]) in qua Herculis columnae visuntur, [8]) et unde Tyrrheni maris faucibus oceani aestus immittitur. Est autem a continenti terra centum viginti passibus divisa. [9]) Est sciendum tamen, quod hoc

1) Inter lin. B. *quoque.*
2) *enim* abest a Voss.
3) *Meneti* Voss. II., forsan *Monoeci*, de quo errore Scholiastae cf. I, 408. OUDP. Bc. *Meoci;* Voss. I. *Herculis Moeti*, quae correxi.
4) Similiter Lc.
5) Ita Bc.; sed Isidor. et Papias *Gades.*
6) Bc. *Baetiae;* correxi ex Isidoro et Papia.
7) Eadem leguntur ap. Papiam.
8) Bc. *visentur.*
9) Eadem exstant apud Isidor. Orig. XIV, 6. et Ioann. de Ianua.

nomen plerumque pluraliter effertur. Iuvenalis: [1]) *Omnibus in terris, quae sunt a Gadibus.* Incertum autem est, cui mari haec insula adscribatur, oceano an mediterraneo, ideoque dixit *oceanumque n. s.* etc. Bc.

280. *Tunc et Sidoniae gentes* etc. Hic notat illos, qui vere dicuntur Sidonii; nam ex his fuerunt illi, qui Sidonem condiderunt in insula mediterranei maris. B.

281. Arimaspae [2]) sunt gentes in Ponto. B. *Arimaspe*) gens in Ponto, quae deauratis baltheis, [3]) ornamenti vice, comas ambit. Bc. Voss. *Hinc*, i. ex Occidente, venit *fortis Arius; Arius* est populus Hispaniae. [4]) Nota quod, etsi Caesar gessisset bellum in Hispania, tamen non habuit secum alios, nisi quos devicerat. B.

283. *Massagetes* est populus; et habuerunt guerram [5]) cum Sarmatis. Et coactione illius belli solvit *ieiunia equo, quo fugit* prius; q. d. *equo, quo* prius versi sunt ad fugam, utebantur nunc in cibo. Et *volucres Geloni* tinxerunt sagittas; populi sunt. B. *Massagetes*) qui polentam secum portare dicuntur, [6]) qua mixta cum equino sanguine utuntur, ut his alimentis sustentati ad pugnam accendantur. Lc. *Massagetes* et *Gelonus* gentes sunt in ultima Germania. [7]) *Ieiunia* etc., [8]) ut Virgilius: [9]) *Acerque Gelonus, cum fugit in Rhodopen* [10]) *atque in deserta Getarum, et lac concretum cum sanguine potat equino.* Bc. Voss.

284. Nunc dat causam, quare hanc descriptionem locorum fecisset, ad hoc scilicet, ut videatur mirum de tanto exercitu; nam tantus fuit ille exercitus contra Romanum imperium, quem non [11]) Perses habuit et Agamemnon in destructione Troiae; et hoc dicit *Cyrus non descendit cum tot ducens* etc. Per hoc quod dicit *cum Memnoniis regnis*, notat quod multos reges habuit secum. B. *Memnoniis*) comparatio a minori fit. Dicit autem, non tot cum illo fuerunt, quot nunc sunt cum Pompeio. Voss. *Memnoniis*) a Me-

1) X, 1.
2) Ita B. pro vulg. *Arimaspi.*
3) Voss. II *bracteolis.*
4) *pop. Hisp.* in Bc. quoque, Voss. et Papia.
5) B. *vuerram c. Sarmaticis.*
6) Lc. *dictus.*
7) Similiter Lb.
8) *Ieiun. etc.* absunt a Bc.
9) Locus est III. Ge. 461. de Gelonis, ubi videndus omnino La Cerda, ibidem docens affinibus populis hoc moris fuisse. Oudp. Verba *acerque — Getarum* absunt a Voss.; sed leguntur cum reliquis in Benedict. et Bc.
10) Bc. *Rodapen.*
11) B. *et quem*, unde scripsi *quem non.*

mnone Aurorae filio. BC. VOSS. Agamemnon et Menelaus non *tantis classibus* percusserunt *aequora*. BC. *(man. al.)*

285. Cyrum cum sequeretur magnus exercitus, ut numerum omnium sciret, iussit macerias fieri, i. loca, quae certum numerum militum ferrent. In haec mittebantur, quot introire potuissent; sic ex maceriarum numero ad stipendium dandum et quantitatem militum colligebat. BC. Per hoc quod dicit *milite numerato telis emissis*, notat quod tot fuerunt, quod non potuerunt numerari, sed quisque centenarius misit sagittam. B. [1]) Consuetudinem hanc [2]) dicit fuisse Persarum, ut procedentes ad bellum singulas sagittas extra urbem certo loco [3]) dirigerent; cum omnes post finitum [4]) proelium redirent, singuli singulas [5]) tollerent, ut ex his, quae remansissent, occisorum numerus inveniretur. [6]) B. BC. VOSS.

286. Et iste *Perses*, cum tot habuit, debuit pugnare cum Romanis. B. *ultor*) Agamemnonem dicit, qui mille naves duxit ad Troiam propter Helenam, Menelai fratris sui [7]) uxorem. BC. VOSS.

287. Ordo: *non cum tantis percussit aequora*. BC.

288. Et quamvis tot essent, *unum* habuerunt *ducem*, Pompeium scilicet; et videntur, quantum ad effectum, ad hoc collecti esse, ut essent exsequiae in mortem Pompeii. B.

292. Et quamvis isti sufficerent, quos enumeravit, tamen adhuc enumerat alios, ubi dicit *corniger* etc. *Ammon* dicitur arenosus Iupiter; et tangit illud breviter quod, cum Dionysius [8]) reverteretur de Oriente, et transiret per Libyam, et afficeretur exercitus eius siti, apparuit ei Iupiter in specie [9]) arietis, fodiens arenam; unde prosilierunt fontes, quibus adhuc utuntur incolae. B. *Ammon*) Iupiter, [10]) qui apud Libyam colitur cum arietinis cornibus. BC. VOSS. Hic Dionyso, in Syrtibus prae siti laboranti, in specie arietis apparuit, et fontem utpote filio ostendit. [11]) VOSS. Cornutus Iupiter pingitur et colitur in Libya; quod

1) B. addit *Vel aliter*.
2) B. Voss. *dic. hanc*.
3) B. *in certum locum*.
4) B. *bellum finitum*.
5) B. *singuli tollebant*, omisso *singulas*.
6) Hunc modum Cyro tribuit Glossator Voss. II., cuius verba nimis longa huc transscribere nulli usui foret. OUDP. Cum reliquis consentit magna ex parte Lb.
7) *sui* abest a Voss.
8) B. addit *Bacchus*.
9) B. *speciem*.
10) Voss *Harenosus Iup*.
11) Cf. infra ad IV, 673. IX, 512. et Serv. ad Virg. Aen. IV, 196.

ideo fingitur, quia involuta sunt eius responsa, sicut involuta sunt cornua arietis. LB.

293. Marmarici sunt populi ferocissimi. [1]) B. Marmaricae gentes in ultimis Africae finibus constitutae. BC.

294. Et *quidquid,* [2]) i. quantumcunque, *Libya patet* in longitudine et latitudine, venit ad istud bellum. Longitudinem notat, ubi dicit *usque ad Eoa* i. orientalia *litora;* latitudinem notat, ubi dicit *usque ad Paraetonias Syrtes.* B.

295. *Paraetonias*) [3]) ab oppido, quod iuxta Syrtes est; quae sunt prope Catabathmon [4]) montem, qui locus Africam dividit [5]) ab Aegypto. BC. LB. VOSS. Scilicet *non cessavit mittere catervas in arma.* VOSS.

297. Et haec tanta collectio videtur, quantum ad effectum, ideo esse facta, ut Caesar uno bello vinceret illos omnes, quos multis deberet vincere; et hoc dicit aequipollenter *Pharsalia praestitit orbem* totum, *ne* hoc esset, quod *Caesar non acciperet* omne uno bello. B. *orbem*) tum, cum Pompeio mittit auxilia. BC.

298. Nunc competenter exsequitur de Caesare. *Ille* Caesar, *ubi* perfecit *Romae* quae voluit, ut conficeret Petreium et Afranium, *superevolat* etc. B.

299. *nubiferam*) altam. LC.

301. *Phocais*) Graeca derivatio. Phocaea [6]) civitas Graeciae, unde profugi [7]) alii in Italiam, alii in [8]) Massiliam civitatem delati sunt, in qua haec [9]) iuventus est, de qua nunc loquitur. BC. VOSS.

302. Per hoc quod dicit *Graia,* [10]) notat Phocenses de Graecia huc venisse. B. *Graia levitate* dicit, [11]) quia Graeci facile mutantur. Ergo isti contra [12]) morem suae gentis fecerunt fortiter in fide stantes. BC. VOSS. *Iura signata* i. sacramento confirmata. B. *signata*) i. data a Pompeio. BC. signaverant sedes in fastis Romanorum. LB.

303. Et *ausa* est etiam *servare causas* Pompeii, nam videbatur habere iustam causam; et *non sequi fata* i. prosperitatem Caesaris, ac [13]) si dicat, etsi videret bene succedere ei, tamen quia iniustam habuit cau-

1) Eadem habet Papias.
2) B. *quidquod.*
3) Lb. addit *dicit.*
4) Bc. *Cabathmon.*
5) Voss. *misit.*
6) *Phoc.* abest a Bc.
7) Voss. *prof. Graeci al. delati sunt.*
8) Voss. *ad.*
9) *haec* abest a Voss. Similia in Lb., qui habet *Amphissam* pro *in Italiam.*
10) B. *Graecia.*
11) Voss. *quia Gr. leves et instabiles sunt ac fac.*
12) Bc. *non.*
13) Lc., qui seqq. habet, *q. d.*

sam, **noluit ei adhaerere.** B. *fata*) hoc quia incertum est, utrum Caesari an Pompeio victoria eveniret. BC. *sequi*) i. non [1]) secuti sunt illum, qui vincebat, sed qui iustius dimicabat. BC. LB. VOSS. *ante*) adverbium. BC.

305. Hanc sententiam firmaverunt, tamen *parant* flectere eum verbis si possent. B.

306. Cecrops fuit rex Atheniensium. Minerva aedificavit eam, [2]) et dedit ei nomen; et inde dicit *Cecropiae Minervae.* B. *Cecropiae*) i. Atheniensis, quas condidit Cecrops. VOSS. *fronde*) i. ramo olivae. Ideo *Cecropiae Minervae* [3]) dixit, quia Minerva hanc sibi defenderat civitatem, olivam ibi producendo, dum Neptunus equum produxisset. BC. VOSS.

307. Haec sunt verba Phocensium: *Semper in externis* etc.; q. d. hoc testantur annales libri, quod vobiscum et prosperitatem et adversitatem sumus passi contra extraneas gentes. B. Ordo est: *Semper in externis bellis vestro populo communia fata tulisse Massiliam, testatur aetas,* quae *comprehensa est Latiis annalibus.* Annales autem [4]) sunt libri, qui continent acta [5]) diversorum annorum. BC.

310. Et adhuc sumus ad idem parati; et hoc dicit *accipe dextras devotas,* i. voluntarias, *in externa* etc. B. *ignoto*) longe posito; *externa* [6]) non civilia. BC. VOSS.

312. Nos, *discordes* a *civilibus armis, damus* dextras; vel aliter, si vos *discordes* inter vos *paratis proelia* etc. B. *Discordes* sunt lacrimae, quando laesi a civibus cives deflent. [7]) BC. VOSS. *concordes* quando ab externis gentibus comprimuntur. GUELF.

314. Et *damus secretum* i. sacramentum utrisque, q. d. utrisque erimus fideles. Et ponit antecedens pro consequenti; nam cui habemus fidem, committimus secreta. B. *Secretumque*) absentiam. VC. fidem, vel secernimus nos a vobis. VOSS. Ab eo quod sequitur id quod praecedit. Praecedit enim fides, ut secretum subsequatur; [8]) unde et manu velata panno fidei sacrificabant antiqui, ostendentes fidem secretam

1) Lb. *non eum;* Voss. *scil. non q. vinceret* (cum Lb.) — *dimicaret.*

2) Scil. *urbem.*

3) Voss. *Cecr. q. h. s. M. c. d.*

4) Bc. *enim;* Lb. et Voss., qui seqq. habent, *Annal. libr. sunt;* Guelf. *A. autem l. s. q. a. singulorum ann. c.*

5) Lb. et Voss. *actus singulorum,* ut Isidor. Orig. I, 45; vide et infra ad V, 384.

6) Voss. addit *sed.*

7) At hoc non pertinebat ad Massilienses; male distinxit locum Scholiastes. OUDP.

8) Voss. *subs. secr.*

esse debere. [1]) Bc. Voss. i. Vel *damus secretum* i. separationem a civilibus armis, i. e. separati erimus a vobis. Guelf.

315. Hoc quidem facimus, sed exsecrabilia [2]) *vulnera* nunquam *tractentur* etc.; et non decet, ut a nobis tractentur. Et hoc per simile ostendit, ubi dicit *si coelicolis* etc. B. *manu*) i. nostra, quae vobis est copulata. Bc.

318. Quamvis deberet *prodesse Iovi, tamen non* audet etiam voce, ne ipsi persentirent. B.

320. Quomodo scit eum regnare? *per fulmina tantum;* et hoc dicit *et ignarum sortis deorum,* quantum ad praesentiam etc. B.

321. Adhuc alia causa, quare non debeat [3]) constringi interesse; nam *undique concurrunt gentes.* B. *Adde*) ad id, quod diximus. Bc. Primo dixit, [4]) quod non debeant [5]) dimicare; modo dicit quod, etiamsi dimicent, nihil prosint. [6]) Bc. Voss. i. ii.

322. Adhuc alia, ubi dicit *nec sic horret* etc. B. *egeant*) i. e. non [7]) tam innocentes sunt homines, ut desint bellis civilibus, [8]) qui cupiant dimicare. Bc. Voss. sive ut cogi debeant, qui sponte non dimicant. De his dicit, qui ad bellum civile non venerant. Bc. Ac si diceret non esse necesse, ut cogatur quis ad civile bellum, quia omnes paene sponte conveniunt. [9]) Voss.

324. Et utinam eadem *mens* esset ceteris, quae et nobis est. B. *ista δειχτιχῶς* dicit i. [10]) demonstrative. Sensus est: o, [11]) utinam ista voluntas, quae in nobis est, sit cunctis; scilicet *ut recusent vestra fata* i. [12]) nolint bellare. Bc. Voss.

325. *nec haec*) Sensus hic est: absit, ut civili proelio miles intersit, nisi Romanus, qui viso patre vel fratre subsistat; nam adventitius, nemine suorum viso, Romanum sanguinem fundere gestiet. Voss.

1) Quae posteriora verba ex Servio videntur esse desumpta ad Virg. I. Aen 292. *cana fides.* Hunc ritum docet clare Liv. I, 21. *Fidei sollemne instituit; ad id sacrarium flamines bigis curru arcuato vehi iussit, manuque ad digitos usque involuta rem divinam facere.* Verum illa huc non pertinent. Oudp. Quo de more vide Schol. Horat. Od. I, 35, 22. Bc. *esse secr.*

2) Idem Lc. Vc. et Voss.

3) An *debeant?* vel intellige *iuventus Phocais.*

4) Voss. *dicit.*

5) *habeant* Voss. II.; fort. *audeant.* Oudp. non opus est.

6) Bc. *prosit.*

7) Voss. *nec.*

8) Voss *civ. b. des.*

9) Similia in Lc.

10) *i. dem.* absunt a Voss.

11) *o* abest a Voss.

12) Voss. *et.*

326. Ne videretur male optasse, subiungit: ideo hoc opto; nam si hoc esset, non fieret civile bellum; et hoc aequipollenter *cui non conspecto* etc. B.

327. *diversi*) divisi in Pompeiana, sive in Caesariana parte. BC.

328. *Finis*) a contrario facit declamationem. BC. VOSS. *si committitis*) i. e. si commiseritis, [1]) *quibus fas non est*, i. e. non licet scil. nobis, *finis adest rerum*, i. civilium bellorum. Aliter: *si non committitis arma, quibus fas est*, i. externis gentibus, quibus fas est contra Romanos dimicare. [2]) VOSS. i. si non deduxeritis exteras gentes ad bella, quibus licet pugnare contra Romanos, nunquam fiet civile bellum. GUELF.

329. Hactenus ad utilitatem vestram rogavimus; *nobis* autem *haec summa precandi* est etc. B. Hoc scilicet solum deprecamur. VOSS.

331. Sinas bellatores extra, te solo intromisso; et hoc ideo rogamus, ut iste *locus*, remotus ab hoc scelere, *sit* vobis duobus *tutus*. B.

332. *admisso*) intromisso vel recepto [3]) te. BC.

333. *exceptus*) in quo scelus non sit admissum. BC. VOSS.

337. Aliud etiam est, quare non debes huc flectere *iter*; nam ad maiora tendis. Et revera maiora sunt illa; *non* enim *sumus pondera rerum*, si sumus contra te, *nec momenta*, si sumus tecum; q. d. nec multum deprimimus res tuas, si sumus contra te, nec multum extollimus, si sumus tecum. B.

338. Isti Massilienses docuerunt Gallos usum civilioris vitae, et cum eis multa bella gesserunt secundum Iustinum. [4]) VC. *momenta*) i. promovimenta. LB. Momentum aliquando pro utilitate ponitur, ut in hoc loco; unde dicitur nullius momenti i. nullius utilitatis. GUELF. tarditates, rerum morae, i. adiuvamenta. BC. *felicibus*) terret Caesarem iuventus, ne sibi velit [5]) infelices iungi. BC. VOSS.

339. Et probat, quod *non* sunt *momenta rerum*; non enim sumus usi prosperis *armis*, nec in patria, unde expulsi sumus, nec hic. B. *exsul*) Cum Cyrus maritimas urbes Graeciae occuparet, et Phocenses expugnati omnibus angustiis premerentur, iuraverunt,

1) Voss. *si vultis eos dimicare.*

2) Ultimam Scholiastae expositionem unice veram esse arbitror. OUDP.

3) Ita et Iso ad Prudent. Symmach. II, 770.

4) XLIII, 5.

5) Voss. *ut nollet s. inf. iungere.*

ut profugerent quam longissime ab imperio Persarum, ubi ne nomen eorum quidem audirent. Atque ita in ultimos Galliae sinus navibus profecti, armisque se adversus Gallicam feritatem tuentes, Massiliam condiderunt, et ex nomine ducis nuncupaverunt. Hos Varro [1]) trilingues esse ait, eo quod Graece, Latine et Gallice loquuntur. [2]) BC.

340. *translatas*) Hanc civitatem [3]) antea habuerunt, unde profugi Massiliam condiderunt; ideo dixit *translatas arces*. BC. VOSS. *Phocis* dicta est civitas illa, unde venerunt Massilienses. B.

342. *Illustrat*) facit illustres et nobilitat. BC. VOSS. Et quia extranei solent tentari bello, et sic non videretur verisimile, subiungit *quos sola fides* etc. Et hoc precamur quod dixi; si autem non vis facere, *parati* sumus omne periculum ferre, scilicet domos incendere, et sitim et famem pati; et hoc dicit aequipollenter *si claudere muros* etc. B.

345. *adversis*) occupatis ab adversariis. VC. *haustus*) potus. LB.

347. *Horrida* essent *cerni*, si ipsi comederent canes vel etiam filios; sed tamen sequens litera non vult de filiis. B. *cerni*) i. ad cernendum, [4]) quae horrorem faciunt, si cernuntur. BC. LB. VOSS. videlicet si unus manducet alium. LB.

348. *Foeda*) ad contingendum; quae [5]) foeda sunt, si tangantur. BC. VOSS.

349. *Parati* sumus et faciemus; et hoc dicit *nec pavet hic populus* etc. B.

350. *gessit*) scil. omnia supra dicta; vel aliter, quae libertas *gessit* pro defendit. BC. *Saguntum* est castrum in Hispania, quod diu Hannibal obsedit. B. *Saguntum* oppidum [6]) Hispaniae, quod bello Punico [7]) obsessum ab Hannibale inbellem [8]) occidit aetatem. [9]) Hoc ergo dicunt: possumus et nos subire haec [10]) pro libertate, quae fecit Saguntum obsessum [11]) bello Punico. BC. LB. VOSS.

1) Fragm. inc. p. 350. Ed. Bip.

2) [Eadem] apud Isidor. XV, 1—, quae totidem etiam verbis margini Voss. I. sunt adscripta. OUDP. Inde sua habet Papias.

3) Voss. *hab. a. civ.* sine *arc.*

4) Quae praecedunt a Lb. et Voss. absunt.

5) Voss. pro prioribus *et*, coniunctum cum superioribus.

6) Lb. addit *est*.

7) Voss. addit *secundo*.

8) Voss. *occ. inb.*

9) Lb., in quo reliqua desunt, *civitatem*.

10) Voss. *haec sub.*

11) *obsess.* etc. desunt in Voss.

351. Et adhuc alia patiemur, potius quam hoc faciamus; haec scilicet *pectoribus rapti* etc. Et possumus intelligere quod, dum non adeo essent macri, manducarent eos (et hoc notassent superius *maculato morsu*), et postquam prae nimia *fame* non possent vivere, interficerent eos et comburerent. B.

352. *sicca*) Ostendit nec matres habuisse lac, quod darent. BC. VOSS. *mittentur*) ut coquantur et edantur. LB.

353. *poscet*) ut iam crimen non [1]) sit occidere, sed [2]) rogatur, ut feriat. BC. VOSS.

354. *miscebunt*) vicissim interficientur. BC.

355. *Hoc*) inter se scilicet, cum suos obsessi perimunt. BC. VOSS.

356. *prodita*) futurae orationis sensum ante demonstrat, ut Virgilius: [3]) *Sic accensa profatur*. VOSS. patefacta; habitum futurae orationis ostendit. BC.

358. Phocenses dixerunt *non sumus pondera, nec momenta rerum;* et ad hoc respondet Caesar, ubi dicit *fiducia vana nostri cursus* etc. B. *fiducia*) ideo [4]) nos contemnunt, quia festinare nos credunt. BC. VOSS.

359. *Hesperium*) ad septemtrionalem axem, ubi est Hesperia. [5]) BC.

360. Nunc convertit se ad suos, ubi dicit *gaudete cohortes* etc. B.

361. Et revera *munere fatorum*, nam *nocet mihi deesse hostes*. B.

362. Praemittit similitudinem, ubi dicit *ventus ut amittit* etc. B. *robora*) Quid sit *robora* exponit, i. e. *densae silvae*, dictae casu nominativo per epexegesin; possumus et genitivum accipere huius *silvae robora*. VOSS. Potest epexegesis *densae silvae*, nominativus pluralis; potest esse et genitivus singularis. BC.

366. Et pro damno habemus, *nisi* aliqui *rebellent*, tamen tales *qui* possint *vinci*. B. *Nisi rebellent*, [6]) *qui* tamen *potuerunt* a me rebellari, et [7]) iterum pugnent, ut exerceantur, *damnum putamus armorum;* vel ita: *nisi rebellent vinci*, cum eos possim vincere. LB.

367. *Sed si solus eam*) Gravi voce legendum est hoc; ironicos enim dictum est. Dixerat enim supra: [8])

1) Voss. *n. s. crim.*

2) Voss. *si.*

3) Aen. IV, 364.

4) Voss. *ut id. n. contemnant.*

5) Fere eadem Lb., sed *Hesperus.*

6) Vocibus *rebellent* et *tamen* lacunas Lb. supplevi.

7) *et* addidi in lacuna.

8) vs. 330.

Terribiles aquilas infestaque signa relinquas urbe procul, nostrisque velis te credere muris. BC.

368. Nunc respondet ad hoc, quod dixerunt superius *excludique sinas*, ut ita dicat: si venero armatus, non introducar; *sed si* [1]) *solus eam, patent tecta*, si *degener* fecero. *Non* enim *volunt* tantummodo *excludere* meos, sed me includere. B. *excludere*) i. e. non sufficit, quod me excludere [2]) ausi sunt; iam hoc agunt, ut includant. BC. VOSS.

369. Ego dico includere; at potius dicendum est, quod fugitant *contagia belli; dira* enim sunt. B. *at enim*) pro certe. BC.

370. *fugant*) i. a se [3]) expellunt. Supra enim dixerat: [4]) *Sit locus exceptus sceleri.* BC. VOSS. i. evitare volunt. LB. Et hoc ironice dicit: et quia *inclusisse* vultis, *dabitis* ergo *poenas* etc. B.

371. *meo aevo*) i. quoad vixero. LB.

373. *trepidam*) quippe qui restitit. BC. Et quia *conspicit* eos intrepidos, ponit moenia [5]) in tuto loco; et potuit facere, nam *haud procul a muris* etc. B.

375. Per hoc quod dicit *tumulus explicat* in *parvo vertice campum diffusum*, notat [6]) in summitate aliquantulum [7]) esse latum, et ideo aptum ad castra ponenda. B.

376. *diffuso*) proclivi. LC. in summo erat planum. LB.

379. *Pars* Massiliae, quae erat *proxima* illi [8]) tumulo, *consurgit in celsam arcem;* et inde *par* erat illi *tumulo*. B. *Proxima pars* terrae *consurgit* in parem turris [9]) altitudinem, et inter turrim et inter tumulum erant convalles. LC.

380. *tumulo*) illi scilicet, qui Caesari aptus visus [10]) est tutis castris. BC. VOSS.

381. Et quia tantam aptitudinem [11]) habuit, ideo *placuit* ei *res*, quae tamen constitit ei *immenso labore*. B. *statura*) conficienda. LB. futura stabilis. VC.

382. Quae illa *res* fuit, ostendit, scilicet coniungere collem illum, in quo erat, *vasto aggere*, implendo vallem illam de terra usque ad civitatem. B. *diverso*) diversis partibus coadunato. BC. VOSS.

1) Addidi *si*.
2) Voss. *exclud. me*.
3) Voss. addit *scilicet*.
4) vs. 333.
5) An *munimenta*?
6) *not. — latum;* eadem in Lc. addita v. *tumulum* post *notat*.
7) Abest a Lc.
8) Ita correctum est in B. ex v. *ipsi*.
9) Lc. *terra*.
10) Voss. *v. est apt*.
11) An *altitudinem*?

383. Hoc *placuit, sed* tamen *prius* voluit eis auferre *pabula et fontes* per fossata; et hoc est quod dicit *sed Caesar prius perduxit longum opus a summis castris* usque *ad aequora, ut totam* etc. B.

386. Ordo est: *tollentia brachia densas pinnas cespitibus exstruxit* et *cruda terra*. BC. VOSS. *pinnas*) Nam pinna munimenti genus est. VOSS. terga fossarum. LC. spissas berdiscas [1]) et barbacanias. [2]) VC.

387. Crudam terram, vivam terram. B. *cruda*) i. sola, sine calce et reliquis impensis. BC. VOSS. *exstruxit*) composuit. LB. *Brachia* vocat compagem trabium, quae solet impleri, sicuti videmus in castris. BC. *Brachia* vocat aggeres [3]) constructos, in quibus pinnae aedificatae erant. LC.

389. Nunc commendat Massilienses; q. d. et cum tantum opus insumsisset, *contingit* eis memorabile et *aeternum decus*, quod tardaverunt eum. B.

392. Haec *una* civitas etsi vincatur, tamen *mora vincitur*. Bene dico haec *una*, nam cunctae uno momento sunt raptae a Caesare; et praeterea *contigit* eis *aeternum decus* inde, quod, cum fata viderentur ad hoc laborare, ut facerent eum vincere, fuerunt ibi remorata; [4]) et hoc dicit aequipollenter *quantum est quod fata* etc. B. *una*) scil. *urbs Graia* per moras. VOSS. cum aliae urbes in momento raptae sint a Caesare, ista non. BC. *tenentur*) retardantur. LC. *quantum*) cum admiratione dictum est, [5]) i. multum hoc est. BC. VOSS.

394. In hoc *Fortuna dies perdit*, quia, cum vellet Caesarem omnia perdere et rapere, hic fecit eum subsistere. LB. *Fortuna*) his diebus successu caruit. BC.

395. Istud fuit interpositio, [6]) nunc revertitur ad principale: *placuit res, statura immenso labore*, et ideo *omnia nemora late procumbunt*. Ideo *silvae spoliantur*, ut, inde factis instrumentis et positis ex utraque parte, postea constringat ipsam terram in medio; et hoc est quod dicit aequipollenter *ut* ipse Caesar *arctet humum ligatam structa compage laterum*. B. *levis*) putris. BC.

1) i. e. castella lignea, quibus castra et oppida muniebantur, aliis *berdesca, bertesca* etc.; cf. Adelung. Glossar. T. I. p. 657 et 791.

2) i. e. vallum palis munitum et circumseptum; qua de v. vide Adelung. l. l. p. 573.

3) Lc. *aggera constructa*.

4) Passive dictum contra usum, cf. Adelung. Glossar. T. V. p. 670.

5) Lb. similiter; Voss. *accipitur dict. i. m. est hoc*.

6) An *interpositum*?

397. *Suspendant*) suspensa teneant. LC. *compage*) iunctura trabium. BC.

398. Ideo *arctet, ne agger pressus* a *turribus cedat*, tunc *cedat, cum levis terra* et *virgulta suspendant mediam molem. Mediam molem* vocabimus vel ipsam levem terram et virgulta, vel ipsas turres, quas per mediam illam congeriem duxit usque ad civitatem. B.

399. *Procumbunt* robora, et poterat hoc fieri; nam prope *erat lucus* densissimus etc. Et describit hunc lucum duabus de causis, vel ad exaggerationem nequitiae illius, si cum vulgo sentit, summam inesse ei religionem; vel ad hoc, ut insultet vulgo, qui talem credebat stultitiam. B. *ab aevo*) non *ab aevo nunquam violatus,* [1]) sed ab hominibus nunquam violatus per longum aevum. [2]) Hoc autem ideo dixit de religione silvae, [3]) ut videatur Caesar admisisse sacrilegium. BC. VOSS.

400. *Obscurum*) Unum pendet ex altero; ideo *obscurum*, quia *connexis ramis*. BC. *connexis*) propter spissitudinem. LC.

401. Per hoc quod dicit *alte submotis solibus*, i. caloribus, notat altitudinem arborum. Et ostendit magnam inesse ei religionem, ubi dicit *hunc non ruricolae* etc. B. *Et gelidas*) Haec basis poetica est. BC. *solibus*) diebus; nam soles plurali numero pro diebus ponimus. Virgilius: [4]) *Saepe ego longos cantando puerum memini me condere soles.* Persius: [5]) *Tecum etenim longos memini consumere soles.* BC. BENEDICT.

404. *Arae structae diris altaribus;* q. d. et arae erant ibi, quibus sacrificabant diis infernalibus, et altaria, quibus superis diis; nam *arbor lustrata* etc. B. *Ara* est superficies altaris; altare autem et ara superorum, sola ara dicitur inferorum. Ara dicta est a Graeco [6]) ἀραῖς, i. precibus, [7]) unde contra imprecatio κατάρα dicitur. [8]) LB. *diris*) quia de humano sanguine immolabatur. LB.

1) Voss. pro his *i. e. non ab aevo.*
2) Non legitur in Bc.
3) Voss. *de rel. s. dix.*
4) Ecl. IX, 51.
5) V, 41.
6) Lb. *grego aras.*
7) Similia leguntur ap. Papiam.
8) Eadem fere exstant in Lc. et ap. Serv. ad Virg. Aen. II, 515, unde sua hausit Isidor. Orig. XV, 4, ex Servio et Nostro corrigendus Idem Isidorus in Differ. verb. T. VII. p. 440: *Altaria deo ponuntur, arae etiam defunctis,* ex Serv. ad Virg. Aen. III, 305, qui ad Ecl. V, 66. docet: *Novimus enim aras et diis esse superis et inferis consecratas, altaria vero esse superorum tantum deorum.*

405. *lustrata*) perfusa. LB. litata. LC. Sanctus Gregorius, rogatus a quodam rege, ut a Roma mitteret sibi aliquam reliquiam, [1]) misit ei parum terrae. Qua visa rex, ut delusus, retro sibi misit; Gregorius illam digitis suis impressit, et statim ex ea sanguis exivit; et tunc dixit quod tota terra Romana est sacra, quia tota tincta et balneata sanguine sanctorum Martyrum. VC.

406. *qua*) vacat; i. si meruit vetustas fidem. BC.

407. Et merito non *violatus;* nam *metuunt insistere* etc. Ita hoc dico, si fides est adhibenda veteribus. B.

408. *lustris*) Lustra dicuntur ferarum habitacula. [2]) BC. *ventus*) causam expressit fulguris. BC.

410. *non ullis*) quia semper sunt sine frondibus. LC. Ordo [3]) est: *inest suus horror arboribus, non praebentibus frondem* [4]) *ullis auris.* Ostendit ergo, ventum eiusdem silvae folia non movere. BC. VOSS. *praebentibus*) i. non dantibus, quia semper folia habebant. LD.

411. Et quod maius est *suus horror*, i. suus [5]) motus, *inest arboribus;* q. d. in se hoc habet quod crescit; nam nullae aurae praebent ei frondes. B. *horror*) veneratio. LB. BC. *Horror* plerumque ad odium pertinet, plerumque ad venerationem. Virgilius in primo: [6]) *Desuper horrentique atrum nemus imminet umbra.* Verbum expressit [7]) de verbo; *nigris*, i. umbrosis. BC.

412. *Tum*, i. praeterea, est ibi haec religio, *plurima unda* etc. Et imagines deorum sunt ibi; et [8]) non tantum sculptae, sed potius *simulacra* illa *exstant informia* etc. B. *moesta*) horrida, inculta. LB. terribilia; ab eo quod sequitur id [9]) quod praecedit; nam terribile aliquid moerorem [10]) inducit. BC. VOSS.

413. *Arte*) non enim decora sunt aere aut [11]) marmoribus fabricata. BC. VOSS. non sunt bene sculpta. LB.

414. *Ipse situs* et *pallor facit* homines *attonitos*; et hoc modo *robore iam putri.* B. *situs*) i. lanugo quae-

1) Vc. *reliquiem.*
2) Sunt verba Non. Marc. p. 333. Ed. Merc.
3) Voss. *O. hic est: suus in.*
4) Voss. addit *suam.*
5) Lc. (qui eadem habet ad vv. *quod crescunt arbores* usque) et Bc. *proprius.*
6) vs. 165; sunt verba Servii.
7) Dictum respectu Virgilii.
8) B. *etc.*
9) Voss. *ad.*
10) Bc. *terrorem.*
11) Voss. *vel.*

dam ex humore procreata; et fit in locis sole carentibus. [1]) LB. *robore*) ligno, unde sunt facta. BC.

415. Ideo attoniti sunt, quia *numina* non vulgata metuuntur. B. *non vulgatis*) i. *non sic metuunt* homines deos, quorum vultus [2]) expressos simulacris cognoscunt. BC. GUELF. *figuris*) i. notis. LC.

417. *Non nosse deos, quos timeant, tantum addit terroribus* eorum, quantum dixi; q. d. [3]) quia non noverunt illos deos, ideo adeo [4]) timent. B. Hoc [5]) ipsum terrorem *addit*, quia timent, et nesciunt *quos timeant*, [6]) cum hos magis deos deberent [7]) timere, quos sciunt. [8]) BC. VOSS.

418. Praeterea est aliud; dicuntur ibi sonare cavernae, et arbores per se incumbere et surgere. B.

419. *consurgere*) Utrumque mirum est, et quod procumbunt sponte, et quod rursus exsurgunt. BC.

422. Et quia ita terribilis est, ut diximus, ideo populi non habitant ibi; nam etiam *ipse sacerdos timet* ire, vel in meridie, vel in nocte; et hoc est quod aequipollenter dicit *medio cum Phoebus*. B. *propiore*) ut prope accedant. LB.

423. *medio*) die scilicet media. [9]) *Ipse ἔμφασις* est; *ipse*, cui sacra commissa sunt. VOSS.

425. *Accensus*) i. e. accendere. RICHEL.

426. Ideo *hanc iubet*, quia proxima erat illi operi, quod facturus erat. B.

427. Ubi dicit *priori bello*, notat illos Massilienses tentatos fuisse bello, cum patriam illam intraverunt, ut solet fieri. B.

429. Ipse *iubet, sed* ipsi [10]) et *fortes* in aliis, hic *tremuere manus*, ne idem eveniret eis, quod evenit Lycurgo, volenti exstirpare vites; et hoc aequipollenter, ubi dicit *motique verenda* etc. B. *moti*) milites; non manus. VOSS.

431. *In sua*) Sicut [11]) Lycurgus passus est a Libero; nam [12]) dum vites amputabat, crura sua incidit. BC. VOSS.

432. *Implicitas*) involutas et dubias. LB.

1) Sunt verba Servii ad Virg. Aen. VI, 462.

2) Guelf. *q. simulacra humano studio fabricata sunt, quomodo silvas.*

3) *q. d.* etc.; eadem in Lb. et Lc.

4) Lb. *magis*; in Lc. deest.

5) Voss. *Ut et h. i. t. addat.*

6) Voss. *timent.*

7) Voss. *d. m. debeamus.*

8) Voss. *scimus et quorum certum novimus vultum.*

9) Bc. *in medio scil. die*, reliquis omissis.

10) An *illi?*

11) Voss. *Ut L. est p.*

12) *nam* abest a Bc.

435. Bene *merso;* ne quis dissuaderet, percussit, antequam loqueretur ad militem. Bc. Voss.

437. *nefas*) nam si nefas est, ego solus [1]) dabo poenas, qui feci, et qui vos iubeo facere. Bc. Voss.

439. Paruit iuventus, sed tamen coacti; et hoc est ubi dicit *sed expensa ira Superum et Caesaris;* q. d. in trutina posuerunt utriusque iram, et praeponderavit ira Caesaris; [2]) et quod timuissent illum magis, hoc per effectum ostendit, ubi dicit *procumbunt orni.* B. *expensa*) librata. Lc. comparata ira deorum et ira Caesaris, quam magis timuerunt, quia contemta maiorem poenam inferret quam dii. Guelf. Magis enim Caesar contemtus posset nocere, [3]) quam dii violati. Bc. Voss.

441. Dodona est silva, in qua sunt magnae quercus, consecratae Iovi; et ponit hic pro quercibus; et est *Dodones* casus genitivus. Dodonaeus [4]) etiam vocatur Iupiter, quod ibi dabat responsa. B. Dodona est civitas Epiri, iuxta quam silva est Iovi consecrata; [5]) ex cuius nomine sic vocatur Iupiter. [6]) Lb. *Dodones*) Graecus genitivus. [7]) Quercus dicit, quas consecratas habuit Iupiter Dodonaeus. Bc. Voss. *aptior*) ad naves faciendas. Lb.

442. *Cupressus* adhibebatur funeribus mortuorum, vel ut foetorem [8]) removeret a naribus, vel quia incisa nunquam surgit, similiter nec mortuus surgebat. [9]) B. Ex cupressu fiebant pyrae nobilium [10]) defunctorum. Vc. Hinc enim incestata familia ostendebatur; ut Virgilius: [11]) *Et feralis ante cupressos.* Bene autem dixit *non plebeios luctus;* neque enim haec [12]) curantur in funere egentium vel ignobilium. Bc. Voss. Ideo dicit *non plebeios,* [13]) quia adeo cara erat, quod [14]) non adhibebatur nisi divitum rogis. B. Lc.

1) *solus* abest a Voss.
2) Similiter Lb. et Lc.
3) Voss. *Hoc est quod m. n. p. C. cont.*
4) B. *Dodone.*
5) Sunt verba Serv. ad Virg. Ge. I, 149; similia habet Papias.
6) Lb. addit *Iovis;* an *seu Iovis?* Papias: *Dodone, nes pro quercubus ponitur vel Iove.*
7) *Gr. gen.* in fine scholii habet Voss.
8) Similiter Lc. et Isidor. Orig. XVII, 7.
9) Fere eadem notat Serv. ad Virg. Aen. VI, 216; adde eundem ad IV, 507; Fest. p. 106. v. *cupressus,* ubi vide Ios. Scaliger.; Lutat. ad Stat. Theb. IV, 460. et Schol. Cruq. ad Horat. Epod. V, 18.
10) Cf. infra ad IX, 917.
11) Aen. VI, 216; in Bc. vv. *ut V. — cupressos* desunt.
12) Voss. *hae.*
13) Quae praecedunt, non leguntur in Lc.
14) B. *quia;* Lc. *adhibita est.*

443. *comas*) supra enim dixerat *longo nunquam violatus ab aevo.* BC.

445. *Sustinuit*) Cum arbor supra arborem ruit, [1]) factum est, ut quae supra venerant, stare viderentur. BC. VOSS.

447. Ceteri timuerunt, sed Massilienses [2]) sunt gavisi; et hoc ideo, quia crediderunt deos, qui ibi colebantur, se vindicaturos. Nam *quis* non *putaret;* et hoc aequipollenter *quis enim laesos* etc. B. *Exsultat*) quia sperabant deos se ulcisci de Caesare. VOSS.

448. Et quod *impune* sunt laesi, hoc ideo est vel quia servabatur, ut fieret peior; et hoc est quod dicit *servat multos* etc., sicut de Mario fuit factum; vel potius possumus dicere *impune,* quia non sunt veri dii; et hoc dicit aequipollenter *et tantum miseris* etc. Nam si essent veri dii, irascerentur aeque potentibus. B.

450. *Orni procumbunt,* et *ut satis* est *caesum* [3]) *nemoris,* i. postquam *satis* est *caesum* de nemore, *quaesita* etc. B.

451. *cessantis*) ab aratro. LB.

452. Et *raptis iuvencis agricolae fleverunt annum soli cessantis* a *curvo aratro.* Et per hoc adauget illius nequitiam, quod dicit abstulisse *annum* agricolis. B. *annum*) i. sationem. LB.

453. Et quamvis tanto conamine laborasset Caesar, tamen versus est ad Hispaniam, [4]) quia vidit diu mansurum hoc [5]) bellum; et hoc dicit aequipollenter *dux tamen impatiens* etc. B. LC. Quamvis sit versus ad alias gentes expugnandas, tamen prius cupit expugnare Massiliam. BC. Caesar enim pergens ad Hispaniam dimisit ibi aliquos suos milites, ut civitatem expugnarent. GUELF. *haesuri*) moraturi belli. LB.

454. *Versus*) Hinc incipiunt principia [6]) libri quarti, in quibus dicturus est *at procul extremis terrarum Caesar in oris Martem saevus agit.* BC. VOSS.

455. Nunc revertit ad materiam. Lignis collectis *erigitur agger* etc. [7]) Hoc tale vocat stellatum axem. Axem vocat ibi [8]) ligna media; stellatum, ad modum stellae, quae ex omni parte quasi radios emittit. [9]) B. LC. *Iussit*) tanquam ipsam [10]) necesse sit vincere.

1) Similiter Lb. et Lc.
2) B. *castrenses.*
3) B. *cesu.*
4) Lc. *Hispanos.*
5) *hoc* et seqq. *et hoc* cum reliquis absunt a Lc.
6) Voss. II. *principalia.*
7) Lc. *stellatus* pro *etc.* — *Axem.*
8) Lc. *ubi l. sunt med. ad.*
9) Lc. *stellaris* pro *emitt.*
10) Forte *ipsum* sc. Caesarem. BURM. non opus est; *ipsam* scil. Massiliam.

BC. VOSS. *stellatis*) ferratis, et ob hoc lucentibus. BC. VOSS. summis turribus. VOSS. fixis per medium. VC.

456. *Erigitur*) a G. Trebatio. [1]) VC.

458. *causa*) Latebat, quomodo impellerentur. LB.

459. Et quia *latenti causa* ducebantur, [2]) cum ipsae turres nutarent, *iuventus credidit ventum quaerentem erumpere contusisse* [3]) *inanes* etc. Tangit physicam illam; dicunt physici terram infra se habere quasdam cavernas, ubi continentur venti, et cum vult emittere eos, inde fit terrae motus. B. *ventum*) τὸ αἴτιον expressit, i. causativum terrae motus. Nimia magnitudo aggeris monstratur, dum terram dicit tremere. BC.

465. Ideo *maior vis* est Graiis, quia non tantum utuntur lancea cum *lacertis*, sed etiam cum ballista; et hoc est quod dicit *neque enim lancea* est *excussa solis lacertis, sed* potius *rapta tenso turbine ballistae. Quiescit* quidem, non tamen *contenta transire unum latus, sed pandens viam per arma* etc. Turbinem ballistae vocat contortionem ipsius instrumenti. B. *turbine*) corda. VC. *ballistae*) βάλλειν [4]) dicunt Graeci mittere; hinc ballista missile et propterea balaena ab emittendo fluctus. GUELF.

467. Per hoc quod dicit *relicta morte*, ostendit, quod [5]) non solum unum interficiebat sed multos illud instrumentum. B. LC. *cursus*) ut Virgilius: [6]) *Protinus hasta fugit servatque cruenta tenorem.* BC. VOSS.

469. Ordo est: *at saxum frangit cuncta ruens.* BC. VOSS. Et non solum his, sed etiam saxis utebantur, et hoc ad proximos; et hoc est quod dicit *at saxum ruens sternit cuncta, quoties excutitur.* B. Verber vocat ipsum instrumentum, cum quo trahebatur saxum. B. LC.

470. Tale *saxum excutitur, qualis rupes excutitur, quam vetustas* etc. B.

474. *testudine*) i. scuto. Testudo camerata domus, sed in hoc loco pro densitate armorum ponitur. LD. *Testudo* dicitur densa scutorum series ad similitudinem animalis. [7]) BC.

475. *innexa*) Milites, qui retro stabant, iungebant se prioribus et ante stantibus. GUELF.

1) Imo *a C. Trebonio;* cf. Caes. B. C. I, 36.

2) B. *ducebatur.*

3) Ita B. pro *concussisse.*

4) Guelf. *balin;* cf. ad II, 686. De *balaena* similiter Isidor. Orig. XII, 6. et Papias.

5) Lc., qui praecedentia non habet, *effecta q. d. non s.*

6) Aen. X, 340.

7) Similia habet Serv. ad Aen. IX, 505, unde sua hauserunt Isidor. Orig. XVIII, 12. et Ioann. de Ianua.

477. Et quamvis ita prius essent valentia instrumenta illa, tamen postea non habuerunt effectum; et hoc est ubi dicit *tamen quae prius ex longo* etc.; tum dico, *ut* i. postquam *virtus* Romanorum, *tecta densa testudine, subit* hostiles *muros*, et postquam *priores* Romanorum *ferunt arma*. Et cum proprie dicantur arma ab armo, [1]) et sic clypei dicantur arma, tamen quia usus habet etiam alia vocare arma, ideo subiungit *et umbo extensus* etc.; et ponit partem pro toto. B. *post terga*) quia iam appropinquabant Romanae acies. BC. VOSS.

479. Et quod non [2]) nocent ideo est, quia non *est facilis labor* eis *aut flectere* ad alium locum, scilicet *mutare* illum locum, aut percutere proprie, cum sit paratum *ad longinqua tela*. B. *facilis*) quia non poterant facile mutare ballistam, ut inde mitterent tela Romanis appropinquantibus ad moenia. GUELF.

481. *nudis*) exsertis, expeditis. BC.

482. *fuit*) duravit. OISEL. LB. *Seriem* armorum dicit continuationem. VOSS. continuatio supra milites clypeorum iunctorum. BC.

483. Ordo est: *innocua grandine sonant tecta percussa. Innocua* scilicet tectis; nam nocet terris. BC.

484. *Respuit*) i. reiecit ipsa [3]) series. BC. LB. VOSS. *incerta*) i. e. dubia. VOSS.

485. *Perpetuam*) longam, continuam. BC.

486. *Singula*) i. e. unusquisque lassatus scuto suo se protexit. GUELF.

487. Et cum non procedant hoc modo Romani, tunc subducitur *vinea*. B. *Tunc*) quia iam [4]) non poterant testudine muros evertere, vel se tueri. BC. LB. *Vinea* est instrumentum quoddam de cratibus factum, quod maxime fiebat de vitibus, quia sunt flexibiles. B. *Vinea* dicitur compago tabularum invicem coeuntium ordine [5]) per quadrum. Nomen tractum [6]) a vinea, quae quadrata dispositione plantatur. [7]) Virgilius: [8]) *Nec secius omnis* [9]) *in unguem arboribus positis secto via*

1) Ioann. de Ianua: *arma ab armus — quia eum tegunt, vel quia armis i. brachiis exercentur.* Similiter Isidor. Orig. XVII, 5; fons huius derivationis est Serv. ad Virg. Aen. IV, 495.

2) Addidi *non*; similiter Lb.

3) Voss. addit *scilicet*; Lb. non habet *reiecit.*

4) Lb. sine *iam* habet *mur. test. ev.*, reliquis omissis.

5) Bc. *ordinem.*

6) Voss. *habet.*

7) Bc. *plantantur.*

8) Ge. II, 277.

9) Bc. *omnes i. anguem.*

limite quadret. Bc. Voss. i. crates. Lb. Vc. gattus [1]) ex viminibus. Vc.

488. Pluteum vocat tabulatum [2]) ipsum; et qualiter hoc intelligit, exponit, ubi dicit *et tecta* [3]) *fronte latentes.* Nam ante ipsam vineam faciebant de assibus tectum, ne quid posset nocere stantibus sub vinea. B. *pluteis*) i. e. munitionibus, tectis. Bc. Voss. i. iuncturis; *(et m. al.)* Pluteum proprie dicitur sponda, sed hic ponitur pro munitionibus sive tectis. Lb.

490. *suspenso*) longo vel impulso. [4]) Lb. Dum enim iaculatur, suspenditur in aere, ut [5]) maiori ictu proiiciat et obstacula frangat. Lc. *ictu*) scil. brachiorum. Vc.

492. *Subducere unum* saxum ab aliis *saxis,* i. removere aliquod saxum in inferiori parte; ad quod faciendum est aries aptum instrumentum. B. *unum*) scil. saxum. Voss. *subducere*) cum enim de pariete, qui constructus est saxis, lapis imus [6]) evertitur, omnes sequuntur in casum. [7]) Bc. Voss.

493. Ipsi quidem laborant, *sed* nihil valet eis; et hoc est quod dicit *sed crates cedunt,* desuper *percussae et flammis* etc. B. *molis*) i. lapidum. Lb.

494. *crebris*) assiduis. Bc.

497. *fuit*) prius; nunc autem. Lb. *starent*) ne sua moenia perirent. Bc.

498. Et cum deberet esse *summa voti,* quod retinuerunt moenia, tamen non sunt contenti hoc, sed potius *ultro* [8]) *inferre acies,* vel *ultra acies parant* ire. B.

499. *Nocturni*) i. e. per noctem. Rem temporis ad personam transtulit. Virgilius: [9]) *Nec minus interea se* [10]) *matutinus agebat Aeneas.* Est autem pulchra figura. Bc. Voss.

501. *Telum*) i. flammis pro gladiis utebantur. Bc. Voss.

502. *tulit*) scil. ipsa incendia. Voss.

503. Ordo: *nec lentas ignis agit vires.* Bc.

504. Taedas vocat ipsas faces. Per hoc quod di-

1) Vc. *gactus*, quod correxi. Veget. R. M. IV, 15: *Vineas dixerunt veteres, quas nunc militari barbaricoque usu catos vocant.* Alii *catos, gatos, gattos;* cf. Adelung. Glossar. T. II. p. 297.

2) Idem Bc. et Ioann. de Ianua.

3) B. *texta fronde.*

4) Lb. *impulsa.*

5) Lc. *et.*

6) Voss. prioribus omissis *lapis unus cum ev.*

7) Voss. II. *incassum desuper.*

8) B. *ultra.*

9) Aen. VIII, 465.

10) Bc. *sese.*

cit *ab omni taeda*, notat tantam multitudinem taedarum ibi esse, quod in omni parte posuerunt. B.

505. *fumi*) q. d. ignis fuit tam altus, quam fuit fumus. Vc.

507. Et tantus fuit ignis, quod lapides versi sunt in pulverem; et ideo *spes*, quam habuerunt in tellure, *abiit* Romanis. B. *crudae*) recentes, *(et m. al.)* solidae. Lc. durae. [1]) Lb. *putri*) solubili. Lb. *fluxerunt*) in calcem resoluta sunt saxa. Voss.

510. Et ut praeceptum Caesaris complerent, *placuit tentare* eos in pelago; *placuit tentare*, tamen non eo modo, quo solent facere facientes navale bellum; et hoc aequipollenter, ubi dicit *non robore picto* etc. B.

511. Quisque solebat habere in navi sua aliquam imaginem, vel aquilam vel chimaeram, vel aliquod aliud signum, quod erat tutela navis. [2]) B. *decuit*) honestavit. Lb. *Tutela* navium in rostris erat, [3]) ubi solebant antiqui ex aere formare quaedam numina, in quorum tutela navis [4]) erat, quorumque nominibus vocabatur. Virgilius: [5]) *Post hos aequo certamine* [6]) *Pistris Centaurusque.* [7]) Bc. Voss. Brutus in xxx diebus fecit fabricari xii naves in civitate Arelate, prope Avenionem [8]) per vi miliaria, ut dicit Iul. Celsus, [9]) et per Rhodanum duxit illas ad mare. Et erant informes propter festinantiam, nec habebant imaginem protectoris, ut Sancti Marci Venetiis, vel Sancti Georgii Ianuae. Vc.

513. *stabilis*) ut in stabili area pugnare possent. Lc. Aream dicit rates. [10]) Sunt autem [11]) proprie rates iunctae trabes. Bc. Voss.

514. *Bruti*) Brutus enim per Rhodanum, Galliae fluvium, veniens [12]) cum multitudine sociorum, in mare rates deduxit. Est autem Massilia in litore maris sita. Voss.

515. Et quia in mari non posset talia parare in-

1) Lb. *duri.*
2) Similiter Lb.
3) Bc. *erant.*
4) Voss. *naves erant — vocabantur.*
5) Aen. V, 154.
6) Voss. *et Pistr.*
7) Confundit Scholiastes cum aliis viris doctis *Παράσημον*, quod erat in prora pictum vel sculptum, figura plerumque alicuius animalis, aliquando quoque aliarum rerum, cum *tutela* sive picto et sculpto Deo Deave, quae erat in puppe. Oudp.
8) Vc. *Avinion.*
9) Caes. B. C. I, 36.
10) Voss. *prae iunctura trabium; nam ar. rat. vocat.*
11) Voss. *enim r. pr. i. invicem tr.*
12) Priora in Bc. quoque, sed *flumen venerat.*

strumenta, ideo in Rhodano, qui prope erat, fecit instrumenta illa parari. Et hoc notat, ubi dicit *cum gurgite Rhodani.* B. [1])

516. *Stoechados;* [2]) est insula prope Massiliam. B. Stoechades, insulae [3]) Massiliensium, sexaginta millium spatio a continente terra in fronte [4]) Narbonensis provinciae, qua Rhodanus fluvius in mare exit. Dictae autem Graece *Stoechades,* quasi opere in ordine sint positae. [5]) Bc. Voss. Singulariter autem *Stoechas Stoechados* declinatur. Voss. Et non solum Romani paraverunt se ad navale bellum, sed etiam ipsi Massilienses unanimiter; et hoc notat per hoc quod dicit, etiam imberbes et senes ibi fuisse. B.

518. *ephebis*) cum [6]) pube. Dicitur iuvenis antequam ad iuvenilem veniat aetatem. Lc.

520. Navale vocat illum locum, ubi naves reponebantur, scilicet portum. B. *navalibus*) locis, ubi naves stabant. [7]) Bc. e navalibus. Voss. *Emeritas alnos* vocat vetustissimas naves, quae iam hoc promeruerant, ut in quiete starent. B. i. e. illas etiam [8]) naves viris implent, quae propter longum laborem subductae fuerant, [9]) veluti militia iam solutae. Bc. Voss.

521. Dixit quod ex utraque parte paraverunt se ad bellum navale; et hoc facto et habito etiam apto tempore, quisque movit suam ratem a statione, et hoc est ubi dicit *ut matutinos* etc. B.

522. Per hoc quod dicit *fregit radios super aquas,* cum hoc soleat fieri in mane, notat tempus in quo convenerunt; et per hoc notat animositatem illorum. B. *Fregit*) divisit; quasi ab aquis emergens secundum vulgarem opinionem. Bc. Omnia, [10]) quae in aqua apparent, fracta et velut intorta videntur. [11]) Lb. Voss.

523. Et per hoc videtur *mare servatum* esse ad bellum, quia nec Boreas flabat, nec Auster, contrarius suus; et per hoc notat ceteros quoque ventos habere inter se *pacem.* B. *posito*) i. e. quieto. [12]) Virgilius: [13]) *Cum venti posuere.* Bc. Voss.

1) Bc. addit scholion ad v. *classis*, quod iam supra I, 306. habuimus.

2) B. *Strecados.*

3) Voss. addit *sunt.*

4) Lb. habet *in fr. — exit;* totum scholion Isidor. Orig. XIV, 6.

5) Serv. ad Virg. Aen. III, 126: *ἀπὸ τοῦ στοίχου dictae sunt; rectae enim sunt.*

6) Lc. corrupte *ōn.*

7) Vide vs. 182 et 755.

8) Voss., *et. illas.*

9) Voss. *erant velut.*

10) Voss. addit *enim.*

11) Voss. *cernuntur.*

12) Voss. addit *non flante ut;* Bc. man. al. *flare desinente.*

13) Aen. VII, 27.

524. *Servatum*) i. e. ad hoc paratum, ut bella gererentur. BC. VOSS. *iacuit*) tranquillum fuit. LC.

525. Per hoc quod dicit *paribus lacertis*, notat aeque esse animosos Massilienses, sicut Romani erant. B.

527. Per hoc quod dicit *tonsis*, notat ipsos remos; et dicitur haec [1]) tonsa, huius tonsae; et dicuntur a tundendo. B. *Tonsi* [2]) dicuntur genus esse contorum. Contus est lignum longum, quo maris profunditas tentatur; inde verbum percontor, percontaris. [3]) LD. *tonsis*) percussis remis. BC. Tonsae sunt remi; et tonsae dicuntur, quia frondes tonsae i. e. abscisae erant; non enim dolabantur propter necessitatem rei. VOSS.

529. Nunc ostendit, qualiter erant paratae ad pugnam Romanae classes, ubi dicit *cornua Romanae classis*, scilicet *validae triremes*, et illae etiam *quas ordo quater surgens commovet*; q. d. et illae, quae [4]) habent quatuor ordines. B. *Cornua* extremae partes sunt antemnarum. [5]) BC.

530. *remigis*) Hic et haec remex, [6]) huius remigis; inde remigo, gas. LD.

531. Et illae etiam, *quae mergunt plures pinus* per aequora, ac si dicat quae habent quinque ordines. Hae omnes cinxerunt *multiplices rates* i. minores; nam minores plures sunt maioribus. Hic vocat *pinus* ipsos remos. Idem valet ac si aperte dicat: illas maiores ordinaverunt in modum lunae, et infra illud spatium posuerunt minores. B. *pinus*) i. quae habebant maiorem [7]) numerum remorum; pro *remis* posuit *pinus*. BC. VOSS. *mergunt*) i. merguntur. LB.

532. Contra undas pelagi maiores naves posuerunt, et fecerunt quasi cornua, et infra cornua maiorum minores posuerunt. VOSS.

533. Et ideo ita ordinaverunt, quia *hoc robur* valet defendere alias, si opponatur *aperto pelago*. B.

1) *haec t.* etc. in Lc. quoque leguntur, sed in fine *a tondeo, des, quia mare tondetur* (leg. *tunditur*) *i. percutitur; vel quia tonduntur* (leg. *tondentur*) *ab arboribus et remi fiunt.* Similia habet, sed confuse Ioannes de Ianua; cf. quoque Fest. v. *tonsa* et Serv. ad Virg. Aen. VII, 28, unde sua hausit Papias.

2) Ioann. de Ianua: *Haec tonsa, sae remus, quod et hic tonsus dicitur.*

3) Similia Donat. ad Terent. Hecyr. I, 2, 2.

4) *quae* et seqq. in Lc. quoque.

5) Eadem habet Ioann. de Ianua ex Isidor. Orig. XIX, 2; vide et infra V, 427.

6) Ld. *remes;* similia exstant apud Papiam.

7) Voss. *Quadriremes et naves, q. mai. habent.*

recedunt) retro. LB. *recidunt*) dividunt, [1]) distinguunt. BC.

534. *Liburnae* scilicet illae, quae sunt *contentae crevisse gemino ordine;* illae *recedunt* in illam lunatam classem, scilicet in convallem illam. Vel ut dicatur *recidunt*, q. d. illas maiores quasi iunctas in cornibus caedunt, et infra se colligunt. Liburni sunt populi, qui fuerunt inventores parvularum navium. Vel aliter construitur, ut ita dicatur: *multiplices rates,* scilicet minores, cinxerunt *cornua Romanae classis;* et hae sunt Romanae classis, [2]) scilicet *triremes* etc. Et secundum hunc modum erit nominativus casus *multiplices rates;* et secundum hunc modum accipiemus ita *cinxerunt,* quod prius ordinatae sunt maiores in modum lunae, et post illas sunt positae minores. Cetera non mutantur. B. *Liburnae*) Naves negotiatorum, a Libyis [3]) dictae. Horatius: [4]) *Ibis Liburnis inter alta navium.* BC. VOSS. I.

535. Ego dico *quasque quater surgens,* sed tamen *praetoria agitur senis verberibus;* ac si dicat sex habet ordines. B. *praetoria*) in qua Brutus praetor erat; [5]) supra enim ait [6]) *etiam turrigeram Bruti comitata carinam.* VOSS.

536. *senis*) remis, quia sex remi erant. BC.

538. Et ut ostendat valde esse animosos, subiungit *ut tantum medii fuerat* [7]) etc. B.

540. Et quamvis remi essent fere innumerabiles, et inde necessario magnus clamor, tamen victus est *sonus* ille a clamore illorum. B.

541. *sonus*) ut strepitu [8]) hominum sonantes remos [9]) nullus audiret. BC. VOSS. I. II.

543. *Transtra* vocantur illae partes navis, ubi sedent navigatores. Et ubi dicit *cadunt in transtra et pulsant pectora,* notat eos valde esse attentos navigationi. B. *transtra*) dicuntur quasi transversae [10]) sedes, in quibus nautae sedent. LC. *cadunt*) hoc enim impetu remigant, ut, cum reclinantur, cadere credantur; ha-

1) Idem in Ld.

2) B. *classes.*

3) Voss. *aliis;* sed *Libyis* apud Papiam et Isidor. Orig. XIX, 1, qui eadem licet aliter disposita habent.

4) Epod. I, 1, ubi cf. Schol. Cruq.

5) Priora in Bc. quoque, sed *quia* pro *in qua.*

6) vs. 514.

7) B. *fuerant.*

8) Voss. add. *et clamore.*

9) Ita et Voss. II., sed I. *sonitus remorum.*

10) Similia habet Isidor. Orig. XIX, 3, unde sua hauserunt Papias et Ioann. de Ianua.

bitum expressit navigantium. BC. Ita inclinantur, ut proni cadere videantur, vel, cum residant, cecidisse credantur. Nam gestum expressit navigantium, qui, quanto magis accelerant, tanto magis inclinant. VOSS. Navigantes enim per mare contra pectus trahunt remos, quod in minoribus aquis non fit. GUELF.

545. Ratis vocatur medietas navis, puppis vocatur posterior pars; et quod dicit *rates rediere in puppim*, idem valet ac [1]) si diceret repercussae tantum *rediere*, quantum est a medietate usque ad finem, scilicet quod medium reversum est illuc, [2]) ubi prius fuerat finis navis. B. LC. *In puppim*) pro ad puppim. Virgilius: [3]) *Impulit in latus* pro ad latus. BC. VOSS. *rediere*) ex maxima percussione. VC. retro pulsae sunt; [4]) i. retrorsum ut, ubi ante puppis fuerat, ibi staret ratis mutuo revocata pulsu. BC. VOSS.

546. *Tela emissa texerunt aera*, et cum ceciderunt *texerunt pontum* [5]) *vacuum*. B.

547. Et iam separantur Romanae classes, quae prius erant quasi coniunctae, et *diversae* rates sunt *receptae* in illam quasi convallem. B. *diductis*) deductis huc illuc. LC. ubi primo erant cornua. [6]) VC. *extendunt*) ut in sinum suum recipiant hostes. BC. VOSS.

548. *laxata*) i. e. postquam illi classis cornua tetenderunt. BC. VOSS. *receptae*) i. hostium rates receptae [7]) sunt, quia illi classem longius laxaverant. BC. VOSS.

549. Et quod ita accipiat *diversae*, scilicet ex Romanis et ex Graiis, ostendit. Ita sunt *receptae, ut* illud *aequor, quod* una *ratis tulit*, alia *retulit;* quod fit cum duae naves obviant sibi. Et qualiter hoc fiebat, ostendit, ubi dicit: ita hoc fiebat, *ut* fit *quoties* naturalis *aestus* maris *repugnat Zephyris* etc. Tangit hic physicam illam, quod mare ex nulla commotione ventorum in se ipso commovetur, et tunc, si forte venti veniunt, quo illa ebullitio ducit, inde venti reducunt. B. *Zephyris*) pro ventis generaliter hos posuit. LB.

550. *fluctus*) undae. LB. *mare*) i. cursus. LB.

551. *varios*) contrarios. VC.

552. *Quod*) aequor dico. VC. *remis*) cum. Comparatio est apta. Quando duo oppositi spirant in mare,

1) Lc., in quo priora desunt, *q. d.*

2) B. *illic;* post Lc. *erat.*

3) Aen. I, 82, ubi scribas *ad latus.*

4) Priora non leguntur in Voss.

5) B. *pontem.*

6) Vc. *cornuta.*

7) *rates* deest in Bc., *receptae* in Voss.; Guelf. *eo quod suas retraxerant.*

alter repellit illam partem aquae, quam alter impellit; et ita erat hic. Una classis repellebat aquam, quam altera impulerat contra se. Et tu istam comparationem aliter quam Benevenutus construe, sic: *haec* scil. navis *sic retulit* illud *aequor* i. illam aquam, *quod illa* i. alia *ratis tulit remis* scil. suis, *ubi* pro quando *puppes duxerunt tractus varios* i. oppositos in *sulcato gurgite, ut* pro sicut *fluctus abeunt huc* i. ad istam partem, et *mare,* subintellige abit, *illuc* i. ad aliam partem, *quoties aestus,* subintellige maris, *repugnat Zephyris* et *Euris,* qui contrarii sunt, quod orientales et occidentales venti. VC. *retulit*) reducit; q. d. cum remorum impulsu progrederetur, [1]) a mari refertur. LC.

553. Ita ordinaverunt Romani callide, ut dixi, ut interciperent Graiorum naves; *sed* nil profuit, cum tam *habiles* essent et incipere *pugnam et fugam.* B.

554. *nec longo*) i. brevi gyro verti poterant [2]) et iterare cursum. GUELF.

555. Tunc [3]) frangunt cursum, cum cito flectuntur. B. LC. Et *habiles* erant *cedere clavo,* non *tarde flectenti* se. Clavum vocat illam partem puppis, ubi adhaeret gubernaculum. B.

556. Et quia dedit habilitatem navibus Graecorum, ne videretur promittere iam illis victoriam, subiungit: illae supradicto modo *habiles* erant; *at Romana ratis* longe maiorem habuit habilitatem. Nam praebebat *usum* bellatoribus *similem terrae;* q. d. ita firmiter ibi stabant, sicuti in terra. B.

557. *usum*) sicut terra [4]) stabilis est ad pugnandum, ita ipsae carinae; erant enim prope terram. GUELF.

558. *signifera*) ferenti vexillum. VC. Erat enim praetoria, ut ait supra [5]) *celsior et cunctis Bruti praetoria puppis.* VOSS.

559. Et *pateris* illas [6]) *certas* esse *pelagi* propter artes suas? B. LC.

560. *Artibus*) piraticis fraudibus. BC. VOSS. *Certas* cum illis *artibus pelagi;* vel *pateris* esse *certas pelagi?* LB.

562. *Paruit*) i. obedivit consiliis. BC. *obliquas*) ut melius pugnare possint. LC.

1) Lc. *procederetur — referetur.*
2) Eadem in Bc.
3) Lc. *Non.*
4) Guelf. *contra.*
5) vs. 535.
6) Lc. *q. d. ill. pinus ess.*

564. *percussae*) i. illi, quam percusserat, cohaesit, navi scilicet Bruti. BC.

565. Multae adhaeserunt rati Bruti; *ast* [1]) *alias ligant manicae.* Manicas vocat uncos, factos in modum manus. [2]) Et etiam catenis illis, quas Phocensium naves trahebant post se, sunt multae captae. B. *manicae*) rampini. [3]) VC.

566. Et iam ita convenerant, quod iam pectinem fecerant cum remis; et sic se tenebant. *Bellum stetit* i. horruit in *toto aequore.* B. *tecto*) Ut Virgilius: [4]) *Latet sub classibus aequor.* BC. VOSS.

568. *vulnera*) corpora. VC. tela, ab eo quod efficitur, id quod efficit. BC.

569. *Miscenturque*) i. manus ad manum pugnando iunguntur. BC. *plurima*) vulnera. LC. accusativus pluralis; neutraliter enim dixit. *(et m. al.)* Ordo: *ensis agit plurima navali bello.* BC.

570. *Plurima agit* gladius, nihil hasta, [5]) quia vicina sibi missilia tela non quaerunt. VOSS. in navali bello potius telis quam ense pugnari solet. GUELF.

571. Et ita proni, quod vel in navem inimici cadebant mortui, vel in aquam; et *fluctus* etiam spumabant *obducti concreto sanguine.* B. *Pronus*) attentus. VC. *nullique*) i. [6]) non *cecidere in suis ratibus*, sed *in ratibus* [7]) hostium, quae coniunctae sunt. BC. VOSS.

573. *concreto*) coagulato; spumant. [8]) BC.

574. *vincula*) quae [9]) supra *manicas* dixit, eo quod in modum manus naves capiunt; [10]) nam proprie manicae vincula sunt [11]) brachiorum. BC. VOSS.

575. Et tot sunt mortui, quod *cadavera conserta prohibent* coniungi has *rates, quas immissi* etc. B. Et per hoc plane ostendit, quod non in suas ceciderunt [12]) rates. B. LC.

577. *Hauserunt*) i. biberunt. BC.

580. Et *tela irrita*, quantum ad intentionem mittentium, *peragunt suas caedes in gurgite*; q. d. tot iacebant in aqua, quod vix poterat cadere gladius in aquam, quin aliquis vulneraretur. B. *caedes pera-*

1) Quae praecedunt habet et Lc.

2) Similiter Lb.; vide infra ad vs. 574.

3) Vox Italica i. e. *uncus*; cf. Adelung. Glossar. T. V. p. 580.

4) Aen. IV, 582.

5) Bc. tantum *non hasta.*

6) Guelf., qui similia habet, praeposuit, *quia proni erant in alienos ictus ideo non* etc.

7) *rat.* deest in Bc.

8) Idem Voss.

9) Bc. *quia.*

10) Bc. *capiant.*

11) Voss. *Man. s. pr. vinc.*; Guelf. *s. v. fabrorum.*

12) B. *cederunt.*

gunt) cum missa ceciderunt; nam iam [1]) non sunt *irrita*, quia [2]) in fluctibus *caedes* [3]) inveniunt. BC. VOSS.

581. *Frustrato pondere* i. frustratum propter pondus, *exceptum in mediis* aquis, *invenit* ibi *vulnus*. B.

583. Huc usque de omnibus aequaliter; nunc ostendit infortunium, quod evenit cuidam Romanae, ubi dicit *Phocaicis Romana* etc. B.

584. *Robore*) separata multitudine [4]) virorum fortium per latera navium. BC. VOSS.

586. *Catus*) doctus [5]) gubernator. VOSS. *Tagus* fuit Romanus, et voluit retentare *aplustre* cuiusdam navis Phocensium. *Aplustre* vocabimus vel [6]) ipsum gubernaculum, vel columnam illam in puppe, quae tenet gubernaculum. B. *aplustre*) temonem. VC. est palmula remigii. LC. Alii ornamentum navis accipiunt; [7]) alii genus gubernaculi; multi [8]) genus remi. BC. LB. LD. VOSS. *retentat*) adversam enim navem voluit occupare. VOSS.

587. Voluit retinere, sed non profecit; nam *transigitur telis pariter missis* et per *terga et* per *pectora;* et eodem tempore *animam* et *letum*. [9]) B.

588. *Transigitur*) ex utraque enim parte tela directa sunt. BC. VOSS.

589. *quo vulnere*) utrum ante, an retro; i. [10]) per pectus, an per dorsum. BC. VOSS.

591. *Animam* vocat hic ipsum sanguinem; et tangit sententiam quorundam philosophorum, qui dicebant sanguinem esse animam, ideo quia remoto sanguine removebatur vita. B. *Divisit*) a corpore. VC.

592. Et non tantum male evenit Tago, sed etiam Teloni; et hoc est quod dicit *dirigit huc* i. ad Romanam navim *dextra Telonis* etc. Iste fuit Phocensis, quod inferius [11]) notat, ubi dicit *hic Latiae rostro* etc. B. *Telonis*) hic ex Phocensibus erat. BC.

593. *melius*) utilius. VC. *turbante*) se. LB.

594. *Audivere*) obtemperavere. LB. sentiverunt. [12]) VC. consensere manui, [13]) ut Virgilius: [14]) *Nec audit currus habenas*. BC. VOSS.

1) Voss. II. *nimium*.
2) Bc. *quae*.
3) Voss. *vulnus*.
4) Eadem Lb.
5) Idem Bc.
6) *vel* et seqq.; eadem in Lc.
7) Ld. *dicunt;* similia leguntur in schol. Iuvenal. X, 136, ubi vide Cramer.
8) Ld. *alii*.
9) Excidit aliquid, fortasse *etc.* vel *sparsit*.
10) Voss. *utrum per p*.
11) vs. 597.
12) Ita Vc. pro *senserunt*.
13) Priora absunt a Bc.
14) Gc. I, 514; Voss. *neque*.

597. *ruperat*) rostro scilicet navis suae [1]) solverat Romanam ratem. BC. VOSS.

598. *trementia*) fortiter iactata. BC.

599. *ratem*) cuius rostro solvere Romanam obvius [2]) tentaverat classem. BC. VOSS. *morientis*) cum [3]) adhuc moriens gubernaculum teneat. BC. VOSS. ut Virgilius: [4]) *Semianimesque micant digiti;* adeo et hic gubernaculum tenebat. VOSS.

600. *in sociam*) ut pro illo [5]) navem gubernaret. VOSS. *Gyareus* fuit Massiliensis, et voluit subvenire Teloni. B.

603. Cui Gyareo voluerunt duo Massilienses subvenire, et hoc notat, ubi dicit *stant gemini fratres* etc. B. *gloria*) epexegesis. BC.

604. Ideo varia fata, quia unus tantum fuit ibi mortuus. B.

606. *Agnorunt*) nam quando simul vivebant, errorem sui vultus videntibus inferebant; sed uno mortuo sublatus est error. VOSS.

607. *Ille tenet dolorem*, scilicet *causam aeternis lacrimis, et* repraesentat *fratrem amissum.* B. *ille*) relictus. LB. Iste inferebat parentibus dolorem, dum videretur; [6]) nam propter similitudinem hunc videntes, mortui reminiscebantur. BC. VOSS.

608. *offert*) i. ad memoriam reducit. BC. VOSS. in se. LB.

609. Ex quibus unus *ausus* est iniicere *manum Romanae carinae de Graia puppe, remis* iam *mixtis obliquo pectore,* nam a latere stabant. Vel *obliquo pectine;* nam remi utriusque navis coniuncti erant, ac si duo pectines convenissent. *Obliquo* dicit quantum ad hoc, quod videbatur in aqua ipsa. B. *alter*) i. mortuus. LB. *mixtis*) quod una navis erat alteri vicina. VC. *obliquo*) inclinato. LC. quod navigantes inclinant se. VC.

613. Quamvis sit amputata, tamen tenet *quod prenderat;* et *tenens* illud *strictis nervis, diriguit immortua;* i. valde [7]) mortua. B.

614. *Crevit*) fortior factus est, cum periret. BC. VOSS.

615. *Truncus*) Ordo: *nobilis truncus plus habet irae.* BC.

616. *Rapturusque*) non [8]) quod prodesset, si fuisset

1) Voss. *su. n. R. solv.*
2) Voss. *obv. s. R.*
3) Voss. *dum.*
4) Aen. X, 396.
5) scil. Telone.
6) Priora non leguntur in Voss.
7) B. *i. in vade;* correxi *valde*, ut in Lb. Lc. et Bc. legitur.
8) Bc. *nam.*

inventa, sed cupiditatem dolentis expressit, qui praecisam [1]) dextram sibi aestimat necessariam. BC. VOSS.

619. *expositus*) perstans. BC.

620. Et *confixus* cum *crebra cuspide*, [2]) tamen *perstat*, et recipit tela in se, quae multos laederent. B. LC.

621. *Telaque*) quibus alii occidi possent ipse excipit [3]) iam moriens. BC. VOSS.

622. Emeritam mortem vocabimus attritam mortem; nam tot vulnera passus est, quod poterat videri mors attrita. *Emerita*, i. valde merita, sicut emeriti milites; nam tot fecerat, quod dignus erat, ut decarceraretur [4]) anima. B. *Emerita*) bene merita. VC. quippe iam saepe [5]) confixus. BC. VOSS.

623. Deinde non permisit exire sanguinem, sed *collegit* totum; et distendit ipsa *membra* cum *toto sanguine*, qui ibi adhuc erat; et tunc prosilivit in navim inimicorum, et *solo pondere* submersit eam. Vel possumus dicere *contendit membra*, quasi contrahit et quasi claudit membra, ne sanguis exeat. B.

624. *contendit*) simul tendit. LC. Lucanus voluit hic poetizare, [6]) quia neque in aliquo historiographo hoc reperitur, nec fuit verum. Imo dicit Valerius, [7]) Suetonius [8]) et Florus [9]) quod Attilius, [10]) miles Caesaris, in bello Massiliensi iniecit manum in navim Massiliensem, et illa amputata iniecit aliam, et tam diu navim tenuit, donec submergeretur, secutus Cynaegirum [11]) militem Atheniensem in bello contra Persas secundum Iustinum [12]) VI libro. VC.

626. *puppim*) pro in puppim. [13]) BC. VOSS. Utrumque dicitur noceo illam et illi rei. LC.

629. Imprimis *accipit crebros ictus;* sed *postquam hausit pelagus, descendit in undas* etc. B.

630. *Foros* vocat tabulata navium. B. *Fori* dicuntur tabulata navium [14]) vel sedilia navium; vel *fori*

1) Voss. *dexteram* sine v. *praecis.*
2) Superiora absunt a Lc.
3) Voss. *excepit.*
4) Quo de verbo vide Adelung. Glossar. T. III. p. 23.
5) Voss. *toties* pro *iam saepe.*
6) Cf. Adelung. T. V. p. 356.
7) III, 2, 22.
8) Iul. Caes. 69.
9) Apud Florum nihil eiusmodi legitur.
10) Vc. *Actilius.*
11) Vc. *Ginegerum.*
12) Imo II, 9.
13) Sunt verba Prisciani XVIII, 25, 236. quem vide Ioannes de Ianua: *Antiqui construebant hoc verbum noceo cum accusativo, quod in multis locis adhuc invenitur; — et hoc ideo, quia significationem habet activam; — in prima et secunda persona construitur cum dativo.*
14) Eadem fere Isidor. Orig. XIX, 2, Pompeius p. 151. et Papias v. *Fori,* fortasse ex Serv. ad Virg. Aen. IV, 605; cf. infra IV, 567.

foramina dicuntur, in quibus remi mittuntur, dum remigant. [1]) Lc.

632. *discedunt*) i. e. dividuntur, ut [2]) Sallustius: *Atque omnis Italia animis discedit.* Virgilius: [3]) *Medium video discedere coelum.* Bc. Benedict. Voss.

633. *Mare cecidit* [4]) *in locum puppis;* q. d. ubi paulo ante erat puppis, nunc est mare, et implevit illam concavitatem. B. *cecidit*) quod navis occupare consueverat spatium, hoc unda complevit. Bc. Voss.

635. Et illa *miracula* variae mortis ostendit in partem, ubi dicit *ferrea dum puppi* etc. B.

636. Lycida fuit Massiliensis; et hoc notat inferius, ubi dicit quandam navim venisse ad auxilium istius, et illam submersam esse, quam dicit fuisse Massiliensium. B.

639. *lentus*) paulatim fluens. Bc. *cadit*) sed totum simul. Bc. Anima est fundata in sanguine secundum philosophum, et aliqui voluerunt quod anima esset ipse sanguis. Vc.

640. Et *discursus* sanguinis [5]) *meantis in diversa membra* est *interceptus aquis,* i. non potuit ad inferiora membra transire aqua interposita. B. *Discursusque*) ut Virgilius: [6]) *Et magno se corpore miscet.* Voss. *animae*) i. sanguinis secundum [7]) eos, qui dicunt animam esse sanguinem. [8]) Bc. Voss.

641. *Interceptus*) h. e. inter aquas receptus est. Bc.

642. *tanta via*) Per angustam enim viam [9]) solet anima exire; nunc corpore diviso [10]) maius iter factum est. Bc. Voss. Et *nullius vita est dimissa* cum tanto labore, nam hic *diu* pugnaverunt *fata;* et hoc est quod dicit *ultima pars* etc. B.

643. *vitalibus*) i. membra divisa a renibus usque ad pedes statim mortua [11]) sunt. Bc. *(man. al.)* Vitalia enim vicina sunt cordi; intestina. [12]) Bc. Voss. Vitalia autem sunt septem intestina, quibus vita haeret, i. lingua, hepar, pulmo, cor, lien et duo renes. Guelf.

644. *Ultima pars* cito est relicta ab anima; *at* illa

1) Similia leguntur apud Ioannem de Ianua.

2) *ut* deest in Voss. Locus Sallustii mihi incognitus; cf. infra ad VI, 348.

3) Aen. IX, 20.

4) B. *decidit.*

5) B. *sanguis.*

6) Aen. VI, 727.

7) Voss. *iuxta.*

8) Voss. *in sanguine.*

9) Voss. *angustum e. vulnus.*

10) Voss. *diverso corp. i. m. invenit.*

11) Bc. *mor* reliquis erasis.

12) *intest.* abest a Voss.; legitur apud Ioannem de Ianua.

pars, *qua tumidus pulmo iacet* etc. B. *pulmo*) ibi enim est sedes animae secundum quosdam. Bc.

645. Et *fata, multum luctata cum hac parte viri,* ubi *pulmo iacet, vix* vindicaverunt sibi *omnia membra.* B.

649. Et quia adeo fuerunt intenti bello, quod dimiserunt *vacuam* illam partem, quae carebat *hoste,* ideo est submersa; et hoc est quod dicit *cava texit pelagus* etc. B. *congesto*) accumulato. Lc.

650. *cava*) et aquas et nautas intra carinam texit, dum versa sit. [1]) Bc. Voss. *texit*) cooperuit. Bc.

651. *Nec licuit* illis natare, [2]) utpote conclusi intra carinam. [3]) Bc. Voss. *periere*) ipsi viri intra navem scilicet, [4]) qua tegebantur. Bc. Voss.

652. Unicam faciem *diri leti* vocat, quod [5]) quidam de [6]) naufragis, dum vidit quandam puppim Romanam velle invadere quandam Massiliensium, interposuit se, ut removeret ictum, sed non profuit; et [7]) hoc notat, ubi dicit *nec artus prohibere* [8]) etc. B. Lc. *tunc*) quando submersa fuit praefata navis. Vc. *unica*) pro una. Bc.

656. *Nec prohibere*) quamvis utraque sint rostra [9]) in unius corpus illisa, perforato tamen pectore sic utriusque rostri aera sonuerunt, [10]) tanquam nulli artus venientibus obstitissent; nam et ossa contrita sunt, [11]) et idcirco non prohibent. Bc. Voss.

658. *viscera*) subaudi per. Lb.

659. *Postquam inhibent remos,* i. [12]) recipiunt *remos* infra [13]) navim, *ac reducunt* [14]) *rostra,* i. dividuntur et separantur naves a se invicem, *transmisit aquas vulneribus* etc. B. Lc. *inhibent*) Proprium verbum [15]) nautarum; removent. [16]) Hypallage est, nam [17]) remi inhibent puppes. Bc. Voss. Alii legunt in textu *viscera inhibent* i. e. removent. Voss. *reducunt*) reflectunt. Lc.

661. *transmisit*) recipit et dat. Lc.

662. *iactatis*) ad natandum expansis. Bc.

1) Voss. *fuit.*
2) *Nec — nat.* absunt a Bc.
3) Voss. *versa nave conclusis.*
4) Voss. pro his *scil. int. navem q. tegebatur.*
5) Priora absunt a Lc.
6) Lc. *e;* post *videt.*
7) Reliqua non leguntur in Lc.
8) B. *prohibent.*
9) Voss. *rost. sunt.*
10) Voss. *sonuere.*
11) Voss. *et s. oss. cont.*
12) Priora desunt in Lc.
13) i. e. intra.
14) Lc. *recedunt.*
15) Voss. *i. e. prohibent verb. pr.,* unde Burm. scribendum censet *cohibent,* a cursu nempe et retro agunt.
16) Voss. *et* pro *removent,* quod legitur in Lb.
17) Bc. *postquam.*

663. Naufragi currunt ad socios, ut recipiantur ab illis; *at* non profuit, nam *cum prensarent robora* cum *ulnis, impia turba ferit ense* etc. B.

664. *ulnis*) i. e. mensura manus, h. e. unde incipit manus, ut Virgilius: [1]) *Tres pateat coeli spatium, non amplius ulnas.* VOSS.

665. *Nutaret*) vacillaret. BC. *peritura*) periret si populum recepisset. BC.

668. Ille cadit a manu, cui absciditur manus. B. *A manibus*) ut non ipsi remitterent manus, sed remitterentur a manibus. BC. VOSS. *amplius*) scilicet quam pendebant in navibus. VOSS.

669. *Truncos* vocat corpora naufragorum, quae iam unda non sustinet, sed petunt fundum. B. utpote non habentes manus, quibus natarent. BC.

671. Et *milite nudato telis* emissis, *furor invenit* sibi *arma;* nam frangunt navim, et utuntur ea pro armis; et hoc est ubi dicit *remum contorsit* etc. B. *furor*) *Furor arma ministrat* dicit Virgilius. [2]) VC. ut Virgilius: [3]) *Telum ira facit.* BC. VOSS.

673. *rotant*) demergunt. BC. *excusso*) aut occiso ab hostibus, [4]) aut quem ipsi [5]) expellebant non habentes spem navigationis. BC. VOSS. I. *sedes*) transtra, [6]) quibus sedebant. BC.

674. *pessum*) i. deorsum. LB. LC. i. sursum; [7]) in profundum cadentia retinent corpora mortuorum, et spoliant [8]) telis, quibus confixa erant. BC. VOSS.

675. Alii ex naufragis *tenent corpora* sociorum, tendentia ad fundum, et *spoliant* illa armis, quae repraesentant sociis. B.

676. *inopes*) i. non habentes tela. BC. *revulsum*) i. letale, si revelleretur. LB.

677. Alii trahunt de propriis vulneribus; et quia cum sanguine recedunt vires, ideo opponunt manum vulneribus, ut retineant sanguinem interim tantum, dum feriant. Ideo *dum torserit;* nam vult ut *exeat,* postquam *torserit hostilem hastam.* B. *viscera*) ubi vulnus acceperant. BC. VOSS.

679. Bene *hostilem;* ipsam enim miserat [9]) hastam,

1) Ecl. III, 105, ubi vid. Servium.
2) Aen. I, 150.
3) Aen. VII, 508.
4) Voss., qui a fronte scholii *expulso* habet, addit *remige.*
5) *ipsi* deest in Voss.
6) Voss. tantum *i. e. transtra.*
7) *i. surs.* absunt a Voss.
8) Voss. *auferunt tela.*
9) Bc. *mittit.*

unde fuerat vulneratus. BC. VOSS. *exeat*) ipse scilicet sanguis. VOSS.

680. Multa genera mortis fuerunt ibi, ut diximus, tamen plures sunt mortui igne, quam alio modo; et hoc est quod dicit *nulla tamen plures* etc. B.

681. Luem diversam *pelago* vocat ignem. B. *diversa*) i. e. contraria. VOSS. *lues*) ignem dicit, quem scimus aquis esse contrarium. BC. VOSS.

682. Exponit quid vocet diversam luem, et praeterea ostendit quod non mirum, si illa *lues* tot stravit; *nam ignis spargitur affixus pinguibus taedis* etc. B. *sulphure*) sulphur dicitur, quasi soli pyr i. terrae ignis.[1]) GUELF.

683. *faciles*) [2]) quae facile praebent. BC. VOSS. quia siccae erant. LB.

684. *liquida*) i. liquefacta. BC. VOSS.

685. *superant*) sc. ut exstinguant. BC. VOSS.

687. *fauces*) alii flammas,[3]) quae ardebant. BC. LB. VOSS. Qui fugit patellam,[4]) cadit in prunas. VC.

689. Et cum tot varietates leti essent ibi, tamen illa *mors* magis *est timori, qua* coeperunt *mori*, scilicet naufragium magis timent; nam hoc prius passi sunt. Quod dicit *mille modos*, ponit finitum pro infinito. B. Sensus hic[5]) est: cum mille genera mortis instent,[6]) hanc quisque metuit, qua mori coepit; i. si mergi poterat, festinabat ad flammas; si poterat cremari, se in[7]) fluctibus obruebat. Ita patiebatur alteram mortem, dum alteram fugit. BC. VOSS.

691. *ratibusque*) non ratibus, sed his, qui in navibus erant. BC. VOSS.

692. Et in ipsa aqua *exercent manus incertas;* ideo *incertas*, quia ictus languebant, cum[8]) non haberent, ubi se sustentarent et firmarent. B. *Incertas* utrum invenirent arma, quaerentes ea in mari, an ictu lan-

1) Eadem verba habet Papias et Joannes Ian.; cf. quoque infra ad VII, 160.

2) Voss. addit *scil.*

3) Voss. *fauces q. a. Legitur et flammas;* Lb. *suas q. a.*

4) Sine dubio proverbium, cui lucem affert Papias: *Arula patella carbonum, craticula.* Sed vide an sit legendum *batillum*, quod est instrumentum ferreum, quo prunae colliguntur, vel ut explicat Schol. Cruq. ad Horat. Serm. I, 5, 36: *Est et vatillum*, (al. *bat.*) *in quo ponuntur prunae in hieme super mensam, ne coena frigeat.*

5) *hic* deest in Voss.

6) Voss. *inirent;* Lb. quoque, qui fere eadem habet, *instent* praebet.

7) *se in* desunt Bc.

8) *cum* etc. leguntur in Lc. quoque.

guente pro plagis sibi impositis amplius potuissent pugnare. GUELF.

693. *nunc*) i. tunc; *(et m. al.)* vel interdum. LD.

694. In hoc utebantur *pelago*, quod supplebant in aqua, mergendo [1]) scilicet, quod deerat in gladiis. Et quod ita intelligat, ostendit, ubi dicit *saevus complectitur hostem* etc. B. Exponit quid sit *utuntur pelago*, i. [2]) se invicem mergunt. BC. VOSS. Solent enim poetae obscure posita in sequentibus aperire. VOSS.

696. *Mergentesque*) gaudent, dum moriuntur. BC. i. e. dum moriuntur, occidere mergentes gaudent. VOSS.

697. Omnes naufragi fecerunt multa strenua, sed inter eos maxime *Phoceus;* et ostendit eum ad hoc fuisse aptum, ubi dicit *animam servare* etc. Iste fuit Massiliensis. B. *Eximius*) pro doctus. VOSS. *Phoceus*) Hic fuisse [3]) de Graecorum parte cognoscitur, cum a Phocaicis, de patria nomen accepit. BC. VOSS.

698. Ordo: *et* [4]) *eximius scrutari, si quid fretum arenis mersisset.* [5]) Ubique subintellige *eximius*. BC. VOSS. *animam*) flatum. VC.

701. Multa quidem fecit, sed tandem male evenit ei; et hoc aequipollenter dicit *hic* Phoceus, *ubi penitus deduxerat* [6]) *hostem compressum*, et *victor et incolumis* redibat, *dum* credebat se *surgere*, non surrexit incolumis, *sed* potius *occurrit puppibus*. B. *diduxerat*) i. sub undas merserat. LD.

704. *Puppibus*) a quibus contritus est. BC. *occurrit*) impegit in puppes. BC. *tandem*) ad ultimum. BC.

705. *Hi*, i. alii, *iecerunt brachia* etc. B. *iecerunt*) pro iniecerunt. LC. scilicet, dum natant, *super* [7]) *hostiles remos iecerunt brachia*, ut impeditis remis cursum navium retardarent. BC. VOSS.

706. Tunc videbatur alicui *perdere letum*, si ita moriebatur, quin secum interficeret [8]) aliquem alium; et si non poterat [9]) aliud facere, saltim opponebatur [10]) rostris navium inimicorum, ut suorum naves defenderent. B. LC.

1) B. *negando;* correxi ex Lc., in quo similia leguntur.

2) Voss. *Q. s. u. p. in sequentibus explanatur: scil.*

3) Voss. *esse.*

4) Voss. *est.*

5) Voss. *inmers.* Seqq. desunt in eodem.

6) B. *duxerat.*

7) Voss. *supra,* ex quo addidi *remos;* fere eadem leguntur in Ld.

8) Le. *interficerent* sine *aliquem.*

9) B. *poterant.*

10) B. *opponebantur;* Lc. *r. n. op. ut n. inim. submergerentur.*

707. *cura*) Hoc agebant, [1]) ne ita morerentur, ut nihil agerent in morte, sed ut [2]) alios secum mergerent, aut navis [3]) fugam tenerent, dum natant impeditis remis. BC. VOSS. *multus*) singularitas pro pluralitate accipienda est, i. [4]) multi. BC. VOSS.

708. *Affixit*) Sensus est: [5]) cum ipse esset [6]) infixus rostris, non sic percussa sonuerunt, ut solent nuda. BC. LD. VOSS. *ictus*) cursus. BC. puppibus invicem se percutientibus opposuit, ne se vicissim ferirent. GUELF.

710. Hoc fecit Phoceus, quod diximus; *Lygdamus* vero, *tortor Balearis habenae, petens excussa glande Tyrrhenum, stantem* in *sublimi culmine prorae, fregit* etc. B. *excussae*) i. emissae. LD. *habenae*) i. fundae. BC.

711. *Glande*) massa plumbea. [7]) BC. vel lapide. LC.

712. *expulsi*) vel legitur *exclusi*. VOSS. *Postquam cruor rupit omnia vincula*, quibus [8]) oculi tenebantur, *oculi* porro exeunt *excussi* a *sedibus*. B.

713. *Vincula*) nervos. LC. i. venas. LB.

716. *Sicut soletis tormenta* ponere in apto loco, ita me etiam in apto loco ponite contra hostes. B. LC. *tormenta*) iacula; i. sicut statis vos, quando *soletis tormenta* mittere, sic me stare facite. BC.

718. Nunc hortatur se, ubi dicit *egere quod superest* etc. B. *Egere*) i. comple. BC. *usum*) i. opus fortis militis magnum facit meum cadaver. BC.

720. *cadaver*) Quamvis habeam amissos oculos, tamen ita possum stare ad recipienda iacula, sicut bonus et integer miles. GUELF.

721. *Feriere loco viventis;* [9]) q. d. etsi aliter non possum prodesse, saltim vulnera patiar, quae [10]) deberent mei pati. B. LC. Hunc dicit esse *ingentem usum militis*, si loco viventis potuisset occidi. VOSS.

722. *Caeca manu*) pro ipse caecus. BC. VOSS.

723. Iste Tyrrhenus fuit Romanus, quod patenter ostendit, ubi dicit illum vulnerasse quendam iuvenem Massiliensem. B. *iuvenis*) miseratio facta de duabus rebus, de aetate et de genere, quia et iuvenis et nobilis. [11]) BC. VOSS.

1) Bc. *agebat.*
2) Voss. *aut.*
3) Voss. *fug. nav. t. rem. d. n. imp.*
4) *i.* deest in Voss.
5) *Sens. est* absunt a Ld. et Voss.
6) Ld. et Voss. *infixus est.*
7) Eadem habet Ioann. de Ianua.
8) In Bc. *q. o. retinentur.*
9) Priora absunt a Lc.
10) *quae* etc. non leguntur in Lc.
11) Voss. addit *fuit.*

724. *Excipit* in ea parte, *qua venter descendit in ilia, non iam medius,* sed [1]) fere in latere supra coxam. B. *non medius*) plus ergo quam medius. BC.

725. *ferrum*) i. super ferrum cecidit. BC.

727. In eadem navi *stabat genitor;* et commendat eum. Ille *cecidit,* quia erat *robur victum aevo; ille,* dico, *non cessurus ulli in Phocaicis armis,* et hoc *tempore iuventae.* B. *iuventae*) i. si ille [2]) tunc iuvenis fuisset, nulli cederet. BC. VOSS. vel nullus fuit audacior tempore iuventutis. GUELF.

729. *senecta*) ut Virgilius: [3]) *Omnia fert aetas.* LD. BC. BENEDICT.

730. Ille est *exemplum* militis, qui ita strenue egit, quod dignus est imitatione. [4]) B.

731. *cadens*) aut senio, [5]) aut nimia festinatione. BC. VOSS.

734. *Non tundit* [6]) *pectora, sed* potius *riguit* in *toto pectore;* cuius rei fuit istud signum: *palmis distentis.* [7]) B. *Distentis*) patefactis. BC.

735. *Nox subit,* q. d. in extasi fuit, et ideo videndo non potuit cognoscere. B. *Nox*) caligo. LC. amens enim factus est, et paene insensibilis nimio dolore. BC.

737. *Ille viso patre levat caput labens* etc. B.

741. Ut senex rediit ad sensum, et *dolor coepit habere vires,* quas perdiderat, *dixit: non perdam tempora* etc. B. *torpore*) stupore. LC. *cruentus*) i. magnus. LB.

743. *saevis*) ideo quia antea rapuerunt filium suum, quam se ipsum. GUELF.

745. Hanc *veniam* concedas, scilicet quod non facio id, ad quod me invitas, scilicet lumina claudere. B.

747. Et potes dare hanc *veniam;* nondum enim es mortuus. B. *superstes*) si ego me, antequam moriaris, occidam. BC. VOSS.

749. Et hoc dicto polluit *capulum gladii per viscera;* et quamvis hoc sufficeret, tamen non fuit hoc contentus, sed proiecit se in mare, ut prius posset mori quam filius. B.

1) Lc., qui reliqua habet, *super* et in fine adiecit: *parum sub umbilico, super ilia.*

2) *ille* abest a Voss.

3) Ecl. IX, 51.

4) Fere eadem Lc., sed in fine *fuit mentione; ideo et sibi non tundit.*

5) Voss. *senior.*

6) B. *tendit pectore.*

7) B. *distensis.*

751. *non uni*) quia post vulnera se praecipitavit [1]) in fluctus. BC. VOSS.

752. *Inclinant iam* [2]) *fata ducum* Massiliensium et Bruti; fata Massiliensium ad depressionem, Bruti ad victoriam; sed quia inclinare in peiore parte accipitur, possumus accipere *fata ducum* Massiliensium tantum. B. *Inclinant*) Pompeii, ut vinceretur; Caesaris, ut vinceret. BC. VOSS.

754. Per hoc quod dicit *mutato remige* [3]) ostendit, quod hae naves prius fuerunt Massiliensium; nunc, illis expulsis, utebantur eis Romani. B. LC. *puppes*) pro Graeco Romanum habentes. BC.

755. *navalia*) i. loca, ubi naves stant, vel ubi sunt. [4]) Virgilius: [5]) *Alii navalibus; ite*, i. a locis, ubi naves stant. BC.

756. Quod *paucae* tenuissent *navalia*, ostendit per effectum; quod notat, ubi dicit *quis in urbe parentum* [6]) etc. B. *quis*) admiranter, [7]) qualis vel quantus; admirantis enim est. Virgilius: [8]) *Quis globus, o cives, caligine volvitur atra.* BC. VOSS.

758. *Coniux, saepe amplexa Romanum cadaver, credidit* esse *ora sui viri;* et haec inde errat, scilicet *vultibus confusis unda.* Istud ideo dicit, ut ostendat bellum remotum fuisse ab ipsa civitate, et per hoc redarguit temeritatem Massiliensium. Natura maris est, ut non retineat in se cadavera; et non solet prope proiicere, sed longe. B.

762. Bene dicit *primus victor pelagi;* nam etsi Brundisii fuisset una navis capta, non est dicendum bellum pelagi, cum non se defendissent; et quamvis transeat, quomodo fuit capta, tamen legitur in historia fuisse capta. B.

1) Voss. *praec. se.*
2) B. *Inclinantia.*
3) Priora absunt a Lc.
4) Similia habet Serv. ad Virg. Aen. XI, 329; cf. supra ad vs. 520.
5) Aen. IV, 593.
6) B. *parentem.*
7) Voss. *i.* pro *adm.*
8) Aen. IX, 36; *Virgil.* etc. absunt a Voss.

SCHOLIA AD LUCANI LIB. IV.

1. Consuetudo poetarum est, ut finem praecedentis libri initio sequentis [1]) iungant quibusdam particulis; ut Maro saepe fecit. [2]) BC. VOSS. Nunc revertitur ad materiam suam. Brutus hoc bellum egit multa strage; *at Caesar procul* hinc *Martem* quidem *agit*, sed *non multa* strage. [3]) B. *At procul extremis*) Caesar veniens ad Hispanias, quas Lucius Afranius et Marcus Petreius [4]) et Marcus Varro Pompeiani duces cum legionibus obtinebant, superare aggressus est; *procul* longe. BERN. I. [5]) Extremas oras vocat Occidentem. B. *extremis*) in Hispaniae [6]) finibus. BC. LB. BERN. II. VOSS.

2. *Martem*) Incaute poeta hoc posuit; nam si *Martem saevus agit*, contrarium adiecit sensum *non multa caede nocentem*. Nam cum parcat et sine strage Martem gerat, minime est saevus; an quoniam contra cives? BERN. I. ipsum scilicet Martem. BERN. II.

3. *Agit Martem daturum ducibus maxima momenta*, i. movimenta, [7]) scilicet diversitatis prioris fati; nam in quantum sunt promoti in prosperitatem prius, tantum in contrariam partem Caesare veniente. B. *momenta*) damna, inclinationem ad se *ducibus daturum*. BERN. I. i. e. [8]) ut, si in Hispania Caesar vinceret, [9]) superaret Pompeium civili bello. BC. BERN. II. VOSS. *Momenta* plurali numero multa significant; aliquando brevissima temporum spatia; aliquando per contrarium rerum moras; ut ipse alibi: [10]) *Non pondera re-*

1) Voss. *conseq.*
2) Voss. *ut s. M.* sine *fecit.*
3) Similia leguntur in Lc.
4) Bern. I. *Petronius.*
5) Haec et seqq. scholia Codd. Bernensium transscripsi ex Sinneri Catal. Codd. MSS. biblioth. Bern. p. 511 sqq.
6) Bern. II. *Hisp. scilicet.*
7) Idem Lc.
8) *i. e.* desunt in Voss.
9) Bern. II. et Voss. *si vicisset i. H. C. et* (V. *etiam*) *P. s.* (B. *P. ipsum superet*) *in c. b.*
10) III, 337.

rum, nec momenta sumus; aliquando discrimina, ut hoc loco. [1]) Praesertim apud hunc diversa ponitur significatione. BC. Victoria enim Caesaris maximum in Hispania Pompeio damnum intulit; et initio fuit victoriae belli civilis. VOSS.

4. *Iure*) [2]) aequali potestate. BC. LB. BERN. II. VOSS. *rector*) Septem legationes Pompeianas hi duces tenebant, qui *iure pari,* hoc est concorde, amico; nam Afranius Consularis, Petreius Praetorius erat. BERN. I. Hi duces [3]) a Pompeio in Hispania relicti fuerunt, [4]) qui praeessent. [5]) BC. BERN. II. VOSS.

5. Bene dico *ducibus,* nam duo erant, qui imperabant *pari iure;* et ostendit quod par ius habebant, ubi dicit *concordia duxit* etc. Vere *in aequas partes,* nam utrique parebant aequaliter; et hoc est quod dicit *pervigil custodia,* scilicet *tutela valli* etc. B. *concordia*) duorum scilicet ducum. BERN. II.

7. *Pervigil*) i. e. tutela pervigilans. BERN. II. *alterno*) Vigiles inquit ab altero signum petebant; et est exegesis *tutela valli; custodia,* quae custodit. BERN. I. modo Afranii, modo Petreii. BC. BERN. VOSS. Et ultra istos duos erat alter, de quo hic non facit mentionem, qui vocabatur Varus; et omnes tres legati Pompeii in Hispaniis habebant sex legiones praeter auxilia amicorum, quae fuerunt V millia equorum, ut dicit Iul. Celsus. [6]) VC.

8. Et quia dicturus est magnum exercitum fuisse, praestruit quaedam; et ideo etiam, ut videatur dignus hostis Caesaris, subiungit *his praeter Latias* etc. *Astur* est populus. B. *impiger*) velox. Astures autem, gens Hispaniae, vocata eo, quod circa Asturam [7]) flumen, septi montibus silvisque crebris, inhabitent. BC. *Astur*) unum pro gente posuit; [8]) nam hi, quos dicit, Hispani sunt. BERN. II. VOSS.

9. *Vectones* sunt [9]) populi dicti *leves,* vel [10]) quan-

1) Eadem, sed in brevius redacta habet Lc.

2) Lb. et Voss. addunt *i.*

3) *duc.* abest a Bern. II.; pro eo Voss. *videlicet.*

4) Voss. *v. erant in H.*

5) Bc. addit *aequali potestate.*

6) Caes. Civ. I, 39.

7) Ita pro *Stura.* Idem scholion legitur apud Isidor. IX, 2, qui ex nostro corrigi potest; similia leguntur apud Papiam. *Stura* habet Ioann. de Ianua, sed vide Mannert. T. I. p. 365; confusio ex Italiae flumine eiusdem nominis orta videtur. Fest. Fragm. p. 59. Dac. *Stura flumen in agro Laurenti est, quod quidam Asturam vocant.*

8) *pos.* abest a Bern. II., sed in Lb. quoque legitur, qui similia habet.

9) Abest a Lc.

10) Non legitur in Lc.

tum ad instabilitatem, vel quantum ad habilitatem corporis. B. LC. *Vettones*) domitores equorum; aut *leves*, celeres. BC. *Vectones*) qui [1]) equis vehi periti sunt. LB. BERN. II. VOSS.

10. Et *Celtae* erant ibi, *profugi a vetusta* i. nobili *gente Gallorum*. Celtae venerunt in Hispaniam, et ceperunt quandam terram, et quia commiscuerunt se illis, vocati sunt Celtiberi; et hoc notat, ubi dicit *miscentes nomen Iberis*. B. *Celtae*) gens Galliae, fame urgente in Hispaniam migravit, et mixto nomine dicti sunt Celtiberi. BERN. I. Celtae gens [2]) Galliae mixta Hiberis, qui sunt Hispaniae; inde [3]) Celtiberi dicti, adiuncto nomine. BC. BERN. II. VOSS. *Hiberis*) Ab eo nomine, quod est Hiberus, *Hiberis* dativus est vel ablativus pluralis fit; nam Hiber, Hiberis gentile est. BC.

11. Nunc describit locum, ubi civitas *Ilerda* erat sita, et ubi ipse posuit tentoria; et hoc valebit ad futuram narrationem. Nam dicturus est Caesarianos multa passos fuisse in diluvio et Petreianos non; et ideo describit locum, ut non videretur illud mirum. Et iungitur ita: Caesar agit bellum cum illis duobus, quos invenit apud Ilerdam. Collis erat, supra quem erat tumulus quidam, supra quem erat Ilerda. B. *leni*) facili, non alto. BERN. I.

12. *Pingue*) erectum. BC.

13. *Ilerda*) nomen est oppidi. BERN. II. *praelabitur*) ipsam Ilerdam. BERN. II.

14. *Hesperios*) ab Hespero astro, [4]) cui subiacet. BERN. I. *Sicoris* est adiacens fluvius. B.

15. *Arcu* pro ponte posuit vel fornice.[5]) Cicero: [6]) *Ad ipsum fornicem Fabianum*. Nota quod arcum praeter istum nemo posuit nisi sagittarum aut Irim. BERN. I. II. Hunc enim pontem Sicoris supergreditur, cum per hiemem fluctus [7]) inundat. BC. VOSS.

16. *Passurus hibernas aquas;* q. d. adeo est altus, quod etiam in hieme, cum ita crescunt aquae, non attingunt usque ad arcum. Vel aliter: ingens est in

1) Bern. II. *quia*.
2) Bern. II. *gentes*.
3) Bern. II. *Celtiberia nomen iunctum accepit* sine *inde;* Voss. *unde Celtiberi n. i. acceperunt;* cum Voss. consentit Lb. Similia in Guelf.
4) Correxi pro *Austro*.
5) Priora Bc. quoque habet. Bern. II. *arcum hic p. f. p. quod est notandum; nam Cic. ait: videt a. i. f. F. Arcum autem nemo* etc.
6) Verr. 1, 7.
7) Voss. *fluvius*. Similia leguntur in Lb.

altitudine, [1]) sed cum aquae crescunt, ascendunt supra ipsum arcum; et hoc modo accipitur in passiva significatione. B. *passurus*) passive vel active; adeo fortis. LD.

17. Et quamvis ita sit munita civitas illa, non tamen sunt ibi, sed *proxima rupes* etc. Ideo dicit *signa Magni*, quia ipse miserat eos in has partes. B.

18. Et erant ex una parte aquae castra Caesaris, ex alia parte Ilerda et ille monticulus, ubi Petreius et Afranius posuerunt castra; et hoc notat quodammodo, ubi dicit *medius dirimit* etc. [2]) B.

19. *Hinc*, i. in illa parte, ubi erant Caesariana castra, erat magna planities; et in extremitate illius planitiei erat Cinga fluvius, [3]) *vetitus* a fluctibus Oceani *pepulisse suos fluctus* etc., et hoc faciente Ibero; et hoc est quod dicit *nam gurgite suo mixto* etc. Et ab illo fluvio vocatur patria Iberia. B.

20. *prendente*) i. considerante. BC. *modum*) ut prope amplius sit, quam possumus intueri [4]) oculo; i. horizontem superabat. BC. VOSS. Geometrae dicunt D [5]) stadia posse cerni uno intuitu, si tamen nil visibus obstiterit, qui terminus horizon vocatur. GUELF. *coercet*) circuit. LC. i. terminat. LB.

21. *Cinga*) fluvius Hispaniae, [6]) *Cinga* dictus a cingendo, quod is [7]) campos circuit. Is autem non perseverat [8]) usque ad oceanum, sed in Hiberum flumen [9]) cadit. BC. LB. Ordo est: *vetitus pepulisse fluctus et litora oceani cursu suo.* BC. VOSS. *vetitus* ergo est ab Hibero flumine, qui eum excipit aquis suis, [10]) ne possit oceanum impellere [11]) et incitare. VOSS.

23. *nomen*) Bis accipimus nomen; Hiberus aufert tibi nomen, [12]) qui *terris praestat* [13]) *nomen;* ab hoc enim Hispania [14]) Hiberia nominata est. [15]) BC. VOSS.

26. Capti sunt montes ab utrisque, et prima die cessaverunt, et [16]) hoc pudore faciente, quia cives

1) B. *latit.* correctum ex *altit.*
2) Similia leguntur in Lc.
3) Fere eadem leguntur in Lc.
4) Voss. *possimus o. int.* reliquis omissis.
5) Cf. tamen Macrob. Sat. VII, 14. p. 683. et Prob. ad Virg. Ge. I, 233.
6) *fl. H.* desunt in Lb.
7) Lb. *hos ci. ca.*
8) Lb. *pervenit.*
9) Lb. *fluvium.*
10) Eadem Lb. et Bc.; in hoc tamen desunt *aq. suis.*
11) Voss. II. *implere.*
12) Voss. *t. n. auf.*
13) Voss. *nom. pr.*
14) Voss. l. *Hesperia.*
15) Voss. *nominatur.*
16) Lc. *sed pudor hoc fecit.*

erant; et[1]) hoc est ubi dicit *piguit sceleris* etc. B. LC. *Exposuit*) ordinavit vel ostendit. LC.

28. *diem*) quo a caede cessatum est. VOSS. *prono*) ad noctem inclinato; *(et m. al.)* i. iuxta vicinitatem noctis. BC.

29. *Donaverunt unum diem;* et cum hoc facerent, Caesar tamen non cessavit, sed vespere appropinquante *circumdedit agmina* etc.; et ne illi persentirent ante posuit acies. B. *subita*) ne insidiae pararentur sibi. LB.

30. *praestant*) ante stant. LB. Dum praeponuntur, Caesar noctis exordio primam aciem hostibus opposuit, quae resisteret,[2]) ne hostes viderent ambitum fossae, quam exstruxerat, sicque aciem praeponendo *hostem fefellit.* VOSS.

31. *obduxit*) occultavit. LC. ut expediret ambitum ipsius[3]) fossae, disposuit manipulos[4]) in circuitu. Sic autem paene castra obtexit. BC. VOSS. *maniplis*) a Romulo coepit, ut foeni manipulus pro signo haberetur, cum adhuc respublica pauper esset.[5]) BC.

32. Lucescente altera die, praecepit ut transirent aquam et praeoccuparent monticulum illum, qui erat inter Ilerdam et castra illorum; et hoc notat, ubi dicit *qui medius dirimebat Ilerdam* a prioribus castris, et ideo *tutam* ab impulsu Caesaris. B. *dirimebat*) separabat[6]) a castris Caesaris et tutam esse faciebat. BC. VOSS.

34. *Hostem* vocat illos Petreianos. Per hoc quod dicit *pudor,* notat quod prope castra illorum erat monticulus ille. B. *Terror,* ne periclitarentur, si Caesar occuparet hunc collem; *pudor,* ne erubescerent, si amitterent hunc locum. BC. VOSS.

36. *His,* scilicet Caesarianis, *virtus ferrumque* etc.; *at illis* aliis *ipse locus promittit* se; et ostendit in illis esse virtutem, ubi dicit *miles rupes* etc. B. *virtus*) numerus et vis militum. LC.

37. *locus*) fortitudo loci. LC.

39. Et ostendit difficultatem loci, ubi dicit priores casuros, nisi alii retro sustentarent eos umbonibus. B.

1) *et hoc* etc. desunt in Lc.

2) Ita Bc., qui priora praeter *dum praep.* habet, pro *resisterent.*

3) *ips.* deest in Voss.; Guelf. add. *ip. f. i. ut staret supra aggerem ipsius fossae.*

4) Bc. *maniplos;* in eo seqq. desunt.

5) Cf. supra ad I, 296.

6) Voss. *quia s. illam* etc., v. *tutam* praeposita.

40. *Erigitur*) fulcitur. LC.

42. *stirpes*) rubos. LB.

43. Et quia vidit non posse capi sine magno damno suorum peditum, fecit eos [1]) ire ad dextram partem, ut cooperti venirent ad eos, et, dum Petreiani essent intenti in illos, [2]) possent subducere pedites; et hoc totum notat, ubi dicit *equitemque iubet* etc. B. [3])

45. *Munitumque*) quod clipeo tegebatur. BC. *laevo*) i. sinistro circuitu. *Munitum latus* haberent iussit, ut scuta praetenderent hostibus. BC.

46. Et taliter *pedes* est *receptus* ex priori difficultate *facili* modo. B. *urgente*) prohibente. LB. [4]) *Et* sic *victor*, scilicet Pompeianus, [5]) *pependit irritus* factus remoto *Marte* Caesariano. Per *pependit* ostendit dubium esse, quid ageret. B. *victor*) qui prius desuper stetit. BC. *pependit*) descendit. BC.

48. *Hactenus* fuerunt *discrimina* i. diversitates *armorum*, quod nunc istis, nunc illis bene eveniebat; vel *discrimina* i. pericula. B.

49. *incertus*) mutabilis. BC.

50. Et ostendit illos varios motus, dicendo tota hieme fuisse magnam siccitatem, intrante vero Aprili tantum fuisse diluvium, quod vix aliquis Caesarianus evasit; et hoc est quod aequipollenter dicit *bruma, haerens primo gelu* et *haerens siccis Aquilonibus, tenebat pluvias in nube*, congelato ipso *aethere*. B. *Bruma* i. frigus *haerens* cum *Aquilonibus*, i. habens secum Boream, *tenet pluvias* i. non sinit pluere. LB. *in nube*) in aere; nubes enim nihil aliud sunt, nisi aer densatus; [6]) ergo illi debent substantiam, a quo habent, ut sint. BC. VOSS. Neque multum distat, utrum nubem an ventum pro aere dicamus, cum utique unius substantiae sint, licet diversae qualitatis. GUELF.

52. *Urebant*) Caloris et frigoris unus effectus est; nam et de calore et de frigore [7]) urere dicimus. BC. VOSS. *iacentes*) planos et humiles. LC.

53. Conspectum solem vocat solem veris. B. *Prui-*

1) B. addit inter lin. *milites*; an voluit *equites*?

2) *ill.* correct. ex *eos* B.

3) Schol. Lb. et Lc. vide T. II. p. 414, ubi legendum videtur *illi* pro *alii*, addendum *se* ante v. *defendere* et scribendum *tenerent* pro *tenebant*.

4) Schol. Lb. et Lc. vide T. II. p. 515.

5) Idem Voss.

6) Ita et Macrob. Somn. I, 22.

7) Voss. *nam de utroque ur.* Eadem habet Serv. ad Virg. Aen. I, 92; vide et Schol. Cruq. ad Horat. Epod. XVI, 55.

nae de sereno coelo fiunt, nubes de pluvia; [1]) *non duraturas* dixit, quia mox [2]) solvuntur conspecto sole.[3]) BC. VOSS.

54. Coelum mergens sidera vocat Occidentem; et dicit mergere quantum ad visum nostrum, eo quod videntur illuc fugari a sole; et hoc modo tellus est durata hiemali sereno. B. *propior*) [4]) quae in Occidente est; dixit [5]) autem Hispaniam, quae illic sita est. BC. VOSS.

55. *dura*) i. durata. BC.

56. *Hiberno* quidem tempore aruit, sed veniente vere fuit magna diluvies; et hoc aequipollenter *sed Cynthia accepit flammas ab Euro;* quod fuit signum pluviae. B. *calidum*) quippe in aequinoctiali zona currentem. BC. *Titana*) i. postquam coepit sol [6]) in Arietis signo esse; dicit autem Idus Martias, quando initium est veris; [7]) tunc sol de Piscibus transit in Arietem XV. Kalendarum Aprilium die. BC. VOSS.

57. Et notat tempus, quando hoc fuit, *postquam portitor delapsae* [8]) *Helles* etc. Idem valet ac si diceret, postquam sol intravit Arietem, et tangit fabulam illam. Phrixus et Helle [9]) fuerunt filii Athamantis et Nepheles, qui postea accepit Ino; [10]) et quia non poterant pati novercam, effugerunt inde. Qui cum venissent ad mare, dedit eis Iris, soror [11]) eorum, arietem habentem aureum vellus. Qui cum iam venisset in medium maris, terrefactus concussit se, et cecidit Helle. Et sicuti tunc se vertitur, ita translatus est in coelum; et hoc notat, ubi dicit *respiciens sidera*. B. *vernus*) i. quia vere cum sole est. BC. Helle enim ariete vehebatur, [12]) unde in mare delapsa [13]) Hellesponticum dicitur fretum. Vecta est autem cum Phrixo fratre. BC. VOSS. *Sidera respiciens* ait, quia sic inter duodecim signa pingitur Aries, veluti retrorsum respiciens. GUELF. Sol semper aequaliter distat a terra, et ideo semper aequaliter infert calorem; sed quan-

1) Voss. *quae s. c. f.* habet post v. *sole*, omissis *nubes — dixit.*
2) Voss. *non.*
3) Voss. *conspectu solis.*
4) Voss. addit *tellus.*
5) Voss. *dicta a. e. Hispania.*
6) Voss. *s. c. in s. a.*
7) Voss. *v. est* reliquis omissis.
8) B. *dilapsae.*
9) B. *Helles*, ut postea.
10) B. *Io.*
11) Lc., in quo fere eadem, *matertera.*
12) Voss. addit *cum Phrixo fratre*, quae infra cum reliquis omisit.
13) Voss. *d. est, et ab ea Hellespontiacum.*

tum ad situm terrae, non aequaliter apud nos calet, et ideo dicit *recepit calidum Titana.* B.

58. *iustae*) Duo enim sunt aequinoctia, Arietis et Librae; [1]) hic illud dicit, quod est octavo [2]) Kal. April. Bc. Voss.

59. Et ostendit iam fere extra illud signum esse, ubi dicit *atque dies vicere* noctem *temporibus iterum aequatis,* sicuti aequantur in Libra; et hoc est quod dicit *aequatis,* [3]) dico, *ad pondera iustae Librae.* Libra est septimum signum ab Ariete; et in Septembri intrat sol illud signum, et est tunc aequinoctium. B. *vicere*) i. noctis spatium transierunt. *Relicto* quia cum sole oritur, recedens [4]) de eo signo, in quo sol fuerat. Voss.

60. *dubitanda*) obscura. Bc. i. tertia; *(et m. al.)* i. metuenda, quia tertia et deinceps futuram designat temperiem. Lc.

61. Et postquam illud tempus venit, *tunc Cynthia exclusit Boream* eo *cornu, quo refulsit,* cum adhuc esset *dubitanda.* Quando hoc sit, ostendit *sole primum relicto.* Tangit hoc, quod luna accipiat lucem a sole; quanto magis discedit ab ea, tanto magis praebet [5]) ei lucem, quantum ad nos. Cum vero est in eodem circulo cum sole, ita descendit versus terram, quod ex umbra terrae evenit hoc, quod non inspicit eam in ea parte, qua respicit habitabilem terram nostram. Et cum aliquantulum discedit a sole, percutit eam in ea parte, qua inspicit nos; et tunc dicitur a physicis, quod [6]) ventus in illo mense debeat vim suam exercere; et ideo dicit *exclusit Boream,* quia non potuit notari in cornibus. Per hoc quod dicit *accepit flammas ab Euro,* notat ferocitatem venti illius. Eurus venit ab Oriente. B. *Exclusit*) i. ostendit exclusam. Lb. *flammasque*) ruborem vel caliginem. Ld. *καταχρηστικῶς flammas* posuit pro lumine; nam in lumine eius Boreas non videbatur, sed Eurus. Prognostica scilicet non serenitatis, sed pluviae. Voss.

62. Ideo dicit in Oriente esse axem, quia, cum omne rotundum possit volvi in omnem partem, potest ei dari axis [7]) in omni parte. B.

1) Voss. *l. et ar.*

2) MSS. VIII, unde Oudp. fecit XIII; sed cf. Serv. ad Virg. Ge. I, 100, unde sua hausit Isidor. Orig. V, 34; adde Prob. ad Virg. Ge. I, 233.

3) Bis scribendum videtur *aequatis.*

4) Bc., qui seqq. tantum habet, *r. ab e. s. i. q. accensa erat.*

5) Addidi *praeb.* in lacuna.

6) B. *qui.*

7) Similia habet Lc.

63. Nabataei sunt populi orientales. B. *occiduum*) in Occidentem, ac per hoc in Hispaniam. BC. *Nabataeis*) i. orientalibus. VOSS. Nabate regio Orientis, [1]) unde Eurus nascitur. [2]) Nabataea autem regio a Nabath, [3]) filio Ismaelis; [4]) iacet [5]) autem inter Iudaeam et Arabiam, et surgens ab Euphrate [6]) in mare rubrum porrigitur, et est pars Arabiae. Alii dicunt, quod Nabis sit civitas Syriae [7]) vel regis Syriae nomen, unde [8]) Syri Nabataei dicuntur; ideoque [9]) legitur de Iuda Machabaeo: [10]) *Occurrunt ei Nabataei.* BC. VOSS.

64. Et notat diversas partes Orientis, ubi dicit: et illas *torsit* in Orientem, *quas Arabs sentit* etc. *Arabs* est populus orientalis. Ganges est fluvius orientalis. B.

65. Et *quicquid* nubium *primus sol patitur* etc. Nam cum est in meridie, non nutrit nebulas, sed potius expellit. B.

67. Et *quicquid* nebularum *Corus impulerat* etc. Corus venit ab Occidente; et cum quisque ventus defendat suam regionem, et alio impellat nebulas, ideo dicit *fuscator Eoi coeli.* Et *quicquid* nebularum *defenderat Indos* a nimio calore, contorsit in Occidentem. India est regio in orientali plaga. B. *Chorus* enim ab Occidente flat et facit nebulas in Oriente. [11]) Dicitur autem *Chorus* eo, [12]) quod nubes colligat, et velut in chorum ducat. [13]) BC. VOSS. *defenderat*) i. quicquid protexerat Indos a solis ardore, [14]) *traxit in occiduum.* BC. VOSS.

68. *Incendere*) quia abstractis nubibus sol incendit diem. LC. *oriente*) ut sol ardentior nasceretur. BC. VOSS.

69. Nec licuit eis remanere in medietate coeli; et hoc est quod dicit *nec medio* etc. Nam ibi vocantur spissitudo nebularum *nubes*, ubi pluvia ipsa contine-

1) Voss. *R. N. est Or.*

2) Eadem habet Lb.

3) *Nabaiot* Voss. III; *Nabaioth* Isidor. Orig. IX, 2. OUDP. Vide I. Mos. 25, 13. *Nabath* habet idem Isidor. XIV, 3, ubi eadem leguntur a Papia repetita. Voss. *Vocatur a. a N.*

4) Bc. *Ismahel*, ut apud Isidor.

5) Voss. *quae i. I. e. A. iacens surgit.*

6) Voss. addit *et*, omisso seq. *et.*

7) Voss. *c. s. Phrygiae;* fere eadem habet Papias, sed nihil de Syria; res incerta.

8) Voss. *v. n. r. S. a quo.*

9) *ideoque* etc. absunt a Voss.

10) I. Maccab. 5, 25.

11) Voss. *et nubes pellit in Orientem;* Schol. Lb. vide T. II. p. 476.

12) Voss. *C. a. d. quod.*

13) Similia leguntur apud Papiam ex Isidor. Orig. XIII, 11.

14) Eadem habet Lc.; Voss. *i. praet. a s. a. I. scilicet torsit in o. et Hispaniam.*

tur, etsi non sit ibi pluvia. B. *medio*) ubi meridiana pars mundi est. Bc. Voss.

70. Et ut non videatur mirum tantum [1]) diluvium, subiungit q. d. nec in Septemtrione, nec in meridiana plaga remansit aliqua nubes; et hoc est quod dicit *Arctos*, scilicet septemtrionalis plaga, *vacat imbribus*. B.

71. *Notus* est ventus, qui venit a meridiana plaga. B. Calpe [2]) est mons in Occidente. B. Lc. *Calpen*) mons Hispaniae; ideo [3]) nec Oriens, nec Septemtrio, nec Meridies habebat imbres; sed Occidens solus. [4]) Post Calpen enim Oceanus est, quo quasi orbis limite cuncta cohibentur. Hoc ergo dicit: postquam venerunt ad Calpen nubes, ubi et venti habent finem et Olympi cardo, non fuit, quo nubes longius tenderent. [5]) Bc. Voss.

73. Et illae nubes non sunt passae transire Occidentem; et hoc est quod dicit *hic involvere globos* etc. Zephyri veniunt ab Occidente; et hic accipit *fines Zephyri* principium. B. *Cardo*) i. extremitas. Lb.

74. Quod dicit *summus cardo poli tenet Thetim*, hoc dicit quantum ad opinionem vulgi, et ad visum nostrum. Per *Thetim*, deam marinam, intelligit ipsum mare. B. *congestum*) i. congestio; [6]) ipsam congeriem et involutionem *congestum* dixit. Bc. Voss.

75. Et tantos *globos*, quod *spatium* terrae ad coelum *vix recipit congestum*, i. congestionem *atri aeris*, i. atrum aerem ibi congestum. B. Hyperbole est, i. vix potuere contineri inter coelum et terram; tanta densitate continentur inter mare et coelum. Ld. *Vix recipit*) hoc dicit: inter coelum et terram vix potuere concludi nubes. Bc.

77. Tanta est spissitudo imbrium, quod non apparent flammae fulminis. B. *nec*) i. [7]) non poterant fulgura videri prae nubibus. Lp.

79. *Hinc* i. ex tanta spissitudine evenit hoc, quod *arcus* non apparet. B. Lc.

80. *colorem*) propter nimias pluvias. Bc. *Nuntia Iunonis, varios induta colores, attrahit Iris aquas* [8]) etc. Et nota quod Iris constat ex quatuor coloribus contractis a quatuor elementis; nam a terra contrahit nigrum, ab aqua viridem, ab aere lividum, ab igne

1) B. *tanti diluvii.*

2) B. *Calpes*, ut Isidor. Orig. XIV, 8.

3) Voss. *adeo.*

4) Voss. *sol. occ.*

5) Guelf. *tenderent*; Bc. Voss. *tenderentur.*

6) Voss. *pro congestionem.*

7) Incipit h. l. alter Scholiastes Lips. a, qui mihi *Lp.* audit.

8) Ovid. Met. I, 270.

vero contrahit rubeum. [1]) Quod leviter potest videri, si in radios solis proiiciantur guttae aquae, quia statim diversicabuntur [2]) a sole. VC.

81. Quod dicit *bibit Oceanum*, tangit physicam illam, quod arcus accipiat ibi [3]) aquas, et reddat nubibus, unde ceciderant. B. LC. *bibit*) ut Virgilius: [4]) *Et bibit ingens arcus.* De Oceano enim dicitur bibere. VOSS.

82. *diffusum*) i. e. de coelo fusum aequor aequori reddidit, quod [5]) ante biberat. VOSS.

83. Et non solum pluviae, sed etiam nives, quae tunc [6]) sunt digelatae, fecerunt hanc diluviem; et hoc est quod dicit *iamque Pyrenaeae quas Titan.* B. LC. Pyrenaei sunt [7]) montes, ubi nunquam defuit nix, nisi tunc. B.

84. *Evaluit*) quia et aqua et sole solvuntur. BC.

86. Et quia tantum fuit diluvium, iam non tenet Sicoris viam propriam; et hoc est quod dicit *tunc unda non habet* etc. B. *vias*) in se reflectebatur. BC.

87. *A ripis*) inundatae enim terrae dabant fluminibus undas; sic fiebat, ut a ripis acciperent undas, quas [8]) ripis dare consueverant. BC. VOSS.

89. *Flumina restagnant* i. repercutiebantur ab illo vallo. B. *restagnant*) supergressa est enim unda fossas castrorum, [9]) quas fecerat Caesar. BC. VOSS.

90. *Raptus pecorum*, i. rapina pecorum, *non* iam est *facilis*, ac si dicat non leviter possunt rapere pecora. B. *mersi*) cooperti. BC.

92. *Fallitur*) ut quo debeat redire, non norit. BC. VOSS. Populatorem vocat Caesaris milites. B.

93. *prima*) i. pessima. LC.

95. Et in tantum coepit egere ille, quod *non* potest emere [10]) *exiguam Cererem toto censu* suo, etiamsi sit *prodigus* i. porro et ultra alios dans; ita dico, si sibi vult vivere, i. si tantum vult retinere, unde vivat. B. *toto censu*) i. omni patrimonio emit, qui non est prodigus sed parcus. VOSS. *prodigus*) quia invitus facit. LP. etiam *non prodigus*. BC. Ille, qui emebat hoc tempore, erat laudandus, sed ille qui vendebat vitu-

1) Similia habet Ioann. de Ianua.
2) Quo de verbo v. Adelung. Glossar. T. III. p. 173; adde Ioann. de Ianua.
3) Lc. *in aquis*.
4) Ge. I, 380.
5) *quod* etc. in Bc. quoque.
6) Lc. *dig. tunc*, omissis in seqq. *et hoc* etc. V. *digelandi* deest Lexicis.
7) B. *cum* pro *sunt*.
8) Ita Guelf., sed Bc. *quae*; Voss. *qui*.
9) Eadem Lp.
10) B. *timere*.

perandus, quia fame peribat, sicut refert Valerius [1]) de Casilinate, qui in obsidione vendit [2]) murem et periit, et emtor evasit. VC. i. e. non solum largus ille, sed etiam qui erat parcus et non dapsilis, compulsus nimia fame, totum censum pro modio [3]) Cereris impendere durus non est. GUELF.

97. Ego dico non posset emere, tamen *non* defuit *ieiunus venditor prolato auro;* et ideo possum dicere *pro pallida tabes luori!* Vel possumus legere istud in primis. Istud ideo introducit, ut reprehendat Romanorum avaritiam. B. Cupiditatem nimiam ostendit, dum desiderio auri quilibet *ieiunus* cibos venderet. [4]) BC. VOSS.

98. Dixit superius *castra labant*, et non solum *castra*, sed etiam *tumuli* et *colles latent*. B. *tumuli*) qui in plano nascuntur, *colles* in primo montium ascensu. [5]) LC.

99. *una palus*) tota [6]) Hispania quasi una palus erat, [7]) dum tota tegebatur aquis. BC. VOSS.

100. *Absorpsit*) Notandum *absorbsit*, cum absorbui declinatur. VOSS. absorbui et absorsi facit. [8]) BC.

102. Et adeo creverat, quod iam superabat *aestus Oceani;* et hoc est quod dicit [9]) *et* ipsa palus, *fortior* aestibus *Oceani*, *repulit aestus Oceani*. B. LC. Cum solitus esset [10]) Oceanus ultra suas ripas exire, [11]) repulsus est ab aquis terrae influentibus. BC. VOSS.

103. Et tanta fuit inundatio, quod obscuritas facta est a terra usque ad polum. B.

104. Et ideo non *sentit Phoebum surgere*, quod hinc patet; nam *deformis facies coeli miscet discrimina rerum*, q. d. non possunt discerni alba a nigris. B. *discrimina*) divisiones. BC. ut Virgilius: [12]) *Et rebus nox abstulit atra colorem*. VOSS.

105. Sic *miscet* [13]) *discrimina rerum*, sicut extrema *pars* Septemtrionis; et hoc dicit aequipollenter *sic*

1) VII, 6, 3.
2) An *vendidit?*
3) Guelf. *modico.*
4) Voss. *vendebat* cum Guelf., qui antea *cum* pro *dum.*
5) Similia habet Ioann. de Ianua.
6) Voss. *t. enim H.*
7) Voss. *er. facta.*
8) Eadem docent Charis. Inst. Gramm. III. p. 217, Papias et qui fusius hac de re egit Ioann. de Ian. v. *Sorbeo;* adde quae habet Seyfert Grammat. Lat. §. 1684, 67.
9) Lc. pro superioribus *Per aestum maris repulsum.*
10) Voss. *sit.*
11) Voss. *ex. de aquis terram infl.* Similia in Guelf.
12) Aen. VI, 272.
13) B. addit *sicuti.*

una pars mundi etc. B. *iunctaeque*) i. e. continuae. Bc. Voss.

106. *pars*) aut australis, [1]) aut septemtrionalis; utraque enim [2]) frigore inhabitabilis est. Bc. Voss. *ima*) apud antipodes. Lb. sub terra. Lp.

107. Non dicit ideo condere *sidera*, quin ibi sint, sed tantae sunt ibi tenebrae, quod non apparent. B.

109. Ne creator rerum videretur creasse frustra illam partem, ostendit ibi esse ad utilitatem; nam contemperat istam habitabilem; et hoc aequipollenter *non gignit*, *sed* potius *temperat* calores *medios signorum*, q. d. calores solis, qui est medius inter planetas. B. *temperat*) quia media semper corusco sole rubet, istae [3]) extremae glaciales, [4]) quas intra se habent, temperant, dum ipsae dant frigus et media [5]) calorem. Bc. Voss. I. II.

110. Dixit diluvium magnum esse; nunc introducit deprecationem, ut sic teneat, sicut inceptum est, ubi dicit *o summe parens mundi, sic* [6]) *facias*, ut incepisti, scilicet mittendo aquas, et tu, *Neptune*, non recipiendo in mari. Tres fuerunt filii Saturni; Iupiter possedit coelum sortem, Neptunus mare; et hoc notat per hoc quod dicit *secunda sorte*. Pluto possedit inferum. B. Tres enim fratres fuerunt, qui, ut fabulae ferunt, diviserunt sibi orbis imperium, i. Iupiter, Neptunus et Pluto. Ideoque dicitur sortem secundam Neptunus tenere, quia aquae viciniores sunt coelo, quam terra, a qua continentur. Virgilius: [7]) *Non illi imperium pelagi saevumque tridentem, sed mihi sorte datum est.* Bc.

112. *tu*) o Iupiter, i. *summe parens mundi*. Petit a singulis poeta, quod in eorum est potestate. Voss. *impendas*) obducas pluviis. Lp.

114. Quid roget Neptunum facere, ostendit, ubi dicit *non habeant amnes* etc. B. *amnes*) ut his occurrat mare, et, dum in se ingredi prohibet, terras eos faciat [8]) inundare. Bc. Voss.

115. *referantur*) retro ferantur. Bc. retro agantur. Lp. *concussa*) soluta ripis. Lp.

1) Bc. *brumalis.*

2) Voss. *aut fr. i. ut.*

3) Voss. *duae.*

4) Voss. I. *glacies;* II. *g. dant frigus ad temperandum zonas, quas iuxta s. h.*

5) Voss. *m. dat c.;* Bc. deest *et.* Simile scholion legitur in Lb.

6) *sic — Neptune* Lc. quoque additis *vetes aestus maris revocari* habet.

7) Aen. 1, 138.

8) Voss. *e. f. terr.*

116. Et ut maior sit inundatio, nascantur nova flumina; et quae in alia patria, huc ducantur; et hoc est quod dicit *hos campos Rhenus* etc. B. *Laxet*) i. omnis ripa solvatur. Bc. Voss.

117. *obliquent*) i. e. retorqueant. Guelf. i. e. ne vias suas habeant, sed contorto meatu in se invicem cadant et [1]) paludem unam faciant. Bc. Voss.

118. Riphaei sunt montes in Septemtrione, ubi semper est nix. B.

119. *ubicunque*) etiam de altera parte terrarum. Bc. Voss.

120. Et ne videretur male optasse, subiungit causas, ubi dicit *et miseras bellis* etc. Nam si mortui tunc essent, nec illa bella civilia fuissent, quod Petreiani interfecerunt in castris suis propinquos suos, nec illa, quae in Emathia fuerunt. B. Ostendit cur illud optaverit. Bc. Voss.

121. Ego opto ut haec fierent, sed frustra, nam *Fortuna* redit ei prospera; et *meruerunt veniam* de priori offensione. B. *pavore*) q. d. suffecit fortunae, quod parum timere fecit [2]) Caesarem. Bc. Lp.

122. *Plena*) i. felicitate plenissima. Bc. Voss. *magis*) plus; *(m. al.)* amplius quam solebant. Bc.

123. Veniam diis [3]) dare est ea, quae dii iusserunt, patienter ferre, ut ipse ait supra: [4]) *Pariterque iacentes ignovere diis.* E contra Virgilius: [5]) *Nec Divum parcimus ulli.* Potest tamen hic accipi *veniam meruere dei,* [6]) dummodo amplius solito favent dii, [7]) meruerunt veniam eius facti, quod contra Caesarem fecerunt. Bc. Voss.

124. Tunc est *Phoebus par aquis,* si [8]) tantum siccat in die, quantum pluit in nocte, quod prius non fecerat. Vel aliter: tunc est *par aquis,* cum non ita opprimitur a multitudine nimborum, quin appareat; et hoc notat per sequentia, ubi dicit *densas in vellera* etc. B. *par*) ante enim impar, cum siccare non poterat. [9]) Ipse alibi e contrario de Pado dicit: [10]) *Hunc habuisse pares Phoebeis ignibus undas.* Bc. Voss. *vellera*) ut Virgilius: [11]) *Tenuia nec lanae per coelum vellera ferri.* Voss.

1) *et pal.* etc. absunt a Voss.
2) Lp. *paululum terruit.*
3) Voss. *d. ven.*
4) II, 92; Voss. *sup. ait.*
5) Aen. X, 880. Voss. *sicut V.*
6) Voss. *i.* pro *dei.*
7) Voss. *d. fav.*
8) *si — de nocte* in Lc. quoque.
9) Voss. *potuit* omisso *e.*
10) II, 415.
11) Ge. I, 397, ubi vide la Cerdam. Oudp.

125. *rubebant*) Iuxta illud: [1]) *Rubeus in sero cras indicat esse serenum, mane rubente polo sol dicit surgere nolo.* VC.

126. *Servatoque*) Quia supra [2]) dixerat *rerum discrimina miscet deformis coeli facies*, ideo nunc addidit *servato loco rerum.* BC. VOSS.

127. Tunc servatur ordo *rerum*, si non sunt omnia mixta; sed [3]) aqua petat inferiora et aer superiora. B. Indicium serenitatis est, cum nubes ima petunt; nam altius elevatae solvuntur in pluvias. BC.

130. *Utque habuit Sicoris ripas;* non dicit quin semper habeat, sed hoc dicit quantum ad visum nostrum. B. *Ut*) pro postquam; ut apparuerunt ripae. BC.

131. Fecerunt naves de viminibus salicis; quod quia non suffecit, cooperuerunt de corio bovino. B.

132. *iuvenco*) tauri tergo [4]) tecta. BC. VOSS.

134. Et ostendit per simile, qualiter navigabant, ubi dicit *sic Venetus* etc. *Venetus* dicitur habitator Venetiae. B. *Venetus*) proprie Ferrariensis, qui habitat iuxta Padum; nam Venetiae civitas tempore Lucani non erat; imo tota patria vocatur Venetia, cuius habitatores venerunt a Paphlagonia secundum Q. Curtium in principio tertii libri de gestis Alexandri. [5]) VC. Venetia regio est in Gallia Cisalpina vicina Pado. BC.

136. *Memphis* est civitas Aegypti, ubi papyrus abundat. B. *cymba*) parva navis. BC.

138. *curvare*) ut pons fiat. BC. VOSS.

139. Et quia tanta inundatio facta est, imponens hoc Sicori, non tantum in *primis ripis* posuit ligna, sed etiam *in agros distendit pontem.* B.

140. *distendit*) i. e. ut pons a mediis agris incideret, ne iter [6]) deesset, si iterum fluvius inundaret. BC. VOSS.

142. *gurgite*) fossas dicit factas, quibus [7]) fluvii impetus verteretur. BC. VOSS.

143. Et sustinet *poenas* illius *maioris aquae*, quam emisit, has scilicet poenas *gurgite scisso* per rivos. B. *poenas*) detrimenta patitur [8]) sui gurgitis, divisus in

1) Versus nescio cuius.
2) vs. 104.
3) Lc., qui seqq. habet, *scilicet.*
4) Voss. *te. tauri.*
5) III, 1, 22; adde Marc. Capell. VI. p. 221.
6) Voss. *iterum;* Bc. *decedat.*
7) Voss. *in quas.*
8) Voss. *perpetitur.*

sulcos, [1]) quia nuper ingentibus aquis aestuavit. BC. VOSS.

146. *Indomitos*) Barbaros dicit, qui sunt in Hispania ultra Oceanum. BC. VOSS.

150. *duris*) i. e. fortibus. WITT.

151. Et id fecit *miles* praecepto Caesaris, insequendo [2]) alios, quod vix vellet facere pro salute vitae; et hoc dicit aequipollenter *miles ruens in proelia rapuit* illud *iter, quod fugiens timuisset.* B.

152. *fugiens*) quod non nataret armatus, nec si bella fugeret. [3]) BC. VOSS. quod iter timuisset fugiens arripere, hoc rapuit amore proelii. GUELF.

153. Quomodo foveant membra per arma, ostendit, ubi dicit *restituunt artus* per cursum, qui erant gelidi. B. *cursu*) ut incalescant, currere iubentur a Caesare. BC. VOSS.

154. *A gurgite* tam diu cucurrerunt, *donec* sol iam ascenderat tantum, quod calor illius suffecit eis; et hoc aequipollenter *donec umbra decresceret.* B. *decresceret*) accessu enim solis omnium rerum umbra contrahitur. BC. VOSS. sicut e contra discessu augetur. GUELF.

155. *agmina*) sc. Petreii. VOSS. *summa*) i. e. extremos fugientium. BC. VOSS.

156. Et miles Caesaris iam capit [4]) extrema *agmina* Petreii, et [5]) ideo Petreiani fuerunt *dubii* an fugerent, an pugnarent. B. LC. *dubii*) ipsi, qui per agmen incedunt. VOSS. *tenentur*) i. capiuntur. BC.

157. Dixit superius *tendit in ultima mundi,* quod visum est apte posse fieri. Nam talia erant ibi loca, quibus si potiretur, secure possent transire quo proposuit; et describit illa loca. In ipso introitu erant duae *rupes,* habentes supra se *saxea iuga.* Quod non dum sufficeret; et ideo addit ente ibi *valle* profunda inter duas rupes. B.

158. *Hinc* i. deinde, scilicet post rupes illas, continuantur duo colles excelsi; inter quos colles erant duae viae tutae. B.

159. *Continuat*) coniungit. LP.

160. *Hoste,* scilicet Petreiano milite, *potito quibus faucibus,* ac si dicat si posset uti illis faucibus. B.

1) Voss. *in s. div.*; Voss. II. *qui.*
2) B. *insequendos.*
3) Voss. II. *fugerentur.*
4) Lc. *cepit* omissis *Et m. C.*
5) Lc. *P. adversarii, unde Petrei diu* (an *Petreiani?*) *sunt d.*

161. Quodsi [1]) angustias istas [2]) Pompeiani milites occupassent, Mars [3]) emitteretur in terrarum devia, et in feras gentes, i. ad barbaros; ad quos si pervenisset hostis, non posset superari a Caesare. Bc. Voss. Fauces dicuntur angusta viarum. Guelf.

162. *Videt Caesar Martem* posse mitti *in devia terrarum;* et ne hoc fiat ait *ite sine ullo* etc. B.

163. Et *convertite* illos bellatores, qui iam sunt rapti vobis per fugam. Vel aliter potest continuari illud *attollunt campo,* ut ita dicat: ideo noluerunt pugnare, quia viderunt talem locum, ad quem si venirent, tuti essent. B. *raptum*) retractum. Vc.

165. Ignavam mortem vocat, si fugiendo interficerentur; et hoc notat per sequentem versum *excipiant recto* etc. B.

166. *Excipiant*) hoc ita fieri potest, si Pompeianis fugientibus [4]) milites Caesaris occurrant. [5]) Bc. Voss. *recto*) i. opposito. Bc.

168. *Illic,* scilicet iuxta fauces, uterque *locat castra* parum *distantia.* B.

169. *languentia*) i. quae non languescerent propinque cernendo. [6]) Voss.

170. *Mutua*) i. e. ut viderentur pariter et viderent. Bc. Voss.

172. Et postquam se recognoverunt, tunc tandem perceperunt, quantum *nefas* esset facere *civile* bellum. B. *Deprensum*) cognitum. Lc. Postquam fratres visi sunt a fratribus et nati a parentibus et utrimque se cognoverunt Romani, intellexerunt illud esse civile bellum, si proeliarentur. Guelf.

173. *metu*) dum timent duces. Bc. Voss. In primis salutaverunt se, facientes nutum cum ense. B.

175. *leges*) sc. ducum, quibus pugnare iusserant. Bc. Lex erat, [7]) si qui essent cum duobus contrariis principibus, quod non liceret eis [8]) intrare castra illorum, [9]) nisi prius fieret pax inter principes ipsos. B. Lc. Sed postquam maior *amor* crevit, *audet transcendere vallum.* B.

1) Voss. addit *i. e. videt Caesar. Quod* etc.

2) Voss. *ipsas P. occ.*

3) Guelf. pro his *non posset eis iter occludi, quin in f. g. et in d. t. Martem possent emittere* etc.

4) Voss. *f. P. C. m.*

5) Fere eadem Lp.

6) Scholiastes exponit quasi dixisset *non languentia prope cernendo* perperam; vel legendum *procul cernendo.* Burm. Nihil mutandum.

7) Lc. addit *haec.*

8) Lc. *illis.*

9) B. *aliorum;* Lc. *ubi pr.*

177. *Ille vocat nomen hospitis, ille* nomen propinqui. B. *propinqui*) ἀπὸ κοινοῦ *nomen* accipimus. Bc.

178. Ille alium [1]) reducit ad memoriam, qualiter fuerunt similes in *puerilibus studiis*. Per hoc quod dicit *hospitis*, notat quod non omnes erant Romani milites, sed habebant Romae propria hospitia. B.

179. *Nec Romanus erat* etc.; q. d. quicunque se non cognoscebant, non erant Romani. [2]) B.

180. Illi *rumpunt oscula singultibus*, quos singultus impediunt, ne [3]) possint se osculari. B. *rumpunt*) i. osculari non possunt. Ld.

182. Postea videns, quid facturi sint, invehitur in eos; q. d. tu times ea, *quae* posses *fecisse*, et cur *pulsas pectora* illa tremore? q. d. nil tibi valet. B. *fecisse*) ut suos trucidarent. Bc. *quid*) verba poetae milites increpantis. Voss.

184. Illi, dicenti non sponte obedire ei, respondet: cur non *fateris* te *parere* illi scelerato tua sponte? nam [4]) *times* illum, qui timetur ab aliis non pro se, sed pro te. B.

185. Et quia hoc est, an times usque [5]) ad id i. in tantum? B. Lc. *timendum*) i. e. Pompeium, a quo recedat exercitus. Item in altera parte, si de Caesare accipiatur, non timebitur. Voss. Sensus: ideo non habes excusationem, te non sponte parere sceleri, quia tu facis timendum, quem times. Guelf.

186. Et quia facis quod timetur, non attrahant [6]) te classica. B. Lc. *Classica*) armorum instrumenta. Bc. *dent bellum*) i. provocent bellum; et concedatur hoc, *tu* tamen *neglige* etc. B.

187. Et hoc ideo hortor, quia si hoc feceris, *Erinnys* furia, quae parata est ad recipiendas animas, iam cadet. B. Lc.

188. *privatus*) ab exercitu relictus; [7]) nam hoc vult poeta, ut ab utroque fugiat [8]) exercitus. Bc. Voss.

190. Et quia videt se non proficere invehendo in eos, confugit ad deprecationem vel optationem, ubi dicit *o concordia rerum*, scilicet quae facis rerum naturas convenire; et quae es *salus mixti mundi*; q. d. quae convenienter ligas mundi elementa. B. *mixti*)

1) B. *alius.*
2) Similia habet Lc.
3) *ne* etc. in Lc. quoque.
4) *nam* etc. in Lc. quoque; praemissa sunt *Revera tua sponte.*
5) Lc. *tim. in tant.*; B. *iam t.*
6) B. *non intra haec ante.*
7) Similia Lp., sed Voss. pro his: *privatum et generum subaudimus.*
8) Voss. *recedat.*

τὸ αὐτὸ i. bis idem dixit; nam hoc est *concordia mixti mundi*, quod *salus rerum*. VOSS. *Mixti* autem, aut ex diversis coniuncti, i. ex IV. elementis; quicquid enim ex diversis est, mixtum dicitur; aut *mixti* i. civili perturbatione commoti, quod non bene procedit. GUELF.

191. Et quae sit illa *concordia*, ostendit, ubi dicit: et *sacer amor orbis*, scilicet spiritus sanctus; tu *ades complectens* istos, sicuti complecteris *omnia* indissolubili [1]) nexu; vel ut [2]) dicatur *salus mixti mundi* esse effectum concordiae. Et ideo opto ut adsis; nam si hoc erit, dabimus exemplum aliis; et hoc est quod dicit *nostra saecula habent magnum discrimen* i. peccatum *futuri aevi*, in hoc scilicet, quia *periere tot scelerum*; q. d. usque ad nostrum tempus nescierunt facere civile bellum, sed exemplo nostro facient. Vel ut ponat se cum illis: cum iam cognoscamus nos, gravius est, quam si fortuna evenisset. B. Amorem *mundi* nil melius, quam deum accipere debemus, quo rerum universitas connectitur. Unde Boetius: [3]) *O felix hominum genus, si vestros animos amor, quo coelum regitur, regat.* BC. VOSS.

192. *discrimen*) Sensus hic est: saecula, quae nunc sunt, dabunt venturo saeculo exemplum magni discriminis i. magnorum malorum. BC.

193. *erepta*) nam se iam non poterunt ignoratione defendere, cum modo agnoverunt, quos sint [4]) peremturi. BC. VOSS.

194. Et quia tantum scelus introducitur, ideo subiungit conquestionem; per hoc dico *fata* [5]) *augentia* cum *sinistro numine* etc. B.

196. Exiguam requiem ostendit, ubi dicit *pax erat* etc. B.

197. Durum cespitem vocat crudum, scilicet [6]) cui adhuc herba adhaeret. B. LC.

198. Et *instituunt libamina* i. sacrificia *Baccho* ex utraque parte allato. B.

199. Ideo dicit *graminei foci*, quia de cespite faciebant altaria, [7]) in quibus sacrificabant. B. *Gramineî*) in gramine constituti. BC. In aliis scribitur *gramineis focis*. VOSS. I. in aliis est *duxere thori* vel *chori*. VOSS. II.

1) Vox nova.
2) Addidi *ut*.
3) Consol. II, 8. Metr. fin.
4) Voss. *sunt*.
5) B. *facta*.
6) Abest a Lc.
7) Similiter Lc.

200. *Extrahit*) ducit, protrahit. [1]) Bc.

201. Hanc fabulam introducunt *quo primum* etc. Et debemus intelligere de his, quae nunc egerant, et quae alibi egerant Caesariani, et isti sine illis. B.

204. *Fides* i. concordia illa, quam olim habuerunt Romae, est nunc remota, *quod solum fata petebant;* non enim imputaretur tanto sceleri factum illorum, si non ita convenissent; et hoc est quod dicit *omne futurum* etc. B. *fides*) amicitiae scilicet et pristinae caritatis. Bc. Voss. i. amicitiae *fides* facta est. Bc.

205. *Crevit nefas amore; nam* Petreius impulit eos ad hoc, quod fratres interfecerunt fratres, et filii patres, *postquam videt* [2]) *se et sua castra tradita* esse *venum* [3]) pro ad vendendum. B. Lc. *Crevit*) cum eum, quem amasset, occideret. Bc. Voss.

207. Et imprimis excitat servos suos ad proelia. B. Lc. *famulas*) servos omnes [4]) armat in proelium. Bc. Voss.

211. Deinde *ferox ira addidit voces moturas* ceteros ad *proelia.* B. Lc. *voces*) i. etiam voce eos instigat. Bc.

212. *Immemor*) facit enim fortiores memoria affectuum suorum. Voss.

213. *senatus*) Bis subaudiendum *senatus* i. *assertor senatus* et *causae senatus.* Bc. Voss.

214. Has *voces addidit: o miles assertor* i. confirmator et defensor *causae senatus,* tu, dico, factus *immemor patriae,* et *oblite tuorum signorum,* scilicet quod non privata habes signa, sed data a senatu, [5]) *non potes praestare hoc causae senatus,* scilicet *ut redeas victo Caesare.* B. *Senatus assertor* i. qui in libertatem defendis senatum. Verbum [6]) iuris, ut Terentius: [7]) *Nam ego hanc liberali assero causam manu.* Bene autem senatus assertorem militem dicit, quia et senatus in parte Pompeii [8]) est, et maior invidia est, si dicat eos copia ordinem [9]) decepisse. Bc. Voss.

215. Hoc non potes facere, quod honestum esset, sed potius ut vincare. Et revera vincemini; nam *ibitis ad dominum;* q. d. efficiemini servi, [10]) quod dedecorosum est, *dum ferrum non* deest etc.; et hoc dicit interrogando *dum ferrum* etc. B. *vincare*) Qui enim vincitur,

1) Idem Lp.
2) B. *videre.*
3) B. *venu;* Lc. *v. i. venum datum.*
4) Voss. *i. om. s.*
5) Fere eadem in Lc.
6) *Verbum — manu* absunt a Bc. et Guelf.; cf. ad III, 56.
7) Ad. II, 1, 40.
8) Bc. *Pompeiani.*
9) Voss. *ord. cop.*
10) Fere eadem Lc.

non se dedit, sed liber occumbit, quae in bello secunda fortuna est. VOSS. Est autem [1]) hoc cum indignatione legendum. BC. VOSS. *potes*) sc. causae praestare. VOSS. *incerta*) i. adhuc dubia, dum nemo superaverit. BC. VOSS.

217. Et *feretis signa damnata* i. excommunicata a senatu. B. *feretis*) potest et hoc interrogative legi. BC.

218. Debemus exorare Caesarem, ut habeat nos famulos, et nos acquirat sine ullo periculo; et hoc ironice dictum est vel invidiose. GUELF.

219. Et *erit exorandus*, ut vos habeat servos, et sine [2]) suo periculo. B. *Exorandus*) Rogat enim, quisquis se dedit. VOSS. Invidiosius dixit; i. tamdiu, quamdiu concedat, orandus est. [3]) BC. VOSS. *petita*) i. e. nobis *vita petita* [4]) est a Caesare. VOSS. I. II. Hoc per ironiam dicit milites egisse. [5]) BC. VOSS. I. II.

220. Ego dico *ducibus*, scilicet nobis, *sed nunquam nostra salus* etc.; q. d. nunquam volumus habere hanc mercedem de nefanda proditione, ut liceat discedere cum sanitate. Pretium esset, si pro aliquo pretio, quod eis promisisset, traderent eos habita sanitate. B. *Nunquam*) q. d. nolumus, ut vestra proditio sit nostra salus. [6]) BC.

221. Et re vera *nefandae; non* enim *civilia bella* ad *hoc* intendunt, *ut* nos, qui boni sumus, *vivamus*. B.

222. Adhuc ostendit, quod nefanda est proditio; non enim est vera pax, sed umbra pacis; [7]) et hoc est quod dicit *trahimur sub nomine pacis*. B. *trahimur*) decipimur. BC. LB. VC. Pacem ideo accepisse videbimur, ut et peiora patiamur, nec repugnare iam possimus [8]) pace facta. VOSS.

223. Et ideo non est vera libertas; nam si vera libertas pro tali pace daretur, *gentes* [9]) *non eruerent chalybem* etc. B. LC. Per hoc quod dicit *metallo penitus fugiente* notat venas illas, unde extrahitur metallum, multum iam latere, et ideo cum labore acquiri. Et per hoc intendit, quod vera libertas solummodo ferro acquiratur. B. *penitus*) in interiora terrae. [10]) BC. LB.

227. *Si bene*) Sensus hic [11]) est: si scirent homines,

1) Bc. *enim.*
2) Vc. *sine per.*
3) *est* non legitur in Voss.
4) Voss. I. *petenda.*
5) Voss. *fecisse.*
6) Similia in Lc.
7) Fere eadem Lc.
8) Voss. *possumus;* correxi.
9) B. *gentem;* Lc. *gens.*
10) *terr.* abest a Lb.
11) Voss. *S. e. s. h. sc.*

quod pax melior esset libertate, nullo modo pugnarent. Ergo non detur pro pace libertas; nam qui accipit pacem, accipit servitutem. Hoc ergo dicit: non bene a nobis datur [1]) nostra libertas, ut pacem possimus accipere; et ideo dimicandum est. BC. VOSS. *Si* quis probus bonum aestimaret, ut *libertas daretur* pro pace obtinenda, nunquam repugnaret, imo [2]) in potestatem inimici se redderet. Sed quia plus diligit libertatem cum bello, quam servus fieri cum pace, repugnat, et ideo arma parantur, munitiones firmantur; q. d. scio quid vos [3]) alliciat in partem Caesaris i. pax pro bello promissa, sed falso; quia petenti pax sine diminutione libertatis nunquam datur. Si enim daretur, nunquam arma, nunquam munitiones, nunquam bella fierent, *si* cum petita pace *bene libertas daretur*. LB.

228. Addidit supradictas voces, ut hortaretur eos ad scelera; praeterea addidit istas, ut hortaretur eos ad idem faciendum: *sacramenta* saepe *iurata, nempe nefando sceleri, tenent meos hostes;* q. d. inimici sunt firmi in proposito suo, etsi sit malum; [4]) *at fides vestra* est *vilior* fide illorum in hoc, quod vobis, pugnantibus pro aequa causa, licet sperare non solum victoriam, sed etiam veniam si vincamini. Ac si aequipollenter dicat: in ea re, in qua deberetis esse firmiores, estis debiliores et molliores; nam pugnatis pro vera causa, et, etiamsi vincamini, licet sperare veniam. B. *Sacramenta*) Sensus hic est: hostes nostri, quamvis malam causam habeant, tamen in fide eadem perseverant; vos contra, qui [5]) causam meliorem habetis, a proposito recessistis, ea scilicet spe, quod tam [6]) iustam causam habetis, ut, qui eam secuti estis, vobis victis [7]) possit ignosci. BC. VOSS. *tenent*) Apud antiquos tria erant genera militiae in bellis gerendis; nam aut legitima erat militia, aut coniuratio, aut evocatio. Legitima autem erat militia eorum, qui singuli iurabant, pro republica se esse facturos, nec discedebant, nisi completis stipendiis, i. militiae temporibus; [8]) et hoc genus sacramentum vocabatur, quod etiam hic significatur, dum dicitur *hostes nempe meos s. i. n. sacram. ten.* BC.

231. *veniam*) ut vobis victor ignoscat, quia [9]) causa

1) Voss. *dat. a nob.*
2) *imo — redd.* eadem Bc.
3) Lb. *nos.*
4) Eadem Lc.
5) Bc. *quia.*
6) Bc. *cum.*
7) Voss. *vi. vob.*
8) Sunt verba Servii ad Virg. Aen. VIII, 1; cf. eundem ad II, 157. et VII, 614, unde sua hausit Isidor. Orig. IX, 3; similia habet Papias.
9) Bc. *qui.*

aequissima pugnatis. [1]) Ideo autem illi pertinacius pugnant, quia [2]) secuti pessimam causam, victi veniam non merentur. BC. VOSS. Et ut magis hortetur eos, subiungit *pro!* hoc dico pudorem funeratum et mortuum esse in vobis; q. d. nullius pudoris estis. B. *Funera pudoris* sunt pudoris destructiones; vel *foedera pudoris* sunt pudenda foedera. LB. *Pro* dolendum est de pudore vestro, non [3]) modo mortuo, sed sepulto. LC.

233. Praeterea est aliud, quare non debetis isti subiugari; nondum enim victus est Pompeius. Nam potius parat *acies*, quod, o [4]) Pompei, frustra facis; nam promittitur hic *salus;* et hoc aequipollenter [5]) *nunc toto fatorum* etc. B.

234. *Sollicitas*) ad auxilia scil. destinanda. BC. VOSS. *nostro*) bene, ut maiorem faciat indignationis invidiam, se iungit ad crimen. BC. VOSS.

236. Et habuerunt verba sua effectum; et hoc est quod dicit *et omnes concussit* etc. Et *reduxit amorem scelerum*, quod per effectum patet; nam *itur in omne nefas.* B.

237. Et praemittit similitudinem. *Sic itur* hic *in omne* scelus, sicut *itur, ubi ferae* prius consuetae in *silvis* etc. B.

240. *Rabies* vocatur illa, [6]) quae praecedit furorem. B. LC.

242. *ira*) Hinc Boetius: [7]) *Primus lacer dente cruento domitor rapidas imbuit iras.* BC. BENEDICT.

244. Caecam noctem dixit dubia fata in exitu bellorum. GUELF. *tulisset*) quae fecisset excusabilia per ignorantiam tempore noctis. VC. i. fecisset, quia per noctem proeliati sunt. GUELF.

245. Hinc patet quod nefas fuit; nam facit illud haberi monstruosum, si casualiter evenisset. Et hoc est quod dicit *fides fecit monstra, quae Fortuna* prius *tulisset in caeca nube telorum*, i. quae fortuitu possent evenisse, et ideo non monstra haberentur. B. Et quod ita nunc evenit, hoc processit [8]) ex *invidia deorum.* B. LC. Ordo est: *et fecit fides monstra, quae tulisset Fortuna in caeca bellorum nocte invidia deorum*, i. e. quae Fortuna incerti belli attulisset sive fecisset, excitata invidia deorum; nam fides [9]) putaretur, quid-

1) Voss. *dimicatis.*
2) Bc. *et.*
3) Lc. *sed* pro *non.*
4) Sequentia in Lc. quoque.
5) Lc. pro his *dicit ironice.*
6) Lc. *id quod.*
7) Consol. III, 2. metr. 15.
8) Lc. *est.*
9) Sic Guelf.; sed Voss. *sic disputaretur.*

quid esset admissum, si se uterque non agnovisset exercitus. Iam vero monstra sunt, quae sequuntur, quia se milites recognoscunt. VOSS. Fidem dicit repetitam ab exercitu caritatem. Sensus est: fides, [1]) quam inter se habuerunt, nunc vertit in monstra haec, quae Fortuna fecisset, si se ignorarent. Caecam enim noctem pro ignorantia posuit. BC. *Fides* i. quod unus alteri debebat esse fidelis, ex quo eum cognoverat cognatum vel civem, *fecit* esse *monstra* ea, *quae tulisset Fortuna,* i. quae fortuitu evenissent *deorum invidia,* i. ita ut diis invideretur, qui eos invicem sibi celassent, et hoc *in caeca nocte bellorum.* LB.

246. Et haec sunt illa *monstra:* feriunt illa *pectora,* quae paulo ante fovebant amplexu. B.

248. Definit, [2]) quid sit gladius in [3]) manibus eorum; *dissuasor iusti,* i. qui non patiatur eos servare iustitiam. BC. VOSS.

250. *Confirmant*) ut ideo in multos ira saeviret, quia iam vel unus videbatur occisus; quod [4]) maxime erat criminosum. BC. VOSS.

252. *pereat*) tanquam minus scelus sit, si nefas, quod admiserunt, celent. BC. VOSS. [5])

253. Et *posuerunt in faciem ducum omnia monstra,* credentes perire *scelus* si occultaretur. Tunc [6]) periret *scelus,* si non redderetur ei praemium, prout erat scelus; nam maiori pretio donabantur, qui propinquos mactabant. B. LC. *iuvat*) i. e. delectat illos, ut videantur a ducibus. BC. VOSS.

255. Ipse hoc faciendo credidit tibi obesse, o Caesar, sed potius profuit; [7]) nam *agnoscis Superos* tibi propitios; et hoc ostendit, ubi dicit *neque enim tibi maior* etc. B. *Agnoscis*) tibi [8]) fautores. BC. VOSS.

256. Ita loquitur de bello Emathiae, quasi de praeterito. B.

257. *Nec tantum est* tibi *gestum* in *Phario aequore,* ubi interfectus est Pompeius a Ptolemaeo. B.

259. Et merito contigit tibi hic bene, nam hic habuisti iustam causam, etsi nunquam alibi; et hoc est quod dicit *eris dux melioris causae* in *hoc crimine civilis belli; melioris causae* dico etsi in *hoc solo.* B. *melioris*)

1) Guelf. correct. *fidem* et post *vertunt.*
2) Voss. *definivit.*
3) *in m. eor.* cum seqq. *i. qui* etc. absunt a Bc.
4) *quod* etc. absunt a Bc.
5) Scholia Lb. et Lc. vide T. II. p. 441.
6) *Tunc — er. scel.* absunt a Lc.
7) Fere eadem Lc.
8) Voss. *sc. esse f.*

hoc [1]) modo comparet, quod post futurum est civilis [2]) belli crimine, quod priores Pompeiani foedera resciderunt. Bc. Voss.

260. Dixit superius eos fecisse tanta scelera; et quia cognoverunt se tanta fecisse scelera, ideo *non audent* congredi cum Caesare; sed sicut ab Ilerda huc fugerant, ita festinant *rursus* illuc reverti. B.

263. *Abstulit*) obviam his venerunt equites Caesaris, ut ad Ilerdam pervenire non possent, et hos in colle obsidere coeperunt, ubi aqua non erat. Voss. Ibi prope, ubi prius posuerant castra, erant alii colles muniti, in quos ascendere coegit Caesar; et hoc est ubi dicit *et siccis inclusit* etc. B.

264. Et postquam *inclusit* eum in *collibus, tunc avet*, i. desiderat, illos *inopes undae cingere;* [3]) q. d. ut possit eis auferre aquas, cinxit eos *fossa*, nec patiebatur ponere *castra* iuxta *ripas*. B.

265. *avet*) i. avide cupit. Sic Lucretius [4]) saepe ponit. Bc. Voss. *castra*, Pompeiana scilicet, *contingere ripas*. Utrumque convenit ad intellectum, quod ἀμφίβολον posuit, sive *ripis castra*, quae [5]) castra ripas contingant. Voss.

266. *Brachia* vocat extensiones castrorum. [6]) Lb. castrorum scil. ambitus, ne quos fontes includeret. [7]) Bc. Voss.

268. *timor*) explanatio praecipitis irae, i. *timor*. Bc. exponit quid sit ira praeceps. Bc. Voss.

269. In hanc *iram* versus est; *mactavit equos*, et hoc ideo, quia *non* sunt *utile auxilium clausis*. B. *mactavit*) Iul. Celsus [8]) dicit quod mactaverunt iumenta sarcinaria, et non omnia, sed pro necessitate. Vc.

270. Et hoc facto *fertur in hostes;* et hoc est quod dicit *et coactus damnare fugam;* quod fecit *spe* equorum deposita, cum equi sint spes fugae. Interfectis equis damnatur fuga. B. *damnare*) Acute dixit; [9]) ille enim non debet [10]) damnare fugam, qui spem habet, sed isti, quia et desperabant et equos occidebant; ideo spe posita damnare [11]) fugam dicti sunt. Aut *damnare* destinare significat. Bc. Voss.

1) Voss. addit *autem*.
2) *civ. b. cr.* absunt a Bc.
3) B. *in cogē*.
4) Cf. II, 216; III, 6. et alibi. Voss. *ut s. Lucr.*
5) An *sive ripae c. sive c.? sive* certe in Guelf. pro *quae*.
6) Vide supra ad III, 387.
7) Voss. *includerent f.*
8) Caes. B. C. I, 81.
9) Voss. *dictum*.
10) Voss. *da. f. n. deb.*
11) Voss. *f. damnabant* reliquis omissis.

271. *passu*) Passus dicitur spatium, quod inter duos pedes est ambulantis. BC.

272. Devoti dicuntur illi, qui non coacti, sed sponte et voluntarie aliquid faciunt. B.

274. Ideo volo ut subtrahatis *ferrum;* nam [1]) ille, *qui provocat hostem iugulo*, pro ad interfectionem, etsi vincatur, tamen *non gratis*, i. sine magno damno victoris. Non [2]) enim aliquo modo parcit, cum sciat [3]) se moriturum. B. LC. *sanguine*) sive illorum, seu nostro; [4]) illi enim, qui morituri venerant, aliquos trucidarent. BC. VOSS.

275. Miles in articulo mortis positus, et ab hoste possessus *haud gratis vincitur*, i. priusquam ab hostibus vel vincitur vel occiditur, acriter sanguinem suum pro certo ulciscitur. VOSS. Sensus est: omnimodo coactus vincitur, qui mori vult eo quod vincatur; e contrario quasi sponte capiuntur, qui post captionem vivere volunt. BC. *iugulo*) ad mortem. VC.

276. Quare dixit hanc universalem sententiam, ostendit, ubi dicit *en sibi vilis adest* etc. B. *vilis*) i. non curans de se. LB.

277. *Non* sentit *ictus*, dum est voluntarius; [5]) sed postea *hic fervor deseret* [6]) *mentes*, et *perdent* hoc, scilicet *velle mori*. B. *meo*) quia mei sunt. BC. quia cum ipsa desideret mori, non sibi, sed Caesari moritur, quippe victoris est; sive quia, dum libens moritur, aliquos occisura est milites Caesaris. BC. VOSS.

280. *Sic*, ut diximus, *passus* est Caesar *deflagrare* i. deardere [7]) *incassum minaces* etc. [8]) B.

282. *Substituit*) produxit. BC. cursum statuit. LC.

285. Qualiter prius fuissent accensi, et qualiter *mentes tepescunt*, utrumque ostendit. B. Ita sunt accensi, *ut*, id est [9]) qualiter, *saucia pectora gestant maiores animos, dum dolor est recens* etc. B. LC. *Saucia*) Haec [10]) metaphora a gladiatoribus translata est. BC. VOSS. Comparatio est; et est sensus: sicut nimia iracundia vulneratus accenditur, dum vulnus recens est, si tamen victor, qui eum vulneravit, tenet manum eius, donec resolvatur in mortem, cadit paullatim ira eius; sic ira illorum mori volentium paullatim cecidit. GUELF.

1) Priora absunt a Lc.
2) *non — parcit* desunt in Lc.
3) Lc. *scit.*
4) Voss. *s. n. sive ill. q. m. v. trucidare.*
5) Eadem Lc.
6) B. *defert.*
7) Vox nova, Lexicis addenda.
8) Similiter Lc.
9) B. *idem;* Lc. *illi, quorum.*
10) *Haec* abest a Voss.

288. Nunc qualiter *mentes tepescunt* ostendit. *Si* autem *victor stat*, scilicet ille, qui est *conscius adacti ensis*, i.[1]) qui intulit ei vulnus, et ita *stat*, quod *tenuit manus*, scilicet quod nihil facit, *tunc frigidus torpor alligat artus*, et *alligat* etiam *animum*[2]) iam remoto *robore* illo, quod habuit antequam cutis stringeretur. B. *Adduxere*) attraxerunt[3]) rugas deposito tumore. *Nondum*, dum spiritus perseverat; nam post mortem cutis ad ossa haeret et trahitur. VOSS. quia, cum sanguis est in venis, cutis distat ab osse plenitudine venarum; remoto sanguine adhaeret ossi. VC.

289. *Stat*) i. cessat. LB. *manus*) eius scilicet, quem vulneravit, manus tenet, donec ira torpescat. BC. VOSS.

291. Tum scilicet *alligat artus, postquam sanguis*, rigidus factus, *adstrinxit sicca vulnera*. B.

292. Postquam perdiderunt *velle mori, iam* entes *inopes undae, primum quaerunt occultos* etc. B.

293. *Latices* vocat ipsas aquae venas, *flumina* ipsos rivos. B.

295. *Puteus cavati montis premitur* usque *ad fastigia* etc.; q. d. ipsum montem fodierunt tam diu, quod fodiendo iam venerant ad locum,[4]) qui aequalis erat campo. B.

296. *irrigui*) i. qui irrigari possit. VOSS. Fastigium dicitur et inferius et superius; inferius, ut hic. B. *fastigia*) ad vallem, per quam decurrebat Sicoris; et capitur fastigium proprie pro summitate alta, sed hic pro extremitate infima improprie. VC. *Fastigia* dicimus et de fundo, et de culminis summitate, ut Virgilius:[5]) *Summa ad fastigia vento volvitur*. De fundo:[6]) *Forsan et scrobibus quae sint fastigia quaeras*. BC. BENEDICT. VOSS. Tam[7]) altas fossas in collibus faciebant,[8]) ut usque ad campi aequalitatem[9]) venirent. BC. VOSS. I. II.

297. Et adeo *premitur puteus*, quod *scrutator Assyrii auri non merserat se tam penitus*, i. tam paene intus et, ut plus dicam, *non tam relicta luce*. B.

298. Assyria regio est, in qua metalla auri fodiuntur. Bene autem *pallidus* dixit, propter timorem.

1) *i.* — *vulnus* in Lc. quoque.
2) B. *manum*.
3) Idem Lc. Lb.
4) Ita pro *cum* scripsi.
5) Aen. II, 758, ubi vid. Servius; adde Non. Marc. p. 745, 13. Goth.; *ut* etc. absunt a Voss.
6) Virg. Ge. II, 288.
7) Voss. *Intelligendum est illos tam.*
8) Voss. *fecisse et montis duritiam transfodisse.*
9) Voss. II. *planitiem.*

BC. *pallidus*) hoc enim colore sunt, qui metalla exercent. VOSS. Romani antiqui damnabant reos ad fodiendum metallum. VC.

299. Et quamvis adeo laborarent, tamen non profuit; [1]) et hoc est quod dicit *non tamen aut tecti* etc. Quidam *amnes* vadunt sub terra, qui teguntur ex omni parte cum indicibus; [2]) et hoc notat, ubi dicit *tecti cursibus*. B. *tectis*) ut adhuc amplius foderent spe vicinae aquae. BC. VOSS.

302. *Glarea* est humida terra, [3]) quae *levi* et parva *vena* humescit. LB. terra vel lapillus fluminis, quem aqua defluens trahit. BC. LP.

303. Et cum aquam non invenissent, ille labor adauxit sitim, et hoc est quod dicit *tunc iuventus extrahitur*, insuper *exhausta* de illo *multo sudore* etc. *Iuventus* dico, *lassata duris* etc. B.

304. Per metallum intelligit in hoc loco duritiem scilicet. B. *metallis*) i. malleis, de metallis factis; vel *metallis* i. mineris. [4]) LC.

306. Et hoc modo [5]) o vos, *aquae*, fuistis causa, ut *minus possent* pati sitim. B. LC. *fecistis*) quia post sudorem siti maiore succensi sunt. BC. VOSS.

308. Et fecerunt *famem auxilium* ad excludendam sitim; q. d. ut magis possent ferre sitim, abstinuerunt [6]) a cibis; et inde debiliores sunt facti. Et ut magis ostendat eos constrictos siti, subiungit *si mollius arvum* etc. B. *Auxilium*) i. ut minus sitirent, a cibis abstinent. VOSS.

311. *Colluvies*) immunditia. BC. aquarum congeries; *(et m. al.)* a collutis viis si conveniant. LC.

313. Et cum fuisset certus de morte, bibit illam aquam, quam nollet bibere praecepto alicuius medici, etsi sciret se inde victurum. Vel ut ita simpliciter dicatur: si sciret se tunc victurum, non biberet illam aquam, quam tunc bibit; et per hoc defendit deditionem, quam postea fecerunt. B. *Quas nollet*) Sensus hic est: moriens siti [7]) aquas hausit, quas [8]) nollet haurire, si [9]) spem vivendi haberet. BC. VOSS. nam

1) Eadem Lc.

2) B. *indribus*.

3) Eadem Ioann. de Ianua. Seqq. et in Lc.

4) i. fodinis; cf. Adelung. Glossar. T. IV. p. 681; adde Papiam v. *minare*.

5) *Et h. m.* absunt a Lc.

6) B. inter lin. addit *se*; similia sunt in Lc.

7) Voss. *moriturus siti eas h. a.*; Bc. *nam m. sitiens*.

8) Bc. *q. n. et*, omisso v. *alius*; an *exhaurire*? Voss. *q. alius n.*

9) Voss. *etiamsi inde esset victurus*.

desperati multa faciunt, quorum abstinerent, si spe potirentur. BC.

314. *Distentas*) lacte plenas. Virgilius: [1]) *Ipsae lacte domum referant distenta capellae ubera.* BC.

317. *Destringunt*) amputant. BC. i. valde stringunt ore et dentibus. LB.

318. Et *pressere succos, si quos* invenerunt [2]) aut viridi *palmite arboris, aut tenera medulla.* B.

319. Et adeo sunt constricti, quod illi, qui hucusque habiti sunt infortunati, iam possunt dici *fortunati* respectu horum. Quod hinc patet; nam illi nescientes ibi esse venenum biberunt, isti autem, etsi scirent ibi esse venenum, biberent. [3]) Et hoc aequipollenter *o fortunati* illi, *quos barbarus* etc. B. LC. Tangit hoc quod Pyrrhus rex Epirotarum, [4]) dum insequeretur [5]) a Romanis, infecit fontes veneno. Legitur alibi, quod Marius minor, dum insequeretur ab Aethiopibus, infecit fontes, et sic evasit eorum manus. [6]) B. *barbarus*) i. Marius; *(et m. al.)* vel Iugurtha, quum fugit Metellum, infecit fontes veneno. LD. Aut Iubam [7]) dicit Maurum, qui, cum fugeret Aethiopas, fontibus eorum venena commiscuit, et sic eos peremit; aut Aquilum [8]) dicit ducem Romanorum, aut Horsilocum. [9]) Hi enim venena miscuerunt fontibus hostium, sed alter mortis, alter saporis. Possumus autem *barbarum hostem* Romanum accipere; nam praeter Graecos omnes barbari dicebantur. [10]) VOSS. GUELF.

322. Dictaea est civitas in Creta, ubi abundant aconita. B.

323. *Aconita* sunt venena, quae sudant ex saxis in Candia, unde aconita quasi a cautibus vel a cotis nata. [11]) VC.

324. *Non decepta*) etiam cum viderint mixta, bi-

1) Ecl. IV, 21.

2) Idem Lb.

3) Similia in Lb. Seqq. absunt a Lc.

4) Bc. eadem *P. r. E.*

5) Passive contra usum.

6) Similia in Lc.

7) Guelf. *Lucium d. Marium.*

8) Sic lege; *Equinium* et *Tarquinium* MSS. OUDP. *Tarquin. d. d. Romanum* Guelf.; imo lege *Aquillium;* cf. Flor. II, 20, 7. ibique Itpp.

9) *Horsilicum* Voss. I; vel *Cyrum.* OUDP. Guelf. *Horsiletum et h. e. hostilibus f. m. — Possunt.*

10) Numquam — Romani se ipsos vocarunt *barbaros;* nisi *barbarum* velles sumere non generaliter, sed pro homine effero et inmani. OUDP. Guelf. *propter* pro *praeter.*

11) Fere eadem Schol. Iuvenal. I, 157. in Obss. Misc. Vol. V. P. II. p. 267, cuius initium legitur apud Cramerum p. 582; cf. SERV. ad Virg. Ge. II, 152.

bent; nam beneficium se accipere dicet, [1]) etiam cum venena biberit. BC. Et non mirum, si sitientes biberunt, nam *torrentur viscera flamma.* B. LC.

325. *squamosis*) in modum squamarum rigidis. BC.

326. Et, quod plus est, ipsae *venae* iam contrahuntur et siccantur; et sic marcescunt. B.

327. *alternos*) quia aerem ipse recipit et emittit; [2]) duas enim arterias habemus, unam, qua spiritum accipimus, alteram, qua reddimus. VOSS. *meatus*) i. arterias. Sunt autem arteriae viae spiritus, per quas duplici meatu pulmo aerem capit [3]) et reddit; quarum sinistra plus sanguinis, dextera vero plus spiritus habet. BC. GUELF.

328. *Rescisso*) aperto. BC. [4])

329. Et quamvis sint constricti, *tamen* nondum deditionem faciunt, sed *pandunt ora* etc. B. *siti*) propter sitim. LC.

331. *haerent*) dicit, quia semper respiciebant nubes. LC.

332. Indigentia aquae satis adauxit sitim; et hoc [5]) quoque adauxit, quod videbant aquas; et [6]) hoc est quod dicit *quoque magis* etc. B. LC. *magis*) ut maior sit causa impatientiae, quod habent flumina vicina sitientes. VOSS. *solvant*) cogant. LC. i. affligant. LB. perdant. LP.

333. *Meroen*, civitas est in Libya. B. insulam Nili, in qua vinum Moroa [7]) nascitur. VC. *axe*) sub solstitio aestivo. BC.

334. *Garamantes* sunt populi, qui, si careant aqua, tamen levius patiuntur, cum non videant eam. B. *Garamantes* populi sunt Africae, prope Cyrenas inhabitantes, nominati a Garamante rege, Apollinis filio, qui ibi ex suo nomine [8]) oppidum condidit. Sunt autem proximi gentibus Aethiopum, de quibus Virgilius: [9]) *Extremi Garamantes. Nudi* propter ardorem. VOSS. I.

338. *Afranius damnatis armis*, i. depositis, [10]) *stetit ante pedes victoris* Caesaris. B.

340. *Ante pedes* quidem *stetit*, sed tamen illi *precanti* est *servata maiestas.* B.

1) Cod. *dicit.*
2) Similia in Lb. et Lc.
3) Guelf. *captat.*
4) Schol. Lb. vid. T. II. p. 561.
5) *h. q. a.* absunt a Lc.
6) *et h.* cum rel. desunt in Lc.
7) An *Mareoticum?* cf. X, 161.
8) Guelf. et Isidor. Orig. IX, 2, qui eadem habet, *Garama* addunt; repetit ea Papias.
9) Ecl. VIII, 44.
10) Idem Bc. Lp.

342. *Gerit omnia victi inter priorem;* q. d. nec ita alte se habet, ut prior fortuna expeteret, nec ita, [1]) ut isti tanti casus expeterent, sed medium tenuit; et hoc notat plane, ubi dicit *victi* quidem *sed* tamen *ducis.* B.

343. Ideo dicit securum pectus, quia nihil promeruerat mali. B.

344. Et haec sunt verba illius *si me fata* etc.; q. d. si concedatur mihi vita, istud solum est *causa,* quare petam a te salutem. Quam debes concedere, nam *non agimur* contra te *studiis partis* Pompeii; [2]) ac si dicat *non* amore illius *partis* hoc agimus. Quod hinc patet; *non* enim *sumsimus* etc. B. *Si me*) Sensus est: si stravissent me fata sub extremis [3]) gentibus, occiderem me; sed quia rogari dignus es, vitam peto. BC. *degeneri*) a Romanis, qui semper habent [4]) parcere victis. LC.

345. *rapiendo*) ut me ipsum trucidarem. BC.

347. *Dignum*) propter hoc solum te rogo, [5]) quia scio, te dignum esse, [6]) qui praestes. BC. LP. VOSS.

348. *Non partis*) i. nolumus facere discordiam inter te et Pompeium. LB. q. d. non ad hoc pugnavimus, ut alteram partem elegissemus, i. aut tuam, aut Pompeii, sed quia a Pompeio duces sumus constituti. GUELF.

351. *fides*) ne proditores videremur. BC. *fata*) quae tibi scilicet favere festinant. VOSS. *Eoas*) ut ad Orientem liber accedas. [7]) BC. LP. *Nil fata moramur;* q. d. videmus fata ad hoc laborare, ut te dominum terrarum faciant; et ideo nolumus hoc morari. B.

352. In hoc aperit *Eoas gentes* tradendo *Hesperias,* quia, si sequeretur Pompeium, non habitis istis, isti sequerentur eum a tergo; et hoc notat, ubi dicit *patimur* te *securum orbis relicti post terga.* B.

353. *Et patimur*) ut nihil timeas, quod totum orbem post terga reliquisti, dum vis ire ad Orientem; semper enim a dorso veremur, ut Virgilius: [8]) *Securus amorum germanae.* VOSS.

354. Adhuc alia causa, quare debeat concedere vitam, quia nec in *campis* peregimus *tibi bella,* nec obsidione. B.

356. Nihil peccavimus, nisi id, quod nullo modo est dicendum peccatum; et hoc est quod dicit *hoc*

1) Deesse videtur *demisse,* vel simile quid.
2) Fere eadem Lc.
3) Guelf. *extraneis.*
4) An *solent?*
5) Voss. *rog. sol.* sine *te.*
6) *esse* deest in Lp.
7) Lp. *libere accedatur.*
8) Aen. I, 350; eadem in Lp. leguntur.

unum, quod vincas etc. B. *vincas*) i. non ideo nobis ignosce, quia contra te pugnavimus; nam negat factum; sed ideo, quia fuimus, quos vinceres. VOSS.

357. Praeterea petimus aliud, scilicet *des otia fessis;* quod debes facere, non enim *magna petuntur.* Quid vocet *otia fessis,* subiungit, *vitam patiaris* [1]) etc. B. *inermes*) i. accipe arma nostra et dimitte nos fessos, ut peragamus secure vitam, quam tribuis. GUELF.

358. *prostrata*) sit tibi talis securitas, quasi omnes in campis prostrati iaceremus. VOSS.

362. *victos*) subtiliter vacationem [2]) petit, dicens dignum se non esse, qui vincat cum Caesare. VOSS.

363. *serenus*) habitum futurae orationis ostendit. BC.

364. Remisit eis *usum belli*, scilicet ut non ulterius pugnarent, et *poenam*, quod nihil sunt passi. B. LC. *usum belli*) ne pro se postmodo pugnent, [3]) vitam donat, et solvit a militia. VOSS. *poenam*) dat veniam, quod adversus se paullo ante pugnaverant. VOSS.

365. Illa pax vocatur iusta, [4]) quae fit secundum sententiam dantis et accipientis eam; vel etiam quam victor dat ad libitum suum. B.

366. Ubi dicit nunc *incustoditos,* ostendit prius custoditos fuisse [5]) a militibus Caesaris. B.

367. Et tanto impetu vadunt ad aquas, quod turbant ipsa *flumina*, et *multis arctavit animam continuus* etc. B.

370. *Animam* vocat hic spiritum, scilicet aerem receptum. B.

371. *morbus egens*) Dicit autem sitim, quae talis erat, ut ipsa non satiaretur, cum viscera essent cuncta satiata. VOSS.

373. Et quia isti, qui iam defecerant, sola aqua sunt refocillati, ideo non carent magna reprehensione, qui pro tantis divitiis laborant. Quod faciunt facientes civile bellum; et hoc aequipollenter *o prodiga rerum luxuries* etc. B.

374. Ordo *nunquam contenta parvo paratis* i. e. parvo emtis; nam *emere* dicitur parare. VOSS.

378. *Natura petit* hoc, et non illas divitias. *Non* enim illa erigunt *aegros*, quod haec fecerunt; et hoc est quod dicit *nobilis Bacchus* etc. B. *quantum*) quam

1) B. *patieris.*
2) Voss. I. *pacem.*
3) Eadem Bc.
4) Eadem Lc.
5) Similia Lc.

parum. LC. *erigit*) Petreianos scilicet non relevat a languore. VOSS.

379. Per hoc quod dicit *ignoto Consule,* notat quod tam diu servabant vinum, quod nesciebant sub quo Consule fuisset collectum. B. *ignoto*) scilicet sic antiquo expressus. LP. expressus tempore illius Consulis, cuius nomen ignoratur. Solebant antiqui nominibus Consulum tempora notare; in vasis autem vinariis nomina Consulum describebant, ut scirent, ex quo tempore illic vina reservarentur. Dicendo autem *ignoto,* nimiam Romanorum avaritiam notat, qui tamdiu vina servabant. GUELF.

380. *Murrha* est genus vasis. B. LC. *Murrha* accipitur hic pro lapide sic dicto. VC. *Murrha* genus ligni, quod dat odores, ut Virgilius: [1]) *Murrhaque madentes.* Hic ergo murrham poculi genus accipimus de hoc ligno facti, et quod dixit *non murrha, non auro* aureum poculum intelligimus. LD. *Murraque* gemma [2]) est, quae in Oriente nascitur; humor enim sub terra ex calore durescit in morem crystalli, et habet purpureum colorem. Alii dicunt *murram* esse genus ligni, [3]) unde fiunt pocula odorata, ut Virgilius: *Murraque madentes;* unde *murratum* dicimus vinum. Vel *murra* [4]) genus est vitri optimi, unde et *murrina* pocula dicuntur. [5]) VOSS.

381. *Ceres*) Initium vitae panis et aqua, dicit Salomon. [6]) VC.

382. Et postquam *rediere vires* animis, *tum* relinquunt *arma,* et reversi sunt in patriam, tuti ab aliis, et non nocentes aliis, quod prius non possent facere; et hoc est quod aequipollenter dicit *tunc arma relinquens* etc. B.

383. *tutus*) a contrario facta declamatio; cum enim armis quis tutus esse soleat, istos spoliato pectore tutos dicit. GUELF.

384. *Innocuus* dicitur, qui nec alii nocet, nec alius sibi. [7]) LB. active et passive. VC.

387. Et quia *liber spargitur,* ideo poenitet eos praeteritorum, scilicet quod passi sunt tantam sitim,

1) Aen. XII, 100.
2) Ita et Lp.
3) Similiter Lp. et Lb., qui tamen *lapidis* habet.
4) Fere eadem Schol. Iuvenal. VI, 156 ap. Achaintr.
5) Male Scholiastes *myrrham* cum *murra* seu *μορρίνα* lapide, unde murrina fiunt pocula, cum aliis confundit. OUDP.
6) Imo Sirach. XXIX, 21; al. 23.
7) Similia in Serv. ad Virg. Aen. X, 302.

et quod rogaverunt deos, ut victoriam haberent; et hoc est quod dicit *o quantum poenituit* illos *potitos pace donata* etc. B. *frustra*) quod dii [1]) non exaudiebant eos. LC. Subaudimus, *o quantum poenituit. Frustra rogasse deos,* [2]) sive quia non impetraverunt, [3]) ideo *frustra,* sive quia eandem victi pacem habent, [4]) quam cupiebant [5]) victores. BC. VOSS.

388. Et merito gaudet; nam videt Caesarianos multa passuros, etsi nunc sint victuri; et hoc est quod dicit *nempe* illis *usis* nunc *secundo Marte tot dubiae* etc. B.

391. Et *vincendum* est *toties,* i. multoties, *ut fortuna,* quae in natura sui est *anceps, nunquam labet* a *successibus* eorum, sed semper sit eis prospera. Ideo dico *nunquam labet,* nam *fundendus est* etc. B.

392. *sequendus*) ab illis, qui adhuc militant. BC. Nota *sequendus* passive, cum sit participium deponentis, quod habet activam significationem. VC.

393. *Felix*) est iste miles. VC. Et quia tot pericula instant vobis, *felix* ille, *qui potuit iam scire, quo loco* sit sepeliendus. B. De illis dicit, qui cunctis pugnantibus se dederunt otio, et securi sunt; scilicet hoc per similitudinem dicit. VOSS. Cum [6]) adhuc pendet ruina mundi, incertum est, ubi [7]) iacebit unusquisque post casum. Sed hic accipimus dictum, eum felicem [8]) esse, qui ancipiti omnium statu, iam scit, in quo loco eius fortuna consistat. BC. VOSS.

394. Et illi felices, qui haec commoda habent: *non proelia fessos.* B.

396. *sordida*) propter eorum absentiam. LC.

397. *Sua terra recipit colonos non* ductos aliunde. Tangit hoc, quod dabantur provinciae novis colonis, sicut Pompeius fecit piratis. B. *colonos*) Mos enim [9]) erat, ut, quando [10]) victor aliquis hostiles agros deprehenderet, in eas terras novos colonos induceret. [11]) Bene autem [12]) hos *colonos non deductos* esse dixit, quia ad suas patrias revertuntur. BC. VOSS. Isti non fuerunt deducti ad alias terras incolendas, sed ad

1) Lc. *diu.*
2) Priora absunt a Bc., qui contra solus seq. *sive* habet.
3) Voss. *impetraverint.*
4) Voss. *hab. v. p.*
5) Voss. *q. haberent, cum erant vict.*
6) Voss. *C. enim a. impendet.*
7) Voss. *unde quisque post casurus sit.*
8) Voss. *fel. eum.*
9) Voss. *M. populi Romani er.*
10) Voss. *cum aliq. v. a. cepisset h.;* Bc. male *vict. alios.*
11) Voss. *deduc. col.*
12) Voss. *B. ergo h. n. deduct. c. e. d.;* Bc. *c. did. e. non d.*

proprias redierunt. Deducti dicebantur coloni apud antiquos, qui devicti in bello deducebantur ad incolendam terram, velut Pompeius vincens piratas colonos deduxit, quos postea redditis armis ad bella revocavit. GUELF.

398. Hoc dedit Fortuna, quod non sollicitabantur corpore; *hoc quoque* dedit, quod nec animo quidem; q. d. nec isti, nec illi favebant; [1]) et hoc dicit *hoc quoque oneris Fortuna remisit* etc. B. *securis*) a militia liberatis. BC.

399. *Sollicitus*) pro favore Caesaris non erant solliciti, quia Pompeius dux eis fuit, neque pro Pompeio, quia Caesar donavit eis vitam. Positi [2]) itaque extra bellum, nullis partibus favent, quia obnoxii sunt utrisque. VOSS.

400. Ideo non favebant [3]) parti Pompeii, quia *ille*, scilicet Caesar, dederat eis salutem; *ille*, scilicet Pompeius, erat *dux*, et ideo nolebant favere Caesari. Ergo constat eos felices esse. B. *nullo*) non curantes, qui vincat. BC.

402. Hic evenit bene Caesari, sed tamen non ita ubique; nam *clauditur Antonius* ibi, *qua unda Adriaci* etc. B. *Non eadem*) i. Fortuna non dedit sic victoriam Caesari ubique, sicut ibi fecit. GUELF. Divertit stilum; ubi sciendum secundum Iul. Celsum, [4]) quod Caesar habuit a principio tres provincias, scil. Galliam Cisalpinam, Transalpinam et Illyricum. Ad Illyricum miserat duces Antonium et Basilum, [5]) ad occupandas fauces maris Adriaci; et semotim [6]) castra metati sunt Antonius in Illyricum, et Basilus prope Iadram. Octavius, pirata Cilix, [7]) devictus olim a Pompeio, venit ad has partes cum maxima classe, et illos deduxit ad magnam extremitatem, et potissime Antonium. VC.

403. *in partes*) i. ausa est Fortuna nocere Caesari. BC. Modo incipit narrare, quid accidit militibus Caesaris, missis in alteram partem mundi. GUELF.

404. Adriaticum, Adriacum idem. LB. *Salonae* sunt civitas, porrecta iuxta mare illud, quod in hac ripa vocatur Adriaticum. B. Civitas fuit non longe ab Iadro fluvio, iuxta quod [8]) hodie est Iadra urbs. Pollio dux

1) Similiter Lc.

2) *Positi — favent* in Bc. quoque, sed *P. enim e. b. nulli parti f.*

3) B. *faveant.*

4) Locus non exstat in Caesare; scholion vero probat, quod iam Glareanus h. l. monuit, in Caes. B. C. III, inter c. 8. et 9. historiam huius rei excidisse.

5) Vc. ut paulo post *Basilium.*

6) Cf. Adelung. T. VI. p. 179.

7) Vc. *Cylis.*

8) An *quem?*

Augusti devicit Salonam. VC. Salona civitas est Dalmatiae, quam Pollio Consul expugnavit, unde et filium suum, qui eo anno, quo eam devicit, natus est, ex eius nomine *Saloninum* vocavit. [1]) VOSS.

405. *Iader* est fluvius *tepide* excurrens ex Oriente versus Occidentem; et hoc notat per hoc quod dicit *in Zephyros;* nam hi ex Occidente veniunt. B. *tepidum*) adverbialiter. LC. tepidum Iader ut flumen Rhenum. LB.

406. *Curetae* [2]) sunt populi, ad quos missus est Antonius frumentatum. B. *Curictum*) gens Illyrici. VOSS.

408. *Antonius*) hic est, qui postea Augusti sororem uxorem duxit. BC. hic ex parte Caesaris erat. GUELF.

409. *Cautus* erat *ab incursu* illorum bellantium, quos miserat Pompeius, nisi *sola fames* esset; nam Pompeius praefecerat Octavium piratis, qui nunc imponebat insidias, ne Antonius posset reverti. B.

410. *Si fames recedat,* quae tamen non discessit; et hoc ostendit, quod ibi erat, ubi dicit *non pabula tellus* etc. B.

411. *proserit*) produxit. LC.

415. *socios*) suos et Basilum ducem eorum. LB. Fuga Antonii ab isto loco; et quia litera est difficilis, sententia est ista: Antonius, ob penuriam non valens hic stare, volens recedere et sciens se transiturum per manus hostium, excogitavit novam cautelam. Fecit enim fabricari tres naves, quae nunquam habuerunt similes, et fecit superponi duas trabes in longum, et ita alias duas breves per transversum ex utroque capite. Deinde fecit navim grossam [3]) quasi sine forma inter trabes. Ita navis ipsa non tangebat aquam, sed stabat super trabibus. Ex utraque parte navis stabant remiges ita, quod navigabant inter spondam navis et trabis; et ex utraque parte trabium longarum fecit fieri unum tabulatum altum, quod a longe videbatur unum castellum. Et non videbantur vela vel remiges; et dum fieret refluxus, imposuit in mari et isto modo coepit navigare ut evaderet, et breviter transivit cum duabus navibus, dissimulante Octavio; tertia vero remansit ibi capta ab illis. VC.

1) Similia ap. Serv. ad Virg. Ecl. IV, 1. et Schol. Horat. Od. II, 1, 16.

2) B. *Crete;* sed Papias: *Curetes populi feroces in Dalmatia.*

3) i. crassam; qua de voce cf. Adelung. T. III. p. 846; adde Schol. Iuvenal. p. 358. et 576. Cram.

416. Basilus fuit Caesarianus, qui, etiam cum non posset liberare Antonium, tamen venit usque ad ripam, ut, si forte illuc posset venire, liberaretur. Quod dicit *viderunt Basilum*, vel dicemus ibi esse strictum mare, vel dicemus *videre* pro intellexerunt. B.

417. Et quod *nova furta exquisita* essent, ostendit, ubi dicit *non enim de more* etc. B.

420. Iste ductus fuit insolitus; *namque vacuae cuppae undique sustentant* etc. B. *cuppae*) dolia. LC. vasa, quibus bibimus, *cupas* [1]) dicimus, non *cuppas*, a copia bibendi. [2]) BC. Cuppas [3]) in ordinem collocarunt, et superpositis materiis ratem stravere. BC. VOSS.

421. *catenis*) quatuor. VC.

422. Geminos ordines vocat cuppas a lateribus areae positas; et ne a fronte possent invadi, ideo posuerunt cuppas ante. *Ratem* vocat illam aream. B. *geminis*) quatuor naviculis. VC. *obliquas*) per transversum positas. VC. in castratura [4]) positas. BC. *alnos*) arbores per transversum positas. VC.

423. Et illa non *gerit* remiges expositos *telis*, *sed* potius *circumdedit aequor trabibus; quod* circumdatum *ferit* remis inter aream et cupam; et hoc modo *praebet miracula cursus*. Et videtur hic notare causam, quare tale instrumentum fecit, scilicet ne posset impugnari. Quod dicit *circumdedit aequor*, hoc dicit quantum ad ipsam aream. B. *gerit*) ista series. VC. *expositum*) ordinatum iaculis ad pugnandum. [5]) Aliter *expositum telis* i. velis; nam telae feminino genere textricum [6]) opus est, quibus vela fiunt. BC. ad quod telis esset occursus. VOSS.

426. *nec apertas*) Extrinsecus enim [7]) aliae cuppae [8]) sunt, quae summitatibus [9]) hinc inde religantur; et in occulto [10]) remiges sunt, qui inclusum mare verberant [11]) remis. BC. VOSS.

427. Et quia tam magnae naves non possunt duci in mare, nisi mare exeat impulsum ventis, ideo custo-

1) Ita Guelf., sed Bc. *copas*; cf. Non. Marc. p. 83. 544. Merc. et Adelung. T. II. p. 830; nam distinguere vult Scholiasta; vide tamen Adelung. T. II. p. 707, 2.

2) Rectius derivant Isidor. Orig. XX, 6. et Papias a capiendo.

3) Voss. *Cupas*.

4) i. coniunctione tabularum; vulgo *incastratura*, cf. Adelung. T. IV. p. 158, cui adde Ioann. de Ian. cum Guil. Britone consentientem.

5) Fere eadem Lp.

6) Vide Adelung. T. VI. p. 542.

7) Voss., qui haec cum schol. vs. 420. coniunxit, *autem*.

8) Bc. *puppae*; Voss. *cupae*.

9) Voss. addit *ad navim*.

10) Bc. *occultum*.

11) Voss. II. *feriunt*.

diebant ripam, exspectantes tale tempus. Et hoc est ubi dicit *tunc freta servantur* etc. Per declives undas notat magnas; nam ibi est declivitas. B.

428. *agat*) impetat. LC. reducat. LP. *arenae*) i. dum recedente unda arenae apparent. [1]) BC. VOSS.

429. *crescebant*) crescere dicuntur litora, cum quiescente fluctu videntur; nam latent, dum mare fluctuat. GUELF.

430. *prono*) miti. BC. LP.

431. In unaquaque erat *turris*, et erant *tabulata* etc. B. *geminae*) i. rates sociae; unde ostenditur tres fuisse. [2]) VOSS. *ardua*) i. ratis ardua super cunctas eminet turres. VOSS.

432. *minantia*) eminentia. LP. facta tam alta, quod pinnae erant tremulae. LC. Pinnam vocat acumen tabulati. B. *Pinnae* sunt proprie murorum, [3]) sed hic, quia naves [4]) pinnas dixit habere, addidit *tremulis*. BC. VOSS.

433. Illyria est Venetia; et quod vocavit superius Adriaticum mare, vocat nunc Illyricam undam, cui Pompeius praefecerat Octavium. B. *Noluit*) Nam Octavius putavit Antonium esse in ultima, et erat in prima. VC.

435. *praeda*) i. non quae erat, sed quae futura erat. BC.

436. In hoc invitabat eum ad mare, quod non ostendebat se in mari; et hoc notat ubi dicit *pace maris*. B. *invitat*) allicit et securos facit. LB. *ad aequor*) Volebat eos in altum progredi, [5]) ne possent ad insulam reverti, [6]) de qua egressi fuerant, dum viderent mare tranquillum et ab hostibus et a ventis. [7]) BC. VOSS.

437. *Sic* tenuit suos Octavius, sicut *venator tenet* omnes canes praeter unum, *qui* inventa *praeda nescit latrare;* tum dico *tenet, dum claudat cervos* etc.; et hoc est quod dicit *sic venator tenet clamosa ora levis Molossi, dum claudat cervos pavidos,* inde *pavidos, metuentes aera formidine odoratae pennae*. B.

438. Tangit illam physicam, quod sentiunt odorem toxicatae sagittae. B. *pennae*) sagittae venena-

1) Voss. *nudantur.*
2) Similiter Lb. et Lp.
3) Voss. *pr. m. s. hic q.*
4) Voss. *navis*, omisso v. *habere.*
5) Eadem Lp.
6) Abest a Voss.
7) Voss. *host. vacans regredi Alii repetat, dum invitat.*

tae. VC. Venator toxicata sagitta facit lineam in orbem, quam cervus odorans non potest transire.[1]) LB.

439. Vara vocat illa ligna, quibus adhaerent retia. B. *varis*) Sunt furculae, quae casses sustinent. LC. furcae,[2]) quibus retia subriguntur.[3]) BC. LB. LD. LP. VOSS.

441. Vocat canes *Spartanos* a loco, et *Cretas* similiter. B.

442. *rostro*) improprie dixit; nam rostra avium sunt. BC.

444. Lorum vocat corrigiam illam, quam circa collum habet canis. Navim suam assimilat illi cani, *qui* repertis cervis *nescit latrare;* naves suorum assimilat illis canibus, quos *venator ligat;* Antonii naves assimilat cervis. B. *loro*) revolutione caudae vel collario.[4]) BC. catenula vel vinculo colli i. collario. VOSS.

445. Dixit superius: missae sunt in mari; *nec mora complentur;* et *insula* illa *deseritur ratibus avide petitis.* B.

446. Et hoc fit prima parte noctis veniente; et hoc est quod dicit *quo tempore primas* etc. B.

447. *Impetit* i. valde petit ad noctem faciendam, vel *impedit* adhuc. B. scil. tendere. VOSS. I. *lux extrema*) periphrasis est crepusculi vespertini. BC.

448. Ipsi calliditate crediderunt evadere, sed nihil profuit; et hoc aequipollenter *at Pompeianus fraudes* etc. B. *Pompeianus*) Pompeii partium accipimus Pompeianum,[5]) et a Pompeio victum. BC. VOSS.

449. Nam has *fraudes parat, suspendit vincula* etc. Per hoc quod dicit *passus vacare summa freti,* notat arenam illam aliquantulum sub aqua esse. B. *Antiqua*) ut ante consueverat. BC. VOSS. nam ipsi sunt piratae. VOSS. *Cilix*) Octavius. VC.

450. Per hoc quod dicit *medio ponto,* notat ibi mare esse strictum; vel vocat medium, quicquid est a principio usque ad finem. B. *medio*) aut primam partem dicit, aut superficiem, ut medium pontum et in latum et in profundum accipi possit. BC.

451. *lapsae*) amplae. VC. Et *religat catenas* circa scopulos *Illyricae rupis;* et describit locum illum, ad quem traxerunt illam magnam molem. B.

1) Similia Lc.

2) Ld. *Varae sunt f.;* Lb. et Voss *Vari* (male) *sunt furculae.*

3) Ld. *tenduntur;* Lb. *sustentantur;* Voss. *subr. et sustent.*

4) i. q. collare; cf. Adelung. T. II. p. 517; adde Ioann. de Ian.

5) Voss. *Pompeianum a. P. p. et ab eo v.*

453. *moles*) navis; nec enim potest dicere navem. Sic et supra posuit [1]) *nec mora complentur moles.* BC.

455. Et ideo facit, ut non videatur mirum, si potuerit eam illuc trahere, cum locus acclinis erat, et quasi vorago maris ibi esset; et hoc est quod dicit *impendunt cava* etc. B. *Impendent*) eminent. LP.

456. *Stat*) topographia; *mirum* quod [2]) stat, cum semper ruitura est. BC. VOSS. pendens rupis supra mare, ita ut cadere videatur. GUELF.

457. *Aquilone*) pro quolibet vento. BC.

458. *Abscondit in antris caecis;* et hoc modo *mare tectum,* quod alibi rapuit, hic reddidit. B. *Corpora*) aut [3]) hominum, aut navium, ut Virgilius [4]) de navibus: *Aut age diversos et disiice corpora ponto.* [5]) BC. VOSS.

459. *raptus*)[6]) i. ea, quae rapuit; et melius *raptus* [7]) quam *raptos* legendum. BC. VOSS. I.

460. Et non mirum, si reddit *raptus* hic, *cum* ipsam *Charybdim* vincat in ferocitate; et hoc est quod dicit *cumque cavernae* etc. B.

461. Charybdis est periculosus locus. Taurome nium est oppidum iuxta illud periculum. B. *Tauromenitanam*) proximam Tauromenio; [8]) civitas est Siciliae vel mons, [9]) ubi Charybdis est, locus periculosissimus in mari. VOSS.

462. *Hic,* scilicet in hoc tam periculoso loco, stetit navis Antonii; et hoc est quod dicit *hic Opiterginis* etc. Opitergium est oppidum iuxta Venetiam, unde isti erant, qui venerant cum Antonio. B. Opitergium est oppidum in Marchia Tarvisina, [10]) cuius quingenti incolae erant in navi ista Vulteii. VC. oppidum Italiae. [11]) BC. VOSS. *moles*) ratem dicit, quae Opiterginos vehebat, fautores Caesaris contra Pompeium. BC. VOSS.

465. Postquam *sensit* ratem duci, poscunt proelia, etsi non habent [12]) spem victoriae. B. *nulla*) Ideo

1) vs. 445.
2) Bc. *quia.*
3) Voss. *ait n. aut h.*
4) Aen. I, 70.
5) V. Serv. ad Aen. I, 70. et Pierium; *diversas* in Virgilio plerique, etiam Heinsius edidere, ad naves referentes. OUDP.
6) Voss. addit *evomuit rapinas.*
7) Voss. *ruptus q. raptus l. est.*
8) *Tauro* Voss. I.; *Tauromi-niae* Voss. II. OUDP. Bc. *pr. Taurominitanae civitati.*
9) Imo mons est *Taurus;* cf. Diodor. Sic. XVI, 7.
10) Vc. *Tervis.*
11) Bc. *Illyrici;* Voss. II. *Illyriae;* an *Istriae?* cf. Plin. H. N. III, 19.
12) An *poscit — habet?*

nulla spe poterat proeliari cum inimicis suis, dum navis eius detenta erat carinis. GUELF.

469. Et quamvis esset sine *spe* victoriae, *tamen effecit* [1]) tantum, *quantum* unquam poterat facere *virtus*, comprehensa *in* tali *casu*. B.

470. Nam etsi vix essent una cohors, tamen pugnaverunt contra tot millia; et hoc est quod dicit *pugna fuit inter* [2]) *tot millia circumfusa* illi *rati captae, et inde*, i. ex alia parte, inter *cohortem vix* tamen *plenam*. In cohorte sunt trecenti milites. B.

471. *inde*) de rate Antonii, sive de parte Caesaris. *Vix plenam*, quia non habuit D homines. [3]) Pauci enim erant et vix numerum unius cohortis impleverunt. VOSS. *cohortem*) quae constat quingentis hominibus. VC.

472. Ideo *non longa* pugna, quia *nox*, i. absentia solis, *condidit dubiam lucem*, et hoc cum *umbra;* et sic fuere *tenebrae* causa, quare *habuerunt pacem*. B.

476. Haec sunt verba Vulteii: o *iuventus, non* ulterius *libera*, nisi per hanc parvam noctem, *consulite* etc. B. *non ultra*) nam primo lucis ortu erant bella reditura. VOSS.

477. Extremas res vocat mortem. B.

478. Ego dico exiguo *tempore*, sed non est illud tempus dicendum breve, in quo quisque potest acquirere sibi aeternitatem; et hoc aequipollenter *nulli superest brevis vita, qui in illa* vita *habet tempus quaerendae sibi mortis*, scilicet ut propria manu se interficiat. B. Sensus hic est: non est [4]) putanda brevis vita superesse, quae [5]) habet spatium, quo unusquisque sibi quaerat exitium; [6]) i. multum vitae superest, si habemus tempus, [7]) ut mortem nobis singuli [8]) perquiramus. BC. VOSS. Quod non convenit, nisi forti viro, qui facile contemnit interitum; unde Quintilianus: [9]) *Faciamus de fine remedium, de necessitate virtutem. Solus vixit, quoad voluit, qui mori maluit.* BONGARS. Seneca in epistolis [10]) in multis locis ponit eandem sententiam. VC.

479. Et debetis eam quaerere, quia, etsi sit breve

1) Addidi *effec.* de meo.
2) B. *in.*
3) *Vix mille iuvenum* Flor. IV, 2, 33. OUDP. Guelf. *enim* pro *ergo*, quod habet Voss.
4) Voss. *potest p. b. iam.*
5) Voss. *in qua un. h. sp. q. sib.*
6) Eadem Bongars. cum seqq. coniuncta.
7) *temp.* deest in Voss.
8) Bc. *singulis;* Guelf. *requir.*
9) Declam. IV, 10, ubi alia tamen leguntur.
10) Cf. 12. 32. 70. 93. etc.

tempus vitae vestrae, et per hoc videmini non habere gloriam, tamen aequam gloriam habebitis, sicut illi, qui, etsi sperent se diu vivere, interficiunt se, ut servitutem evadant, ut fecit Cato. Et hoc aequipollenter dicit: o iuvenes, occurrite leto, cum iam fatum [1]) est admotum; ista *gloria non* est *inferior* illa, quae acquiritur in *tempore venturae vitae.* B.

480. *occurrere*) i. e. nec minus laudis in morte est, si vicinae morti anima fortis occurrat. VOSS.

481. *Tempore* dico *incerto omnibus;* q. d. quia illud etiam tempus est incertum omnibus, non est *inferior;* nam potius *par est,* si ex animo facit; et hoc est quod dicit *laus animi est par.* B. Sensus hic est: cum apud omnes incertum sit, quousque quis victurus sit, aequalis laus in morte voluntaria est, si multos perdidit annos, quam si paucos, dummodo ipsi nobis ultima fata faciamus. VOSS.

482. Et ostendit, quae et cui sit *par,* ubi dicit *et quos speraveris* etc. B.

484. Et hoc idem est dictum superius, sed occultius. Superius, ubi dicit *par animi laus est,* non notavit, utrum spontaneae an coactae; ideo addit *dum arcessas fata manu.* B. *non cogitur*) i. e. dum nullus cogi possit, ut mori velit, laudetur necesse sit, si sponte moriatur; non potest autem cogi voluntas. VOSS. Generalis sententia est; i. voluntas moriendi ex nobis est, et [2]) non ab hostibus; nam si ab hostibus *velle mori* haberemus, nulla laus remaneret. BC. VOSS.

485. Hinc patet, quod *est par;* nam voluntas est libera, et ideo non potest cogi. Praeterea est aliud, quare debeatis mortem quaerere, *nulla fuga patet* etc. B.

486. *Cives* vocabimus vel Basilum, vel illos, qui erant in illis duabus navibus, quae evaserant; et secundum hoc dicit ideo, ut illi accipiant exemplum ab istis. Vel vocabimus ipsos piratas *cives;* nam Pompeius dederat eis ius civile, postquam devicit eos. B.

487. Alia hortatio: *cupias quod necesse est, quodcunque* illud sit; *metus omnis abiit;* et ideo, cum *necesse* sit, vos mori cupiatis. B. *abest*) non erit enim, quod timere possitis, morte decreta. [3]) BC. VOSS. *Necesse est,* inquit, ut aliquid definias, ne confuse et permixtim inter hostes cadas. Simile huic Terentius: [4]) *Aliquid facerem, ne hoc facerem.* BC. BENEDICT.

1) B. *factum.*
2) Voss. *quia.*
3) Bc. *deleta.*
4) Andr. I, 5, 24.

488. Ne videretur eos hortari ad pugnam, removet hoc; quamvis dicam *decernite letum, tamen non est cadendum in caeca nube telorum.* Illi cadunt *in caeca nube telorum,* qui, cum sint pauci, aggrediuntur tamen multos. B. *caeca*) Caecam nubem bellorum et tenebras vocat ipsam confusionem, qua confuse pauci a multis necantur. GUELF. q. d. non moriemur sine fama et sine teste, sicut illi, qui moriuntur in turba belli. LC. Solatium quaesitum est [1]) de genere mortis. BC. VOSS.

489. Aut etiam hoc modo *non est cadendum,* scilicet *cum sua tela involvunt acies permixtis tenebris;* q. d. etiamsi tot essemus quot illi, tamen *non est* hoc modo *cadendum.* B.

491. Et hoc ideo, quia facienti virtutem non attribuitur laus, sed pigris aliquando; nam dicitur: illa pars vicit; et hoc modo, eundo in commune, *mors, virtus perit* obscurata. B. *perit*) i. nil laudis habet obfuscata. BC. LP.

492. Alia hortatio: etiam voluntas divina videtur hoc velle in hoc, quod ita in medio sumus positi; et hoc est quod dicit *dii constituerunt nos in carina conspicua sociis et hosti* etiam. B. *sociis*) Socios eos dicit, qui evaserunt in ratibus duabus hostes, qui imminent capiti. [2]) BC. VOSS.

493. Quid hoc prosit, ostendit, ubi dicit *praebebunt aequora* etc.; et quia et *aequora* et *terrae,* ergo *geminae partes spectabunt* etc. B.

495. *diverso*) uno enim litore Pompeiani, altero Caesariani spectabant. BC.

496. *Nescio quod nostris* etc.; q. d. et quod in tali loco posuisti nos, o *Fortuna,* patet quod *magnum exemplum paras* aliis de nobis, et tam *magnum,* quod non potest dici. B.

498. *monimenta*) res dignas memoriae. BC. LP. *ferro*) duci. VC.

499. Hoc *memorabile paras;* omnem illam famam, quam aliquis unquam habuit, servando fidem domino suo, et servando fidem in militia, scilicet ut alter alteri fidelis esset, illam exsuperabit *nostra iuventus;* q. d. magis erimus famosi, quam aliqui unquam fuissent; et hoc est quod dicit *nostra iuventus transibit. Quaecunque monumenta fides exhibuit per aevum,* et *quaecunque pietas militiae servata* in *ferro exhibuit, transibit.*

1) *est* deest in Voss. 2) Bc. *capti.*

B. Sensus est: *transisset* i. [1]) tolerasset vel peregisset *nostra iuventus* pro Caesare, quodcunque *fides*, promissa in rem publicam, [2]) et *pietas militiae servata ferro* exhibere potuit per [3]) aevum. Sed nihil est aliud, quod facere possumus, nisi ut [4]) moriamur. BC. VOSS. I.

501. Et maior etiam *transiisset* iam, si daretur maior; ideo dico maior *transiisset*. Nam parvum videtur nobis nos solos pro te mori, sed nobis *obsessis non supersunt maiora pignora tanti amoris*, tui scilicet, *quae pignora demus*. B.

503. Et ideo *invida* fuit nobis Fortuna, quod non habemus et filios et patres, quos [5]) nobiscum pro tuo amore interficeremus. B. *Abscidit*) abstulit, minuit. BC.

505. *Indomitos* etc.; q. d. quod autem possumus facere, hoc faciamus, scilicet interficiendo nos, ut ceteros Caesarianos putent invictos Pompeiani milites. B.

506. *Et gaudeat hostis, non plures rates haesisse;* q. d. adeo invideat famae nostrae, quod malit illos evasisse, quam hic remansisse. B. *morti*) i. e. ad mortem. [6]) VOSS. *faciles*) i. qui [7]) facile patimur interitum. BC. VOSS.

508. Adhuc alia hortatio. Quaerere debetis mortem, si autem *foederibus* vos tentaverint, ne acquiescatis. Quod tamen *utinam* vellent! quod [8]) tantummodo ad hoc opto, *ne putent* nos *desperasse* cum feriemur etc. B. *vita*) ut vivamus illis concedentibus. BC. LP.

510. *veniam*) ut etiam veniam contemnamus, [9]) perire cupientes. BC. VOSS. *iubeant*) i. velint. Hinc Virgilius: [10]) *Infandum, regina, iubes renovare dolorem; iubes* i. vis. Sic Terentius: [11]) *Iubeo Chremetem*. BC. Proprie dixit *sperare;* speramus enim bona. GUELF.

511. *ferro*) unum pendet ex altero; ideo *calido ferro*, quia *viscera fodiemus*. BC.

512. Et re vera feriemur; nam [12]) promerendum est nostra *magna virtute, ut Caesar vocet damnum* no-

1) Voss. *et.*
2) Voss. *reipublicae.*
3) Voss. addit *ullum. Sed nih.* et seqq. desunt in Bc.
4) *ut* ex Guelf., qui add. *hoc enim sequentia indicant.*
5) Similiter Lc.
6) Vide Drakenb. ad Sil. XV, 721: *Et soli faciles.* OUDP.
7) Voss. *quod f. patiamur.*
8) Similia Lc.
9) Voss. *contemnant.*
10) Aen. II, 3, ubi vide Serv.
11) Andr. III, 3, 1, ubi cf. Donat. et Eugraph.
12) Similiter Lc.

bis *amissis inter tot millia;* q. d. cum sine numero habeat, non dolebit de nobis nisi strenue moriamur. B.

514. *recessum*) occasionem fugae. VOSS.

515. Re vera faciemus; nam, etiamsi *fata* vellent concedere vitam, tamen nollem *vitare instantia*, scilicet mortem. B. *instantia*) ea quae instant, i. mortem. BC.

516. *Proieci vitam*) quasi rem vilem. Virgilius: [1]) *Lucemque perosi proiecere animas.* BC.

517. Et *furor est* i. voluntas. B. *furor*) in animo meo est; i. vicina morte iam furio. BC. Ordo est: *solis, quos tangit vicinia leti,* [2]) *permissum est agnoscere, felix esse mori.* Sensus hic est: *solis,* [3]) qui morituri sunt, *permissum est agnoscere mori felix esse. Victuros* autem ideo *dei celant,* [4]) ut velint vivere; nam si agnoverint [5]) felicitatem mortis, perire properabunt, [6]) et ita in orbe nemo remanebit. [7]) BC. VOSS.

518. Ideo *agor stimulis mortis,* quia nunc tandem cognosco, quanta felicitas sit *mori;* et hoc est quod dicit *permissum est* nobis *solis felix esse mori;* nos dico, *quos vicinia fati tangit.* Et ostendit per contrarium nobis *solis;* nam *dii celant victuros,* ut qui vivunt laboriose vivant; nam si scirent, quanta felicitas inest morti, nunquam viverent. B.

519. *Victuros*) ut velint vivere, quibus adhuc fata debentur. BC. *Victuros* autem, ut velint vivere, *celant felix esse mori.* VOSS.

520. Et efficit oratione sua quod voluit; et hoc aequipollenter [8]) *sic cunctas extulit* etc.; et quod cuncti [9]) eandem habuerunt mentem, hoc per effectum ostendit. B. LA. Tullius [10]) dicit, quod Apollo consultus, quid esset optimum hominis, respondit: Optimum hominis est non nasci, proximum quam primum mori. Quod est sententia istius Vulteii. VC.

522. Nam cum prius dolerent diem tam cito advenire, nunc tristantur, quod tam tarde evenit; et hoc aequipollenter dicit *cum ante voces ducis omnes adspicerent sidera coeli humentibus oculis,* et *paverent temone Ursae* iam *flexo,* quod fit circa diem, *idem* e converso nunc faciebant. B. LA.

1) Aen. VI, 435.
2) Ita et Voss. I.; al. *fati.*
3) Voss. addit *his.*
4) Voss. *celabant.*
5) Voss. *noverint.*
6) Voss. *properarent.*
7) Voss. *remaneret.*
8) Incipit hic Schol. Lips. a, notatus a me per *La.*
9) *quod* ex B., *cuncti* ex La.
10) Tuscul. I, 48.

523. *Ursae*) Septemtrionis. Bc. vicino die tantum Septemtrionis flectitur sidus. Voss.

524. *fortes animos*) figurata locutio, non ea, quae fit per participium et nomen, sed per duo nomina. Virgilius: [1]) *Nuda genu nodoque sinus collecta fluentes.* Bc. *animo*) in. Vc.

526. Et ostendit quod non erat *polus segnis; nam* tunc erat *sol* in Geminis. Ideo vocat *Ledaea sidera,* quia filii fuerunt Ledae. Non dicit, quod magis possit sol ascendere, nam in Cancro est altissimus; sed in vicinitate Cancri non potest magis [2]) ascendere, quam tunc erat. B. La. *sol*) h. e. nox non erat longa, sed celeriter finiebatur; tempus enim erat aestivum.[3]) Bc. Voss. *Ledaea*) i. signum Geminorum. [4]) Nam Castor et Pollux, filii Ledae, fratres Helenae fuerunt, qui inter sidera locati Gemini dicuntur. [5]) Zodiacus autem [6]) circulus in Geminis altior est, vel, ut quidam dicunt, in Cancro. Bc. Voss. Iulium mensem significat, cum de Geminis sol transit in Cancrum. Si ergo *Ledaea* legimus, Pollucem et Castorem consecratum, si *Idaea,* Herculem et Apollinem significat; alter enim evertit Idam, alter Idea. [7]) Voss.

527. *altissima*) Cum dies est longa, tunc oriuntur signa recta [8]) de die, et obliqua de nocte; et in hieme contra. Lc.

528. *urgebat*) transire cogebat [9]) ad occasum Sagittarium. Lp. *sagittas*) Sagittarium dicit, qui [10]) est Chiro Thessalus, quod signum contrarium est Geminis; et orto Sagittario vesperi occidunt Gemini. Bc. Voss. *Thessalicas* autem dicit, quia in Thessalia fuit Centaurus Sagittarius, qui vocabatur Chiron; Graece τοξοχόος, [11]) Latine Sagittarius, ut αἰγόκερως Capricornus, ὑδρόχερως Aquarius. Voss. [12])

529. Istri et Liburni sunt populi, [13]) qui erant

1) Aen. I, 320.
2) B. *plus.*
3) Voss. *aestatis.*
4) Voss. pro his *in Geminis erat.*
5) Cf. Schol. German. Phaen. 147.
6) *aut.* deest in Voss.
7) Confudit Schol. cum his Pollucem et Meleagrum; cf. Hygin. 80. et 174.
8) Lc. *ũta.*
9) Eadem Bc.
10) *qui — Thess.* una cum *et ort.* et seqq. absunt a Voss.
11) Verbum novum pro vulg. τοξότης.
12) Schol. La. et B. cum Schol. Lb. vide T. II. p. 637, ubi adde *Geminis* post v. *oppositum,* et corrige *cum* in *tamen* ex B. et La.
13) Eadem in Lb.

sub Octavio. B. LA. Livius [1]) dicit: *Illyrici, Dalmatae, Istri gentes sunt infames latrociniis maris.* VC. Istrorum gens originem ducit a Colchis, qui missi ad Argonautas persequendos, ut a Ponto intraverunt Istrum fluvium, a vocabulo amnis appellati sunt. [2]) BC.

530. *Liburnos*) nomen est gentis; populos Liburniae. VOSS.

531. Et ipsi tentaverunt *prius foederibus*, sed nihil valuit. B. LA. *fieret*) i. si ex *mora mortis fieret* lux *dulcior;* nam *dulcior* comparativus non fit modo ad ablativum *mora.* BC.

533. *Stabat iuventus iam devota* et destinata morti; et revera *devota*, nam *nulli tumultus discusserunt mentes paratas ad summa*, i. ad mortem. B. LA.

537. Et quamvis *pauci* essent, tamen diu pugnaverunt. [3]) B. LA. *Innumeras*) Pompeianorum. BC. VOSS. *pauci*) Caesaris milites. BC. VOSS.

538. Ille sustinet manum, qui non flectitur propter manum. B. LA. *tanta fiducia*) ut pauci plurimos sustinerent [4]) pugnando; ipse supra ait [5]) *pugna fuit non longa quidem.* BC.

542. Haec loquitur Vulteius ad suos hortando eos, ut interficiant eum: *et quis ait iuvenum* etc. B. LA. *Ecquis*) una pars est *ecquis.* BC.

543. Ideo dicit *certa fide*, quia alter alteri promiserat mortem inter se. B. LA.

544. *Testetur*) legis est enim militaris, ut quicunque ducem occiderit, et ipse feriatur. BC. VOSS.

546. *prima*) qui primus [6]) percusserat. BC. VOSS.

547. Ideo dicit *grato ictu*, quia aeque gratum erat accipienti, ut danti; et maxime si uno ictu moriebatur. B. LA. *grato*) irrevocabili, aut spe gratus, vel cui gratia debeatur. BC.

548. Partes unas vocat Vulteii partes; nam inter tot occisos nullus fuit interfectus ab hoste. B. LA. *partibus*) Caesaris; [7]) se enim occidunt, et ipsi moriuntur tantum. [8]) BC. VOSS.

549. Sic se interfecerunt isti, sicut illi, qui sunt nati de semine Cadmi; et hoc est quod dicit *sic Dircaea cohors* etc. Et tangit hoc breviter, quod Agenor

1) X, 2, ubi tamen nonnulla aliter se habent.
2) Sunt verba Isidor. Orig. IX, 2. p. 1041. ex nostro corrigendi; eadem repetit Papias.
3) Similiter Lb.
4) Eadem Voss. cum praemissis *ut possit hoc fieri.*
5) vs. 472.
6) Voss. addit *se.*
7) Voss. *scil. Caes.*; Bc. *et se.*
8) Voss. *tant. mor.*

praecepit Cadmo, quod non [1]) reverteretur, nisi inventa Europa sorore sua. Quam cum non posset invenire, tandem venit ad Dircen fontem iuxta Thebas. Et cum illuc misisset [2]) pro aqua, tandem interfecti sunt ibi a quodam serpente, quem ipse post interfecit; et eius dentes seminavit, unde nati sunt homines, qui mutuis se vulneribus interfecerunt, quinque exceptis, qui post secum Thebas aedificaverunt. Ex qua progenie fuerunt nati Eteocles et Polynices, qui se mutuis vulneribus interfecerunt; et hoc notat ubi dicit *dirum Thebanis* etc. B. LA.

550. *Dircaea*) De hoc habetur Ovidii tertio Metam. [3]) VC. Thebana, a fonte Dircaeo, [4]) qui est apud Thebas; eos autem dicit, qui seminatis hydrae dentibus nati sunt, ut [5]) Virgilius: [6]) *Satis immanis dentibus hydri.* BC. VOSS.

551. *Thebanis*) Fratres sunt Eteocles et Polynices; [7]) et ipsi enim mutuis vulneribus [8]) se occiderunt. BC. VOSS.

552. Sic concurrerunt isti, sicut *terrigenae creati* in *campis Phasidos* de *insomni dente* i. de dentibus, quos custodivit insopitus draco. B. LA. *insomni*) De pervigili dracone apud Colchos dicit. BC. pervigili. Serpens pervigil, qui vellus aureum apud Colchos servabat, contra Iasonem, qui illud rapere volebat, bellum gessit; sed Iason Medeae magae adiutorio illum vicit, atque dentes illius in terrae sulcis iuxta Phasidem seminavit. Ex quibus multitudo militum armatorum, terra emergens, contra Iasonem primitus impetum fecit; sed Medeae incantationibus Iasone erepto, illi mutuo se occiderunt. [9]) VOSS. 1. *dente*) Hos dentes Iason sevisse perhibetur in Phaside, ultra quem Colchi sunt. BC.

553. Et *ira* est *missa* inter eos *magicis cantibus* Medeae. Tangit hoc breviter de Medea et Iasone, quod fuit missus pro aureo vellere ad Aeetam regem, et debuit tria facere, insopitum draconem interficere,

1) La. *ne.*
2) La. addit *homines suos.*
3) scil. vs. 118.
4) Ita Voss. I. II., unde Oudp. *Dirce.*
5) *ut* et sqq. desunt in Bc.
6) Ge. II, 141, ubi de fabula vide Serv.
7) Voss. pro his *Eteocli videlicet et Polynici.*
8) Voss. *se mut. vuln.*
9) Similia vide apud Schol. Horat. Epod. III, 9; adde Lutat. ad Stat. Theb. V, 475; similia et in Guelf., qui contendit vellus aureum in templo Apollinis pependisse.

tauros, flantes ignem de naribus, domare, [1]) quod totum fecit auxilio Medeae. B. LA.

554. *Cognato*) i. e. mutuo; de uno enim sunt semine creati. VOSS. *tantos*) quia multos. VC.

555. *inexpertis*) quia nunquam sopiverat draconem. VC. non ante probatis. BC.

556. Et aptat [2]) similitudines istas priori, ubi dicit *sic mutua pacti* etc. B. LA.

557. *Cadunt* et inauditi *cadunt;* et hoc aequipollenter *et mors minimum* [3]) *virtutis habet in morte virorum.* B. LA. *minimum*) quia nec amara, nec tristis erat eis. [4]) LB. Sensus [5]) est: in virorum mortem ius integrum et potestatem mors ipsa non habuit, quippe contemta est, cum singuli [6]) periere. BC. VOSS.

558. Haec est vis mortis, ut, postquam est in aliquo, auferat ei vires corporis, quod hic non fuit; et hoc est quod dicit *pariter sternuntque* etc. [7]) Vel aliter: *mors* i. morientes *nimium virtutis* habent, quod non solet esse. B. LA.

560. Antequam sit peractum vulnus, *debetur* gladio fasso se facere vulnus; sic et isti promiserant mutuas mortes; et ut vulnus deberetur, impingebant contra ferrum et *manus pressere iugulum,* i. premebant iugulum usque ad manum, ut iuvarent ictum. B. LA. *Cum*) pro quamvis. VC. *adactis*) ut solet fieri, cum percutiuntur inviti. VOSS. i. semel immissis gladiis non erat necesse, ut iterum geminarent ictum. BC.

561. *Debetur*) i. e. ictui [8]) percutientis; imo et ei, qui percutitur, quia pectore percutit ferrum. LB.

562. Et vocabimus *iugulum* ipsum collum vel etiam quicquid vulnerari potest. B. LA. *pressere*) et ipsi cadentes. BC. *manus*) ferientis alterius. BC.

563. Et non solum extranei faciebant hoc inter se, sed etiam frater fratri, et intrepidanter; [9]) et hoc aequipollenter *cum fratres incurrunt fratribus cruenta sorte* etc. B. LA.

565. Hoc habuerunt pro pietate, si ita percussit, quod non oportuit geminare ictum. B. LA. Ordo est: *ferientibus una pietas fuit, non repetisse;* h. e. [10]) pie fa-

1) Nonnulla de tertio Iasonis facto desunt.
2) B. *Adaptat.*
3) B. *in nimium.*
4) Similiter Lc.
5) Voss. *S. hic est; in morte v.*
6) Voss. *sing. sponte p. non fato.*
7) B. *sternit. ivitque* sine *etc.*
8) Lb. *ictu.*
9) Verbum novum, Lexicis addendum.
10) Voss., omissis prioribus, *h. e. hoc tantum p.*

ciebant, si uno occiderent vulnere, [1]) quos feriissent. Bc. Voss.

567. Fori sunt sedes navium, idem quod transtra; masculini generis, numeri pluralis tantum.[2]) Lb.

568. *despectam*) ad adspectum habent. Vc.

572. Et *victores*, scilicet Pompeiani, *remittunt corpora* illorum *bustis*; q. d. etsi ipsi interficiendo se promeruerant, ut corpora eorum non comburerentur rogo, tamen isti hoc condonaverunt. Dicit Macrobius: [3]) *Sicuti servus positus in carcere peccat, si it sine iussu domini sui, ita et ille, qui se interficit, peccat.* B. La. *mirantibus*) i. e. ipsi duces mirabantur, quod apud aliquem tanti haberentur, ut pro his cuperent interire milites, ut factum videbant esse pro Caesare. Voss. [4])

573. *locuta est*) laudavit. Voss.

574. Dixit superius[5]) *iuventus nostra transibit quaecunque monumenta* etc.; et ita est in re, ut Vulteius dixit; et hoc ostendit per effectum, ubi dicit *fama, discurrens per totum orbem*, non *est locuta* illam *ratem* cum *maiore ore*. Quibus non sit *locuta*, ostendit, scilicet *ducibus* istis, *mirantibus ulli* homini [6]) posse *ducem* suum *esse tanti* pretii; q. d. mirabantur, si unquam aliquis fecit pro suo duce tantum, quantum et isti. B. La.

575. Et quamvis isti fecissent pro libertate tuenda, scilicet ne fierent illorum, tamen ignavae gentes non hoc exemplum acceperunt [7]) potius, quam subiicerentur Caesari; et hoc aequipollenter dicit *tamen ignavae gentes non percipiunt, quam sit non ardua virtus*, i. facilis, *fugisse servitium* Caesaris, et hoc *manu*. B. La. *gentes*) Solae scilicet fortes gentes hoc facile possunt[8]) cognoscere, arduam non esse virtutem, si quis servitium morte devitet; nam apud ignavos difficillimum iudicatur. Voss.

577. Non vultis fugere *servitium*, *sed* potius *timentur* reges propter solum *ferrum* illorum; et *libertas* virorum diminuitur *saevis armis*, et in hoc, quod virtus ignorat *enses* ad hoc inventos et *datos* esse, *ne*

1) Voss. *vuln. occ.*

2) Similia ap. Fest. p. 151. Dac.; ap. Charis. Inst. Gr. I. p. 55. Putsch. et Bedam de Orthogr. ib. p. 2335; cf. supra ad III, 630.

3) Somn. Scip. I, 13. p. 75. Zeun., ubi fere eadem sententia, neque tamen verba. Inde correxi *sicuti* pro *si tutus*.

4) Schol. Lc. vide T. II. p. 630.

5) vs. 497.

6) La. *hominum*.

7) La. addit *sed*.

8) Voss. *possent*; correxi ex Guelf.

quisquam serviat. B. LA. *Servitium*) pro [1]) servitute; nam *servitus* ipsa conditio est; *servitium* turba servorum. [2]) BC. LP. VOSS. *timentur*) Sensus hic est: [3]) cum ideo gladios quisque [4]) accipiat, ne servire cogatur, miror quamobrem *timentur regna ob ferrum, et* cur *libertas uritur saevis armis.* Nam si pulchrum est *fugisse servitium manu*, quisquis arma timet, ignorat, sibi datos enses, ne serviat. Honestum autem iudicat propria manu occumbere propter libertatem. BC. VOSS.

578. *ferrum*) i. non ferrum timetur, sed regnum victoris, ne servire cogat. BC. *uritur*) deprimitur. LC. arctatur, laeditur. LB.

580. Et cum ad libertatem tuendam sint inventi, utinam illi solummodo viverent, qui nolunt eis uti pro libertate, et illi morerentur, qui recte utuntur eis; et hoc aequipollenter *utinam, o mors, nolles subducere vitae* i. removere a vita *pavidos*, sed soli virtuosi darent te sibi. B. LA. *pavidos*) Si pavor ignominia est, semper pavidus ignominiosus esset, si semper viveret. BC.

581. *sola*) i. esses grata semper mors voluntaria, nisi hoc facere et timidi possent, sed soli facere viri fortes. BC. Et cum omnes sint mortui, patet ergo male successisse Caesari hic; et non solum hic, sed etiam in Libya [5]) male evenit ei; et hoc est quod dicit *non segnior* etc. Tangit illud: Curio fuit missus in Siciliam frumentatum, et cum vellet redire, vento non habito prospero, fuit impulsus in Africam. Ibi erat Varus Romanus, princeps cuiusdam partis Africae, quam Romanus populus, devicta Carthagine, retinuit sibi; qui etiam advocavit Iubam regem, quem olim Curio voluit deponere. Qui cum prius devinceret Varum insidiis factis, devictus est a Iuba, et omnes vel sunt interfecti ab aliis, vel ipsimet interfecerunt se; et ideo dicit *non segnior illo Marte, qui tunc exarsit.* B. LA. *non segnior*) i. Mars, quem Vulteius moriendo peregit, *non fuit segnior illo Marte,* quem Curio in Libya fecit. BC.

1) Voss. *Est dictum p. s.*

2) *Servitium* tamen pro *servitute* dixerunt Virgilius, Sallustius, Statius etc. OUDP. Quo de discrimine cf. Papias v. *Servitus;* Donat. ad Terent. Andr. IV, 1, 52; Charis. Inst. Gr. I. p. 54. Putsch. (unde sua habet Beda de Orthogr. p. 2346.) et Isidor. de differ. T. VII. p. 426. Arev. (ap. Putsch. p. 2204.)

3) Voss. *S. est.*

4) Bc. *quisquam;* Voss. *q. glad.*

5) La. addit *aeque.*

583. Quomodo illud fuit, exponit *namque audax* [1]) *Curio* etc. Lilybaeus est mons Siciliae, ubi est promontorium. B. La. *Lilybaeo*) Siciliensi; nam Lilybaeum promontorium Siciliae est. Bc. Tria sunt promontoria Siciliae, Pelorum, Pachynum et Lilybaeum Africam respiciens. Voss. *solvit*) dixerat [2]) enim supra, quod Curio missus esset [3]) ad Siciliam a Caesare, ut annonam compararet. [4]) Bc. Voss.

584. *Curio*) Hic est Curio, de quo volunt dixisse Virgilium: [5]) *Vendidit hic auro patriam.* Bc. Et *forti Aquilone* non *recepto* in *velis*, nam hic [6]) debuit eum ducere in Italiam, *tenuit litora inter semirutas* etc. B. La.

585. *semirutas*) quam Romani antea destruxerant Punico quidem [7]) bello. Voss.

586. Clupea est civitas prope Carthaginem. B. La. *notae*) i. divulgatae *stationis*, quia Hercules [8]) vel Scipio prius ibi appulerat. Lc. i. e. Anguillariam [9]) pervenit; ita enim statio illa vocabatur. Guelf.

587. Et aliquantulum remota a *cano aequore locat* prima *castra*. Per hoc quod dicit *cano*, notat mare ibi esse strictum, et ideo ferventissimum. B. La.

588. *Bagrada* est fluvius. B. La. fluvius Libyae tardus. Voss. *lentus*) propter inopiam aquarum. Bc. *siccae*) quia Libye sicca regio est; ut Virgilius: [10]) *Sitientes ibimus Afros.* Voss.

589. *Inde petit tumulos* et *rupes*, *quae* loca *vetustas vocat regna Antaei non vana.* [11]) Et quia famosa erant loca illa, ideo voluit scire, quare regna Antaei vocarentur. B. La.

591. *cupientem*) sive Curionem, sive quemcunque. Bc.

592. Et illum *cupientem* scire *causas* illius *antiqui nominis*, scilicet Antaei, *incola rudis*, in aliis quidem, *docuit cognita* sibi *per multos patres*; q. d. ea tantum, quae audivit a patribus, dixit ei. B. La. *rudis*) i.

1) B. *audet*; deest in La.
2) Voss. *dixit.*
3) Voss. *sit.*
4) Voss. *pararet.*
5) Aen. VI, 621.
6) Ita scripsi pro *huc.*
7) Ita Bc.. qui ultima habet verba; Voss. *siquidem.*
8) Similiter Lb.
9) Locum *Aquilariam* vocant Caesaris commentarii, [Civ. II, 23, ubi vide Itpp.] sed in MS. Lucani Scholiaste scribi video *Anguillariam.* Grot. In vetustissimis libris, quos ipse vidi, Scholiastae nota non reperitur. Oudp. Cf. de *Anguillaria* Burm. ad h. l. Lucani; fortasse nominis rationem praebet Gell. N. A. VI, 3.
10) Ecl. I, 65.
11) La. addit *vili*; B. *vilius*; an *vilia?*

simplex. LB. ideo, quia nullus habitare ibi ausus est, vivente Antaeo, [1]) ut ipse paulo post [2]) *periere coloni arvorum Libyae, pereunt, quos appulit aequor.* BC.

593. Haec sunt verba illius incolae: *tellus* cum *nondum* esset *effeta, concepit* hic *partum terribilem.* B. LA. Oratio Afri pastoris ad Curionem sive quemcunque. VOSS. *effeta*) partu debilitata. BC. *Gigantes* dicuntur quasi *Gegentes* [3]) i. e. terrae gentes; nam sunt filii terrae; *γῆ* enim Graece, Latine dicitur terra, unde *Gigantes.* VOSS.

595. Et revera *terribilem*, nam etsi fratres essent magni, tamen iste superavit omnes; et hoc est quod dicit *Typhon non tam iusta gloria terrarum;* q. d. non tot gloriosa et digna fama fuit in terris, sicut iste fuit. B. LA. *Typhon*) Virgilius: [4]) *Nate, patris summi qui tela Typhoea temnis;* i. e. in nullo Gigante tantam gloriam habuit Tellus, quantam in Antaeo. BC. Typhon et Typhoeus nomina sunt eiusdem. VATIC. IV.

596. *Tityos*) Virgilius: [5]) *Nec non et Tityon, terrae omniparentis alumnum, cernere erat, per tota novem cui iugera corpus porrigitur.* Isti secundum fabulas conati sunt *Iovem superis detrudere regnis.* BC. *Briareusque*) Virgilius: [6]) *Centum geminus Briareus* i. centies duplex; secundum fabulas ipse est Aegaeon. [7]) BC. *pepercit*) In hoc, inquit, Terra diis *pepercit*, quod Antaeum cum aliis Gigantibus non genuit, quia, si cum eis fuisset, dii a Gigantibus vincerentur. VOSS.

597. *Phlegraeis*) [8]) regionibus Macedoniae, in qua terra Gigantes procreati sunt, [9]) vel ubi gigantomachia peracta est. BC. VOSS. *Phlegra* mons [10]) est Macedoniae, ubi proeliata Minerva est contra Gigantas cum capite Gorgonis, quod portare in pectore consueverat; unde dicit in sequentibus: [11]) *Olim Phlegraeo stantes serpente Gigantas erexit montes.* BC. Phlegra est patria, a quodam monte dicta Phlegra, qui vocatur hoc nomine. Et in illa regione coniunxerunt Pelion Ossae, volentes coelum ascendere; et in hoc *pepercit* tellus *coelo,* quia, si ibi iste fuisset, in coelum ascendisset. B.

1) Fere eadem Lp.
2) vs. 605.
3) Similia habet Ioann. de Ianua; aliam vocis derivationem praebet Isidor. Orig. XI, 3, a Papia ex parte repetitam.
4) Aen. I, 665.
5) Aen. VI, 595. 584.
6) Aen. VI, 287.
7) Sunt verba Servii ad Virg. l. l.; adde eundem ad X, 565. et Lutat. ad Stat. Theb. II, 595.
8) Voss. *Thessalicis sive reg.*
9) Bc. *Gigantas procreavit;* reliqua absunt a Voss.
10) Cf. infra ad VII, 145.
11) IX, 656.

sustulit) protulit. BC. Quod describit regna illa, et quomodo regnavit ibi Antaeus, et quomodo devictus fuit ab Hercule etc., digreditur a materia; et haec digressio fit causa delectationis, ut recreet animos audientium, et tamen non est aliena ab ipso negotio, sicut post notat. Nam Curio, confisus hac fortuna loci, negligenter se habuit, et ideo devictus fuit a Iuba. B. LA.

598. Et non solum in hoc dedit ei *vires*, quod tam magnum fecit eum, sed etiam *hoc* munere *cumulavit* terra *vires sui partus*, [1]) *quod* resumebat vires a terra. B. LA. *Hoc*) quod non *sustulit* etc. [2]) VC.

603. *Ferae non assuerunt praebere terga cubile*, scilicet ut inde faceret *cubile ad somnos* attrahendos sibi. B. LA. *terga*) pro tergora. [3]) LB.

604. *resumsit*) quippe super matrem. BC. VOSS.

605. *periere*) quippe ipse eos devastavit et devoravit. VOSS. Et quia tam fortis fuit, *periere* et *coloni* illius patriae et hospites. B. LA.

607. Et *virtus*, *diu non usa auxilio cadendi* i. iacendi, *spernit opes terrae*. B. LA. *non usa*) quasi iam securus. BC.

608. Et *quamvis* hoc faceret, tamen erat *invictus* a *cunctis* in *robore*. Non videretur [4]) dignum, ut Hercules, qui tantus fuit, illuc iret, nisi de eo magna audivisset; et ideo haec praedixit de eo. Quod notat, ubi dicit *tandem fama* tanti *mali vulgata* [5]) *excivit Alcidem* etc. B. LA.

610. *levantem*) liberantem. LP. i. eripientem. BC.

611. *Magnanimum*) Ferunt, quod Hercules etiam non rogatus oppressis subvenerit. BC.

612. Qualiter convenerunt, ostendit; *ille*, scilicet Alcides, *proiecit terga*. Cleone est civitas. Nemea est silva, ubi devicit leonem, cuius pelle erat indutus. Ἀλκή [6]) dicitur virtus, et quia in eo summa fuit virtus, inde vocatus est Alcides. [7]) B. LA. *Cleonaei*) regio est iuxta Nemeam, [8]) ubi peremit leonem Hercules. BC. VOSS. ut ait Virgilius: [9]) *Et vastum Nemea*

1) B. *nati*.
2) Ita explicat Vc. omissis vss. 599—601.
3) Saepissime hoc monitum est a Grammaticis; vide inter alios Serv. ad Virg. Aen. I, 211. V, 351. etc.
4) B. *videret*; La. *videtur*.
5) B. *vulgati*; in La. deest.
6) Codd. *Alces*.
7) Similiter Prob. ad Virg. Ecl. VII, 61. et Papias cum Ioanne de Ian., quos contra vide Serv. ad Virg. Aen. VI, 392.
8) Voss. *Cleone r. e. i. N. silvam, qua interemit H. l.* ex Servio l. mox l.
9) Aen. VIII, 295.

sub rupe leonem. VOSS. Per singulos versus singula themata ponit. BC.

613. Libycum liquorem vocat mare, quod ibi alluit. B. LA.

614. *Olympiacae*) sicut fit in Olympo monte, ubi curritur stadium. VC. *more*) secundum consuetudinem luctationis Olympiacae, quae [1]) fiebat in honorem Iovis Olympiaci. VOSS.

615. *parum fidens*) i. cui non sufficeret [2]) ad fiduciam terram tantum pedibus contigisse. BC. LC. VOSS.

616. Et quia resumebat vires a matre, fudit [3]) *calidas arenas membris* ad *auxilium.* B. LA. *calidas*) quia Libya calida regio est. VOSS. *arenas*) arenis pro olivo usus est, ut vires terra firmaret. [4]) VOSS.

620. *parem*) ambo mirantur inventum esse, qui contra eum dimicet. VOSS. *viribus uti*) distulit vires suas et palaestricis coepit uti artibus. BC. VOSS.

622. *Quod,* scilicet quod Antaeus esset exhaustus viribus, *creber anhelitus prodidit illi, et gelidus sudor.* B. LA. *Exhausit*) i. fatigavit [5]) et lassavit; *illi* Herculi scilicet. VOSS. Antaeo. BC.

623. *Prodidit*) i. manifestavit fatigatum Antaeum eiusdem sudor et anhelitus. BC.

624. His signis visis, *tunc quati,* pro quatiebatur, *cervix lassa,* et percutiebat dextra *manu obliqua* [6]) *crura* Antaei. B. LA.

627. *Alligat*) arctat. LP. *arctat*) constringit. BC.

628. Proiecit eum in terram, quod magis obfuit Herculi, nam sumsit vires a terra; et hoc est quod dicit *rapit arida tellus* etc. B. LA.

629. *Explicuit*) i. *per* singula *membra* extendit [7]) illum. LC.

631. *tori*) rugae brachiorum et colli. LC. musculi [8]) brachiorum. BC.

632. Et *novo corpore* i. novis viribus acceptis *laxavit* etc. B. LA. *novo*) redintegrato, datis a terra viribus. BC. *laxavit*) disrupit. BC.

634. Et re vera *stupefactus;* nam magis *timuit* quam tunc, cum maxime *timuit,* scilicet cum *hydram* devicit; et hoc est quod dicit *nec timuit sic hydram*

1) Voss. *quia;* correxi.
2) Lc. *sufficiebat ter. ad securitatem.*
3) B. *conf.;* an *infudit?*
4) Haec errore librariorum traducta sunt ad vs. 613. OUDP.
5) Idem Bc.
6) B. *obliquata.*
7) Idem Bc.
8) Cf. Papias, ubi tamen ridicule *mures* pro *musculi* legitur.

defectam reparatis anguibus, quamvis tunc *esset rudis,* et deberet magis timuisse. Inachus est deus fluvii, iuxta quem erat palus, ubi erat hydra, quam interfecit. Quae talis erat, quod[1]) recepit novem capita, ubi unum perdidit. Secundum veritatem nihil aliud fuit, nisi quod voluit desiccare paludem illam, et, ubicunque clausit eam, in novem partibus effundebatur; tandem exsiccavit eam igne. B. La. Hydra erat serpens L habens capita, vel, ut quidam dicunt, VII, quae omnem regionem devoravit. Quod cum audisset Hercules, adiens eam debellavit, et pro uno capite inciso tria insurgebant, quae postea igne vicisse dicitur. Re autem vera palus fuit, quae totam regionem devastavit. Quam cum Hercules exsiccare vellet, pro uno fonte exsiccato tres emergebant; sed Hercules cum grandi labore eam desiccavit et eam habitabilem fecit; L etenim vel VII fontes habebat.[2]) Voss. I. *reparatis*) uno enim capite caeso tria excrescebant.[3]) BC.

637. Ideo tantum speravit Iuno, quia *videt artus exhaustos sudoribus.* B. La.

639. Et ita nunc *videt,* sicut olim vidit *cervicem* eiusdem viri *siccam,* tum dico, *cum ferret Olympum.*[4]) Dicitur Atlas fessus fuisse, et rogasse istum sustinere coelum, dum parum quiesceret. B. La. *siccam cervicem* eo scilicet tempore, quando *Olympum* sustinuit. Voss. *Olympum*) satis constat Herculem polum cervice sustinuisse, ut Atlantem. BC. Gigantes contra deos bella gesserunt; cumque illi in uno angulo coeli congregati propter metum illorum fugissent, coelum illorum pondere

1) La. *pal. in qua interf. serpentem qui rec.*; B. *Qui t.* quod correxi.

2) In his numeris facile quis putaret latere mendam et pro VII rescribendum esse VIII vel IX, quot capita alii adscribere solent hydrae, plerisque tamen ad centenum numerum ea augentibus. Vid. Serv. ad Aen. VI, 287. 576; VII, 658; Isidor. [ex primo Serv. loco] Lib. XI, [3] et XII, [4]; Hygin. Praef. et F. 30, ubi vide quos laudat Munkerus. Verum, ut ibidem v. d. monet, in nummis Graecorum, quos laudat et profert Illustr. Spanhem. de Praest. num. p. m. 230. et 233, hydra itidem septiceps conspicitur; in qua sententia adeoque noster commentator etiam fuisse videtur. Immo alios illi adsignasse quoque VII capita, notat Delrius; quo vero auctore non addit ad Senecae Herc. Fur. 240, ubi plura habet. Sed iam super his nugis nimis multa: pro lubitu haec variasse fabulatores, ut cetera fabulosa, certissimum est. Ovid. Adde Lutat. ad Stat. Theb. II, 377. et V, 579; eandem fabulae explicationem tentat Albric. 22. p. 933. Stav.

3) Similiter Lb.

4) Similia in Lb.

vergere coepit.[1]) Atlas vero, quod suis humeris coeli sustentabat pondus, nimium fatigatus Herculi sustentandum commisit. Quod ideo fingitur, quod Atlas astrologus doctissimus fuit, adeo ut coelum sustentare diceretur, qui Herculem ipsam artem docuit.[2]) VOSS. I.

643. Ordo est: *quisquis spiritus inest terris, erigitur in fessos artus.* Secundum eos dicit, qui cuncta elementa spiritum proprium habere dicunt, aut animalia esse. Virgilius:[3]) *Aethera mulcebant cantu.* BC.

644. Et *viro* illo *luctante, tellus* interim *laborat* subministrare ei vires. B. LA.

646. *standum est*) dissimulat poeta Minervam[4]) hoc invenisse consilium, quod Hercules fecit. BC. VOSS.

649. *Huc, Antaee, cades;* q. d. fungaris me vice telluris, cadendo super me. B. LA.

650. *Nitentem*) i. cadere cupientem in terras.[5]) BC. VOSS.

652. *medium*) mox exponit, quid sit *medium*, i. *pectora stricta gelu; pigro* i. diu permanente. GUELF.

654. *Hinc vetustas signavit terras nomine;* q. d. quia talis et tantus fuit ibi, vocata est terra a nomine suo. B. LA. *Hic*) in hoc loco. VC.

655. Ideo *miratrix sui* ipsius, quia, si quid tunc fiebat, stupida fiebat prae admiratione. B. LA.

656. Ille dedit iis nomen, *sed Scipio dedit* maius nomen. B. LA. *cognomina*) quia postea Africa vocata est *regnum Scipionis*, unde et *Africanus* dictus est. VOSS.

657. *Poenum*) Hannibalem. VOSS. Quis fuit ille *Scipio*, ostendit, scilicet qui Carthaginem devicit; et hoc aequipollenter *qui revocavit Poenum hostem*, scilicet Hannibalem etc. Tangit illud breviter: Hannibal quindecim annos[6]) fuit in Italia, et devicit multos consules; tandem ante tempus electus est Scipio, qui, nolens pugnare cum illo, ivit Carthaginem, et adeo constrinxit eos, quod mandaverunt, ut reverteretur et liberaret eos. Civitate capta et Hannibale,[7]) contulit se ad hos colles. Ideo istud introduxit, quia

1) Confudit haec enarrator cum poena Atlantis; cf. Serv. ad Virg. Aen. IV, 247. et Lutat. ad Stat. Theb. II, 4.

2) Cf. de hac re Albric. 22. p. 936, ubi vid. Munker.

3) Aen. VII, 34, ubi similia habet Serv.; adde eundem ad IV, 524.

4) Bc. *hoc Min.*

5) Voss. *in terr. cup.*

6) Ita pro *annis.*

7) Fortasse deest *victo.*

nondum superius ostendit colles illos bene ominatos esse. B. La.

658. Quomodo *dedit maiora cognomina*, ostendit, *nam* [1]) *haec fuit sedes* illi, *potito Libyca tellure*. B. La.

659. *valli*) ubi castra quondam fuerunt. Bc.

661. Quare [2]) haec omnia dixit de illo monte, subiungit, [3]) ubi dicit *Curio laetatus tanquam* etc. B. La. *Fortuna*) tanquam loco debeatur, uti in eo Romani superent, qui ad eum venerint, et amittat eundem, qui tenebat. Voss. *priorum*) sicut antea, quando Scipio Poenum hostem pugnando vicit. Voss.

663. Posuit in *loco* prius *felici tentoria non fausta* i. male ominata. B. La. non felicia, quippe superatus est. Bc.

664. Et *indulsit castris;* q. d. etsi paucos haberet, tamen magna castra fecit; ita dicitur *indulsit castris*, sicut [4]) dicitur *indulsit vino*, i. multum bibit. B. La. *Indulsit*) operam dedit. [5]) Lc. libenter posuit ibi castra. Lb. i. lata castra posuit. [6]) Simile huic et in Virgilio legitur: [7]) *Indulge hospitio*, i. abundantius praebe. Bc. Voss. *omen*) [8]) felicitatem locorum sua infelicitate subvertit, quia [9]) illic victus est. Bc. Voss. tentoria illa. Vc.

665. *Sollicitat hostes*, Varum scilicet, *non aequis viribus* ideo, quia totam illam terram tenebat, quam populus Romanus sibi retinuit devicta Carthagine; et hoc aequipollenter *omnis quae cesserat* etc. B. La.

667. *Vari*) Hic proconsul fuit, de quo ait Tullius: [10]) *Varus imperium se habere dixit; fasces certe habebat*. Bc. Benedict.

668. Et quamvis multos haberet, *tamen excivit vires regis*, scilicet Iubae. B. La.

670. Et quia non videretur competens, ut Romanus aliunde peteret auxilium, nisi ille dignus esset, a quo peteretur, ideo ostendit illius potentiam magnam fuisse, ubi dicit *ulli domino terra non fuit fusior* i. amplior. [11]) B. La.

1) *nam* etc. absunt a La.

2) *Quare — monte* absunt a La.

3) La. *subiungens.*

4) B. *sic;* in eodem *ita — castris* non leguntur.

5) Similiter Serv. ad Aen. II, 776. etc. et Lutat. ad Stat. Theb. I, 49.

6) Eadem Lp.

7) Aen. IV, 51; Voss. pro his *ut Virg.*

8) Voss. addit *hoc est.*

9) Voss. *quia non iisdem auspiciis pugnavit, quibus Scipio; nam Curio victus est.* Cum Bc. consentit Lc.

10) Ligar. 7, 22.

11) Idem Lb. et Lp.

671. Nam hoc modo fuit fusa in longitudine: ex Occidente terminat Atlas; a meridiana plaga, ibi tamen ubi dividitur Africa ab Asia, dividit Ammon; et hoc est ubi [1]) dicit: ea parte, *qua sunt longissima* etc. B. LA. *longissima*) datur intelligi, quod in Occidentem sit longior Africa. BC.

672. *Atlas*) fuit Gigas, qui versus est in montem. BC.

673. *A medio*, i. a meridiana plaga etc. Ideo non dicit longitudinem esse versus Carthaginem, quia illud erat sub Romano imperio. B. LA. [2]) *Hammon*) i. Iupiter, qui apud Xerolibyam colitur cum arietinis cornibus. [3]) BC. Dicitur Iupiter Arenarius, eo quod in arenosis Libyae locis templum habet. *Ἄμμος* [4]) enim Graece *arena* dicitur. Liber cum a bello Indico reverteretur, ad loca Libyae arenosa, Syrtibus vicina, devenit; ubi cum exercitus eius siti laboraret, Iovis subito in specie arietis ei apparuit. Cum eum [5]) exercitus insequeretur, [6]) subito disparuit [7]) et in eo loco fons lucidissimus apparuit, unde omnes refocillati sunt; ibique in honorem Iovis templum constructum est. VOSS.

674. In longitudine habet tantum, ut dixi; at in latitudine porrigitur usque illuc, *qua lata plaga vasti regni distinet* [8]) i. dividit *Oceanum*, ac si dicat usque ad Oceanum porrigitur in latitudinem. B. LA. *fervida*) quam *κεκαυμένην* dicunt. VOSS.

675. *Distinet* dicit, quia torrida paene duplex est ad habitabilem. LD. diversis partibus tenet. [9]) LC. i. separat. LB. ponit terminum. BC. terminat. VC. Et quia usque illuc habet, patet hoc, [10]) quod multa loca perustae *Zonae* sunt sub [11]) imperio suo. B. LA. *exusta*) absolute; neutrius generis pluralis. BC.

676. Et in isto *spatio sufficiunt* ei *populi* i. satis habet populorum. LB. *Sufficiunt*) terminant amplitudinem. VC. i. e. cedunt in spatium; [12]) vult ergo, ut haec pars ad Iubae regna pertineat. Ergo si *spatio*

1) La. *quod;* cf. T. II. p. 502.
2) Schol. Lb. vide T. II. p. 503.
3) Similia sunt supra III, 292, ubi vide notata.
4) MSS. *Hamonia, Hamon.*
5) Ita recte Oudp. pro *enim.*
6) Oudp. male coniecit *non seq.*, vide Hygin. Astron. II, 20.
7) MS. *sub. ab diis paruit.* Hygin. l. l. *arietem — nusquam invenire potuerunt.* Adde de hac fabula Lutat. ad Stat. Theb. III, 476, et quos laudant Itpp. ad Hygin. F. 133; cf. et infra ad IX, 512.
8) B. *destinet;* La. *destruit.*
9) Fere eadem Ioann. de Ian.
10) *hoc* abest a B.
11) La. *in.*
12) Bc. *spatium incedunt.*

sufficiunt, satis sunt accipimus; si *spatium sufficiunt*, subministrant; ut Virgilius: [1]) *Sufficit humorem.* BC. VOSS. I. II. Et quia posset habere multum de terra et paucos populos, ideo subiungit *populi tot castra* etc. B. LA.

677. *Autolopes* est populus; et *Numidae*, et *Gaetulus*, et *Maurus*, et *Nasamon* est populus. B. LA.

678. *Gaetulus*) *Et natio frequens multiplexque, Gaetuli*, dicit Pomp. Mela. [2]) VC. *concolor*) propter nigredinem. BC.

679. *inops*) non colunt terram. LB. eorum regio infecunda est. BC. *parato*) i. expedito ad pugnam. BC.

680. Et *Marmaridae sequuntur*, qui sunt permixti [3]) cum *perusto Garamante*. Hi quoque sunt populi. B. LA.

681. Et *Mazax* venit *aequaturus volucres sagittas Medorum, cum torsit missile;* q. d. tantum proiecit hastam, quantum Medi sagittas. B. LA. *Medorum*) Medi sagittarii sunt optimi. BC.

682. Et *Massylia*, quae non utitur frenis, sed *levi virga*. Et videtur inde vocari *Massylia*, quod de hac Massylia illuc ivissent, qui terram illam ceperunt. [4]) B. LA. *Massylia*) De his Virgilius: [5]) *Massylique ruunt equites.* BC. VOSS.

684. *Et Afer* sequitur sua castra; et quia omnes possunt vocari Afri ab Africa, ideo ostendit quod per se est populus, describendo eius [6]) mores. *Afer venator solitus errare* in *vacuis mapalibus*, et *solitus operire iratos leones laxis vestibus*, tum scilicet, *simul* i. postquam *non est fiducia ferri.* [7]) B. LA. *mapalibus*) casis pastorum. BC.

685. *non est*) i. mox, ut defuerit. BC.

686. *operire*) subaudi *solent*. Vestes manu forti immittunt super eos. LB.

687. Varus *excivit Iubam*, sed tamen non *solum* illa de causa venit, quia accitus fuit ex parte Romanorum; *sed* etiam movet *bella privatae irae*. B. LA.

689. Et habuit causam; nam *hunc quoque* voluit *Curio* deponere eo tempore, *quo polluit* divina et *humana*. B. LA.

690. *solio*) Mense Maio, quando comitia dignita-

1) Ge. II, 424, ubi cf. Serv.
2) I, 5.
3) La. *commixti*.
4) Confundit commentator *Massiliam* cum *Massylia;* discrimen ex syllabae mediae quantitate docet Serv. ad Virg. Aen. VI, 60. Tres *Massilias* esse in Africa, Graecia et Hispania contendit Lb.
5) Aen. IV, 132.
6) Incipit ab h. v. alia manus in B.
7) La. *fid. fe. n. est ei.*

tum Romae fiebant, Iubam, quem Africani sibi regem optabant, Curio tribunus plebis voluit deturbare, et a regno Africae, quod a maioribus obtinebat, expellere. Quare legem tulit; [1]) sed non potuit, quia illa pars, quae Iubam elegerat, praevaluit. Inde semper odio habebat Curionem Iuba. VOSS.

692. Quo tempore hoc fuit, ostendit *dum, Roma, fecit te regnum,* i. fecit regem te habere Caesarem; quod fuit, quando venit ad eum ad undas Rubiconis. B. LA. *facit*) i. intendit facere. LC. Sensus hic est: tentabat Africam auferre a rege, [2]) cum te ipsam, o Roma, sub regnum mittit alienum, i. Caesaris. [3]) BC. VOSS.

693. *fructum*) i. si nullum alium *fructum* speraret de regno retento, sufficiebat hoc ei, quod modo vicem reddere poterat inimico. [4]) LB. i. ut se vindicet passus iniuriam. [5]) BC. VOSS.

694. Et quia Curio audivit venire [6]) Iubam tam potentem, *igitur* sola *fama* trepidat, cum sciat se promeruisse. B. LA. *trepidat*) Habebat Iuba XXV millia [7]) pugnatorum, et ipse solum duas legiones. VC.

695. Et inde etiam *trepidat,* quod scilicet [8]) illos nunquam fideles fuisse Caesari cognovit. [9]) B. LA. Alia est [10]) haec causa, cur metuat, quod Pompeiani fuissent milites, quos habebat. BC. VOSS.

696. *in undis*) cum Caesar in Gallia dimicaret. BC.

697. Et inde etiam, quod non erant [11]) exercitati in *undis Rheni,* et quod permissi sunt capi. Nam hi [12]) erant illi, quibus Pompeius complevit legiones Caesaris, antequam veniret ad Rhenum; quos post remisit, cum discordia crevit inter eos. B. LA. *Corfini*) Hi sunt, qui in Corfini [13]) civitate Domitium ducem tradiderunt, [14]) et ad Caesarem transierunt, quod ipse meminit in secundo. [15]) BC. VOSS.

698. Novos duces [16]) vocat se et Caesarem et alios,

1) Bc. pro his *i. cum tribunus esset t. l. ut pelleretur Iuba de regno quod* etc. Fere eadem Guelf.; cf. de ea re Caes. Civ. II, 25.
2) Voss. *tollere regi.*
3) Voss. addit *cui favebat.*
4) Similia leguntur in Lc.
5) Voss. *ut p. i. v. s. in illum.*
6) La. *adven. I.*
7) Numerus ex errore ortus; cf. Caes. Civ. II, 37.
8) La. *scit.*
9) Abest a La.
10) *est* non legitur in Voss.
11) La. *fuerunt.*
12) B. *illi er. illa iuventus, quae ducem suum vinctum tradiderunt, quibus* etc. ex alio scholio, quocum consentit Lb.
13) Voss. *Corfinii.*
14) Voss. *dediderunt productum.*
15) vs. 508.
16) *duc.* deest in B.

qui sub Caesare erant; priorem vocat Pompeium. Ideo *dubius*, quia putat, sicuti fuit [1]) fas dimittere Pompeium et [2]) adhaerere Caesari, sic e converso posse fieri. B. LA. *Infidus*) ipse miles Caesari et Curioni. BC.

699. *utrumque*) deserere. VC. ut sic deserant [3]) Caesarem, quemadmodum ante Pompeium. BC. VOSS.

700. *munia*) i. officia; munimina. LC.

701. *Desolata*) i. custodes castrorum fugerunt. BC. Trepidat quidem, sed tamen non ostendit hoc in vultu; et hoc est quod dicit [4]) *sic profatur* in *trepida mente* secum, sed [5]) tunc dico, *postquam* [6]) *cernit cuncta* languere, et *cernit* etiam officia *desolata* esse; nam diversi [7]) diversis officiis utebantur. In nocte [8]) ideo orationem habuit, quia, etsi aliquis multum timeat, tamen tegitur, si ostendit se audere. B. LA. *profatur*) secum, i. cogitat. LB.

702. Ita *profatur* secum: ego capiam *arma*, priusquam Varus veniat; nam si dimisero, haec *otia* dabunt *variam mentem*. B. LA. Iul. Celsus [9]) dicit, quod convocavit milites suos et fecit coram ipsis arengam [10]) longam ad confirmandum eorum animos. VC. *Audendo*) simulando audaciam. VC. Sensus est: licet timeas, tamen, si te audacem simules, tegitur illa formido, quam pateris. VOSS.

704. *mentem*) h. e. qui in otio sunt, [11]) possunt diversa sentire; nam pugnantes impedit pugna, ne aliud velint. BC. VOSS. I. II.

705. Et ideo *eripe consilium* illud cum *pugna;* et potest [12]) hoc modo eripi; nam *quis meminit conferre duces* inter se, scilicet quis melior peiorve sit? et quis habeat iustiorem causam, cum iam venit in bellum? [13]) Nullus scilicet; [14]) et hoc aequipollenter *cum dira voluntas* [15]) *subit*, et cum *galeae* presserunt *pudorem* i. vultum. B. LA. *Eripe*) se ipsum alloquitur, [16]) quod insanientium est. BC. *voluptas*) pugnandi. LB.

706. *presso*) evaginato. BC. i. stricto. LB. *texere*) h. e. qui armatus est, omnem verecundiam expellit;

1) *sic. f.* absunt a B.
2) B. *quia.*
3) Bc. *desiderat.*
4) La. addit *sed.*
5) *sec. sed* absunt a La.
6) La. *post;* B. *priusquam.*
7) *diversi* abest a B.
8) *In nocte* etc. absunt a B.
9) Caes. Civ. II, 32.
10) i. orationem; cf. Adelung. Glossar. T. I. p. 358.
11) Voss. I. addit *positi.*
12) La. *poterit.*
13) Similia in Lb.
14) *Nul. scil.* desunt in B.
15) La. *voluptas.*
16) Similiter Lb.

est enim tectus, et quod facit non erubescit. VOSS. Ideo ponit *pudorem* pro vultu, quia ibi maxime dignoscitur [1]) pudor. B. LA.

707. *duces*) i. ducum causas. LB. *pendere*) considerare. LB.

708. Non confert duces, sed potius *inde favet, unde* [2]) *stetit; veluti* fit in *muneribus fatalis* i. mortiferae *arenae*. Quid ibi fiat, [3]) ostendit *non vetus ira* etc. Ideo arenam fatalem vocat, quia multi [4]) campiones moriebantur ibi. B. LA. *Qua stetit*) i. in quacunque parte steterit, ipsum [5]) putat esse meliorem qui [6]) pugnat. BC. VOSS. *fatalis*) Fatalem [7]) arenam dixit, quod fiunt [8]) illic fata pugnantibus. Gladiatorum [9]) morem exprimit. BC. VOSS.

709. Per hoc quod dicit *muneribus*, notat quod propter iram non conveniebant, sed pretio inducti. [10]) B. LA. *Muneribus*) officiis. LC. Inde *munerarii* dicuntur, qui officia in theatro administrant. [11]) VOSS. I. In *muneribus arenae*, ubi dantur munera arenae, gladiatores ibi non *cogit* coire *vetus ira*, sed tamen *productos odere pares*, i. dolet quivis se parem invenisse; mallet enim quivis se esse fortiorem, et alium sibi imparem viribus. [12]) LB.

711. Prius fuit *blanda Fortuna; nam pepulit Varum* de *campo* et *cecidit terga* etc. B. LA. *blanda*) quia ad maius malum reservabantur. LC.

714. *vetuerunt*) i. e. quamdiu Varum castris includeret. [13]) BC. VOSS.

716. Nunc ostendit illud, quod dixit *deceptura futuris malis*, ut ita dicat: prius evenit ei bene, sed postea male evenit ei; nam callide victus [14]) est a Iuba. Et hoc dicit aequipollenter: Iuba *rapit agmina furtim, postquam sunt audita* etc. B. LA. *gloria*) i. ut victis subveniret et victores superaret. VOSS.

718. *iussa*) i. ut eum nemo indicet esse venturum.

1) La. *discernitur.*
2) La. *qua.*
3) B. *sit.*
4) *q. mult.* absunt a La.
5) Voss. *illam.*
6) Fort. *qua.* OUDP. non opus est.
7) Voss. addit *ergo.*
8) Voss. *fiant.*
9) Voss., qui haec ab initio habet, *gladiatorium ponit exemplum.*
10) La. *conducti.*
11) Proprie qui ludos edunt; cf. Senec. Exc. Controv. IV. Praef. et Adelung. Gloss. T. IV. p. 777; glossam MS. Sangerm. habent Papias et Ioann. de Ian. Ceterum scholion Voss. I. aman. recent. additum est.
12) Similia in Lc.
13) Voss. *c. Varus includeretur.*
14) La. *devictus.*

BC. VOSS. Tunc obscuravit *famam*, ne diceretur hoc: illuc vadit exercitus Iubae. B. LA.

719. Non ideo praecepit hoc, quod timeret eum, sed hoc tantum metuit, ne timeretur ab hoste, scilicet a Curione, qui tunc erat incautus propter bonum successum. B. LA. *incauto*) Curione. VC. i. valde cauto; vel *incauto*, qui vere fuit incautus, licet iste nesciret. LB. *timeri*) i. timet, ne incautus hostis, i. Curio, eum timendo cautior fieret. BC. i. e. timebat se timeri ab incauto hoste, i. ne metu ille cautior fieret, si venturum ante timuisset. VOSS.

720. Qualiter obscuret *famam*, ostendit. *Mittitur Sabura, qui lacessat proelia* et [1]) *eliciat* i. extra deceptos [2]) turbet. Qui praeerat *Numidis secundus a rege*, et simulavit bellum, quasi esset [3]) commissum ei a Iuba. B. LA.

721. *Eliciat*) producat. BC. LP. *secundus*) scilicet potestate; nam praefectus Iubae erat Sabura. [4]) BC. VOSS.

722. *Ut*) quasi sibi; i. ut videretur ipse praeesse bello, et nullum alium Curio metueret, quo citius caperetur. BC.

723. *cava*) proprium vallis epitheton. BC.

724. Ita elicuit ille, sicuti mustela elicit aspidem de fovea; et hoc dicit *ut hostis sollertior ludit aspidas* cum *cauda, et* [5]) *provocat iratas* etc. Tangit naturam mustelae, quae visa aspide intra [6]) cavernam, obliquat se ante foramen, ita ut caput non videatur; et a longe ostendit ei caudam, et, dum exit, accipit eam in ipso collo, scilicet citra [7]) saniem, ita ut venenum non obsit. Et hoc dicit *et obliquans* [8]) *caput*, pro habens obliquatum caput, [9]) *comprendit guttura serpentis* [10]) *effusae in auras* etc. B. LA. Ichneumon [11]) et aspis sibi nimis invicem adversantur; sed ichneumon, qui etiam minoris est virtutis, unde et dicit *sollertior hostis*, ascenso [12]) foramine cubilis aspidis, protendit caudam suam in initio antri, ut, quando aspis viderit umbram, suoque proruperit de antro, volens caudam

1) B. *i.*; La. *scilicet.*
2) Codd. *deceptore turbat.*
3) La. *sicuti erat.*
4) Deest in Voss.
5) Abest a B.
6) B. *c. in terra*; La. *aspida itrare.*
7) B. *contra*; in La. desunt *scil. — san.*
8) La. *obliquus.*
9) *pro — caput* ex La., quae et Bc. habet.
10) Deest in B.
11) Voss. II. *Cinemon*; I. *Acinemon.*
12) MS. *accenso.*

tenere, ille ichneumon ei immineat, priusquam venenum de ventre emittat, et apprehenso eius gutture strangulet eum. VOSS. I. II. *Pharias* vocat eo, [1]) quod in Aegypto abundent. B. LA. *sollertior*) ingeniosior, quem vulgo ichneumonem [2]) vocant. BC. LP.

725. *Ludit*) eludit. BC. *provocat*) dum se non manifestat totam. BC. *umbra*) cauda. Mustela ponit se in ostio foraminis, in quo est serpens, ut decipiat ipsam, et *ludit* cum *cauda;* serpens putat esse aliud, quia non videt nisi caudam, egreditur, et mustela, momento revoluta, capit serpentem per collum et strangulat. VC.

726. *Obliquus*) retro versus caput. LB.

727. *guttura*) i. ut illud mordeat, ubi venena non sunt. [3]) *Enydros* bestiola est, nuncupata ex eo, quod in aquis versetur. [4]) Vocatur autem Graece [5]) *pneumon*, eo quod odore [6]) suo et salubria [7]) et venenosa prodantur. De quo Dracontius ait: [8]) *Praedicit Suillus vim cuiuscunque veneni. Suillus* [9]) autem nuncupatus est a setis. Serpentes autem insequitur; qui [10]) cum adversus aspidem pugnat, caudam erigit, quam aspis maxime incipit observare, quasi minantem; ad quam vim suam transferens, decepta corripitur. [11]) BC. LD. VOSS. I.

728. *citra*) ultra venenum. BC. i. circa partem illam, in qua coadunavit venenum. LC.

729. In [12]) hoc dicit venenum perire, quod non potest nocere mustelae, et comparat Saburam mustelae caudae, Iubam comparat [13]) ipsi capiti mustelae, Curionem comparat ipsi aspidi, qui [14]) tutus erat in castris, sicut aspis in fovea. B. LA. *pereunte*) quia [15]) nullum *laedit*. LB. i. nihil nocituro; [16]) eo autem perdito et ipsa moritur. VOSS.

1) La. *ideo.*

2) MSS. *accinemonem;* Lp. *dicunt.*

3) Voss. *ub. v. n. habet serpens* omissis reliquis. Quae praecedunt non leguntur in Ld.

4) Fere eadem Papias; cf. Plin. H. N. XXXII, 7.

5) Voss. *Gr. a. voc. pneamon;* Isidor. *νέοσμον;* confudit commentator cum ichneumone.

6) Bc. *ore;* Guelf. *ex ore.*

7) Voss. Ld. *suo sal. ciborum.*

8) In Dracontii Hexaemero vs. 326. non *Suillus* est, sed *Psyllus;* Guelf. *cuiusque.*

9) *Suillus — set.* absunt a Ld.

10) Bc. *quod.*

11) Eadem, [sed pleniora] legas apud Isidor. XII Orig. 2. De Suillo nugae sunt. OUDP. MSS. *corrumpitur;* correxi duce Isidoro.

12) B. *Et.*

13) *comp. must.* et seq. *comp.* ex La.

14) *qui* etc. desunt in La.

15) Lb. *qui.*

16) Eadem Bc.

730. Nunc quodammodo adaptat similitudinem, ubi dicit *Fortuna dederat* similem *eventum fraudibus* Iubae, et hoc modo *dederat: ferox Curio* compulit [1]) suos ante diem exire de *castris*, et *decurrere* in illis *ignotis campis*. B. LA.

732. *nocturnum*) i. de nocte. LB.

734. Suos ante diem fecit exire, *ipse* vero *iubet signa* etc. B. LA.

736. *Bella infecta*, i. valde [2]) *dolis* facta; q. d. quicquid faciunt, dolis faciunt. Ideo *frustra* fuit *rogatus*, quia praedestinatum erat eum ita mori; [3]) et hoc dicit *Fortuna propinqui leti tradiderat* etc. B. LA. *infecta*) corrupta. BC.

739. Et hoc ideo, quia ipse fuit auctor civilis [4]) belli; et hoc dicit *et civile bellum trahebat suum auctorem* ad [5]) se, ut interficeretur. Quod fuisset auctor, notavit superius, ubi dixit *ecce faces belli*. B. LA.

740. *Iubet signa excedere* de *castris*, et *ducit* illa *signa super ardua saxa* etc. Ubi dicit *abrupto milite* [6]) ostendit non tenere eos [7]) viam, et ideo incaute ibant. B. LA. Si *abrupto limite*, accipimus tunc in abruptum ducto, i. in altum; si *milite abrupto* i. subito. BC.

741. *Cum procul* etc.; q. d. postquam ascenderunt [8]) montes, viderunt illos [9]) milites Saburae, et ideo *cessere, dum* Curio descenderet in *vallem*. B. LA. *conspecti*) a Iuba. VC.

742. *cessere*) Saburae milites dicit, qui se fugere simulabant, ut sequentem [10]) Curionem illuc deducerent, ubi erat Iubae occultus exercitus. BC. VOSS. Hoc est ergo *fraude sua cessere parum*, per dolum sic recesserunt, ut fugere viderentur. BC.

744. Curio vero, nesciens dolos illorum, descendit in apertos campos, habens se ut victorem; et hoc dicit aequipollenter *cum procul hostes*, scilicet Saburae milites, sunt *conspecti* ab istis etc. B. LA.

746. *feroces*) vel fugaces, i. versibelles. BC. i. fugam simulantes. Dicendo *Numidas* bene subintulit [11]) *fugaces*, quasi verbum de verbo; nam Numidae [12]) instabiles interpretantur. BC. VOSS.

1) La. *cogit.*
2) *valde* ex La.
3) Similia leguntur in Lb. et Lc.
4) B. *civibus* omisso *et.*
5) *ad* etc. desunt in La.
6) La. *limite.*
7) Deest in La.
8) B. *ascendunt.*
9) La. *eos.*
10) Voss. *inseq.*
11) Verbum novum; Voss. *b. autem int.*
12) Voss. *Numidas;* similia habet Isidor. Orig. IX, 2. cum Papia; cf. infra ad VIII, 287.

749. Et adeo stupuerunt, [1]) quod nec timidi effugerunt, nec *fortes proelia* fecerunt. B. La. *petiere*) quia omnes obstupuerunt. Bc. Non sanum statum habuerunt, scilicet [2]) quia, si *timidi* essent, deberent fugere, [3]) si autem *fortes*, deberent incurrere magnanimitate [4]) contra hostes. Lc.

750. Et non mirum, si ipsi erant stupidi, cum etiam equi eorum [5]) excesserant prae timore [6]) naturam aliorum equorum. Nam ipsi quoque obstupuerunt; et hoc dicit [7]) *quippe ubi sonipes non quatit motus*, et *non quatit saxa*, et non terit *ora vexantia frenos*, et non *spargit iubas*. Nec *erigit* [8]) *aures*, et non *pugnat non stare incerto tumultu pedum*, sed potius contrario omnia facit; et illa enumerat: *fessa iacet* [9]) *cervix* etc. B. La. *Quippe*) pro certe; vult dicere etiam equos timere perculsos. Bc.

752. *spargitque*) non spargit. Virgilius e contra: [10]) *Stare loco nescit, micat auribus et tremit artus*. Bc.

754. *Fessa iacet*) Haec affirmative dicta sunt. Bc.

757. *longe*) valde. Lb.

758. *sanguineis lupatis*) sanguine respersis, frenis asperis. Virgilius: [11]) *Et duris parere lupatis*. Bc. Sunt frena ad modum luporum dentes habentia. [12]) Lc.

759. Equi sunt in se stupidi, et, quod maius est, non possunt eos movere, etsi constringant eos *verberibus* et *stimulis*, et [13]) *calcaribus*. B. La.

760. *non addunt*) i. nolunt ire celerius. Lb.

761. Et nulli [14]) *profuit rupisse moras cornipedis*, nam potius fuit ad utilitatem hostium; [15]) et hoc ostendit, ubi dicit: illud *spatium*, quod facit [16]) currendo, *donat iaculis* inimicorum, *oblato* [17]) *vulnere*. B. La. *Vulneribus*) gladiorum. Vc. vulnerant equos, ut dolore compulsi celerius ambulent, [18]) quia cogi calcaribus et verberibus non possunt. Bc. Voss.

762. *rupisse*) quod tandem processit. Lb.

1) La. *obstup.*
2) Lc. *se.*
3) Lc. *furere.*
4) Lc. *magnanimitatem.*
5) La. *illorum.*
6) *prae tim.* absunt a La.
7) La. *aequipollenter* pro *dic.*
8) La. *elevat.*
9) *iac.* deest in B.
10) Ge. III, 84.
11) Ge. III, 208; eadem in Benedict.
12) Fere eadem habet Ioann. de Ian.
13) B. *non.*
14) La. addit *equo*; an *equiti?*
15) Similia in Lc.
16) *quod f.* absunt a B.
17) La. *ablato vel alto*; an *allato?*
18) Voss. *ambularent.*

763. *Incursus*) cum impetu non pertulit ad hostem, ut eum posset percutere, sed vix pervenit. LB.

764. *iaculis donat*) ne ad se longius dirigantur.[1]) Dum miles[2]) occurrebat hosti, et de proximo iam[3]) vulneratur, *donat iaculis spatium*. BC. VOSS.

765. Equi militum Curionis ita se habuerunt; at equi Iubae multo aliter, et hoc aequipollenter *at vagus Afer ut emisit* etc. LA. Isti sic fessi erant, at illi non sic; hoc dicit *at vagus Afer*. B. *vagus*) versibellis; Afrum aut Iubam accipimus. BC.

766. *soluta*) i. in pulverem redacta, scilicet incursu equorum. VOSS. i. e. ita erat aer obtenebratus et obscurus pulvere, quemadmodum cum Aquilo flat acriter in aestate. GUELF.

767. *Bistonio*) i. Thracio, quia Aquilo de Thracia flat. VOSS. Et *soluta*[4]) *terra* tantus *pulvis texit aera sua nube* et *traxit* suas *tenebras*, quantus fit, cum[5]) *pulvis torquetur Bistonio turbine*. Bistonia eadem est, quae et Thracia, et ibi maxime regnat Boreas. B. LA.

769. Ut res acta est[6]) inter equites tantum, fuit[7]) dubium de victoria; sed *ut* ventum est ad *pedites, casus* non *steterunt ancipites* illo *discrimine dubii Martis*,[8]) sed potius laborant non impugnando, sed interficiendo tantummodo. Et hoc dicit aequipollenter *tenuit mors tempora pugnae*. B. LA.

770. *nullo*) Non utrique parti fuit casus Martis in dubio, sed soli isti pedites interemti sunt, i. milites Curionis. VOSS.

771. *Ancipites*) i. non fuerunt dubii casus, quia sola pars Curionis capta videtur. Hoc enim exponit, cum dicit *mors tenuit tempora pugnae*, i.[9]) una pars occidebat, altera occidebatur. BC. *tempora*) i. non pugnant, sed occiduntur. BC. LP. VOSS. sive quando pugnare deberent, spatia *pugnae mors* virorum occupavit. VOSS. i. omnem dilationem, quae in pugna solet esse, *tenuit mors*, quia in momento perierunt. LB. Non plus temporis fuit hic consumtum, quam quanto tempore trucidati sunt. VC.

772. Victoria dilata est, donec *mors* finiisset *tempora pugnae*. LC.

1) Voss., qui ea in fine habet, *i. — dirigatur*.
2) Voss. *D. occurrit*.
3) Voss. *pr. v. don. ita i.* Similia quoad sensum leguntur in Lb.
4) La. *Et sol.* absunt a B.
5) B. pro *cum* et sqq. *etc.*
6) B. *agitur*.
7) La. *est*.
8) Similia in Lc.
9) Eadem in Voss., sed *sive u. p. o. tantum* etc.

773. Ideo interficiendo solummodo laborabant, [1]) quia Curionis milites ita fuerunt [2]) septi, quod non possunt *procurrere contra*. B. La.

774. Ubi dicit *comminus obliquis hastis*, notat quod obliquant hastas et a latere interficiebant; ubi dicit *eminus*, notat quod ante se interficiebant. B.

775. Et non *solum* moriebantur *sanguine*, sed etiam multitudine hastarum super eos cadentium moriebantur, et quia non *licuit procurrere contra*, vel quia sic septi erant. B.

776. *peritura*) Legitur et *pereunt*, ipsi iuvenes accipimus; si *peritura* i. iuventus. Voss. Non vulnerantur plurimi, sed opprimuntur [3]) pondere tot hastarum. Bc. Voss. *ferri*) armis eorum propriis. Vc.

777. *Ergo* omnes *spissantur in parvum orbem*, et *densatur globus* in tantum, *quantum prima acies constrinxit gyros pede relato;* [4]) ac si aperte dicat imprimis fecerant gyros, et ex omni parte coeperunt impelli retro, donec omnes sunt commixti. B. La.

779. *impune*) i. sine poena. Bc. nam vulneratur a suis. Lp. i. si quis timidus protraheret se in medium agmen, non poterat se sine damno convertere [5]) inter enses sociorum. Bc. Voss.

780. *Densatur*) propter insultum [6]) hostium. Vc. *prima*) in primo loco stans; i. tantum densatur, quantum eos acies constrinxerat retro cedens. [7]) Bc. tantum enim constringebantur, quantum hi, qui extremi erant, se recolligebant et retro cedebant. Voss.

784. Et ita interficiebantur mixti, quod non poterant discernere tantam prosperitatem, quantam *fortuna dabat* [8]) eis. B. La. *Non tam*) i. non tantum videbat [9]) Maurus, quantum patiebantur Romani; [10]) nam omnes moriebantur, nec [11]) tamen hoc spectantibus Mauris. Bc. Voss.

787. *stetit*) i. non poterant cadavera cadere propter densitatem turbae. [12]) Bc.

788. *Excitet*) cum [13]) indignatione dictum est. Bc. Ld. Voss. Sensus est: his sacrificiis excitentur um-

1) La. *laborant.*
2) La. *erat.*
3) Voss. *obruuntur.*
4) La. *reducto.*
5) Bc. *converti.*
6) i. impetum; cf. Adelung. Glossar. T. IV. p. 222.
7) Similia in Lb. et Lc.
8) B. *dederat.*
9) Voss. *spectabat vel sentiebat M.*
10) Voss. *R. p. n. o. patiebantur.*
11) *nec* etc. absunt a Bc.
12) Similia in Lc.
13) Voss. *Hoc cum;* Ld. *Poeta c. i.*

brae *dirae Carthaginis*, i. eorum inferiae sint ista, [1]) quia *nefas* est, ut *Pompeio* prosint aut votis senatus. Bc. Ld.

789. Et quia non a civibus, sed ab extraneis factum est tantum *nefas*, dicit quod, etsi videatur *prodesse Pompeio*, tamen non est ei tribuendum tantum *nefas*, sed potius ex dispositione deorum factum est, ut inferiae [2]) illorum, quos Romani ibi interfecerant, pararentur; et hoc dicit quasi optando, ubi dicit *Fortuna excitet invisas umbras Carthaginis*; q. d. extra ducat animas illas ad recipiendas novas inferias, sicut anima Hannibalis. La. Sic Romani victi sunt a Iuba. Modo removens poeta a Pompeio et senatu gaudium de hominum eventu, (nefas enim esset concives gaudere de morte concivium suorum) dicit ut potius illi gaudeant, qui olim interfecti sunt a Romanis, ubi scilicet dicit: *Fortuna* eliciat et *excitet* animas illas ad recipiendas novas inferias de istis, sicut anima Hannibalis. B. *Inferiis*) sacrificiis mortuorum. Bc. *novis*) quod tot pariter occiderunt. [3]) Bc. Voss.

790. *piacula*) remedium vel peccatum. Lc. vindictam. Lb. *manes*) a Scipione peremti. Voss. Et [4]) quae passi sunt Romani, melius pro Hannibale fierent, qui [5]) fuit hostis Romanorum, [6]) quam pro [7]) Pompeio, qui [8]) ipse Romanus est. Bc. Ld. Voss.

791. Quare istud introducat, [9]) ostendit removendo tantum scelus a Pompeio et a votis senatus, ubi dicit o *superi nefas* est *prodesse* [10]) *Pompeio* etc. B. La. *prodesse*) non vult Pompeio *prodesse*, quod Curio passus est, neque senatui. Bc.

793. *sibi*) in suam vindictam. Bc. Bene *sibi*, nam modo [11]) Pompeianis dicit. Voss.

794. Nunc revertitur ad materiam suam: *omne cadaver stetit*, i. horruit, *compressum turba*; quod *ut vidit Curio*, non passus est deditionem *aut fugam*, sed interfecit se. B. La.

795. *compressus*) ipsum pulverem, quem exercitus commoverat, [12]) suorum sanguis [13]) exstinxerat. Bc. Voss.

1) Similiter Lc. et Lb.
2) La. *animae*, quod correxi.
3) Voss. *occiderit*.
4) Voss. *Haec q.*; ita et Ld. cum vs. 788. *c. indig. dic.* coniunctim.
5) Bc. *quia*.
6) *Rom.* abest a Voss. et Ld.
7) Recepi ex Ld.
8) Bc. *quia*; Ld. *qui erat R.*; Voss. *qui et ips.*
9) La. *unde sit*.
10) B. *dicere* reliquis omissis.
11) Addendum videtur *de*.
12) Voss. *Q. commotum ab exercitu*.
13) Bc. *sanguine*.

797. *cecidit*) quamvis aliqui dicant, quod ex desperatione se interfecerit. VC.

798. *coacta*) desperatione collecta. VOSS. pressa, superata. BC. LP. *Quid nunc*) verba poetae. BC.

799. Dixit superius *dum regnum te, Roma, facit;* et quomodo potuit hoc facere, hoc exsequitur. Cecidisti, Curio; et cum hoc est, quid ergo prosunt tibi ea mala, quae fecisti? Nihil scilicet; [1]) et hoc dicit aequipollenter *quid nunc rostra* [2]) *tibi* etc. Forum vocat illum locum, ubi conveniebant agentes de republica, ubi Augustus Caesar fecit aereas columnas de rostris navium, quando devicit Cleopatram. [3]) B. LA. *Quid*) verba poetae. BC.

800. *arce*) ipsa rostra arcem tribuniciam nominavit. BC. [4])

801. In hoc *dabat arma populis,* hortando eos ad bella, [5]) ponendo discordiam inter Pompeium et Caesarem. B. LA.

802. Iussit [6]) concurrere, nam iste solus fuit causa, quare [7]) convenerunt. B. LA.

803. *confert*) antequam committat. BC. i. committit atque collidit; nam bene exposuit *spectandum t. b. c. neg.* VOSS.

805. *miserae*) i. licet Roma etiam nunc misera sit urbs, [8]) tamen has poenas capit de vobis. BC. VOSS.

806. Dehortando alios [9]) a simili negotio, scilicet a civili bello, notat, quare istud dixit *quid nunc rostra tibi* etc. Et [10]) dehortatur, ubi dicit talem retributionem haberi de civili bello, ubi dicit *nempe datis has poenas* etc. *Sic luitis arma,* scilicet [11]) cum *iugulo.* B. LA. *luitis*) pro solvitis; *sic luitis,* quod arma sumsistis. BC.

807. Et quia taliter tractantur facientes civile bellum, igitur possum dicere, [12]) quod *felix* esset *Roma,* si tantum curarent Superi retinere libertatem, quantum [13]) vindicare, sicut apparet in isto, cuius *corpus* nec sepulturam dimittitur habere. B. LA.

809. *vindicta*) i. [14]) si sic libertatem integram tue-

1) B. *q. d.*
2) B. *referam.*
3) La. *n. Cleopatrae devictae;* de re cf. Serv. et Philarg. ad Virg. Ge. III, 29.
4) Eadem in Voss. esse videntur teste Oudp.
5) La. *arma.*
6) La. *et conc.;* an *eos c.?*
7) La. *non concurrerunt;* an *nunc?*
8) Voss. *l. m. s. u. R.*
9) La. *ceteros.*
10) La. *In hoc d.*
11) La. *sed.*
12) La. *bel. patet ergo quod.*
13) La. addit *curatur;* an *curant?* Similia leguntur in Lc.
14) Voss. *hoc est.*

rentur, quemadmodum [1]) nunc vindicant laesam. Bc. Voss.

810. Omnis, qui narrat, verisimiliter saltim debet narrare. [2]) Quia dixit illum solum tantam Romae habuisse potestatem, ostendit non esse mirum, si hoc fecit, cum nullus tantae indolis esset [3]) Romae, neque qui tantum de legibus sciret; et facit sibi quasi [4]) palinodiam, scilicet contra vituperationes laudes. Dixi *nobile corpus aves pascit* etc., quasi [5]) hoc in te dixi opprobria; at nos nunc contra facimus pro te; nam, o *iuvenis, damus digna praeconia* cum aliis *meritae vitae,* quandoquidem *non proderit ista silere;* q. d. quandoquidem nihil valeret, si non [6]) dicerem illa praeconia, cum alius tamen diceret illa; quia dixi *digna damus* etc. [7]) Quid magnum valeant poetarum praeconia, ostendit ubi dicit *a quibus sua fama repellit,* i. apud quos nihil [8]) marcescit. Ecce praeconia [9]) *haud alium tanta* etc. B. La. *busto*) Epexegesis, i. explanatio superioris sensus. Exposuit, quid sit *corpus nobile.* Bc.

811. *quando*) Virgilius: [10]) *Quando haec te cura remordet; quando* posuit pro quia. Bc. Dat unum scomma mordacissimum Curioni. Vc. *proderit*) i. poetae, [11]) quos nunquam obscurat antiquitas, [12]) in ore omnium et memoria constitutos. Bc. Voss. Est et alter sensus, scilicet cum *ista silere non proderit, a quibus omne aevi senium* repellitur, [13]) nec, si taceamus, obscura sunt. Non enim ista, quae passus es, ulla aetate poterunt obscurari; sunt enim famosa. Voss.

812. *senium*) Nulla enim antiquitas inducit senium in poetis, quia semper sunt in memoria, unde et hedera coronabantur. Guelf.

814. *Haud*) Epitaphium Curionis. Voss. Indoles est specimen [14]) futurae virtutis. [15]) B. La.

815. Nec fuit ibi aliquis, *cui plus deberent* tantum *leges,* [16]) alicui dico volenti sequi *recta.* Illi debent

1) Voss. *uti vind.*
2) La. addit *et.*
3) La. *fuisset.*
4) *quasi* abest a B.; Codd. *palinodia.*
5) *quasi — dixi* absunt a La.
6) La. pro iis *si nunc dixissem illa opprobria, quia tamen diximus dig.*
7) B. addit *quasi aliquis dicat.*
8) B. *nunquam.*
9) La. addit *illa.*
10) Aen. I, 261.
11) Voss. *sc. p. silere q.*
12) Bc. addit *sed.*
13) Voss. I. *reparatur;* MSS. *sit* vel *fit* sine *nec.*
14) La. *indicium.*
15) La. *vitae*; cf. infra ad V, 17.
16) La. *deb. l. nec tantum.*

leges, qui scit eas recte interpretari. B. LA. *sequenti*) si sequeretur vel dum sequeretur. LD.

816. Nunc defendit eum. Quod non bene interpretatus est, hoc fuit inde, quia omnes corrupti erant; et hoc dicit: ego dico *sequenti recta*, sed non potuisti sequi *recta*. Nam *perdita secula tunc nocuerunt urbi; perdita* dico, postquam *ambitus* honorum et *luxus tulerunt mentem* tuam *dubiam torrente transverso;* q. d. sicut torrens [1]) cito mutat et invertit aliquid, ita ambitus et luxus te a bono immutaverunt. B. LA. *Perdita*) damnata vitiis. LB. Vult vitium temporis esse, non hominis; q. d. non solum Curio nocuit *urbi*, sed *secula perdita*. Sensus est: *secula perdita nocuerunt urbi*, tamen Curio mutatus fuit *momentum rerum*, i. causa aut materia vel discrimen. *Necesse* [2]) *est ut veniant scandala, sed* [3]) *vae illi, per quem scandalum venit*. BC.

818. *torrente*) copia vitiorum irruente in mentem Curionis. VC. velut quodam *torrente transverso*. Metaphora est a torrente quasi [4]) transversum currente, et non recto cursu. BC. VOSS.

819. *Mutatus* est [5]) *Curio*, et fuit *momentum rerum* i. movimentum; q. d. multum [6]) contulit Caesari mutatio Curionis. B. LA. *Momentum*) ut [7]) cum ipso cuncta mutata sint. BC. LP. VOSS. Sic e contrario Cicero: [8]) *Cum sis post vitam sine momento futurus* i. nullius momenti. VOSS.

820. Et hinc patet, quod fuit *momentum rerum;* nam ipse solus plus fecit, quam qui et [9]) ante eum fuerunt et post eum, cum omnes alii emissent, [10]) et iste solus vendidisset. Nam est maioris potentiae vendens, quam emens in re, quae venditur; hoc dicit aequipollenter *licet Sulla potens* in ense *fecisset sibi ius in* [11]) *iugulos*, et *ferox Marius*, et sequaces Caesaris [12]) Augustus et Nero et multi alii; tamen erant minores isto. Nam *cui tanta potentia est concessa?* Nulli scilicet, cum illi emissent, et *hic vendidit;* et

1) *torr.* recepi ex La., qui locum ita habet *s. t. cito mutatus, ita mentes illorum mutatae sunt propter ambitum* etc.

2) Matth. XVIII, 7.

3) Ita pro *sive*, cui *sed* superne additum est.

4) Voss. pro iis *M. est, i. e. v. tor. verso sive tr.*

5) *est* deest in B.

6) *mult.* deest in B.

7) Lp. *quia c. eo sunt omnia m.;* Voss. *c. i. c. m. sunt.*

8) Locus me latet.

9) *et* deest in B.

10) La. addit *urbem.*

11) La. addit *nostros.*

12) La. *seq. Augusti C. scil. Nero.*

in hoc fuit maior [1]) omnibus illis, et in vendendo fuit par toti populo. B. LA. Nunc vult dicere, quod antiqua respublica esset ex toto commissa Pompeio. LA. *captus*) deceptus. LP. *auro*) Decies [2]) enim sestertium Caesar ei dederat, [3]) ut ad eum [4]) transiret, quod ipse acquisierat victor in Gallia. BC. VOSS.

823. *cui*) Caesari; *(et m. al.)* vel *cui* illorum. BC. *vendidit*) i. Curio, de quo Virgilius: [5]) *Vendidit hic auro patriam.* BC.

824. *emere*) Quia et alii dona dando emerunt urbem, ut in ea dominarentur; Curio solus omnium vendidit Caesari, ut in ea dominaretur. De quo Virgilium volunt dixisse: [6]) *Vendidit hic auro patriam dominumque potentem imposuit.* VOSS. *urbem*) i. honores urbis. LC.

1) *maior* deest in B.

2) Forte *DC.*; vide Hortens. et viros doctos ad Vellei. II, 48. OUDP.

3) Voss. *ei d. C.*

4) Voss. *se.*

5) Aen. VI, 621.

6) Est VI. Aen. 621, ubi vid. Serv. et Senec. de Const. Sapient. 2. OUDP.

SCHOLIA AD LUCANI LIB. V.

1. Tenuit Fortuna medium, nunc prospere Caesari, nunc adverse; et Pompeio eodem modo; sed postea coepit Fortuna Caesaris praevalere; et hoc est quod dicit *Fortuna duces pares, passos alterna vulnera bellorum.* Sic *alterna*, ut supra diximus, nunc *bene*, nunc *male* isti et illi. LA. *vulnera*) damna alternatim, vel variantia. LC. Vicerat [1]) Caesar supra Massilienses; nunc [2]) Pompeianus Iuba superavit Curionem. BC. VOSS.

2. *Fortuna*, dico, *miscens adversa secundis;* et hoc fecit usque *in terras Macetum*, i. dum in Macedoniam venerunt; nam tunc coepit vincere Fortuna Caesaris. LA.

3. Ad quas terras hoc tempore venerunt, scilicet intrante Ianuario; et hoc aequipollenter [3]) *iam sparserat bruma nives* in *Haemo*, et *Atlantis* iam erat *cadens gelido Olympo* etc. Haemus est mons in Macedonia. LA. BP.

4. *Atlantis* est stella, [4]) quae tunc vadit ad Occasum. *Gelidum Olympum* vocat quasi hiemalem. Vel aliter: [5]) *Atlantis* veniens ad Occasum *iam sparserat nives* in *gelido Olympo*, et [6]) *instabat dies*, in quo debebant eligi consules. LA. BP. *Atlantis*) iam ibat ad Occasum, quia a primo Septembris, in quo Taurus apparere incipit, usque ad finem Decembris in nocte ad Occasum non vadit. LC. Ponitur singulare pro plurali. LB. Occasus Vergiliarum designat, i. Atlan-

1) Voss. *V. enim s. C.*

2) Bc. *nam.*

3) Bp., qui ab initio huius libri, loco B., incipit, *hoc dicit i. Haemus sp. nivibus, quod fit in fine Decembris. Haemus* etc.

4) Bp. *est una de Pliadibus.*

5) La. *Taliter;* Bp. *Vel sic vel illa.*

6) *et — consul.* desunt in Bp.

tidum, mense Novembri et Decembri. [1]) Declinatur [2]) ergo haec Atlantis Nominativo casu [3]) singulari; nam femininum Patronymicum est. BC. VOSS.

5. *dies*) Kalendas Ianuarias dicit, cum novi consules [4]) procreabantur. BC. VOSS. Ideo dicit *nova nomina*, quia pro nomine consulis designabantur annales libri in quoque anno. LA. BP. *fastis*) Fastus quartae declinationis superbia, secundae declinationis annalis liber dicitur; ponitur tamen confuse. [5]) LB.

6. Ideo dicit *ducentem tempora*, quia ibi computabant principium anni; [6]) et ideo dicebant ceteras continuari ad illam diem. LA.

7. *emeriti*) peracti; [7]) expletae potestatis. Mensis enim November [8]) agebatur, in quo apud consules iam pars est ultima potestatis. [9]) BC. VOSS. Significat congluviales [10]) dies, ut ait Suetonius, in quibus, quod ante intermissum fuerat, gerebatur. BONGARS.

8. Et hoc eodem tempore *uterque Consul elicit patres, vagos per* officia *belli*, i. ubicunque fuerunt, inde extraxerunt, ducendo eos in *Epirum*. Ita tamen adhuc supererat una dies de anno [11]) illorum; aliter pro eis nihil facerent; et hic notat, quod supra dicta omnia primo anno fuerunt facta. LA. *uterque*) Lentulus et Claudius [12]) Marcellus. LB. BC. VOSS. *per munia*) i. dispersos per provincias ad exercitum colligendum; hoc est *per belli munia* i. officia. [13]) BC. LD. VOSS.

9. *Elicit*) i. provocat [14]) vel educit. LD. i. advocat. LC. *Epirum*) adverbialiter. [15]) BC. Epirus est mons ibi; et cum in *Epirum* vocassent eos, patet quod *peregrina* et *sordida sedes* tenuit eos, unde est dolen-

1) Voss. *m. N. atque D. quando Vergiliae occidunt*, prioribus omissis, ut in Bongars.

2) Voss. *Declinavit.*

3) Voss. *c. N. numeri singularis; est p. f.*

4) Voss. *c. n. procreantur;* Guelf. *designabantur.*

5) Eadem inculcant praeter laudatos supra ad II, 645, Priscian. Inst. Gr. VI, 14, 72, eiusque Scholiasta p. 302. Lindem.; Isidor. de differ. T. V. p. 32. Arev.; Agroet. p. 2267. et Beda p. 2335. Putsch. Inde sua hausit Papias cum Ioañn. de Ianua; vide et infra ad vs. 399.

6) Similiter Bp.

7) Voss. *i. e.* pro *pera.*

8) Voss. *Novembris.*

9) Voss. *dignitatis.*

10) Vox nova. Eadem in Florent. XIII, omissis *Sign. ut a. S.* et *fuerat;* neque de re, neque de Suetonii loco aliquid constat.

11) La. *superat u. d. d. amici,* corrupte.

12) Lb. *et Gellius M.*, quod correxi; Bc. et Voss. *et Gell.* sine *Marc.*; cf. supra ad II, 565.

13) *i. offic.* desunt in Ld.

14) Idem Bc.

15) Indicare voluit glossator dictum esse pro *in Epir.*; Guelf. in fine *vocatur.*

dum; [1]) sed tamen non minus ius ibi habuerunt, quam si [2]) Romae essent. LA.

10. *secreta rerum* i. consilia, quibus tota res erat disponenda. BP.

12. Bene dicit *curia audivit*, nam *quis vocat castra*, ubi tot insignia sunt? [3]) LA. *castra*) non curiam. VOSS. *Secures* pro legali districtione posuit; nam securi caedebantur rei apud antiquos. [4]) BC. *Secures* insignia consulum, *fasces* aliarum dignitatum. [5]) BP.

13. *Elicit Epirum*, et tunc *venerabilis ordo* Patrum *docuit populum*, Magnum non dominari ipsis partibus, sed unum esse de illis; et [6]) sic servaretur libertas. LA.

14. *in partibus*) i. non senatum *esse in partibus* [7]) Pompeii; sed Pompeium *esse in partibus* senatus, quippe plus vult curiam esse, quam Magnum. BC. VOSS. Hoc praemiserunt, ut sequentia libentius audirent, et minus inviti pro patria pugnarent. BP.

17. *Indole*) nobilitate. Indoles est proprie indicium futurae nobilitatis in pueris, quae necdum est. [8]) BC. *prisco*) i. a maioribus. BC.

18. *Si robur inest animis, dignum prisco sanguine*, ne cernatis, *quam procul* sedeatis; sed potius considerate dignitates omnes Romanas, quas hic videtis, et *decernite vos esse senatum*. LA. *coacti*) congregati. LC.

19. *Quamque*) i. non ubi positi simus; vel quam longe ab urbe. BC.

20. *faciem*) maiestatem. VC. quam pulchra, quam nobilis sit vestra turba. LB.

22. Ego dico *decernite*, quod tamen non oportet me dicere, cum hoc pateat omnibus, quod hic sit senatus. LA. *liquet*) probatum est. BC.

23. Propter hanc absentiam non habemus minus ius, cum, etiamsi [9]) essemus in frigidissima zona, aut in perusta, tamen *summa rerum sequentur nos*, et hoc est quod dicit *nam si Fortuna ferat* vos *vel sub glaciale* etc. LA.

24. *clausus*) inaccessibilis. VC. non habitatus; *que* pro idem. LB. *axis*) polus; nam proprie axis est intellectualis linea a polo usque ad polum. Aliquando

1) La. *dolentium*.
2) La. *quasi*.
3) Similiter Bp.
4) Guelf. *Latinos*.
5) Fere eadem Lc.
6) Excidisse videtur *quod*.
7) Voss. *in p. esse*, ut paulo post.
8) Similiter Serv. ad Virg. Aen. X, 826, unde sua hausisse videntur Isidor. Orig. X. p. 1077. Goth., Iso ad Prudent. Perist. 9, 2, Papias et Ioann. de Ian.; adde Schol. Horat. Od. IV, 4, 25.
9) La. *et*, quod correxi ex Bp., qui similia habet.

coeli plagam significat. Bc. Septemtrionalem plagam dicit et australem. Bc. Voss.

25. Quid vocet axem clausum *vaporibus* subiungit, ubi dicit *nec patitur noctes* etc.; ac si dicat, si aliqui essent in perusta zona, cum sol est in Cancro, haberent dies et noctes aequales; q. d. tunc haberent solstitium ipsi; [1]) nam apud nos tunc est dies longior et nox brevior. Et toto anno dies et noctes inter se sunt aequales; non tamen omnes dies inter se, nec omnes noctes inter se aequales, sed quaeque dies [2]) cum nocte. Et hoc necesse est, cum omne signum habeat suum signum oppositum per diametrum. La. *nec iniquos*) sed cum noctibus aequales, quia [3]) ibi semper est aequinoctium. Bc. Voss.

26. *ferat*) ducat nos. Vc.

27. *Comes* hic et haec comes facit. Adiungitur etiam plerumque neutro generi, unde hoc dicit *imperiumque comes.* [4]) Voss. *Tarpeia*) Sententiam suam exemplo [5]) confirmat. Monstratur igitur, quod [6]) civitas non moenia, sed communis hominum habitatio vocetur. Bc.

28. Sequitur [7]) nos Fortuna, sicut secuta apud Veios. *Veiós* est oppidum in Sabina, ubi ipse stetit, dum [8]) restaurata fuit Roma, quam Senones Galli combusserant, dum ipse in exilio erat. La. Bp. *Veios*) Illic enim Camillus exulavit, [9]) qui signa Romana a Gallis reduxit. Voss.

30. Praeterea est aliud, *Caesar* nullam potestatem *habet,* sed sola *moerentia tecta.* La. *moerentia*) q. d. non retinet Caesar Romam, sed tecta et saxorum congeriem. Bc.

31. Tunc sunt *leges silentes,* cum nullus interpretatur eas iuste. La. Leges silent, ubi nil agitur de lege, nec in foro aliquid recte agitur. Bb. *silentes*) quia illi, qui sunt Romae, non audent leges recitare. Voss.

32. Hinc patet, quod ista sola debet haberi pro curia; nam omnes Patres sunt hic, illis exceptis, qui

1) Similiter Bp.

2) La. *quamque diem.*

3) Voss. pro iis *Quia ibi numquam nox longior est die, nec dies nocte, sed semper* etc.

4) Papias: *Comes communis generis, neutro* (ita pro *neutrum*) *etiam coniunctum invenitur. Lucanus imperiumque comes.* Similiter Ioann. de Ianua.

5) Bc. *exemplis,* quod correxi.

6) Bc. *quoniam.*

7) Bp. *Sequeretur rerum dignitas s. Camillum s. est.*

8) *dum* etc. desunt in Bp.

9) Eadem Bc., sed *illuc.*

hic et illic exulant; ac si aequipollenter dicat, nullus de Patribus est Romae; et hoc est quod dicit *quisquis non exulat* etc. LA. *iustitio*) luctu publico. BC. Iustitium est publicus luctus; dictum autem iustitium, quasi iuris statio, sicut solstitium quasi solis statio. Bene autem pro luctu ponitur, quia ibi est luctus, ubi iustitia stat i. relinquitur. [1]) LD. *curia*) Sensus hic est: curia nos solos et[2]) videt, et meminit, licet[3]) alios senatores Caesar sibi fecerit.[4]) BC. LD. VOSS. *solos*) *Curia* Caesaris *videt solos Patres*, quos nostra curia fugavit, dum plena esset. Vel ita: *curia* Caesaris *videt* i. intelligit nos *solos* esse *Patres*, quos fugavit de *plena urbe*. LB. Vel sic: *curia* habet illos, quos Caesar fugavit, quia eius scelera fugiebant. LC.

34. Istos non dicebam exulare, quia omnes simul erant, non ceteros, qui sparsi erant per diversas regiones. Vel aliter: illos dicebam in exilio esse, quia consentiebant Caesari, et inde dicit *quisquis non exulat* i. non consentit parti Caesaris, *hic est*. LA. *non exulat*) i. omnes autem fugati sunt hic. BP. ac si dicat illi exulant, nos non. LB. Exilium in urbe[5]) esse dicit, unde fugati sunt senatores. BC. VOSS.

35. Et quod *fugavit*, non mirum; nam diu consueverunt in pace esse; et hoc est quod dicit *primus furor bellorum sparsit ignaros scelerum* etc. LA.

36. *Fugavit, sparsit*, qua cura? *omnia* etc. BP.

37. *loco*) in locum. BC.

38. *Hesperiam*) ut nos possideamus totum orbem[6]) pro eo, quod amisimus Italiam, sic dii metiuntur. BC. LP. VOSS. *pensant*) i. vindicant vel trutinant. LC. recompensant. LB. *hostis*) Vulteius de parte Caesaris.[7]) BC. VOSS.

41. Cum fata iuvent nos, *impellite cursum* illorum; q. d. ne tepescant. LA.

42. Et *praestate spem deis*, i. nolite diffidere deis, et *Fortuna det vobis* nunc in revertendo *tantos animos, quantos* dedit exire Romam iusta *causa*, qua imbuistis. Quod ipsi exiverunt, quia sciverunt se habere iustam causam, et ubi non diffidebant reverti, ista talis *causa*

1) Ld. *relinquit*. Similia habet Papias; cf. supra ad II, 18.

2) *et* deest in Voss.

3) Ld. et Voss. *m. sen. l.* (Ld. addit *et*) *a. s. f. C.*

4) Non bene haec cepit Scholiastes. OUDP.

5) Voss. addit *Roma*.

6) Voss. *t. o. p.*; Lp. *pro — Ital.* non habet. Similiter Bp. et Lc.

7) Voss. *C. part.*

dedit iis *animum.* [1]) Vel aliter et [2]) ita simpliciter: sicuti fuistis animosi in fugiendo, ita [3]) sitis in revertendo. LA. *Spem*) i. e. quia dii nobis praestitere victoriam, ipsis debetis, ut speretis cuncta meliora. BC. VOSS.

43. *Fortuna det* tantam audaciam ad bellum agendum, quantam *causa dabat* i. debet dare, quia, cum causa illorum iusta et honesta erat, magnam eis deberet audaciam conferre. LC.

44. *Causa*) Tunc enim, cum fugeremus, spem evadendi habebamus, [4]) quod iustiores partes [5]) sequi videbamur; nunc ideo speremus, quia ultores [6]) sumus. BC. VOSS. I. II. *clauditur*) finiunt enim consulatum, quem nunc habent, [7]) secundum illud Virgilianum: [8]) *His ego nec metas rerum, nec tempora pono, imperium sine fine dedi.* BC.

45. *sensura*) dignitas senatoria est perpetua. VC.

46. *in medium*) in commune. BC. LC.

47. Senatus imposuit ei providentiam patriae et suam; [9]) et tunc elegerunt alios consules; et quidam donantur donis, sicuti qui habitant in Rhodo insula. LA.

48. *suumque*) proprium senatum; *(et m. al.)* vult ostendere Pompeium non suo fato, sed communi perisse. BC.

50. *Sparsus*) i. divisus a senatu. VOSS. Collaudati sunt, [10]) qui pro Magni parte faciebant. BC. VOSS. *pelagi*) i. navali proelio. BC. *Phoebeia*) ibi [11]) enim Sol i. Apollo maxime colitur. BC. LA. VOSS. I. II. WITT.

51. *Exornata*) his enim missa sunt munera. [12]) BC. VOSS. I. II. WITT. *Rhodos*) Rhodii enim plurimum in [13]) navali robore [14]) valuerunt, ideoque [15]) Romanorum navales [16]) socii sunt appellati. BC. VOSS. I. II. WITT. *inculta*) i. tristis. Lacones enim rigidi sunt.

1) In La. notatur lacuna aliquot verborum.
2) La. *ut.*
3) La. *qua*, quod correxi. Similia leguntur in Bp.
4) Voss. *habuimus, q. nos iust.*
5) Bc. *causas* cum suprascr. *partes;* Voss. *secuti esse.*
6) Voss. II. *et ulteriores;* Voss. I. *et ultores,* unde Oudp. *et superiores;* fort. ex Witt.
7) Eadem Voss., sed *q. n. h. cons.*
8) Aen. I, 278; Bc. *hic.*
9) Similiter Bp.
10) Voss. addit *omnes.*
11) Voss. et Witt. *quia ibi maxime Sol colebatur;* La. *q. i. Ap. colitur.*
12) Voss. et Witt. addunt *a Romanis.*
13) *in* abest a Voss. et Witt.
14) Witt. *proelio.*
15) Bc. *quique;* Guelf. *quippe.*
16) *nav.* abest a Voss. I. et Witt., qui cum Voss. II. habent *id. ap. s. R. n. s.*

BC. VOSS. Subintelligitur autem aut *laudatur*, aut *donis exornatur*. BC.

52. Taygetum est oppidum in septemtrionali [1]) plaga. LA. BP. *Taygeti*) i. Lacones; nam Taygeta civitas [2]) est Laconiae. BC. Nobiles *Athenae laudantur* in *fama*. LA. *Athenae*) laudantur tantum, et nihil est datum, quia non multa fecerant. BP.

53. *Phocis*, illa iuventus, *donatur* huic rei [3]) scilicet *suae Massiliae*, et hoc modo *donatur*, ut sit *libera*; [4]) ac si dicat condonaverunt eis tributum, quod prius debebant Romanis. LA. *libera*) erepta scilicet Caesari, cum adhuc esset obsessa. BC. ne amplius censum daret. LB.

54. Sadala et Cotys et Deiotarus et Rhascipolis fuerunt reges. LA. *Sadalen*) rex Lydorum [5]) fuit Sadala. BC. *Cotyn*) regem Thraciae. BC. Cotys fuit rex Thraciae, et Sadalis fuit filius eius, missus a patre in subsidium Pompeii; et [6]) alii dicunt quod Sadalis fuit rex Sadaleae et Cotys fuit rex Thraciae. VC. *fidum*) i. Pompeio fidelem, quia ei [7]) mittit auxilia. BC. VOSS.

55. Deiotarus autem rex fuit [8]) Cappadociae et Gallo-Graeciae. BC. VOSS. *Rhascipolin*) et hic rex Thraciae fuit, quam bene *gelidam* nominavit. BC.

56. Et dederunt *Libyam Iubae* regi, quia Curionem interfecit. LA. *Collaudant*) ut hi omnes digni sint tenere suum honorem, quia fideles erant. GUELF.

57. *Sceptrifero*) ut ipse [9]) rex diceretur. BC. VOSS.

58. Et Ptolemaeum donaverunt *Pellaeo diademate*. LA. BP. Pro hoc! quod hoc fecerunt; et hoc est quod dicit *pro tristia fata*. LA. *non fidae*) vanae, quod colebant canem. VC.

59. O *Ptolemaee, dignissime regno* etc.; q. d. dignus est tantum infida gente illa. [10]) Si Fortuna faciente hoc evenit, quod fecisti, Pompeium interfici, tamen *pudor* fuit *Fortunae*, quod tantus vir permissus est interfici ab illo; si dispositione deorum hoc evenit, tamen criminandi sunt inde. LA. Ordo [11]) est: *et tibi permissum est* [12]) *cingere crines Pellaeo diademate, non*

1) Bp. *septentrione* sine v. *plaga*.
2) Imo *mons Taygetus*.
3) Ita Bp., sed La. *huius rei*; displicet utrumque.
4) Eadem sunt in Bp.
5) Idem volucrunt Voss. I. et Witt. *regem Licorum*.
6) An *at*?
7) Bc. pro iis *dum m. a.*
8) Voss. pro iis *regem*.
9) Voss. *ut et r.*
10) Similiter Lc.
11) Voss. addit *hic*.
12) *est* Voss. II. et Bc.

dignissime regno fidae gentis i. Romanae, o *Ptolemaee.* Bc. Voss. *pudor*) Exclamatio poetae; o *Ptolemaee,* qui es *Fortunae* [1]) *pudor* et *crimen deorum;* et est definitio [2]) nefandi hominis. Bc. Voss.

60. Pellaea est civitas, quam dederunt ei Romani. La. *Pellaeo*) Alexandrino. Canopos civitas est in Aegypto iuxta Alexandriam, quam Alexander condidit ad instar chlamydis suae. [3]) Lb. Pellaeus Alexander fuit, qui Alexandriam constituit, cuius hic nunc accipit imperium. Bc. Voss. Sic Virgilius: [4]) *Nam qua Pellaei gens fortuna.* Guelf.

61. *Accipis ensem saevum,* i. potestatem saevam *in populos.* La. *in populos*) Vult Aegyptios non homines [5]) esse, sed monstra. [6]) Bc. Voss.

62. Lagus fuit pater Ptolemaei. La. *Lagi*) Hic est, qui ante Ptolemaeum in Alexandria regnavit. Hic Ptolemaeus, filius [7]) Lagi, petit ab Hierosolymis, ut Hebraeorum scripturas in Graecam linguam interpretatas acciperet. Bc.

63. Et ubi concessa est ei potestas patris, ibi *accessit iugulus Magni;* non enim hoc fecisset, nisi tantam haberet potestatem. La. *sorori*) i. suae, scilicet Cleopatrae; nam ea exclusa est imperio. Voss. exclusit enim Ptolemaeus sororem suam regno. Bc.

64. Per hoc quod dicit *regnumque est ereptum sorori,* tangit illud, quod Lagus moriens divisit regnum utrisque aequaliter. Frater, totum habere volens, incarceravit sororem, quam Caesar fecit absolvi. La. *nefas*) *Ereptum est socero* [8]) i. Caesari, *nefas,* ut ipse occideret Pompeium, et non Caesar. Bc. Voss.

65. Nunc revertitur ad principale. Coetum habuerunt; et illo soluto quisque parat se ad bellum, [9]) excepto Appio, qui *sollicitat Superos expromere* i. manifestare, qui finis deberet imponi. La. *Arma*) i. unusquisque abiit, ut arma praepararet. Bc.

68. *Appius*) Hic unus erat ex ducibus Romanis. Bc. *expromere*) pro ponderare. Bc.

1) Voss. *f. p. es.*

2) Bc. *et diffin.*

3) Cf. Mannert. Geogr. T. X. P. I. p. 613.

4) Ge. IV, 287, ubi est *fortunata Canopi.*

5) Voss. *ess. hom.*

6) Ridicule. Oudr.

7) Imo nepos, Philadelphus.

8) Voss. pro his *i. C. ut P. i. C. non oc.*

9) Similiter Bp.

69. *obducta*) clausa; [1]) diu enim iam oracula non reddebantur. [2]) BC. VOSS.

70. Et hoc facit apud templum Phoebi; et hoc est quod dicit *reserat penetralia fatidici Phoebi, obducta per multos annos.* Pyrrhus, rex Epirotarum, fecit claudi illud propter Romanos, [3]) qui ibi capiebant responsa. Vel aliter: datum fuit ibi responsum, quod Nero deberet interfici in quinto ab urbe lapide, i. in quinto milliario, a cerdonibus; [4]) et hac de ira [5]) fecit claudi templum illud. Et hanc sententiam dicit poeta secundum suum tempus; et vocatur praeoccupatio. LA.

71. *Reserat penetralia*, quae erant in Parnasso monte, qui tantum distat ab Oriente, quantum ab Occidente; ac si dicat qui est in medio orbe; et hoc est quod dicit *Hesperio tantum* etc. Ideo dicit esse in medio orbe, ut per hoc ostendat illius spiritus, [6]) qui ibi dabat responsum, maiorem vim. Nam in omni medietate maior vis est, quam in angulo. [7]) Iupiter dicitur misisse duas aquilas eadem hora, unam ab Occidente et aliam ab Oriente; et convenerunt in Parnasso monte, et ideo in medio mundo esse. LA. *tantum*) i. tantum summotus ab Hesperio cardine, quantum ab Oriente; nam Hesperia i. Hispania in Occidente est. BC.

72. *Parnassus*) Hic enim mons in medio orbe est constitutus inter [8]) Orientem et Occidentem. BC. VOSS. Iovis, scire volens, quae pars terrarum media esset, duas aquilas, alteram ab Oriente, alteram ab Occidente misit, ut pari volatu adversus se tendentes ibi consisterent, ubi sibi obviae factae essent. Quae demum sibi in hoc loco occurrunt, [9]) ubi Delphicum oraculum est. Ideo *umbilicus terrae* dictus est. [10]) VOSS.

1) Voss., v. *clausa* omisso, *d. e. o. i.*

2) Vide Hortensium. OUDP.

3) La. *Romanorum.*

4) La. *cerdoribus*; correxi ex Bp., qui fere eadem habet; similia sunt in Lc.

5) An *hac de re?*

6) La. *illum sperni;* Bp., qui fere eadem monet, *spiritum — m. vim habere.* Similia leguntur in Lb.

7) Bp. addit *Inter Iovem et Venerem orta quaestione.*

8) *inter* etc. desunt in Voss.

9) An *occurrerunt?*

10) Vide omnino Strabon. IX. et ad eum Casaub. p. 180. Ed. Paris. OUDP.

73. Et dividitur in duos colles, in Cirrham et in Nisam, et in altero colitur Apollo, et in altero Bacchus, qui quadam lingua dicitur Bromius. Et per hoc, quod dicit istos ibi coli et ibi dedisse responsa Apollinem, [1]) ostendit quare huc magis venit Appius quam alio; nam maior fides habebatur his responsis quam aliis. [2]) La. *Bromio*) i. Baccho a *βρωμεῖν* i. comedo, [3]) quia in sacris omnia vorantur. Lb. Dictus Bromius a veste sacerdotis. Bp. *cui*) monti vel Baccho. Lp.

74. *Cui Bromio Thebanae Bacchae* etc.; ac si aperte dicat non mirum, si in hoc templo colitur uterque, cum habeant simul sacrificia [4]) instituta. *Trieterica* vocantur illa sacrificia, eo quod in tertio anno fiebant. [5]) La. *trieterica*) una sententia utrumque complexus est, i. Apollinis et Liberi sacra, quae simul celebrantur. Bc. *Trieterica* dicebantur festa Apollinis et Bacchi, quasi triennalia, eo quod tertio anno celebrabantur. Voss. *Bacchae* vocantur sacrificatrices Bacchi; *Thebanae*, quia ibi maxime colebantur. Apollo dicitur Delphicus a Delpho insula, ubi colitur. La.

75. Adhuc ostendit locum illum dignum esse, quod tantum numen dignatum est ibi dare responsa, ubi dicit *hoc cacumen emicuit fluctu mergente terras*, et *fuit discrimen* i. differentia etc.; [6]) ac si dicat inter pontum et astra nihil erat praeter *hoc cacumen*, et vix istud apparuit, nam uno cacumine latuit. La. *mergente*) cum diluvium fuit. Bc. Voss.

76. *Emicuit*) patuit. Lc. *discrimen*) hic enim medius fuit aquae et coelo, nam ista inter se mixta erant. [7]) Bc. Voss.

79. Quomodo ad [8]) hanc sedem venisset Apollo, ostendit, [9]) ubi dicit *ibi*, scilicet apud Parnassum, *Paean* interfecit *Pythona sagittis adhuc rudibus*; [10]) *Paean* dico, *ultor matris expulsae*, tunc *expulsae*, cum iam

1) La. *ab Apolline.*

2) Fere eadem Bp.

3) Lb. *comestio*; eandem derivationem habet Ioann. de Ianua.

4) Bp., in quo fere eadem, addit *Thebis.*

5) Similia leguntur in Bp. et Lb., sed in omnibus est *Triater.*; cf. Hygin. Fab. 131; Prob. ad Virg. Ge. III, 43; Lutat. ad Stat. Theb. II, 661. et VII, 93.

6) Similiter Bp.

7) Voss. *essent.*

8) Bp. *in.*

9) Bp. *docet ibi.*

10) Bp. *adh. novellis ultor.*

tempus pariendi venerat. LA. BP. Tangit illud quod, cum Latona debuit ad partum venire, immisit Iuno Pythona serpentem, qui insequeretur eam; quem ipse Apollo *explicuit* i. extra gyros duxit, statim ut natus fuit. [1]) LA. *Ultor*) Apollinem dicit vindicem matris Latonae. [2]) BC. VOSS. I. II. *expulsae*) i. fugatae [3]) a Pythone. Nam terris omnibus expulsa est, ut Servius [4]) dicit, donec ad Delon veniret; ibi Apollinem et Dianam peperit, qui natus statim matrem vindicavit, ideoque ait *cum premeret viscera partus explicuit Pythona*. BC. Natus Apollo statim ultus est matris iniuriam, occiso [5]) Pythone, qui eam insequebatur. BC. GUELF. Apollo Iovis et Latonae filius fuit. Iuno autem, quae omnes pellices odio habebat, matri illius Pythona [6]) serpentem misit, qui eam persequeretur. At illa fugiens ad Delon insulam pervenit et ibi peperit primo Dianam, quae mox, ut nata est, matri suae obstetrix fuit; deinde Apollinem, qui mox natus Pythona serpentem sagittis interfecit. Quod ideo fingitur, quia Diana ipsa est Luna, quae nocti praeest; nox vero diem praecedit. Apollo autem ipse est Sol, qui diem illustrat atque suo occasu terminat. Ipse etiam divinationis deus esse dicitur, quia sol omnia, quae in nocte obscura fiunt, suo lumine facit aperta. Re autem vera Apollo homo fuit quidam sapientissimus et clarissimus, unde et Apollo dictus est Sol. [7]) VOSS. I. II. [8])

80. *Pythona*) Graecus accusativus, i. serpentem. BC.

81. Tunc *explicuit* eum, cum *Themis* dea regnaret ibi. LA. BP. *Explicuit*) occidit. LB. extendit. LP. prostravit. BC. *Themis*) Dea est, [9]) quae tum ibi, nondum nato Apolline, mortalibus dabat responsa futura. BC. VOSS. Tripodes proprie mensae Apollinis; [10]) et quamvis tunc non essent, tamen dicit poeta, quantum ad hoc quod futurum erat, cum ibi dedit responsa per Apollinem. Per hoc quod dicit

1) Similiter Bp.
2) *Lat.* abest a Voss.
3) Bc. *fugata.*
4) ad Virg. Aen. III, 73.
5) Sunt verba Servii l. l.
6) Voss. I. *Pythium*, Voss. II. *Phitonem.*
7) Eadem fere legas in Servio ad Aen. III, 73. OUDP. Adde Lutat. ad Stat. Ach. II, 9. et Fulgent. Myth. I, 11, quocum consentit Schol. Germanici Prognost. p. 109. Buhl.
8) Schol. Lb. vide T. II. p. 506, sed in fine lege *Python eam.*
9) Voss. *nomen deae q. tunc n. — d. r. m.*
10) Eadem Bp. et Lb. addens ea, quae ap. Serv. ad Virg. Aen. III, 360. leguntur.

regna et *tripodas* notat, quod iidem [1]) erant sacerdotes et reges. LA.

82. Paeanes sunt proprie laudes Apollinis, factae propter Pythona, quem interfecit; et inde vocatur *Paean.* [2]) LA.

83. *Ut placuit* ibi dari responsa per terram, factus est ibi consacerdos, et aequipollenter hoc dicit *ut vidit Paean* etc. LA. *loquaces*) i. auras, responsa dantes. BC. *Ventos* vocat *loquaces* propter auguria, quae ibi dabantur. LA.

85. Quomodo *se condidit*, ostendit, *factus* scilicet *vates;* et nota, quod nec Apollo, nec Themis dederant responsa, sed divinus spiritus, [3]) scilicet pars Iovis, quae ibi erat, dabat ibi responsa per eos. LA. *vates*) ipse enim loquitur, non sacerdos. BC. VOSS.

86. Et quandoquidem Apollo dignatus est se condere ibi, patet ergo magnum numen ibi esse; et quid est illud? *Quis Superum latet* [4]) *hic*, et si quis, *quis* [5]) *deus coeli patitur terram?* etc. LA. *Quis*) Verba [6]) poetae admirantis. Dubitat poeta, [7]) quis deus ibi responsa ferat, utrum Apollo, sicut retulerat, [8]) an aliquod *numen pressum ab aethere.* BC. VOSS. Vel etiam pars spiritus cuncta regentis, de quo Virgilius: [9]) *Principio coelum ac terras camposque liquentes, lucentemque globum* [10]) *lunae Titaniaque astra, spiritus intus alit, totamque infusa per artus mens agitat molem, et magno se corpore miscet.* BC. *quod numen*) quantus deus. VOSS. *pressum*) quod non capiebatur in aethere. BC.

87. *habitare*) habito illam rem. Virgilius: [11]) *Habitare casas.* BC.

91. In hoc patiebatur tangi ab homine, quod intrabat sacerdotem, et per eum dicebat futura. LA. *Contactusque*) qui [12]) non dedignatur in aures hominis introire vel pectus, cum vatem aliquem [13]) numen impleverit. BC. LP. VOSS. *ferens*) sustinens. BC. *magnus* in dicendo, *potens* in perficiendo. LC.

92. In qua re erat *magnus*, ostendit, quia illa ca-

1) La. addit *qui;* eadem fere habet Bp.
2) Similia leguntur apud Ioann. de Ian.
3) Similiter Bp.
4) Eadem fere Bp.
5) Addidi *quis* de meo.
6) Voss. *Ἐκφώνησις p. a. sedem.*
7) Voss. *d. etiam q. d. hic r.*
8) *sic ret.* desunt in Voss., qui post *an aliud.*
9) Aen. VI, 724.
10) Bc. *lun. gl.*
11) Ecl. II, 29; Bc. *habita recusas.*
12) Lp. *i. e. quod n. indig.;* Voss. *q. n. indig.*
13) Abest a Voss. et Lp., qui et v. *numen* non habet.

nebat, quae nullus alius deus potuit canere; *potens* in hoc, quod duxit ad effectum, quod alii dii canebant; et aequipollenter *sive canit fatum* per se, *seu fit fatum*. LA.

93. Quare [1]) ego dico *quis deus coeli*, et *forsan* est *pars Iovis;* et hoc est quod dicit: forsitan *magna pars totius Iovis exit per Cirrhaea antra*, quae *pars inserta regendis terris* etc. LA. *fatum*) i. responsum mortalibus. BC. Sensus est: forsitan, inquit, ibi antrum terrae umbilicus est, eo quod inde aer exiens coelo connexas terras suspendit; et est ordo: *forsan per Cirrhaea antra* est *magna pars Iovis terris regendis inserta, quae orbem sustinet* et *libratum vacuo aere*. GUELF.

95. *Magnam partem* vocat divinam providentiam, [2]) quam assignat Iovi. BC. LP. VOSS. *totius Iovis* i. mundanae animae, [3]) totum mundum regnantis. BP.

96. Contrahitur *connexa aetherio Tonanti;* q. d. ab inferiori continuatur ad superius coelum. [4]) LA. *trahitur*) a terra, [5]) cum nexa sit Iovi, scilicet ipsa pars Iovis. VOSS.

97. Et quod sit verisimile partem Iovis esse, [6]) ostendit, ubi dicit *hoc numen ubi conceptum est* etc. In hoc, quod intrabat aliquam, [7]) feriebat *humanam animam*. LA.

99. Ita *solvit, ceu Siculus apex undat flammis urgentibus Aetnam*, ubi dicitur infernus spirare. LA. *Undat*) undare facit. BC.

100. Alia similitudo: et *ceu Typhoeus* fervens, qui in suo ipso calore calefecit *Campana saxa; Typhoeus* dico *conditus* in *aeterna mole Inarimes*. LA.

101. Inarime est mons Campaniae, sub quo iacet *Typhoeus* gigas. LA. *Inarimes*) Graecus Genitivus [8]) *Ἐναρίμης*; sic Virgilius: [9]) *Inarime Iovis imperiis imposta Typhoeo*. VOSS. Ut dicit Plinius in naturali historia, [10]) Inarime mons fuit, qui terrae motu de loco suo fusus factus est insula, quae postea *Iovis imperiis* [11]) *imposita* est *Typhoeo* giganti. LB.

102. Et hoc *numen*, quod supra dixi, *cunctis* se

1) La. *Quod.*
2) Lp. et Voss. *Insertam prov. dicit div.*
3) Eadem Lb.
4) Ita ex Bp., qui eadem fere habet; La. *hic.*
5) Ita Voss. l.; alius MS. *de coelo.*
6) *esse* addidi ex Bp., in quo similia sunt.
7) La. *aquam ferebat.*
8) Eadem Bc. MSS. *NOINAPMEO.*
9) Aen. IX, 716.
10) II, 88.
11) Cf. Virg. l. l.

praebet, et *nulli*, qui dicendus sit homo, se negat. Hic tangit Neronem, cui se negavit. LA.

103. Et quamvis sit *expositum cunctis*, tamen *vindicat se a labe* etc. LA. *furoris*) quia, cum omnibus respondeat, homicidis non respondet. Quod autem dicit *vindicat ab humana labe furoris*, ad illud retulit, quod homicidas constat furere. VOSS. II. quia non audit iniustas preces. VOSS. I. non vult exaudire mala precantis. BC.

104. *Vindicat*) separat. LC. *tacito susurro*) i. e. nil mali illic precari audent, quia deus in responso publicabat, unde [1]) consulebatur; unde bene dicit *susurro*, quia orantes non aperte orant, vel quia iniqua precaturus tacite susurrabat. VOSS. i. illic tantum futura audies, si non alicui [2]) preceris adversa. BC.

105. *fixa*) i. firma et stabilia. BC. [3])

106. Responsa Apollinis tam stabilia et vera erant, ut, postquam dixisset, mutari non possent. Alii autem dii decreta sua sacrificiis vel alio more placati mutabant. Iste autem tam fixa dabat responsa, ut nullus post eius responsionem, etiamsi laeva essent, bona optare auderet, quia mutari non poterant; unde dicit *m. o. v.* VOSS.

107. *Saepe dedit sedem* non audentibus stare in aliqua parte suae terrae, *ut* fecit *Tyriis*. Hic tangit de Didone, quae in Africam venit de Tyro insula, postquam maritus suus Sichaeus interfectus est a fratre Didonis, scilicet Pygmalione. [4]) LA. *sedem*) ut Cadmus [5]) accepit, iussus bovem sequi, ut, [6]) ubi consedisset, ibi civitatem conderet. [7]) B. LP. VOSS. *totas*) pro multas. BC. ex toto. LB.

108. Et *ille* idem deus *dedit impellere* et renovare *minas belli*, ut adhuc testantur habitatores Salaminiaci maris. Themistus fuit rex Thebanorum [8]) devictus multoties a Lacedaemoniis; tandem responsum est ei, ut, si ligneis equis pugnaret, devinceret eos. Et prius dubitans, tandem fecit naves, et devicit eos navali

1) An *quod?*
2) Bc. *non al. si.*
3) Schol. La. vide T. II. p. 417.
4) Similia in Bp. et Lc.
5) Lp. addit *veniens de Tyro.*
6) Correxi *et* ope Lp., in quo *acc. responsum erat ut sequeretur bovem et.*
7) Bc. *condidisset;* Voss. addit *vel melius, ut dedit Didoni, quae de Tyro fuit.*
8) La. *Trieb. d. est m.*, correxi ope Bp, qui eadem fere habet, una cum Lc. et Bc. ab al. manu; omnes confundunt *Themistum* s. *Themistium* vel *Telamonem* (ita Lc.) cum Themistocle.

bello. LA. *Tyriis*) i. Salaminensibus, [1]) qui Tyriis vicini sunt. *Dedit* autem Atheniensibus *impellere Tyriis minas belli* [2]) inferre. *(et m. al.)* Sichaeus maritus erat Didonis, quem frater eius Pygmalion ob rapiendum ab eo thesaurum occidit. Dido vero, uxor eius, ad Iarbam regem Libyae [3]) se transtulit, petens ab eo, ut tantum terrae sibi daret, quantum bovina cute circumdari posset. Qui dum concessisset, haec [4]) minutissimis corrigiis magnam partem illius terrae circumdedit; ubi condens Carthaginem regnavit; et hoc est quod dicit *ut Tyriis*. BC.

109. *Salaminiacum* vocatur a Salamina civitate. LA. Ordo est: *ut meminit mare Salaminiacum.* [5]) Hic enim Themistocli, [6]) Atheniensium duci, respondit, ut navali bello potius dimicaret, victoriam ibidem consecuturus; [7]) ait autem sibi [8]) muros ligneos necessarios esse, [9]) i. naves; tunc apud Salamina pugnavit. [10]) BC. LP. VOSS.

110. Et idem *sustulit iras sterilis telluris.* Tangit de Palinuro, qui naufragus, postquam ad ripas venit, submersus est a pastoribus regionis illius, et pro hoc peccato passi sunt magnam famem. [11]) Tandem responsum est, ut facerent cenotaphium, quo pacto cessavit fames. LA. Quod evenit Calabris, qui inventum Palinurum naufragum proiecerunt in mare; et Apollo consultus iussit placari manes Palinuri. VC. *fine*) i. medicina contra sterilitatem. LB. nam in fame remedium concessit oraculum, ostenso spatio temporis. BC.

111. Qui etiam deus *resolvit tabificum aera monstrato fine.* Tangit hoc, quod Icarus, sacerdos Bacchi, convocavit [12]) rusticanos, ut doceret eos culturam

1) Forma nova, quam et Ioann. de Ianua habet.

2) Poetae verba male coniunxit Scholiasta; praeterea excidisse videtur *i.*

3) Bc. *Lydiae.*

4) Bc. *h. autem m. c. scindens et m. p.;* fortasse exciderunt nonnulla.

5) Lp. et Voss. pro his *ipsos Salaminienses* (Lp. *Salaminens.*) *dicit;* addit Lp. *quibus Tyros iuncta est, iussos eos minas b. impl. quod factum mem.* etc.; cf. supra vs. 108.

6) Bc. *Themisto.*

7) Bc. *consecutus;* Lp. *acceпturus;* Voss. *recept.*

8) Bc. et Lp. *sic;* Voss. I. *cito equos l.,* quae correxi.

9) *esse* deest in Bc. et Lp.

10) *pugn.* non habet Bc.

11) La. *fidem;* Bp., qui fere eadem habet, *famem;* similia leguntur de Palinuro in Lc. et Bc. (a man. al.) et Schol. Ovid. ad Ibin 595, quibuscum cf. Gell. N. A. X, 16.

12) La. *et vocavit Tullanos;* in Bp., qui fere eadem habet, *convoc. rusticos.*

vineae. Qui cum inebriati essent, credentes accepisse sese [1]) venenum, interfecerunt eum, et proiecerunt corpus eius in puteum; tamen filia invenit eum, monstrante canicula, quae tunc cum illo erat, cum fuit interfectus. Et ex illo peccato contigit magna corruptio aeris; et responsum fuit eis, ut ubique quaererent eum compositis funibus. Posuerunt filias in ipso aere, et cadentes multae sunt interfectae. Tandem fecerunt oscilla, scilicet imagines de panniculis, et citabant ea in ipso aere, et tandem cessavit pestis. LA. Hic tangit fabulam Icari, qui occisus est a rusticis, ubi dii placati sunt filiabus et oscillis tocchen. [2]) BC. *(man. al.)* Phoebus concubuit cum filia Crotopi, quapropter ille eam interfecit. Phoebus vero immisit monstrum, quod male interficiebat parvos; illud vero interfecit Coroebus [3]) cum aliis iuvenibus, unde Phoebus corrupit aera. Et auditum est a Phoebo, quod corruptio non cessaret, nisi ille interficeretur. Coroebus obtulit se morti pro omnibus; Phoebus videns hanc eius clementiam et virtutem, fecit cessare corruptionem. LC. *Aera*) luem, pestilentiam. BC.

112. Ex supra dicto patet, quod in nostro tempore non fuit inter nos maior potestas, quam illa fuit, qua tamen diu caruimus; et hoc aequipollenter *non ullo secula dono* etc. LA.

113. *Siluit postquam reges timuere futura, et* ideo *vetuere superos loqui* ibi. Utrumque possumus intelligere hic et Neronem et Pyrrhum Epirotarum regem. LA. Hic notat Neronem. Qui cum consuluisset Apollinem, respondit non debere matricidam futura scire. Unde timens Nero, ne futura scelera sua publicaret, sacrificavit ei asinum ac postea vetuit, ne postmodum ei sacrificaretur. Taliter dicitur conticuisse Phoebi oraculum. LB. Hic Nero tangitur, qui cum consuluisset oraculum, respondit [4]) numen: *Parricidis non respondeo.* Nero enim matrem suam occiderat. BC. LP. VOSS. Hoc confusus dicto oraculum [5]) consuli

1) La. *esse;* Bp. *se v. a.* Icari fabulam narrant Serv. ad Virg. Ge. II, 389; Prob. ad Virg. Ge. II, 385; Schol. ad Ovid. Ibin 613; Lutat. ad Stat. Theb. IV, 655; Schol. ad German. Phaen. 332; Hygin. Fab. 130. et Astron. 1, 4.

2) Ita et Gloss. Priscian p. 300. Lindem.; cf. Wachter Glossar. p. 294.

3) Lc. *Coretus*, ut postea, sed vide, qui eandem referunt fabulam, Schol. Ovid. ad Ibin 577. et Lutat. ad Stat. Theb. I, 570; II, 221; VI, 286, quibus adde quae Barth. loco priore laudat.

4) Voss. addit *hoc.*

5) Voss. addit *claudi iussit et*

vetuit, ne quis imperatorum [1]) inquireret fatum, et hinc insidiaretur sibi. LP. VOSS. Respondit praeterea Neronem a populo interficiendum, ideoque vetuit Nero obseratis portis templi, ne quis oraculum illud consuleret, ne populus a numine occasionem interficiendi se sumeret. BC. *siluit*) quia rex Epirotarum destruxit oracula Apollinis. [2]) BC. *(man. al.)*

114. *Superos*) deos; i. Apollinem vetuerunt loqui. VOSS.

115. *Vetuerunt*, quod tamen non displicet Cyrrhaeis vatibus; et non displicet hoc, quod non *fruuntur iustitio templi* i. communi luctu. [3]) *Cyrrhaeae* vocantur a Cyrrha monte, ubi ille spiritus dabat responsa. LA.

116. *Iustitio*) i. taciturnitate. LB. LC. ex luctu; exponit quod dixit; *(et m. al.)* iustitium dicitur quasi iuris statium vel tacitum ius. [4]) BC.

117. Ideo non dolent de negato numine, quia hoc *pretium* habebant, ut vel summa *poena* daretur eis, vel *mors*, quod gravius est; et hoc aequipollenter *nam si deus venit sub* aliqua *pectora, pretium recepti numinis est* istud, *aut poena* tantum, *aut mors immatura.* [5]) Vel aliter *mors immatura aut est* [6]) *poena recepti numinis*, scilicet quod nihil per eam dicit, sed [7]) lacerat eam; *aut est pretium*, scilicet etsi [8]) interficiat eam, facit tamen immortalem, quia prius per eam nuntiat futura. Ideo *immatura mors*, quia ipsa est fragilis, et *pulsus deorum concutiunt* illas *animas fragiles*. B. LA. Sensus hic est: ex quo non consuluntur Delphica [9]) oracula; si aliquis deum coeperit pati, aut moritur, aut [10]) poenam dat *numinis recepti*, aut propterea [11]) moritur, ut, quia deum sentire [12]) meruit, hoc morte emerit. Alii sic intelligunt: quodsi quid [13]) adversi vates denuntiaverint, occiduntur. [14]) Ergo haec ipsa [15]) mors aut poenas dat, [16]) aut pretium divinitatis, quod solus futura [17]) cognovit; et idcirco moriatur, divi-

1) Voss. *ne q. f. i. et ei ins.*
2) Cf. supra ad vs. 70.
3) Eadem fere Bp.
4) Cf. supra ad II, 18.
5) Similiter Bp.
6) Incipit ab h. v. in folio novo prior man. Cod. B. cum La. consentiens.
7) La. addit *tantum.*
8) Codd. *si.*
9) Voss. add. *Apollinis.*
10) Correxi *aut p. dat;* in Lp. erat *det* prius scriptum.
11) Voss. I. *pretio;* Voss. II. *propitio.*
12) Voss. *sent. d.*
13) Voss. II. *quidam v. adversa;* Lp. *denuntiaverunt.*
14) Correxi *occidantur.*
15) Lp. *celera.*
16) Voss. *poenam;* Lp. *dedit.*
17) Voss. addunt *divinavit et.*

nam invicem scientiam consecutus. Sed [1]) videtur pretium pro poena positum. [2]) Lp. Voss. I. II. Ordo est: [3]) *immatura mors numinis recepti, aut poena est, aut pretium;* [4]) *pretium*, quia interdum sic implentur, ut exanimentur. Nam hoc exponit [5]) *quippe stimulo fluctuque furoris compages humana labat.* Bc. Lp. *Poena* [6]) autem, si sic impletur deo, [7]) ut moriatur, et [8]) nemo assequi possit futura; *pretium*, [9]) si moriturus dat tamen praesentibus fida responsa. Bc. Voss. I. II. *Aut est poena mors recepti numinis* i. statim moritur, aut vivit, et tantum sibi valet vita, quam mors, i. mallet mori quam vivere. Vel ita: *aut est mors p. r. n. i.* suam praesumtionem luit et moritur; *aut est pretium* i. pro iustitia sua hoc meretur, ut humanitas pellatur et divinitas succedat. Lb. *immatura*) accelerata. Bc. non tempestiva. Lb.

118. *furoris*) Mantice in duo divisa est, i. e. in artem et furorem. Voss.

120. *Concutiunt*) dicit causam, cur moriuntur. Bc. Lp. Voss.

121. *Immotos*) inconsultos. Bc. *tripodas*) mensas Apollinis; tripus dicitur a tribus pedibus, sive quia in tribus omnis divinatio consistit, in futuris, praesentibus, praeteritis. [10]) Lc.

122. Et quamvis ita essent clausa, tamen *Appius sollicitat;* et hoc est quod dicit *Appius scrutator Hesperii fati* [11]) *ad ultima,* [12]) i. volens scire finem [13]) *sollicitat tripodas longo tempore sic immotos* ut dixi etc. B. La. *ultima*) i. ad integrum. Ld. versus fines. Vc.

123. Et more priore *sollicitat;* et hoc aequipollenter *antistes, iussus* ab Appio aperire fores, *corripuit Phoemonoen vagam errore* et *vacantem* a *curis.* B. La. *Antistes*) quod ante numen stat. [14]) Voss.

125. *Castalios c. l.* fontem illum dicit, de quo di-

1) Voss. addunt *mihi.*

2) Voss. *pro stultitia ferre;* Lp. addit corrupte *erenī pretium postulat iam sero.*

3) Lp. *O. m. i. n. recepta.*

4) Lp. *aut pr. et p. m. i. a. pretium int. enim s.*

5) Lp. *exposuit.*

6) Voss. *Vel p. es s. s. inpletus.*

7) Voss. II. *accepto numine.*

8) Voss. *ut n. a. f. cognoscat.*

9) Voss. *pr. autem si morituras;* Bc. *etsi morituris.*

10) Similia sunt apud Fulgent. Myth. I, 16; Lutat. ad Stat. Theb. I, 509. et Mart. Cap. IX. p. 303.

11) B. *finis Hesp.*

12) Ita Bp., qui similia habet; sed B. et La. *summa.*

13) B. addit *et h. e. q. d.*

14) Similiter Lc.

vinus spiritus concipiebatur, ut [1]) Virgilius: [2]) *Qua nulla priorum molli devertitur orbita clivo.* LP. VOSS.

126. *Vagam* dico *circum Castalios* etc. Per hoc notat, eam purum vas esse. Phoemonoe est nomen puellae. Castalia est fons ad pedem montis. B. LA. *Phoemonoen*) nomen Phoebadis. BC. a monendo et Phoebo compositum. LB.

128. *metuens*) post multos scilicet [3]) annos oracula ista repetuntur, et ideo metuit, ne et ipsa moriatur. [4]) BC. LP. VOSS. *Phoebas* vocatur illa eo, quod in templo, quod Phoebo consecratum fuit, quaerebat responsa. B. LA. *Phoebas*) nomen virginis a deo. VOSS. i. Phoebo consecrata. LB.

129. Et hoc modo voluit *absterrere* eum ab *ardore noscendi futura:* o *Romane, improba spes veri* cur *trahit te?* B. LA. *ardore*) ne ardeat ad futura [5]) noscenda. BC. VOSS.

130. *Cassa*) non enim Appius terretur hac voce. [6]) BC. VOSS. *improba*) aliena moribus eius. BARTH. [7])

132. *Conticuit*, vel hac de causa, quia alio se transtulit; seu hac de causa, quod clausa sunt foramina, unde olim ille spiritus ascendit; et [8]) hoc est quod dicit *seu cineres abiere in immensas cavernas*, tunc *abiere, cum Python arsit* a *barbarica lampade.* B. LA. Quatuor causas posuit, quare [9]) Apollo tacere videatur, quod aut casu [10]) factum est, ut [11]) terris infusum numen abscederet; aut templi incendio clausa [12]) caverna sit, qua loquebatur oraculum, nam hoc [13]) Brennus incendit; vel quia [14]) sufficiant Romanis ad scientiam futurorum, [15]) quae Sibylla dixit; [16]) vel quod nunc tam scelerati sunt homines, ut nihil [17]) a diis mereantur audire. [18]) BC. LP. VOSS.

133. *Destituit*) dereliquit [19]) *fauces*, scilicet templi. BC. laxat. LP.

1) *ut* etc. absunt a Voss.
2) Ge. III, 293; sed male Lp. *quia.*
3) Lp. et Voss. *enim.*
4) Lp. et Voss. addunt *ut supra: Numinis aut p.* etc.
5) Bc. *fut. ad.*
6) Voss. *n. e. amplius h. v. t.*
7) ad Briton. III, 479.
8) *et* ex La.
9) Voss. l. *quare A. sileat; quare* et in Voss. II. et Guelf.; sed Bc. et Lp. *quibus.*
10) Lp. *a. hac causa f. e. quod.*
11) Bc. *per terr.*
12) Lp. et Bc. *clausas cavernas q.*
13) *n. Brennius* sine *hoc.*
14) Lp. *v. quod potest sufficere;* Voss. *v. quod possint suff.;* Bc. *sufficiat.*
15) Bc. *ad sufficientia futura;* Guelf. *ad scienda futura.*
16) Lp. et Voss. *praedixit.*
17) Voss. *nil.*
18) Voss. add. *vel audeant quidquam quaerere.*
19) Idem Lc.

134. Tangit illud, quod Pyrrhus, rex Epirotarum, combussit illud templum odio Romanorum. Apollo cooperuit corio illius serpentis, [1]) quem ibi interfecit, tripodas; [2]) et ideo ponit Pythona pro toto illo templo. [3]) B. La. *barbarica*) i. Brenni. Ordo est: *seu cum a. P. l. barb.* Lp. Quando Brennus ipsum templum Apollinis spoliavit et incendit. Vc. *Python* templum Phoebi hic dicitur, quod pater Coronidis [4]) combusserat. Lb. Rex Epirotarum exussit antrum hoc. Bc. *(man. al.)*

136. Et illi *cineres tenuere viam Phoebi* i. clauserunt illam viam, per quam olim spiritus ille ascendit ad Phoebum. B. La. *tenuere*) obstruxere. Lc. obtinuere. Bc. *viam*) i. exitum; qua egreditur oraculum. [5]) Bc. Voss. i. cinere clausae sunt cavernae. Solent enim meatus terrae ignis vapore claudi; sicuti [6]) Hercules incendio clausit meatus terrae. Bc.

137. Tertiam ponit causam, ubi dicit *seu sponte deorum* etc. B. La. *sat*) vobis noscere. Vc. sufficiet. Ordo est: *satis est futuri fati* [7]) *arcana carmina longaevae Sibyllae commissa vobis.* Bc. i. e. sufficit esse commissa. Voss.

138. Et praeterea est aliud: sufficiant vobis illa, [8]) quae Sibylla dixit vobis; et hoc est quod dicit *et sat est* ad cognoscenda *arcana futuri fati;* istud scilicet est satis, *carmina longaevae Sibyllae commissa vobis.* B. La. *Sibyllae*) Apollo Sibyllam pio amore diligens, ei obtulit poscendi quid vellet arbitrium. Illa hausta arena manibus tam longam vitam poposcit; cui id fieri posse respondit, si Erythraeam insulam, quam habitabat, relinquens non amplius videret. Profecta igitur venit Cumas in Italiam, ibique defecta corporis viribus vitam in sola voce retinuit. Quod cives eius audientes, sive invidia, sive miseratione moti, epistolam in creta scriptam miserunt; qua visa, quia erat de eius insula, in mortem soluta est. Unde nonnulli hanc esse dicunt, quae Romana fata conscripsit, eo

1) Cf. Serv. ad Virg. Aen. III, 92; VI, 347. et infra ad vs. 152.

2) Codd. addunt *Apollinis.*

3) La. *t. templ. ipso.*

4) *Phlegyas;* cf. Serv. ad Virg. Aen. VI, 618. et Lutat. ad Stat. Theb. 1, 713.

5) Voss. *q. egrediebatur o.,* reliquis omissis.

6) Guelf. *sic H. cl. i. t. m. evomentes aquas.*

7) Bc. interposita habet *subintelligitur quae res,* quae fortasse post v. *arcana* collocanda sunt.

8) La. *ea.*

quod, incenso Apollinis templo, inde Romam allati sunt libri, unde haec fuerat. [1]) LB.

139. Aliam causam ponit: seu ideo conticuit, quia nunc non sunt tales, qui sint digni, quorum *ora solvat*, i. ut in eos intret. Per hoc quod dicit *arcere nocentes* a *templis*, notat Neronem, quem ipse coercuit a templo. B. LA. *nocentes*) ante dixerat [2]) Neroni: *ego parricidis non respondebo*. BC. LP.

140. *non invenit*) nullus enim nostrum innocens est. BC.

141. Et *metus*, quem illa habuit, *fecit* esse *fidem* Appio de *numinibus negatis*; q. d. quod vidit [3]) eam timere, scivit numina nondum intrasse in eam; nam si intrassent, non esset sui sensus. B. LA. Sensus hic est: [4]) quoniam trepida et timens [5]) haec dicebat, prodidit [6]) se esse mentitam; nam figmento suo fidem faceret, si hoc secura dixisset. *Fecit* ergo *fidem* illic [7]) esse numina, quae negabat, [8]) loquentis virginis timor. BC. LP. VOSS. *priores*) i. a prima parte capitis fluentes. BC. i. crines, qui dependebant ut comae, modo strinxit. LB.

143. Et ista etiam fuerunt ei signa, nondum accessisse ad tripodas, quod *vitta* adhuc stringebat *comas*, et quod *infula complectitur* etc. B. LA.

144. *Phocaica lauro*. Daphne, quam amavit Apollo, effugit [9]) huc et immutata est in laurum apud Phocim civitatem; qua coronantur poetae. B. LA. *Phocaica*) Graeca derivatio; [10]) ubi hoc agitur. BC. *Infula* fascia est in modum diadematis, a qua vittae ab utraque parte dependent, quae plerumque lata est, plerumque tortilis. [11]) LB.

145. Et quia cognovit eam ficte loqui, ideo *sacerdos* ille, qui prius constrinxerat [12]) eam intrare, iterum *impulit* illam *haerentem* etc. B. LA. *premens*) cogens. LC.

1) Eadem habet Serv. ad Virg. Aen. VI, 321; adde de ultimis verbis Eund. ad VI, 36. et Isidor. Orig. VIII, 8.

2) Lp. *d. enim N. — respondeo.*

3) B. *videt.*

4) *S. h. est* absunt a Voss.

5) Lp. *prudens hoc*; Voss. *prud. haec.*

6) Lp. *pr. e. ment.*; Voss. *prodit se m.* Similiter Lb. et Lc.

7) Lp. et Voss. *ess. ill.*

8) Lp. *quod n.*; Voss. *l. v. q. hoc n. t.*

9) La. *conf. — mutata.*

10) Deesse videtur *terrae* s. *regionis.*

11) Eadem fere habet Isidor. Orig. XIX, 30, quae repetit Ioann. de Ianua et ex parte Papias.

12) i. coegerat; cf. Adelung. Glossar. T. II. p. 676.

147. *Fatidicum penetrale* vocat [1]) tripodas, ubi concipiebat deum. B. La.

148. Hinc patuerunt [2]) *verba* illius *ficta* esse, quia non est *testata mentem instinctam* [3]) *sacro furore*, cum *nullo* [4]) *murmure confusae vocis*. B. La. *Instinctam*) i. non accensam. Bc.

151. Ipsa volebat solum ducem [5]) decipere, sed tamen magis laedebat deum in eo, quod non ulterius petentur ibi responsa. B. La. *Haud aeque*) i. non tantum [6]) laedebat Appium, cui falsa dicebat, quantum Apollinem, quem se [7]) habere simulabat. Bc. Lp. Voss.

152. *tripodas*) Tripus [8]) est mensa Apollinis a tribus pedibus, quae et cortina dicitur. Haec corio Pythii serpentis tecta erat, [9]) quem Apollo interfecit, unde et *Pythius* dictus est. Dicitur autem *cortina*, vel [10]) quia cor vatis tenebat, [11]) ne omnia diceret, quae audiebat vel videbat; vel *cortina* dicitur quasi *certina*, quia certa responsa inde dabantur; vel a Graeca etymologia cortina dicitur *ἀπὸ τοῦ χόρην* [12]) *ἐντείνειν* i. e. a puellae extensione. Nam vates Apollinis afflata numine extendebat se, ut maior esse videretur; unde Virgilius: [13]) *Maiorque videri.* [14]) Voss. II. *Fidem Phoebi* i. fidem illam, quam per Phoebum exercuit ibi illa divina potestas. B. La.

153. Adhuc alia ad haec signa, quod nondum accessisset ad tripodas. *Verba non* sunt *rupta trementi sono, nec vox* illa, quam emittebat, erat *sufficiens complere spatium capacis antri*. B. La. *complere*) Ut Virgilius: [15]) *Ostia centum; unde ruunt totidem voces responsa Sibyllae*. Voss.

155. *Excussae*) commotae. Lc. *excussaeque laurus;* supra [16]) enim dixerat *crinesque in terga solutos candida Phocaica complectitur infula lauro*. Lp.

1) La. addit *ipsos*.
2) La. *pot. ei.*
3) B. *instictam;* La. *intinct.*
4) Codd. *ullo.*
5) *duc.* abest a La., qui post v. *deum* addit *quam ducem.*
6) Eadem Lb. et Lc.
7) Lp. et Voss. *cuius se numen h. s.*
8) MS. *tripos.*
9) Cf. supra ad vs. 134.
10) Correxi *et.*
11) Ioann. de Ianua, qui fere eadem habet, *vel cortina quasi cordicina, quia ibi hominum tenebantur corda.* Eodem modo vocem a *corde* derivat Terent. Varro L. L. VII (al. VI), 3, 91.
12) Correxi *χόρης.*
13) Aen. VI, 49.
14) Eadem iisdem fere verbis Servius refert, partim ad Aen. III, 92, partim ad VI, 347. Oudp.
15) Aen. VI, 43.
16) vs. 143.

156. Et per haec omnia prodiderat *se veritam* fuisse *Phoebo credere;* [1]) q. d. ostendit se timuisse accedere ad tripodas. B. La. *Securum*) immotum. Lc. *veritam*) Hae [2]) omnes res, quae non fiebant, prodiderant virginem, quod verita esset [3]) se committere [4]) Apollini. Bc. Lp. Voss.

158. Et cum fingas deos loqui, cum non loquantur, persolves et mihi et Superis *poenas, nisi desinas loqui ipsa,* i. ita ut non sint verba tua; [5]) tu, dico, *consulta de tanto tumultu* etc. B. La. *Desinis*) scilicet et nisi. Bc. *loqui*) scilicet citius [6]) quam dignis exitiis te reddo; minatur ei mortem. Bc. Bene enim dicit [7]) *ipsa;* numen enim [8]) vult audire, non virginem. Bc. Lp. Voss. *conterrita*) quasi [9]) coeperit Appium plus timere quam Apollinem. Voss.

162. Et *abducta* tamen [10]) *haesit* in *vastis cavernis,* et recepit *numen* in *pectore* diu *insueto.* B. La. *abducta*) ab Appio. Vc. *adducta*) a divino spiritu rapta. Bc.

163. *insueto*) quia diu Apollo tacuerat. Bc. Voss.

164. *Quod* numen *spiritus exhaustae rupis,* i. Parnassi, in quo diu erat, quod non fuerunt data responsa, ille talis spiritus *non ingessit* se *vati per tot secula* [11]) *exhaustae rupis;* vel possumus dicere *per tot secula,* et ideo gravior; vel *rupis exhaustae per tot secula.* B. La. *exhaustae*) i. vacuatae [12]) a responsis scilicet frequentibus. Bc. Lp.

165. *ingessit*) immisit. Lp. Lc. *potitus*) diu enim hoc [13]) oraculum tacuit, et nunc totius futuri silentium [14]) iuge in huius virginis pectus intraverat; unde [15]) illi gravius erat. Bc. Lp.

167. *Paean* i. [16]) spiritus, qui per Apollinem olim dedit responsa, non magis *irrupit* artus illius *Phoebados* etc. B. La. *irrupit*) intravit. Lb.

168. *hominem*) feminam; [17]) i. humanam rationem. Tanta insania dicitur mentem vatis corripere, ut homo non iam in eius voce, sed deus sonet, et vera

1) *cred.* abest a B.
2) Lp. *i. e. haec;* Voss. *hoc est o.*
3) Voss. I. *ausa non ess.;* Voss. II. *erat.*
4) Voss. et Lp. *Ap. com.*
5) Similiter Lc.
6) Bc. *dig. ex. q. cit.*
7) *en. dic.* desunt in Lp. et Voss.
8) Lp. et Voss. addunt *loquens.*
9) Voss. II. *tamquam.*
10) La. *inde.*
11) La. *s. et ideo gr. v. p. d. p. t. s. e. r. p. t. s.*
12) Lp. *v. r. fr. sc.*
13) Lp. *or. hoc.*
14) Lp. *t. s. fut.*
15) *unde* etc. absunt a Lp.
16) La. *est.*
17) Vid. supra ad I, 562.

obscuris involvat; unde Maro: [1]) *Obscuris vera involvens ea frena furenti concutit, et stimulos sub pectore vertit Apollo.* VOSS.

169. *aliena*) a numine perfusa. BC.

170. Ibi erant vittae ipsius [2]) Apollinis et serta, quibus olim usus est; quae istae [3]) accipiebant, antequam ad tripodas accederent. B. LA. *discussa*) Figurata locutio; i. habens discussas vittas. BC.

172. *Ancipiti*) instabili. BC. *vaganti*) h. e. dum discurrit, [4]) deiicit tripodas, [5]) quae vaganti [6]) sibi obstare videntur. BC. LP. VOSS.

174. *Iratum te* fert, quia non *uteris* tantum *verbere et stimulis*, sed etiam *mergis flammas in viscera.* B. LA. *Iratum*) supra enim plenam se Phoebo [7]) simulabat. BC. LP. VOSS.

175. *mergis*) q. d. non tantum eam extra urgebat, sed etiam intus flammas furoris immittendo. LC.

176. Ideo *accipit frenos*, ut non liceat *tantum* dicere, *quantum* vidit [8]); nam vidit a principio mundi usque ad finem. B. LA. *frenos*) i. moderamen, ne loqui valeat, quae cognoscit. BC.

177. *licet*) plus novit, quam Appio dicat. [9]) BC. VOSS. *aetas*) omnem mundum collectum conspexit et omne tempus, praeteritum, praesens et futurum. [10]) VOSS. Praeterita, praesens et futura; et hoc non est verum, nisi in solo deo; diabolus autem scit solum quaedam futura. VC.

178. *Congeriem*) coacervationem. BC. *secula*) quibus oracula Nerone iubente tacuerunt. BC.

179. *Tanta*) admirando. BC.

180. *Nititur*) i. erumpere volebat ad notitiam hominum quidquid futurum erat; sed Apollo prohibebat. BC. Hoc conatur ut omne futurum publicetur. BC. LP. *Fata* petebant *vocem* in hoc, quod volebant ut exprimeret ea. B. LA.

1) Aen. VI, 100.

2) B. *illius.*

3) La. addit *nunc*, fort. pro *tunc.*

4) *h. e. d. disc.* absunt a Bc.; correxi *deiecit.*

5) A nominativo *tripoda*, quam formam Gesner. in Thesauro et Adelung. Glossar. T. VI. p. 652. habent; discrimen statuit Ioann. de Ian. secundum Remigium, ut *tripos*, lauri species, sit generis feminini; quocum cf. Lutat. ad Stat. Theb. I, 509. Donatus vero ad Virg. Aen. III, 360. et *tripodam* explicat Apollinis cortinam.

6) Voss. *s. v. i. bacchanti virgini videbantur ob.*; Lp. *q. v. virg. videb. ob.*

7) Lp. *se Ph. pl.*

8) Similiter Lc.

9) Lp. et Voss. *pl. enim vidit* (V. *nov.*) *q. expetit Appius* (V. *Ap. exp.*) *ut loquatur.*

10) Similiter Lb. et Lc.

182. *non deerat*) omnia [1]) haec vates poterat ostendere, [2]) cum fureret. Bc. Lp. Cognitio rerum ab initio seculi usque ad finem etc. non deerat scientiae eius. Voss.

183. Ita videbat ista omnia, sicuti Sibylla; et sicut illa *manu* propria *excerpsit* tantummodo *Romana, sic* et ista [3]) *diu quaerens* Appium *inter tam magna fata, vix invenit te,* o *Appi.* B. La. Sensus est hic: [4]) sic Sibylla, cum aegre ferret se furere, ut omnibus futura praediceret, de tot fatorum diversitate et multitudine superba manu excerpsit *fata Romana,* i. libros Sibyllinos scripsit [5]) ad solos Romanos pertinentes. Bc. Lp. Voss. *Euboico*) Euboea est insula, cuius civitas est Chalcis; de qua venerunt illi, qui Cumas condiderunt, [6]) quam Cumas appellaverunt vel *ἀπὸ τῶν* [7]) *κυμάτων* i. e. ab undis, quia est super litus maris; vel a muliere praegnante ibi reperta, quae Graece *ἔγκυος* dicitur; nam *κύειν* dicunt Graeci eniti. [8]) Voss. II.

185. *strage*) multitudine vel confusione. Bc.

187. *te consultor*) dum [9]) tua fata disquirit, i. dum te vix invenit, Appi, qui consulis deum, opertum [10]) tellure Castalia. Bc. Lp. Voss.

189. *Inter fata*) sive omnium, sive Romana. Bc. Lp. Voss.

191. *anhelo*) fatidico vel fatigabundo. Lc.

193. *domita*) lassata. Bc. ut Virgilius: [11]) *Tanto magis ille fatigat os rabidum, fera corda domans.* Voss.

194. Haec est prophetia: o *Romane,* tu *expers tanti discriminis,* i. non in aliqua parte huius separationis, fugis *tantas minas bellorum.* B. La.

195. *quietem*) obscure mortem ei [12]) denuntiat; nam in Euboea iste [13]) mortuus est, i. in civitate Chalcide, quae est iuxta Euripum. [14]) Bc. Lp. Voss.

1) Lp., qui ea cum prioribus *Hoc conatur* etc. coniungit, *quia omn.*

2) Bc. pro his *v. non erat; respondit,* reliquis omissis.

3) B. *et ista sic.*

4) Lp. et Voss. *hic est.*

5) *scrip.* deest in Voss., cuius loco Lp. *excerpsit.*

6) Similiter Lb.

7) Ita scripsi pro *a potu;* i. *ἀπὸ τοῦ,* quod Oudp. male intellexit.

8) Haec rursus eisdem fere verbis habet Serv. ad Aen. I, 342 [338]; III, 441; VI, 2. Oudp. adde IX, 710, unde sua hausisse videtur Papias.

9) Voss. *i. e. d. t. f. disq. dum;* ita et Lp. omissis *dum te.*

10) Voss. addit *i. secretum, absconditum.*

11) Aen. VI, 79.

12) *ei* deest in Voss.

13) Voss. *ista periit;* Lp. *iste periturus est.*

14) Voss. *Caristum;* Lp. *Eurictum.*

196. Et hoc modo effugies, *solus tenebis quietem* etc. Euboea est regio prope Parnassum, ubi Appius intellexit se regnaturum. B. La. Appius in convalle Euboicae regionis, cum regnum sibi parari [1]) praesumeret, interfectus est, et ibidem sepultus. Lb.

197. *obstruxit*) clausit. Lb.

198. Nunc quaerit poeta quasi conquerendo, quare *suppressit cetera.* [2]) Ideo, dicit, *Apollo obstruxit fauces*, quia non habet nomen proprium, quo designet illum spiritum; et [3]) per eum maxime olim [4]) sunt data ibi responsa. *Suppressit*, et cur est hoc factum? et hoc est quod dicit: o *tripodes custodes fatorum*, et o *arcana mundi*, et o *tu, Paean*, non *celate a Superis* nllius [5]) *futuri*, et hoc per aliquem *diem*, q. d. cui Superi [6]) aliquo tempore non celaverunt futura. B. La.

200. *celate*) tu, *celate*, [7]) quem *nullum diem* dii celaverunt. [8]) Bc. Lp. Voss. Adverte, quod illud participium *celate* regit accusativum post se, i. e. quem nihil dii latere voluerunt. Vc.

201. *Cur* timetis *aperire suprema ruentis imperii* etc.? an ideo facitis, quod nondum sit dispositum a diis et *fata adhuc tenentur* i. retardantur *astris adhuc dubitantibus?* Tangit hoc quod in constellatione cuiusque dignoscitur, quando debeat mori. B. La.

203. *an nondum*) i. an adhuc non constituerunt dii, [9]) ut haec Roma patiatur, et ideo ista non nosti? an [10]) ideo *times* tu *aperire*, quia *nondum numina decrevere?* Bc. Voss.

204. *astris*) Secundum mathematicos dicit, [11]) qui volunt fata hominum in sideribus esse constituta. Bc. Voss.

205. *tenentur*) i. incerta sunt atque suspensa. Bc. Voss. i. fataliter disponebantur. Lb.

206. *An* fortasse ideo *taces facinus vindicis gladii, ut fortuna* melius *peragat.* Vindicem gladium vocat gladium Bruti, qui post interfecit Iulium Caesarem in senatu. B. La. *Vindicis*) Caesar enim [12]) in senatu positus auctore Bruto et Cassio a patribus [13]) occisus

1) Lb. *parare.*
2) B. *ora.*
3) An *etsi?*
4) *ol.* abest a B.
5) B. *illius.*
6) La. addit *in.*
7) Lp. et Voss. addunt *i. e.*
8) Voss. et Lp. addunt *de futuris;* Voss. *celaverint.*
9) Voss. *dii n. c. ut talia.*
10) *an ideo* etc. absunt a Voss.
11) Voss. *math. qui;* Bc. *quia.*
12) Voss. *Caes. p. in s.*
13) Voss. *occ. e. a p.*

est. Hunc gladium dicit *vindicem* mortis [1]) Pompeii. BC. VOSS. *Poenas furoris* [2]) quantum ad Iulium Caesarem. B. LA. *furorum*) scilicet belli civilis, vel Iulii, qui bellum intulit. VOSS.

207. Quod dicit *regna iterum redeuntia ad ultores Brutos* tangit illud. Brutus, avunculus Lucretiae, effecit hoc, quod Arruns filius Superbi Tarquinii et ipse Tarquinius fuerunt expulsi; et hoc ideo, quia, dum Collatinus obsideret Ardeam, coepit Collatinus praeferre uxorem suam et Arruns similiter. Tandem missi sunt legati ad hoc investigandum, et inventa est Lucretia se bene habere. Inde dolens Arruns accepit licentiam [3]) a patre Tarquinio, cui dedit Collatinus literas, ut bene reciperetur. Quo facto duxit in nocte ante eam quendam Aethiopem et dixit, nisi consentiret ei, interficeret illum, et diceret illum invenisse cum illa, et abusus est ea. [4]) Quae summo mane accepto gladio, quem dimiserat ei maritus, recitavit totum ante senatum, et post se interfecit. Et hac de causa fuerunt uterque expulsi, et factus est consul Brutus et pater Lucretiae, qui ante finem anni depositus est ideo tantum, quia vocabatur Tarquinius, et electus est quidam Valerius. [5]) B. LA. *Brutos*) Brutus, ut [6]) Tullius meminit in Philippicis, [7]) Tarquinium expulit, et post quingentos annos fere [8]) hic Brutus de illius Bruti stirpe ortus est, qui Caesarem peremit, et [9]) ideo dictum *ad ultores iterum*. BC. LP. VOSS.

209. *Impactae cessere*) i. impulsae [10]) patuerunt. VOSS.

210. *Suppressit cetera; tunc* [11]) *pectore* etc. Ideo *perstat rabies*, quia, etsi exivisset de templo, tamen adhuc *superest deus, quem non emisit;* et hoc per multa signa ostendit: *torquet adhuc oculos* etc. B. LA. *loquentem*) quae scilicet sciebat. BC.

211. *ille*) scilicet Apollo. VOSS.

1) Voss. *scilicet P. m.*

2) B. *furoribus;* in La. est lacuna.

3) Nonnulla deesse videntur.

4) B. *abusum esse;* La. *abusus ea.*

5) Ita supplevi lacunam post v. *quidam.* Similia leguntur in Lb., quibuscum cf. Serv. ad Virg. Aen. VIII, 646.

6) Lp. et Voss. *cuius T.* (V. *Cicero*) *in P. m.*

7) I, 6.

8) Voss. *fer. an.*

9) Lp. et Voss. *et* non habent; neque Voss. *iterum.*

10) Idem Lb.; seq. *pat.* Lc.

11) B. *cum.*

213. Non *inest* ei ille *pallor*, *qui solet* inesse *timenti*, *sed* potius *terribilis*. B. LA.

215. *Liventes*) pallentes. LC.

216. *Terribilis*) terrorem inferens. LC. scilicet [1]) talis, qui deterreat illos; *pallor* enim duobus modis fit, timore et furore. BC. LB. VOSS. Haec autem non timore, sed furore pallebat. BC.

217. *Corda*) ut Virgilius: [2]) *Et rabie fera corda tument.* VOSS.

219. Sacram lucem vocat illam interiorem lucem, qua videt omnia. B. LA. *luce*) a divinitate ad humanitatem, vel a templo ad exteriora. LB.

220. Et ne videretur dixisse suo spiritu, si post diceret ea quae vidit, *immisit* ei *Paean* oblivionem. Tum veritas aufugit de *pectore*. B. LA. *iubar*) i. ad lucem diei, cunctis animantibus communem. BC. i. e. ad solem, qui omnia vulgat, [3]) dum exit de templo, passa est tenebras. LP. VOSS. *tenebrae*) scilicet oblivionis. Dum de templo egrederetur, passa est tenebras i. oblivionis. BC.

221. *Lethe* [4]) fluvius inferni est, de quo potantes animae obliviscuntur praeteritorum. Declinatur autem Lethe, huius Lethes. BC. *Stygiam Lethen* i. oblivionem infernalem. VOSS.

222. *verum*) quicquid noverat veritatis. BC.

223. Ideo dicit redire *ad tripodas*, quia non recipiebat aliquo illum divinum spiritum nisi ibi. B. LA. *rediere*) non sunt prodita hominibus. BC.

224. *Et cadit vix*, tandem; *refecta* per aspersionem aquae. B. LA. *cadit*) i. relicta a deo moritur; aut *cadit*, quia quod antea stabat non erat hominis sed numinis. LC.

225. Ipsa praedixit tibi mortem, sed tamen tu intelliges hoc de regno. Non terrefecit te mors, etsi vicina esset, sed potius tu raptus *vana spe Euboicae Chalcidos*, *parabas* ponere *regnum*, tamen *iure mundi* existente *incerto*. B. LA. *ambiguis*) incertis, obscuris. BC. *frustratum*) deceptum. LC. *sortibus*) responsis. LB.

226. *Iure*) potestate. BC. *incerto*) quis praevaleret. BC. Sensus hic est: cum adhuc esset incertum, quis in terris habiturus esset imperium totius [5]) orbis,

1) LP. *i. e. q. terreat p.*; VOSS. *i. q. d. pal. d.*

2) Aen. VI, 49.

3) VOSS. *vulget o. ducitur extemplo.*

4) BC. *Lethes*, quod et apud Ioann. de Ian., ubi tamen scribe *lotos.*

5) LP. *omnis.*

h. e. *iure incerto mundi*, [1]) Appius cupiebat [2]) *subsidere* i. invadere regnum Euboicae Chalcidos. Bc. Lp. Voss. Dicimus autem *subsidit regnum* et *regno*. Virgilius: [3]) *Devicta Asia subsedit adulter*. Sed per Accusativum significat dolo possidere; *(et m. al.)* per Ablativum vero significat remanet. [4]) Bc. *subsidere* subiici tibi. Vc.

227. Euboea est patria; *Chalcidos* est civitas in Euboea provincia. B. La. *parabas*) in animo i. cogitabas tibi *subsidere regnum* etc. Lb.

228. *fragorem*) furorem et periculum. Lc.

230. Et cum ibi [5]) fuit tibi enuntiatum, *quis* posset te liberare *morte excepta?* Nemo scilicet; et hoc est [6]) quod dicit *quis deorum potest praestare* hoc, scilicet non *sentire* ullum *fragorem belli?* et *quis potest praestare* hoc, scilicet *caruisse tot malis mundi morte excepta?* Nemo. B. La. Sensus hic est: cum tibi soli quietem in civili bello pollicerentur oracula, intelligere debuisti te [7]) esse moriturum. Etenim [8]) in tot hominum [9]) malis, ut aliquis quietus sit, nemo deorum, [10]) sed ipsa mors praestat. [11]) Bc. Lp. Voss.

231. Et ibi conditus eris, *qua saxosa Carystos angustat* etc. *Carystos* est civitas, et ibi strictum est mare. B. La. *memorando*) a me. Vc.

233. Et ibi sepultus eris, *qua Rhamnus colit numina* etc. *Rhamnus* est civitas, ubi Fortuna colitur, [12]) quae exaltat humiles et deprimit superbos. [13]) B. La. *tumidis*) legitur et *timidis*. Lp. *numina*) Nemesis illic colitur, quae tumidas [14]) et superbas mentes deiicit. Bc. Lp. Voss. *νέμειν* Graece, Latine tribuere; hinc Nemesis divina providentia, quae cunctis sua tribuat. Bc. *Rhamnus*) civitas est Atticae regionis, quam dicitur Nemesis incolere, quae superbos prosequitur. Terentius: [15]) *Rhamnusium se aiebat esse*. Haec Nemesis

1) Lp. addit *subsidere*, Voss. *subsistere*.

2) Lp. et Voss. *A. Chalcida* (MSS. *Calchidam*) *regno possidere cup.*

3) Aen. XI, 267, ubi similia habet Servius et Fronto in Exemplis. Confunduntur *subsideo* et *subsido*.

4) Similia in Voss. I. esse videntur.

5) An *id?* in La. deest.

6) *est* addidi.

7) Voss. I. *deberes mortem.*

8) Lp. et Voss. *nam.*

9) Bc. *omnium;* Lp. *inter omnium ab malis.*

10) Lp. et Voss. *n. d. sed sola.*

11) Voss. *praestare potest.*

12) Eadem fere Papias.

13) Similiter Lb. et Lc.

14) Lp. et Voss. *tumentes et s. d. et tumidis* (V. *timid.* sine *et*) *non favet.*

15) Andr. V, 4, 27.

mori fecit Adrasti filium Aegialeum, quia gloriatus erat se solum Thebano bello rediisse. [1]) Lb.

234. Et ibi conderis, *qua Euripus Chalcidicas puppes ad Aulim* etc. B. La. *Artatus*) angustum mare, [2]) quod Euboeam separat a Boeotia. Voss.

235. *Euripus* est fervor marinus; cum omnes trahat, tamen maxime illas, quae de Chalcide [3]) insula veniunt. B. La. *Euripus*) fervor et aestuatio ab *εὖ*, quod est bonum, et *ῥιπτός* [4]) per contrarium. Lc. *mutantibus*) nam per Euripum deferuntur naves a Chalcide ad Aulin. *Euripus* aquae ductus, qui certis horis fluit ac refluit, quemadmodum Siciliensis fluctus. Bc. Angustia in mari *Euripus* dicitur, ut [5]) ait Cicero: [6]) *Quod enim fretum, aut quem Euripum* [7]) *tot motus.* Sed et [8]) Euripus dicitur reciprocus cursus aquae, [9]) qui accedit et recedit in angustis locis. Lp. Lb. Voss.

236. Ideo dicit *iniquam classibus,* quia Graeci diu ibi fuerunt propter mansuetam cervam Dianae, quam ibi interfecerant. [10]) Vel quia ibi prope est Caphareus mons, ubi [11]) multos fecit periclitari Nauplius in reversione Troiae, propter Palamedem filium suum, quem iniuste damnaverunt. Istud totum, quod introduxit de Appio, ideo fecit ut exaggeret bellum, quod tam potens homo tunc tantum timuit. Nunc revertitur ad Caesarem. B. La. *iniquam*) ibi enim periclitatae naves Graecorum esse dicuntur. Voss. *Aulin*) scilicet insula, ubi Graeci coniuraverunt in excidium Troiae. Bene autem *iniquam navibus* dicit, quia ibi naves Graecorum naufragium pertulerunt. Declinatur autem Aulis, Aulidis et Aulis. Hinc est ergo, quod Virgilius ait: [12]) *Non Aulide iuravi.* Bc.

237. Dum haec fierent apud Epirum, Caesar revertebatur Romam, iam devictis Hesperiis. B. La.

238. *Laturus;* tum [13]) tamen *dii prope* derelique runt eum. B. La. Romani aureas deferebant aquilas pro signis, ut se de progenie Iovis notarent, [14]) vel ad illarum potentiam super omnes populos. Lc.

239. *Cum*) pro tunc. Ordo: *cum prope avertere dei.* Bc. *Prospera* vocat milites eo, quod per eos

1) Cf. Hygin. fab. 71.
2) Eadem Bc.
3) MSS. *Colcho.*
4) Lc. *reptus.*
5) *ut — motus* absunt a Voss.
6) pro Mur. 17.
7) Lp. *Euripis.*
8) Praecedentia absunt a Lb.
9) Voss. *aquarum.*
10) Eadem fere Lc.
11) B. *et ibi.*
12) Aen. IV, 424, ubi vide Serv.
13) La. *cum.*
14) Cf. supra ad I, 7.

prospere successit ei. Ideo dico *per prospera*, nam non per extraneum; [1]) et hoc dicit *nam ductor* non *subactus* [2]) ullo *Marte* etc. B. LA.

242. *Successus scelerum* vocat milites; *tentoria* vocat ipsos papiliones; castra loca illa, ubi tenduntur. Hoc modo dicit *perdere*, quod *tandem destituere ducem*, quamvis prius tam *fideles* fuissent. [3]) B. LA. *successus*) illos per quos bene accidebat in sceleribus suis. LC. i. emolumenta civilis belli. BC.

243. Et ideo *destituerunt*, quia bene *satiatae* erant illorum dextrae. B. LA.

244. Et ponit diversas opiniones; *satiatae*, seu ideo quia iam desueti erant ab interfectione, seu quia *maiora praemia* petebant ab eo. B. LA. *Destituere*) reliquere. BC. *seu moesto*) Causas dicit cur coeperint [4]) bella recusare. BC. LP.

245. *frigidus*) nullo sanguine calefactus. [5]) VOSS.

247. Et ideo dicit *causam* [6]) illam iniustam esse, et sic *damnat ducem*. B. LA.

248. *Et nunc etiam venditat* i. frequenter vult vendere *enses imbutos scelere*. Tunc miles vendit ensem domino suo, cum non vult eo uti in servitio illius, nisi [7]) praemio recepto. B. LA. *imbutos*) initiatos. BC. *venditat*) Bene frequentativo usus est de re frequentata. BC. *enses*) Certum est, quia ad hoc aliquis militat, ut praemium accipiat; dum autem praemium quaerit, *ensem vendit* i. militiam. Sed milites Caesaris, dum maiora praemia quaerunt, quasi plus enses vendere volunt. Nam donativum dicebatur praemium, quod dabatur militibus; [8]) sic enim in vita S. Martini legitur: [9]) *Donativum tuum, o Caesar, pugnaturus accipiat; Christi ego sum miles, pugnare mihi non licet.* BC.

249. *Haud magis*) i. nunquam, sicut nunc, Caesar expertus est, [10]) quod non erat firmum eius imperium, sed vacillans. BC. VOSS.

250. *Destituere ducem*, et tunc tandem recognovit, quod *fluctus* [11]) ille, qui fecit eum despicere [12]) *cuncta*,

1) Deesse videntur *successit ei.*
2) B. *subductus.*
3) La. *essent.*
4) Lp. *coeperunt.*
5) Similiter Lb.
6) *causam* abest a B.
7) La. addit *cum.*
8) Joann. de Ianua: *quod militibus stipendiariis pro stipendiis datur.*
9) Sulpic. Sever. c. 4.
10) Voss. *exp. est C. quam f. n. er.;* Bc. *quia non*, quod correxi.
11) La. *factus est ille;* B. *fultus ille*, quae correxi; *fluctus* enim legit Expositor pro *fultus*, cf. vs. 251.
12) B. *despiceret;* La. *despice.*

non fuit stabilis, sed tremulus; et hoc aequipollenter *Caesar non magis est expertus in ullo* [1]) periculo, in quantum *despiceret cuncta non e stabili* etc. B. La. *Quam non e stabili* nihil operatur ad sensum, sed tantum ut locum habeat sequens adversatio. Lc.

251. Et nunc *expertus est*, quod *staret fluctus* [2]) *super titubantia*, scilicet [3]) non esse immobilia illa, quae eum sustentabant. B. La. *Despiceret*) i. infra se aspiceret. Lb.

252. *Super titubantia;* [4]) nam erat *truncus tot manibus raptis. Manus* vocat ipsos milites. B. La. *truncus*) privatus. Vc. perdito exercitu, quasi *truncus*, sine *manibus* erat. Bc.

254. Et tandem recognovit non pro suo ense timeri, sed pro ensibus militum; et hoc aequipollenter *scit non esse ducis* etc. B. La. [5]) *Scit*) intellexit omnem imperii potestatem non in duce, sed in [6]) milite esse constitutam. Quid enim posset solus audere? [7]) Bc. Voss.

255. Et potuit recognoscere; *non* enim *erat pavidum murmur*, sicut est, [8]) ubi pauci dissentiunt a domino. B. La.

256. Ideo non erat *ira latens*, quia illa *causa* aberat, *quae solet constringere* [9]) *dubias mentes*, scilicet *dum quisque pavet* illos, *quibus* potius deberet esse *timori*, et dum *putat se solum gravari* i. damnari per *iniusta* iudicia regum. B. La. Sensus hic [10]) est: *dubias* militum *mentes, quae solet causa* revocare, nunc non revocat. Bc. Voss. Duae [11]) sunt autem causae, quae revocant: dum timet miles imperatorem suum, [12]) a quo ipse metuendus est; et cum unus quisque solum se iniusto gravari credit imperio et [13]) queri, aliis tacentibus, erubescit. Hic ergo haec causa non retinet milites; omnes [14]) enim queruntur. Bc. Lb. Voss. *constringere*) comprimere. Lc.

257. *pavet*) dominos. Vc.

258. *iniusta gravari*) subaudi per. Lb. i. graviter

1) B. *illo.*
2) Ita MSS.
3) *scil.* et seqq. absunt a B.
4) *sup. titub.* desunt in B.
5) Schol. Lb. et Lc. vide T. II. p. 631, ubi scribe *Comperit*, deinde *causa* pro *ca.*
6) Voss. *in ipso m. c.*
7) Voss. *sol. auderet.*
8) La. *sic est;* in B. desunt.
9) B. *stringere.*
10) Voss. *S. est.*
11) *Duae* abest a Voss.; *autem* et *quae rev.* a Lb.
12) *suum* et seq. *ipse* non leguntur in Lb.
13) *et — milites* desunt in Lb.
14) Lb. *Hic q. o.;* Voss. *simul e. q. universi.*

ferre. [1]) Est autem Accusativus casus. Dicimus autem *gravari* [2]) *illam rem* et *illa re*. Virgilius per Accusativum: [3]) *Quid, si mente dares, quae voce gravaris.* Unde Servius dicit, quod hac locutione non nisi per Accusativum utimur, ut *gravor adventum tuum, praesentiam tuam* i. graviter fero. Statius: [4]) *Nos tantum portare negas, nos, diva, gravaris.* Bc.

259. Et haec talis *causa* non *retinet* eos; nam omnes conscii erant, et ideo *effudere minas* [5]) confidentes in hoc, quod, *quicquid peccatur* a *multis, inultum est.* B. La. *exsolverat*) abiecerat; *(et m. al.)* manifestaverat. Lc.

260. *peccatur*) Nam quis dux potest contra omnem exercitum dimicare? Voss. Ob populum multum crimen pertransit inultum. [6]) Lc.

261. Haec sunt verba illorum, quae ita faciunt, ac si esset praesens: o *Caesar liceat discedere* etc. B. La. *Effudere*) palam dicentes. Lb.

262. *scelerum*) non dicit militiae. Lb.

263. Effundis *animas* ut *viles,* quod per hoc patet; fudimus [7]) sanguinem in diversis partibus mundi, et inde habemus hanc retributionem: cum deberemus quiescere, das nobis *civile bellum;* et hoc est quod dicit *partem tibi* etc. B. La. *His*) i. nostris. Lb. *effundere*) non vincendi causa, sed nos consumendo bella continuas, dum post victorias ad bellum civile festinas. Lb.

266. Iste [8]) exercitus ad hoc periit tantummodo, ut tu vincas, non ut ille vincat; q. d. tibi attribuis non illis. B. La. *Hesperia*) scilicet deest in; i. Italia. Virgilius: [9]) *Italiam fato profugus Lavinaque venit* pro *ad Italiam;* nam nominibus regionum debent addi praepositiones; e contra nominibus civitatum subtrahi. Sed poetae hoc plerumque confundunt. Bc.

267. *Te*) tantum ut vincas nullo nostro commodo; et ideo addit *quid iuvat.* Lb.

268. *Arctois*) per decem [10]) enim annos pugnavit in Gallia. [11]) Bc. Voss.

1) Eadem Lb., in quo al. man. addidit *et ideo se solum velle impugnare.*

2) Bc. *graves.*

3) Aen. X, 628, ubi verba aliter posita sunt.

4) Theb. VIII, 317, ubi Lutat. eadem ex Servio repetit; de qua structura vide et Priscian. Inst. XVIII, 20, 169.

5) B. *animas.*

6) Versus nescio cuius.

7) La. *fundimus.*

8) La. *Et iste.*

9) Aen. I, 2, ubi vide Serv. et ad vs. 38; 263; III, 154.

10) Voss. *dec. e. annis.*

11) Bc. *Graecia.*

270. *Civile bellum dedisti,* et nullum nobis proficuum est; et hoc aequipollenter *cepimus expulso* etc. B. La.

271. Caesari, dicenti non licere deos spoliare, respondent *imus in omne nefas,* sed in *paupertate* sumus *pii;* q. d. ubi deberemus paupertatem effugere, ibi cogimur *pii* esse; nam paupertatem effugerent, si liceret eis rapere. B. La. Est autem sensus: quamvis non licuisset nobis spoliare cives nostros, aut templa deorum, tamen te iubente omne nefas peregimus. Bc.

272. *Imus*) i. facimus id quod suadet ferrum, i. interficimus hostes; sed id [1]) non facimus, quod paupertas, i. devictos non spoliamus; et ita sumus *pii paupertate, nocentes ferro.* Vel aliter: adeo sumus pauperes, quod nostra paupertas potest aliquos ad pietatem movere. Vel hypallage *pii paupertate* i. pauperes pietate. Lc.

273. *Paupertate*) i. cum in omni re nocentes videamur, sola *paupertate pii* videmur. Dictum est autem hoc nimis mordaciter et cum felle. Aliter: ita [2]) enim inopes sumus, ut putemur [3]) nil armis fecisse crudeliter, cum omnia mala [4]) fecerimus. Bc. Voss.

276. *Usus*) i. iuventus; facete dictum. [5]) Omne tempus vitae, [6]) quo uti possemus, absumtum est. [7]) Bc. Voss. Alia causa, quare *liceat discedere* ab armis, quia non vult ponere aliquem finem civilibus armis, et praeterea iam sunt facti cani laborando; et hoc dicit sub specie interrogandi *quis finis* est etc. B. La.

277. Dimittas nos *senes,* ut saltim liceat nobis mori sine bello. *En vota* nostra sunt haec: *liceat* nobis *ponere membra* morientia *non* [8]) *duro cespite,* quod necesse est nos facere in bello; et *liceat* etiam hoc, [9]) *non ferire galeam* [10]) *fugiente anima.* B. La. *En improba*) Εἰρωνικῶς i. non improba; q. d. licet haec vota improba tibi videantur, tamen improba non sunt. Bc. Iniquae petitiones. Ironice; scilicet iusta vota. Numquid malum petimus? Voss.

279. Per *galeam* intelligit hic illam partem galeae,

1) Lc. addit *quod.*
2) *ita* et seqq. in Voss. quoque.
3) Voss. *putaremus.*
4) *mala* addidi ex Voss.
5) Voss. pro prioribus *hoc est.*
6) Voss. *quo vita u. poteramus.*
7) Voss. addit *mors sola superest.*
8) La. addit *in.*
9) B. *haec.*
10) B. *galeas.*

quae est supra nasum; quam partem feriret cum ipso naso, si moreretur in bello. B. La. *Ponere*) i. mori volumus, sed non in proeliis, [1]) imo in penatibus nostris *liceat* [2]) *membra ponere,* et [3]) non in *duro cespite.* Bc. Voss. *non galeam*) ictibus nostris, sed mori sine vulnere. Vc. *ferire*) more palpitantis elidere. [4]) Bc. Voss.

280. Et *liceat* hoc, [5]) non *quaerere dextram clausuram oculos* ad mortem. Consuetudo erat, ut propinquiores amici [6]) clauderent oculos in morte, quod non posset fieri in militia; et ideo oporteret *quaerere* aliquem, qui faceret, quod non possent facere in militia. Quae [7]) *vota* tu vocas *improba.* B. La. *clausuram*) i. si morbis vitam terminaverimus, non quaeremus *dextram clausuram oculos,* quia sine dubio erit, qui claudat; in bello vero necesse est, ut quaeramus. Virgilius: [8]) *Nec tua funera produxi pressive oculos.* Bc.

281. Praeterea haec [9]) petimus *coniugis* etc. B. La. *unique*) nam in bello multis fit unus rogus, non uni. [10]) Bc. Nam in bello non uni rogus fit, quia, quando multi interficiuntur, omnes comburuntur simul, et non habent singula busta; sed, si unus moritur, illi soli rogus paratur. Voss. [11])

284. *Quid velut*) Sensus: nec nos ignoramus in cuiuslibet [12]) armis nunc primum mereri, si quid impie gesserimus; i. civilia bella hoc nobis pro mercede donant, [13]) ut liceat nobis crudeliter agere, quicquid volumus, ergo et te occidere. Lb.

285. *Soli usque adeo* etc.; q. d. *usque* ad tantam ignorantiam credis nos venisse, quod *soli* nesciamus *cuius* etc.; q. d. [14]) bene scimus, quod scelus habeat maximam mercedem in *civilibus armis;* nam qui magis nefanda faciet, [15]) maximam habebit [16]) mercedem. Et facere illa nefanda non prodest tamen, si quid remanserit imperfectum; et hoc est quod dicit *nil actum est bellis* etc. B. La.

286. *sceleris*) i. mercedem, [17]) quam promittis,

1) Voss. *proelio.*
2) Voss. *nostris. lic. ergo.*
3) *et* abest a Voss.
4) Bc. *cedere.*
5) B. *haec.*
6) *amici* deest in B.
7) La. addit *omnia.*
8) Aen. IX, 486.
9) La. *hoc.*
10) Respexit ad VII, 803. Cort.
11) Schol. Lb. et La., quocum consentit B., vide T. II. p. 417. Scribe ibi *sed* pro *sub te* ex B.
12) Lb. *cuilibet.*
13) Lb. *donatur.*
14) Eadem fere Lb. man. al.
15) B. *facie;* La. *facit.*
16) La. *habet.*
17) Voss. *merces.*

scimus, [1]) *cuius sceleris sit*, dum ad civilia bella trahimur. BC. VOSS. Sensus est: nescimus nos quam magnam mercedam sumere debeamus, patrato scelere? VOSS.

287. *Nil actum*) profecimus. LB. εἰρωνικῶς dictum est. BC. VOSS. *istas*) nostras. BC.

288. Alia causa, quare *liceat discedere;* nam nec divina nec humana [2]) nos *vetant audere*. Nam in primo quinquennio fuimus tibi iurati, quum licentia senatorum stetisti. [3]) B. LA. *nec fas*) divina et humana [4]) posuit. Virgilius: [5]) *Fas et iura sinunt; fas* ad deos, *iura* ad homines referens. [6]) BC. VOSS.

289. *Hoc*) si [7]) recedamus a te. BC.

290. *Dux*) constitutus princeps a senatu. LC. Obscure mortem [8]) Caesari minantur, dum [9]) ei nomen ducis eripiunt, et se iam [10]) simul scelere polluunt. BC. VOSS. *socius*) i. quamdiu Caesar adversus exteras gentes pugnavit, dux mihi fuit, in civili vero pugna socius est. BC. *aequat*) quos pariter maculat facinus, crimen aequales facit. VOSS.

291. Praeterea est aliud, quare liceat; nam *quicquid* facimus *perit*, te existente iniusto *iudice*. Ipse vocat suam fortunam esse, quicquid nos facimus. B. LA. *Adde*) insuper quicquid bene facimus, fortunae suae imputat. [11]) LB. *ingrato*) gratias non referente. BC.

292. *fortuna*) i. felicitas Caesaris [12]) nominatur. BC. VOSS.

293. Et ideo nos faciamus, ut *sciat* se non habere aliam fortunam nisi *nos*. B. LC. *sciat*) intelligat [13]) Caesar fatum suum [14]) in nobis esse, qui vincimus. BC. VOSS.

295. *Pax*) Acute dictum, quam scilicet non vis tu; nam iratus miles bellum debuit comminari. VOSS.

296. *deposcere*) ad mortem. BC.

1) Bc. *nescimus.*

2) B. *iura*, quod fortasse addendum.

3) La. *fecisti.*

4) Bc. *divinam et humanam.*

5) Ge. I, 269, ubi vide Serv.

6) Voss. *f. quantum ad d. i. quantum ad h. ut V. f. et i. s.* reliquis omissis.

7) Bc. *nisi*, quod correxi; Lb. *ut discedamus.*

8) Voss. *C. mort.*

9) Bc. *cum.*

10) Voss. *et simul sc. esse pollutum ostendunt;* Bc. *et s. i. semel sc. pollutum*, quae correxi.

11) Similiter Lc.

12) Voss. *C. fel.*

13) Voss. coniunctim cum schol. vs. 292. *sed intell.*

14) Voss. *fat. et felicitatem suam.*

297. Et quia poeta vidit, in eis pietatem patriae esse perditam et fidem, quam debebant et patriae et Caesari, quodammodo optat, ut haec discordia maneat. [1]) Nam inter duo mala levius est tolerabilius; et haec est optatio poetae: quandoquidem et *fides* et *pietas destituunt* eos, *sic eat*, ut inceptum est; et quandoquidem *relictum est* nobis tantummodo *malos mores sperare, discordia faciat* hic *finem* etc. B. LC. *Sic eat*) i. sic agatur. Verba poetae. BC. *quando*) pro quia; *(et m. al.)* vel pro siquidem. BC.

298. *sperare*) timere. LB.

299. *discordia*) i. e. si pax finisque civilis belli ex fide et pietate, unde deberet nasci, non oritur, saltem a vitiis et a discordia inter milites et ducem oriatur. VOSS. quando pacem nobis non pietas aut iustitia, sed sola scelera pollicentur, scilicet [2]) si Caesarem occidat exercitus. BC.

300. Deposcunt ducem; quod *quem ducem* non posset *terrere?* sed tamen istum [3]) non terruit. Nam *venit solitus demittere* [4]) *fata in praeceps;* q. d. ubi [5]) vidit gravius periculum, ibi non dubitavit incipere. B. LC.

302. *Fortuna* aliquando sine epitheto felicitatem significat; [6]) *ἐπί* super, *θέσις* adiectio. BC.

303. *venit*) qui fugere debuisset, nisi fortunam suam in difficultatibus soleret exercere et experiri. VOSS. *desaeviat*) transeat. LP. i. deorsum a saevitia eat. LC.

304. Ideo non *exspectat, dum ira desaeviat,* quia vult ut petantur a se magna; [7]) nam nihil tunc denegaret; et hoc est quod dicit *non illis urbes* etc. B. LC. *tentare*) sedare. LP. si persisterent in ipsa ira. LB.

305. *Non illis*) i. gauderet Caesar, si milites nefanda peterent; sed in hoc tristabatur, quia sanam mentem habebant. BC.

306. Cuilibet vilissimo concederet etiam matrem senatorum. B. LC. [8])

307. Per *nurus* notat quaslibet nobiles. B. LC. *nurus*) i. e. virgines stuprandas. BARTH. [9])

1) Similiter Lc.

2) Eadem Voss. cum prioribus coniuncta.

3) La. *illum.*

4) La. *dimitt.*

5) *ubi* etc. in Lc. quoque.

6) Similiter Ioann. de Ian.; cf. Schol. Horat. Epod. 4, 6; Gloss. ad Terent. Eun. I, 2, 54. et alios.

7) Quae praecedunt, habet Lc. quoque.

8) Schol. Lc. vide T. II. p. 622, ubi lege *quasi dicat;* alia manus addidit *matronas.*

9) Schol. ad Stat. Theb. V, 200, ubi vide Schol. Stat.; adde Serv. ad Virg. Aen. II, 501. et Ioann. de Ian. *nurus — — saepe pro iuvencula ponitur.*

308. Tunc tandem *vult praemia Martis amari* ab illis, i. ut [1]) ament *praemia*, quae dantur militibus, quia per hoc credit se posse retinere eos. B. La.

309. *mens sana*) Hoc solum in indomito [2]) milite suo Caesar horrescit, [3]) ne haberet [4]) sanam mentem et respuat bella civilia. Bc. Voss. ne in sensum redeant et bellum relinquant. Vc. *timetur*) timet illum, qui non curat, i. qui se a scelere retrahit. Lc.

310. Dixit superius: Caesar *vult praemia Martis amari*, et inde habet poeta locum reprehendendi, qui est *heu*, o *Caesar*, *non pudet placere tibi soli bella*, *iam damnata* a *manibus* tuorum? erit hoc prius, ut pigeat *hos* sanguinis quam te? B. La. Invective loquitur poeta contra Caesarem. Bc. Et increpat Lucanus Caesarem, quia solus voluit bella civilia contra mentem militum. Secundum Iul. Celsum [5]) ista seditio non fuit generalis, sed tantum in nona legione, quia, si fuisset generalis, non sic fuisset usus audacia; et fuit Placentiae, ubi, convocatis multis ex aliis XI reliquis legionibus, quas secum conducebat, fecit ex aliquibus iustitiam et sedavit tumultum illum. Vc.

311. *manibus*) i. ab his, [6]) qui eadem gerebant; i. a [7]) militibus suis. Bc. Voss.

312. *Sanguinis*) bellorum; i. bellantium. Vc.

313. *Fas*) per licita et illicita. Lc. *sine armis*) sine bello disce esse. [8]) Bc. Voss.

314. Ideo dicit *liceat tibi*, quia, cum sui vellent, in eo solo remanebat pax. B. La.

316. *Venit*, antequam *desaeviat ira*, et *intrepidus vultu stetit* in *aggere cespitis*; nam etiam sine cespite fit agger. B. La. *fulto*) i. eminenti. Lb. *fulti*) elevati. Lc. herbosi. Vc.

317. Et quamvis metueret, tamen quia ostendit se non metuere, [9]) *meruit timeri*. B. La.

319. *vultu*) Sic supra dixerat *infestoque ducem deposcere vultu*. Bc.

320. *nudum*) sine armis. Lc.

321. *Hic fuge*) Ordo: *si belli finis placet*, *fuge hic ense relicto*. Voss. Si vis habere veram pacem, oportet, ut prius me interficias; *si* [10]) *finis belli placet re-*

1) La. *i.*; B. *ut*, quae coniunxi.
2) Bc. *domito*.
3) Voss. I. *timuit*.
4) Voss. *habere s. m. incipiat*.
5) Imo Sueton. Iul. Caes. 69; cf. infra VI, 134.
6) Voss. *ab h. scilicet*.
7) Voss. *i. e. mil.*
8) Voss. *h. e. esse s. b.*
9) La. *timere*.
10) *si — interficias* absunt a La.

licto ense, huc fuge, scilicet me interficias; *detegit imbelles* etc. B. LA. *Relicto hic ense fuge.* LB. *Hinc*) a castris. LC. ab isto campo. VC.

322. *Detegit*) i. e. bene apparet, quod *imbelles* estis, cum nihil fortiter facere audeatis. Hoc dixit cum nullum accedere videret. LB.

324. *lassata*) fugata. BC.

326. *repulsis*) tanquam ipse eos proiiciat ab armis, quia segnes sunt, non quasi sponte discedant, bellum civile fugientes. VOSS.

327. *Fortuna reddet* [1]) mihi *tot viros;* et hoc a maiori. Nam si, Pompeio iam victo existente, sequuntur eum tamen tot gentes, *non dabit nobis victoria turbam, quae* tantummodo accipiat *praemia belli?* Faciet vere; et quae accipiat illos triumphos, quos deberetis accipere, *mercede vestri laboris* iam *rapta;* q. d. ita iam [2]) erant vobis omnia certa, quasi in manibus haberetis. B. LA.

328. *Anne*) Sensus hic est: si Pompeius socios habet fugae, [3]) multo magis habebimus nos [4]) socios triumphi. BC. VOSS.

330. *impulsi*) peracti. BC. et consummandi. LB.

331. *Auferat*) accipiet. LC.

332. *Lauriferos*) ob hoc perget ad bellum turba, ut auferat [5]) praemia, et laboris vestri mercedem nullo vulnere consequatur. LP. VOSS.

334. *iam plebs*) quia iam non [6]) milites dicemini, quia [7]) signa deseruistis, sed vulgus et plebs. [8]) BC. LP. VOSS.

336. Ideo dico vadite, quia nec prodest, si statis, nec [9]) si receditis. Sicut mari non prosunt, quamvis [10]) magis videtur crescere, si accedant ceterae aquae, sic [11]) nec decrescit, si discedant; [12]) et hoc aequipollenter *an putatis cursus Caesaris sentire damnum vestrae fugae?* Ita sentit, *veluti si cuncta* etc. B. LA. *si cuncta*) i. sicut mare non minueretur, fluminibus

1) La. addidit *ιϑ*; an *ocyus?*
2) La. *etiam.*
3) Voss. prioribus omissis *Cum P. habeat s. f.*
4) *nos* abest a Voss.
5) Quae praecedunt in Voss. non leguntur.
6) Lp. et Voss. *non enim.*
7) Lp. et Voss. *qui s. deseritis.*
8) Lp. et Voss. *populus.*
9) *nec* abest a B.
10) B. *sicut mare ut videatur,* reliquis omissis.
11) B. *sicut.*
12) B. *accedant.*

subtractis; sic nec ego minuar, vobis recedentibus. [1]) Bc.

338. Et quod aequor non pateretur damnum ostendit: si allatis nihil conferunt, tunc et *ablatis* nihil demerent; et hoc aequipollenter *aequor* nunquam *magis decresceret ablatis, quam* etc. B. La. *descenderit*) minuatur; [2]) i. e. quemadmodum nunc confluentibus fluminibus [3]) nihil sumit augmenti, sic nec tunc minui poterit, si flumina recedant. [4]) Lp. Voss.

339. Nullum damnum sentiam, quia non estis *momenta* rerum. *An putatis* esse? minime; quod per effectum apparet. Non [5]) enim ad hoc condescendunt [6]) dii, ut curent vel sanitatem [7]) vel mortem vestram, sed solummodo procerum; et hoc dicit *haec cuncta sequuntur motus procerum.* Nam faciunt vos per nos [8]) vincere; et hoc aequipollenter *humanum genus vivit paucis* i. nobilibus. B. La. *momenta*) utilitates vel damna. Lc. aliquod emolumentum. [9]) Bc. Voss. Lp.

341. *premit*) implicat, subtrahit. Bc. i. non sic est vilis. Lb. descendet. Lc.

342. *procerum*) Sensus hic [10]) est: non quia ego vos habui, ideo vici; sed mea vos [11]) felicitate superastis. Nam vult omnia, quae maiora sunt, fatis regi; minora fatis iuncta non [12]) esse. Bc. Lp. Voss.

343. *paucis*) ad fata paucorum omne genus hominum [13]) revocatur, et unus [14]) potior reliquis de se efficit [15]) fatum. Bc. Lp. Voss. *vivit*) a nobilibus regitur. Lb. ad utilitatem procerum, [16]) qui pauci sunt; vel *vivit paucis*, in paucis, quia per proceres, qui pauci sunt. Lc.

344. Praeterea hinc [17]) apparet, quod mea fortuna non est vestra, quia tu, *miles*, qui fuisti *horror Iberi orbis et Arctoi*, dum sub me fuisti, *fugeres*, si

1) Similiter Lc.
2) Voss. *i. minuetur* praepositio *decreverit.*
3) Voss. I. *undis*, qui una cum altero addit *aequor nih.*
4) Voss. *recedunt.*
5) La. *Nam ad hoc non consc.*
6) Quo de verbo vide Adelung. Glossar. T. I. p. 630; Lc., qui eadem ad v. *procerum* usque habet, *descend.*
7) La. addit *vestram.*
8) B. *nos pronos vincere;* an *vivere?*
9) Voss. addit *utilitatis;* in Lp. deest *aliquod.*
10) *hic* abest a Voss., ut seq. *ego.*
11) Lp. et Voss. *vos mea.*
12) Lp. *m. n. e. iuncta; nam hoc exponit procerum m. h. c. s.;* Voss. *iuncta esse potiorum,* reliquis omissis.
13) Voss. *humanum.*
14) Voss. II. *unusquisque.*
15) Lp. addidit *facit.*
16) Eadem Vc., sed *paucorum.*
17) La. *hoc.*

cum Pompeio esses, quod nunc apparet in Labieno. B. La.

345. *Pompeio*) [1]) quippe superatus. Adeo vobis imperator vester facit fatum; et hoc sic probat dicens. [2]) Lp. Voss. *fugeres*) qui horror fuisti sub me. [3]) Bc. Voss.

346. *Labienus* praefuit illis, quibus Pompeius supplevit legiones Caesaris in Gallia. B. La. *Labienus*) Labienum dicit, qui sub se fortis fuerat, segnem esse sub Magno; nam ad eum transiverat [4]) a Caesare. Voss.

347. *duce*) Pompeio, quem praetulit mihi. Bc.

348. *Nec melior*) i. multum deterior. Est autem litotes, ut Virgilius: [5]) *Nec munera sperno*, i. libenter amplector. Bc.

349. Vadite ad Pompeium. Illis dicentibus nolle nec secum, nec contra eum [6]) esse, respondet *nec melior mihi* etc. Ideo non *melior*, quia non *vult* mecum *esse*, qui et me et Pompeium relinquit. Haec [7]) dicendo pro constanti habebat se posse vincere illum; et sic haberet illos quasi servos. B. La. *Nec hoste* iam fugiente, [8]) *nec duce me;* nam nunc pugnare non vultis; ergo fidi mihi esse non potestis, quia nunquam habebitis cupidinem dimicandi. Lp. *Hoste me* gerit bella, qui Pompeio adhaeret; *duce me*, qui meae parti favet. Bc. *quisquis*) parenthesis. Bc.

351. *nunquam*) nam [9]) qui nunc sunt cum Pompeio, iterum [10]) mei milites erunt; qui [11]) autem nunc sunt desertores, utique mei esse non poterunt. Bc. Voss.

352. Et revera vincemus; *sunt* enim *ista castra curae diis*. B. La.

353. *mutato*) Ideo dant vobis [12]) animos a bello recedendi, quia estis [13]) imbelles, ut ego in tam magno certamine fortiores [14]) mihi eligam. Bc. Lp. Voss.

354. Nunc callide [15]) retrahit eos, commiserando [16])

1) Voss., qui seq. scholion priore habet loco, addit *Pompeium victum utique reliquisses, q. non superat. Ad.*

2) *dic.* deest in Voss.

3) Voss. *fuisti s. m. duce.*

4) Voss. I. *transfugerat.*

5) Aen. VII, 161.

6) *eum* deest in B.

7) La. *Hoc.*

8) Lp. *hostem iam fugiens.*

9) Voss. *nam* omisso *q. n. c. P. s.*

10) Voss *cum vicero* pro *iter.*

11) Voss. pro his *hi a. mei milites esse non poterunt, qui nunc d. fuerint.*

12) Lp. et Voss. *Id.* (Lp. *dii* addit) *v. d. animum* (Lp. add. *a proelio*) *r.*

13) Voss. *ignavi et inb.*

14) Lp. *m. el. f.*; Voss. *el. m. f.*

15) La. *caute.*

16) La. *et mis.*

de tantis spoliis, quae ablata sunt eis quasi de manibus. *Heu, quantum onus* divitiarum *fortuna amolitur,* [1]) i. aufert ab *humeris* vestris. [2]) B. LA. *Heu*) non est dolentis, sed admirantis. LB. *humeris*) meis; magnum cogitamen est remotum a me, quod habebam de satisfaciendo vobis. VC.

355. *Amolitur*) i. amovetur. LB. i. aufert, [3]) subtrahit. VOSS. i. removet. [4]) Terentius: [5]) *Amolimini hinc.* GUELF. *onus*) dicit felicitatis. VOSS. i. magnam felicitatem, quam ferre [6]) non potuistis, aufert a vobis fortuna. [7]) BC. VOSS.

356. *Datur exarmare dextras sperantes omnia, quibus,* scilicet vobis, *hic orbis non sufficit;* q. d. etiam in alio orbe acciperetis [8]) spolia. B. LA. *Exarmare*) ut exarmentur vestrae dextrae, [9]) quae iam iungi se non sufficiunt. BC. *datur*) permittitur vobis. BC. *sufficit*) quem haberetis me vincente. BC.

357. *mihi*) i. meae utilitati, nam hactenus etiam bella [10]) vobis gessi. BC. VOSS.

358. *viris*) quasi illi viri non essent. Sic Virgilius: [11]) *O vere Phrygiae, neque enim Phryges.* BC.

359. Ipse dixit *tradite;* at non tradiderunt, sed potius passi sunt poenam; et hoc est quod dicit *at paucos non Caesar, sed poena.* B. LA. *paucos*) Paucos [12]) de vobis seditionis principes hic iubeo remanere. BC. VOSS. *arsit*) incanduit. LC.

360. *tenet*) i. [13]) non ego detineo, sed poena, quam sentient. Vult [14]) enim hic principes seditionis extinguere. BC. VOSS. *Tradite nostra,* [15]) non tamen sine poena, et hoc aequipollenter *procumbite terra* etc. B. LA.

361. *tendite*) ad vulnera praeparate. BC.

363. *Tirones* dicuntur novi milites, qui ex diversis gentibus congregati in campo Martio instituebantur pugnare ad palum. LD. *disce*) i. e. sub hoc exemplo *ferire disce* inbelles. VOSS.

1) Codd. *emol.*
2) La. *nostris.*
3) Idem Bc.
4) Idem Ioann. de Ian. nostro loco laudato, addens *avertit.*
5) Andr. IV, 2, 24.
6) Voss. *q. iam f. n. poteratis a v. f. auf.*
7) Male Scholiastes haec ad milites refert. OUDP.
8) B. *accipietis.*
9) Voss. cum praeced. et seq. schol. coniunctim *Ideo permitt. v. ut exarmetis dextras vestras,* reliquis omissis.
10) Voss. *v. et. g.* sine *bella.*
11) Aen. IX, 617.
12) Voss. *i. e. sed pauc.*
13) Voss. cum priore schol. coniunctim *quos.*
14) *Vult* etc. absunt a Voss.
15) Codd. *castra.*

364. *Disce mori*) si et tu fueris inbellis aut rebellis. [1]) Bc. Voss.

366. Ita timent, ac si posset imperare *ipsis ensibus*, et posset movere *ferrum* illis nolentibus. B. La. *Privatum*) si eum deserere voluisset. Bc. Voss. *velut*) quasi posset [2]) aliquis occidi, si ad occidendum de militibus nullus obtemperaret. Voss.

368. Sensus hic est: etiam [3]) ipse Caesar metuit, ne, cum hoc scelus [4]) iubere coeperit, [5]) ut milites priores suos [6]) interficiant, nemo pareat imperanti. [7]) *Patientia*, [8]) inquit, *vicit spem saevi ducis;* aliud enim Caesar sperabat, et [9]) aliud evenit. Nam [10]) cum crederet, quod obedire [11]) non deberent milites, si quem [12]) iussisset occidi, non solum illi [13]) illos occiderunt, sed etiam Caesari obtulerunt iugulos, [14]) ut interficerentur. [15]) Bc. Lp. Voss. Est ergo ordo: *et iugulos praestitit, non enses tantum.* Lp. Voss.

369. *Patientia* militum *vicit spem* [16]) *saevi ducis;* q. d. ipse non speravit ut obedirent ei, alii in patiendo, alii in ferendo, sed fecerunt; et hoc notat *non tantum praestitit* iugulum miles, sed etiam *enses*, ut tiro fecit. B. La. *patientia*) i. obtemperatio vel obedientia militis; vel *patientia* i. exspectatio ipsius Caesaris *vicit spem* eius. Bc.

370. Et nihil *magis timet* Caesar *quam perdere* illos, qui assueti erant sceleribus; [17]) et nihil *magis timet*, quam illos nunc [18]) *perire*. Nam tunc perierunt, cum Caesari adhaeserunt; [19]) vel ut referatur *perire* quantum ad Caesarem. B. La. *Spem*) timorem. Lp.

371. *Nil magis*) i. nihil [20]) magis timet Caesar, quam ne [21]) consuetae mentes ad scelera perpetranda

1) Voss. *si tu f. inb.*, reliquis omissis.
2) Voss. *possit.*
3) Voss. *Et iam.*
4) Lp., qui eadem ad v. *imperanti* usque separatim habet, et Voss. *scel. hoc.*
5) Voss. II. *iuberet.*
6) Voss. *su. pr.*
7) Lp. et Voss. II. *imperatis.*
8) Lp., in quo seqq. separatim ad v. *vicit* leguntur, *P. i. militum v. sae. sp.*; Voss. *sed v. i. p. mil.*
9) Lp. *sp. futurum al.*; Voss. *et* non habet.
10) *Nam* etc. in Lp. non exstant.
11) Voss. *obedituri* (V. II. *parituri*) *n. essent.*
12) Voss. *quos.*
13) Voss. *sol. illos;* Bc. *non s. i. i. non o.*
14) *iug.* deest in Bc.
15) Turpiter hic se dat Schol. in expositione vv. *vic. p. spem.* Oudp. Voss. addidit *ab illo.*
16) *spem* non est in B.
17) La. *in scelere.*
18) Codd. *non.*
19) In B. inter lin. additum est *redi* supra *adh.*
20) Lp. et Voss. *nil* (V. *nihil*) *inquit mag.*
21) *ne* abest a Bc.

desinant aliquid crudeliter [1]) agere. Bc. Lp. Voss. Gaudet ergo in hoc, quia illos occiderunt, quos iusserat. Bc. Voss.

373. Ut *iuventus placata* procedit, illa redit ad Caesarem. B. La.

374. Et ubi tunc esset, notat, ubi dicit *hanc* iuventutem placatam *iubet* ire *Brundisium* x diebus, et reducere omnes naves, quae sint in proximis locis. B. La. *Brundusium*) Brunda [2]) dicitur cervus; inde dicitur Brundusium, quia ad modum linguae et cornuum circa extendebatur in mari. Lc. *castris*) Et non intelligas in decem diebus, quia a Placentia Brundusium non itur possibiliter in x diebus; sed quaedam possunt credi de Caesare, quae non creduntur de alio. Vc. Hunc illis laborem celeritatis [3]) imposuit, ut die decimo Brundisium pervenirent, hoc est *decimis castris*. In expeditione enim militum certo itinere confecto cottidie castra metabantur. [4]) Vult autem a se separare milites. Bc. Voss.

375. Ideo dicit *revocare*, quia ibi est portus, et illuc solebant naves venire. *Hydrus* [5]) est fluvius, [6]) quem vocat avium, eo quod sit tortuosus. B. La. *revocare*) Hos enim removerat, quos videbat infidos. Bc. *avius*) i. non directus. *(et m. al.)* Hydruns, Taras et Leucae et Sipus stationes sunt Apuliae. Bc.

376. *Taras* [7]) est fluvius *antiquus*. *Leucae* [8]) est civitas; *secreta litora* propter nemora. B. La. *Antiquus*) nobilis vel religiosus. Lb. *Taras* portus est dictus a Tara, filio Neptuni, a quo constitutus est. [9]) Bc. *Leucae*) hodie dicitur il Capo di [10]) Leuca. Vc.

377. *Salapina*) ubi fit sal, et hodie dicitur Salpi. Vc. *Sipus*) paludis nomen est. Bc. insula parva. Vc.

1) Lp. et Voss. *crudele committere.*

2) Lc. *Brandus d. curva,* quae correxi. Papias: *Brunda enim graece cervi caput vel solida dicitur,* quae Isidor. quoque Orig. XV, 1. habet, et Ioann. de Ian. repetit. Hesych. v. *βρένδον, ἔλαφον,* Messapiorum lingua; cf. Eustath. ad Odyss. I, 185. Hinc urbs ipsa *Brenda* seu secundum alios *Brunda* a poetis dicitur; cf. Fest. p. 56. *Brunda* idem ac *solida* esse contendit Isidor. Gloss. T. VII. p. 481. Arev.; adde quae habet Adelung. Gloss. T. I. p. 811. De re ipsa vide supra ad II, 609.

3) Bc. *sceleratis;* duo MSS. *celeritatis.* Cort.

4) Bc. *mutantur;* an *metantur? Vult* etc. absunt a Voss.

5) Ita supplevi lacunam Codd.

6) Idem esse videtur in Voss.

7) B. *Tarus;* La. *Taurus.*

8) B. *Leuca;* La. *Leuge.*

9) Cf. Serv. ad Virg. Aen. III, 551. et Ge. IV, 126; eadem monet Papias ad nostrum locum respiciens.

10) Vc. *lo C. de L.*

Sipus est civitas iuxta montem Garganum; et quod [1]) dixit subditam esse *montibus*, ostendit quomodo hoc fit. B. LA.

378. Ea parte est *subdita montibus, qua frugifer Garganus Apulus exit in Adriacas undas.* B. LA. *torquens*) i. obliquans, quia in obliquum vertitur in Ausoniam; *obnoxius*, quia per Boream venientem de Dalmatia et Austrum de Calabria advehuntur ibi navigia, vel quia habent ibi dominium; *frugifer*, quia ibi est copia frumenti vel frugum. LC.

379. *obnoxius*) obiectus. LP. i. subditus. LB.

380. *Garganus*, dico, *obnoxius* [2]) i. contrarius *Dalmatico Boreae* etc. Dalmatica est civitas, et ex illa parte venit Boreas; et ex [3]) Calabria venit Auster *torquens Ausoniam oram.* B. LA. *Garganus*) promontorium montis S. Angeli. VC. mons in Apulia. Garganus mons est Iapygiae, quae est pars Apuliae, qui per Calabriam usque in Adriaticum tenditur pelagus. Virgilius: [4]) *Victor Gargani condebat Iapygis arvis.* BC.

381. Brundisium misit milites, *ipse* vero *petit Romam sine* multitudine; iam enim *tutus* erat. B. LA.

382. *Iam doctam*) Ironice totus hic dictus est locus. BC.

383. Et factus est dictator; *contigit summo honori, indulgens populo scilicet precanti.* Per hoc quod dicit *contigit honori*, ostendit quod non accessit honor ad eum, sed ipse [5]) casualiter ad honorem, *indulgens populo* i. in hoc satisfaciens populo, ut dicimus indulgere vino [6]) i. multum bibere de vino. B. LA. *indulgens*) concedens. [7]) LC. *summum*) consulatus; *est* enim *consulatus finis honorum populi*, ut dicit Tullius. [8]) VC. Mira arte usus est dicendo *contigit summo honori*, quasi fortuitu acciderit, et non recto ordine. *Dictator* i. imperator, qui disponit et ordinat exercitum. Post expulsos reges Romani creaverunt sibi dictatores quinto anno. Hi quinquennii temporis imperio utebantur; plus enim erant consulibus, [9]) qui annuas potestates

1) B. *quare; an quia?* De Sipontina civitate vide Mannert. Geogr. T. IX. P. 2. p. 26.

2) B. *olim noxius.*

3) *ex* abest a B.

4) Aen. XI, 247, ubi eadem apud Servium habes.

5) *ipse* abest a B.

6) Respicere videtur ad Virg. Aen. IX, 165.

7) Idem Lutat. ad Stat. Theb. VII, 736.

8) pro Planc. 25.

9) Bc. *consules;* Isidor. Orig. IX, 3, qui eadem sed auctiora habet, *erant honore quam consules;* verba repetit ex parte Papias.

tenebant. Sed Caesar et consul et dictator et imperator erat, i. omnia sibi vindicaverat. Bc.

384. *Contigit* i. ipse factus est. Bc. *(man. al.) fecit*) nomen anno dedit consul effectus. Bc. Et factus est etiam consul; et hoc est quod dicit *et fecit fastos* etc. Fasti sunt annales libri, quos signare est consulis. B. La. Fasti sunt libri annales, in quibus gesta regum, vel principum, vel consulum singulis annis scribebantur. [1]) Nominibus autem consulum res suas antiqui designabant, ut Arcadio et Honorio Coss. Sed inter *annales* et *historias* hoc distat, [2]) quod *annales* sunt earum rerum, quas non vidimus et tamen audire potuimus; *historiae* vero earum, quas vidimus vel videre [3]) potuimus. Et dicitur *historia ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν* i. e. a videre. Voss. I. *Laetos* dicit vel quantum ad Caesarem, vel quantum ad populum; aut fingebat. [4]) B. La.

386. Et ostendit per effectum, quod ipse solus habuit honores; nam ut ostenderetur [5]) tot in eo honores esse, inventae sunt illae *voces*, quibus *mentimur dominis;* quod unum vocamus *vos;* et hoc aequipollenter: nam *haec aetas primum reperit omnes voces* etc. B. La. *Mentimur*) cum dicimus uni *vos*, non dicimus verum. Vc. ut eos, qui imperant, dominos nominemus; si *dominis mentimur* legimus, i. e. [6]) his adulamur. Lp.

387. Et non solum dictaturam et consulatum, sed etiam ceteros honores sibi attribuit; et hoc est quod dicit *qua* [7]) aetate *voluit miscere Caesar*, ut dixi, [8]) etc. B. La.

388. *gladiis*) *Gladii* et [9]) *aquilae* sunt dictatorum; *secures* vero sunt consulum et *fasces; (et m. al.)* per *fasces* dignitates praetorias, per *gladios* consulatus, per *secures* alias dignitates intelligit, per *aquilas* tribunicias. Lc. *secures*) Romani primum iubente Iulio Caesare secures portabant cum gladiis, quibus reos

1) Cf. supra ad III, 309.
2) Vide Serv. ad Aen. I, 373. Oudp. Servius eadem fere habet; cf. Gell. N. A. V, 18. et Isidor. Orig. I, 43, cuius verba repetit Papias v. *annalis*, indeque Joann. de Ian.
3) Voss. *audire*, quod correxi Servio duce.
4) B. *ait;* La. *fingebant;* fortasse ante v. *aut* excidit v. *fecit.*
5) La. *ostendat.*
6) *i. e. ad.* in Bc. et Voss. quoque.
7) *hac* et inter lin. *qua* B.
8) *ut d.* non sunt in La.
9) Corrupte addita sunt in Lc. *et duu*, an *duae?*

interficerent. [1]) Voss. *Secures* ante consulem ferebantur, ne usum perderet belli, aut vacans amitteret adspectum gladiorum. [2]) Bc.

389. Tunc miscuit honores, cum ea, quae diversi deberent [3]) habere, solus habuit. Consules habebant secures, praetores portabant gladios. Fasces vocat illa insignia regalia, sicut sceptrum et balteus etc.; quae omnia dimittebant remanenti in urbe, cum in bellum ibant. Quod ille non fecit, et ideo dicit *addidit et fasces aquilis.* B. La. *Addidit*) aut ampliavit, vel miscuit. Lp. *Fasces* dicuntur lemniscatae coronae i. lemniscis circum ligatae. [4]) Lemnisci [5]) autem fasciolae erant. Bc. *inane*) non enim victum habebat Pompeium et consules Romanorum; ideo dicit *inane.* Guelf.

390. Et hoc modo, ut dixi, [6]) rapuit *inane nomen;* in hoc *inane nomen,* quia ea [7]) solus habebat, quae multi deberent habere, ut si idem esset episcopus, praepositus et decanus. Consulum est signare *tempora.* B. La. *Imperii*) i. consulatum; non enim illic erat imperium iam situm, sed in Caesaris potestate. Bc. Voss.

391. *nota*) i. nomine suo, quia erat [8]) auctor civilium bellorum. Carpit autem poeta latenter Caesarem ubique. Bc. Et dat causam, quare *digna nota;* nam competens fuit, ut, qui mala fecit, per eum designentur; et hoc est quod dicit *nam* [9]) *quo consule Pharsalicus.* B. La. *melius*) quam ipso Caesare, qui tunc gessit [10]) bella civilia. Bc. Voss.

392. Dixit superius *populo precanti;* et quod non ex corde hoc fecit, ostendit, ubi dicit [11]) *campus* [12]) *fingit solemnia;* q. d. sive bona sive mala videantur [13]) omina in Martio campo, tamen fingunt omnia bona. B. La. *fingit*) i. [14]) sic omnia aguntur in comitiis, quasi Caesari datus [15]) sit consulatus et non ipse sibi [16])

1) Nugatur hic Scholiastes. Oudp.
2) Eadem leguntur ap. Isidor. Orig VII, 6.
3) B. *debent.*
4) Similiter Gloss. Priscian. p. 307. Ed. Lindem.
5) Eadem Papias hinc corrigendus.
6) *ut d.* absunt a La.
7) La. *ille.*
8) Ita pro *quaerat.*
9) *nam* etc. desunt in La.
10) Voss. *b. c. gess.*
11) Priora non leguntur in La.
12) B. *campo fingit;* posterius et La.
13) B. *videant;* La. *videatur;* uterque *omnia*
14) Voss. *ergo i. s.*
15) Voss. *dederint consulatum.*
16) Voss. *sibimet eum vindicarit.*

vindicaverit. BC. VOSS. *campus*) i. Martius, in quo comitia fiebant. Nam populus timens fingebat solemnia, cum ipse omnes in se reciperet dignitates. VOSS.

393. *Et campus* ille *non dirimit suffragia* etc. Tangit illud, quod quondam dividebant plebem a nobilibus, et, priusquam nobiles eligebant, laudabant [1]) eum plebi; quod nunc non fuit, sed omnes simul. *Suffragia* vocat auxilia. B. LA. *Et non*) i. omnia fingit campus, quae fieri solebant in comitiis, etiam et sortes. BC. *admissae*) ad electionem, in favorem. LB. receptae. LC. *dirimit*) removet a se; *(et m. al.)* i. omnes favebant ei; vel *dirimit* i. segregat. LB. dividit. LC. separat ipse campus vel spernit. BC. interrumpit ita, quasi missa plebs videretur tulisse suffragia. LP. VOSS. Annis praecedentibus in mutandis dignitatibus populi favor appetebatur; nunc vero plebe eiecta soli nobiles intromittebantur. VOSS. I.

394. *Et campus* ille non laudat *tribus*, quod olim solebat fieri, *et* non *versat in vana urna*. Tangit illud, quod olim, si qua contentio fuit de aliquibus, [2]) alii unum et [3]) alii alium definiebant [4]) per sortes, sicut de Matthia et de [5]) Iusto fuit. B. LA. *tribus*) tribus istae sunt, quae praerogativae dicuntur. [6]) BC. VOSS. *urna*) Urna est vas, quod et orca [7]) dicitur, in quo antiqui sortes mittebant, et manibus conversantes movebant; nam per sortes faciebant comitia. Non uno autem modo sortes fiebant; quidam enim in urna, quidam in sinu etiam eas mittere solebant. Nabuchodonosor [8]) in sagittis sortes faciebat, in quibus nomina civitatum, quas vellet destruere, scribens, illam, cuius nomen per sagittam primum erigeret, primitus destruebat. VOSS. I.

395. *servare*) observare. BC. proprie augures, cum comitia sunt, dicuntur *servare de coelo*. [9]) VOSS. I. i. auguria captare, nisi fortuitu viderent. LB. Olim re-

1) B. *laudabat*; uterque *plebs*, quod correxi.

2) Codd. add. *quod*.

3) *et* non est in B.

4) Ita pro *difin*.

5) B. et La. addunt *Simeone*, quod B. correxisse videtur v. *Iusto* inter lin. posito; etenim significatur *Iosephus Barsabas* cognomine *Iustus*; cf. Act. Ap. I, 26.

6) Voss. *appellantur*.

7) Vide Souter. Palamed. cap. 4. OUDP.

8) Cf. Ezechiel XXI, 21. ibique Rosenmüller ad vs. 26.

9) Multis praeter alios hoc docet Beroald. Syll. II. Annot. in T. I. Thes. Crit. p. 217. Vide nos ad I, 601. et Lutat. ad Stat. VIII. Theb. 194. OUDP.

spiciebant augurium in coelo, [1]) nunc nihil; et etiamsi videbant, erant [2]) quasi surdi. B. La. *surdo*) quia quod tonat, ad eum non pertinet. [3]) Voss.

396. *laetae*) boni ominis esse. Voss. Bubo est male ominata avis; quam avim si viderunt, dixerunt, tamen laetas aves apparere. [4]) B. La. *sinistro*) adverso. Nec hoc tum augures curant; i. non licet servare veritatem augurii, sed, cum adversa vident, prospera se videre fingunt. Bc.

397. Non solum mundana [5]) perierunt superiora, sed etiam istud quod, si elegit consules, ad hoc tantum, ut per eos notaret ipsum tempus, tamen deposuit etiam post mensem, si placuit; et hoc aequipollenter *inde perit primum* etc. B. La. *Inde*) ab hoc tempore; [6]) nam modo temporis est adverbium, non ordinis. Bc. i. ex illo die [7]) creantur consules, ut dent annis nomina, non ut aliquam habeant potestatem. Bc. Lp. Voss.

399. *Menstruus*) durans per mensem. Lc. qui solo mense Ianuarii [8]) dignitate consulis uteretur; sive [9]) de suffectis consulibus dicit, qui per singulos [10]) menses creantur. [11]) Bc. Lp. Voss. *fastus*) pro in fastos, i. in annales, in historiam; nam quartae declinationis superbiam significat. [12]) Bc.

400. Etiam summa religio destructa est tunc; et hoc dicit *nec non numen, quod praesidet Iliacae Albae, vidit Latinas perfectas* una sola *nocte*. B. La. *numen*) Apud Albam solebant initiando vigilare per IX noctes aut per unam. Lc. Vestam dicit i. [13]) ignem aeternum et Iovem Latialem, [14]) ubi per novem [15]) dies solebant haec sacrificia celebrare. [16]) Bc. Lp. Voss.

401. *Numen* dico non *meritum*, ut [17]) aliquo modo fierent ei [18]) *solemnia*, quia [19]) permisit ei [20]) Latium

1) Ita pro *coelum*.
2) B. *erat q.* cum lacuna; La. *respiciebat, erat q. surdus*, quae correxi.
3) Similiter Lb.
4) Similia in Lb.
5) B. *munda*.
6) Similiter Lb. et Lc.
7) Lp. et Voss. *ill. ideo tantum cr.*
8) Bc. *non* pro *Ian.*
9) Lp. *seu*.
10) Lp. et Voss. *m. sing.*
11) Voss. *procreantur*.
12) Vide supra ad vs. 5.
13) *i.* in Lp. non exstat; Voss. *et*.
14) Voss. *Latiarem*.
15) Voss. pr. *XXX*; alter *VIII*. Secundum Lb. XV dies et ultra.
16) Voss. *celebrari*. Fiebant tantum per tres quatuorve dies. Oudp. Confudit Scholiastes ferias Latinas cum sacro Novemdiali; cf. Liv. 1, 31. et Fest. p. 284, 10. Dac.
17) La. *quod*.
18) La. *sibi* pro *ei*.
19) B. *quare*.
20) *ei* non est in La.

subiugari. [1]) Tangit illud, quod Numa Pompilius, postquam delatum est imperium Romam, instituit Albae, ubi imperium fuit prius, in honorem Latialis Iovis [2]) sacrificium fieri tribus diebus et tribus noctibus in singulis annis, quando consules eligebantur. [3]) Quod iste sola una nocte perfecit. B. La. *meritum*) i. quod non meretur solemnia festa, [4]) quia cum civilibus bellis Caesarem superare permittit. [5]) Bc. Lp. Voss. Aut accipimus haec sacra a Caesare celebrata, ut sit *confectas* completas vel celebratas, aut simile, quod in primo ait: [6]) *Vestali raptus ab ara ignis, ostendens confectas flamma Latinas, scinditur in partes.* Bc. *(man. al.) subacto*) i. perdito. Bc. [7])

402. *confectas*) finitas, completas ferias. Lp. *nocte*) i. sacrificium, quod solebat fieri septem noctibus ac diebus continuis, ob festinationem belli in sola nocte confectum est. Lb. *Latinas*) Sensus hic est: vidit Iupiter completas Latinas ferias, quae per noctem in Albano monte [8]) flammis declarantur tunc, cum illic ludi luduntur a consule. Hic [9]) ergo accipimus haec sacra Caesarem solemniter celebrasse, cum adeptus est dictaturam et consulatum. Voss.

403. Facto isto sacrificio repente venit; et hoc est quod dicit *inde rapit cursus et transcurrit arva, quae piger Apulus deseruit* cum *rastris*. B. La.

404. Et quia *deseruit*, ideo *tradidit inerti herbae*. B. La. *inerti*) infecundae. Bc. *herbae*) i. per inculta Apuliae. Bc.

405. Et velocior fulmine *transcurrit*. Tigris, postquam peperit, [10]) dicitur velocior esse. B. La. *feta*) tunc enim velocior dicitur. Bc.

406. Ideo vocat Brundisium *Minoia regna*, quia Ariadne, [11]) dimissa a Theseo, venit et habitavit ibi. B. La. *Minoia*) quae condiderunt Minoidae, qui cum Theseo a Minoe venerunt, [12]) occiso Minotauro et raptis eius filiabus. Lb. quia [13]) a Cretensibus Brundu-

1) Similiter Lb. et Lc.
2) B. *unum* pro *Iov.*
3) De re cf. Schol. ad Cic. pro Planc. 9, 1. et supra ad I, 550.
4) Lp. et Voss. *sacra sol. q. civ.*
5) Voss. *permisit.*
6) vs. 549.
7) Schol. Lb. vide T. II. p. 545.
8) Vide infra ad VII, 396.
9) Voss. *Hoc e. accipiamus*, quae correximus Cortio auctore, qui eadem ex Guelf. hausisse videtur.
10) B. *parit.*; de re cf. Plin. H. N. VIII, 18.
11) *Ariad.* — *magnum* in schol. seq. non habet La., sed loco eorum *Adriaticum.*
12) Cf. supra ad II, 609.
13) Voss. *a Cr. B. c. e.* sine *quia*; eadem fere Lc.

sium est constitutum. BC. VOSS. i. Cretensia; apud Cretam enim Minos regnavit, unde venerunt hi, qui Brundisium construxerunt, [1]) quod ipse in secundo: [2]) *Urbs est Dictaeis olim possessa colonis.* BC. *(man. al.)*

407. Per hoc quod dicit *clausas brumalibus ventis* notat magnum frigus esse. B. LA.

408. Hibernum sidus vocat solem, qui, quanto [3]) magis descendit, tanto magis infert nobis frigus. Et quamvis hoc erat, [4]) *visum* est ei tamen *turpe* stare ibi tamdiu, quod etiam miseris *pateat;* et ideo *complet animos expertes pelagi. Sic complet,* et hoc *robore* suo i. animositate sua. B. LA. *pavidas*) metaphora est. BC. *sidere*) tempore. Virgilius: [5]) *Quid faciat segetes, quo sidere terram.* BC. tempestate. LB. ut Virgilius: [6]) *Quin etiam hiberno moliris sidere classem.* LP.

409. *rapiendi*) i. festinandi. LB. accelerandi. VC.

411. *tutum*) sine hoste etiam. BC. *felicibus*) Pompeianis, [7]) quia fugiunt. Cum illis ergo tutum mare pateat, qui [8]) infelices sunt, sibi putat [9]) tutius fore, quia felix est. BC. LP. VOSS.

412. *Experies*) indoctos. [10]) BC. ineruditos. LC. *robore*) confortatione. [11]) LB *complet*) firmat. LC.

413. Haec sunt illius verba: *hiberni* venti maiorem vim habent, et diutius durant, quam faciant [12]) illi, qui in vere sunt. B. LA. *Fortius*) i. non tam cito mutantur, sicut tempore veris. [13]) BC. *hiberni*) hoc dicit, hiberno [14]) tempore velocius fieri navigium, quia vehementiores tunc [15]) sunt venti. Nam [16]) veris tempore crebro pluviae concitantur, ut ait Virgilius: [17]) *Ruit imbriferum ver.* BC. LP. VOSS.

414. *certos*) stabiles. LC.

415. *veris*) Vernale tempus ideo ventos habet in-

1) Eadem Guelf., qui addit *X* ante v. *venerunt*, et Lp. omissis *i. Cret.* et *hi.*

2) vs. 610.

3) *quanto — frigus;* eadem in Lc.

4) B. *haec ea;* La. *hoc est,* quae correxi.

5) Ge. I, 1.

6) Aen. IV, 309.

7) *P. q. f.* absunt a Lp.; in Voss. leguntur *Pompeiani qui f. navigantes et infel. sunt* etc.

8) Bc. *quia.*

9) Lp. *putabat t. f. qui e. f.;* Voss. *putant tutum aequor* reliquis omissis. Similia quoad sensum habent Lb. et Lc.

10) Ita pro *i. doct.*

11) Qua de voce cf. Adelung. Gloss. T. II. p. 649.

12) *fac.* abest a La

13) Similiter Lb.

14) Lp. et Voss. *per hiemem v. est* (V. *posse*) *navigari q. veh.* (Lp. *velociores*).

15) *tunc* non habent Lp. et Voss.

16) Voss., qui haec cum schol. vs. 415. coniunxit, non habet *Nam* et *ut ait* cum seqq.

17) Ge. I, 313.

stabiles, et tempestuosum efficitur, quia frigoris hiemalis et caloris aestivalis confinium est, et in eo quodammodo compugnant inter se elementa. VOSS.

416. Praeterea est aliud; non est periculosa via, neque oportet nos circuire, sed recta via ire; et hoc est quod dicit *nec maris amfractus* etc. B. LA. *amfractus*) circuitus. BC. flexiones. LC.

418. Ne videretur per hoc dehortari, quod dixit *solo aquilone*, subiungit *utinam hic* aquilo *curvet* vel curreret [1]) etc. *Carchesia* vocat illud lignum, quod est in summitate mali, unde cognoscunt, qui ventus currat. B. LA. *carchesia*) Ornamenta dicit, quae summitati arboris infiguntur [2]) in navi. Sunt autem *carchesia* in cacumine arboris quasi F litera, per quae funes trahuntur. [3]) Cinna: [4]) *Lucida cum fulgent summi carchesia mali.* BC. i. summitates; *(et m. al.)* scilicet galli vel lignei, vel de aliquo metallo, qui vertuntur ad ventum; sic et dicuntur quidam scyphi [5]) in modum navis facti. LB. Aquilae virgam; *(et m. al.)* i. summitates rotundas ad modum crateris. LC.

419. *Graia*) ad Epirum. VOSS.

420. Et ne videretur male optasse, subiungit: ideo hoc opto, ne, si forte [6]) comprehendamur, nesciant Pompeiani, et iuti a remis *comprehendant* nos ibi. Phaeaces sunt populi, ubi nunc erat Pompeius. B. LA. *Phaeacum*) Corcyrenses dicit. Corcyra autem insula est sita inter Epirum et Calabriam, ubi regnavit Alcinous. BC. LP. Ibi tunc erant Pompeiani, quos metuit, si cessante vento elanguerent carbasa. BC. *iactantes*) ipsos remos. LB. *iactatis*) ne plus possint navigare ipsi cum remis, quam nos cum velis. VC.

422. Ne [7]) hoc fiat, *rumpite, quae retinent* etc. B. LA. *vincula*) i. funes. LB.

423. *nubes*) ventos. LC. *perdimus*) q. d. nobis [8]) tempus transit deficiente vento. BC. VOSS. Vult videri, quod in tempestate [9]) possit velocius navigare. VOSS.

1) *vel cur.* non exstant in La.

2) Eadem habet Lp.

3) Ioann. de Ian., qui eadem habet, addit *navis trochae* post v. *arboris* et in fine: *Item carchesia summitas mali, in qua chordae concurrunt, unde Lucanus: ac utinam* etc.; cf. et Isidor. Orig. XIX, 2. p. 1287.

4) Cf. de eo loco Weichert. de Helv. Cinna Commentat. II. p. 8.

5) Cf. Serv. ad Virg. Ge. IV, 380; idem et Donat. ad Aen. V, 77; Non. Marc p. 546. et Macrob. Sat. V, 21. Papias: *pocula a Carchesi loco vel spelunca.*

6) La. addit *ibi.*

7) La. *Et ne.*

8) Voss. *d. t. deficit transeunte v.*

9) Similiter Lp.

424. Et notat tempus [1]) quando exiverunt, ubi dicit *sidera prima poli* etc. Sole eunte ad occasum, citius apparent sidera in Oriente, quia inde remotior est sol; et hoc vocat *prima sidera*. B. La. *Sidera*) quae prima oriuntur occidente sole. Periphrasis est finis diei. Bc. [2])

426. Et *sinus* velorum *laxaverunt* [3]) *rudentes, et navita obliquat carbasa*, obliquato iam *cornu* antennae, et hoc *laevo pede*. B. La. *rudentes*) Extenderunt sinus suspensis velis; nam [4]) *rudentes* funes sunt in navi, quibus vela dependent, [5]) a stridore ita [6]) vocati. Bc. Lp. totos sinus laxaverant, ut reciperent ventos. [7]) Voss.

427. *cornu*) curvata parte mali, [8]) qua vela dependent; nam *cornua* sunt extremae partes antennarum, quibus vela dependent. [9]) Virgilius: *Cornua velatarum obvertimus antennarum*. Bc. Voss. Notat extremitates praedicti carchesii, quibus nautae pede tactis navis in qualibet parte regitur. Lc.

428. Pedem vocat lignum illud, circa quod involvunt rudentes in ipsa navi. B. La. *pede*) i. funę; [10]) unde Virgilius: [11]) *Una omnes fecere pedem*. [12]) Est autem pes extremus angulus veli; [13]) sic autem nautae loquuntur. Bc. Lp. Quando enim ventus transversus flat, obliquantur vela. *Podia* [14]) est lignum in similitudine pedis, quo vela expanduntur et retinentur; ut

1) La. *quod erat* pro *temp.*

2) Schol. La. ad vs. 425. vide T. II. p. 517, quocum consentit B., sed habet *in die, si sol obscuraretur, — — etiam nocte — non absconderetur — non a princ.*

3) La. *laxaverat.*

4) Quae praecedunt non leguntur in Lp.

5) Lc., qui similia habet, *extenduntur.*

6) *ita* abest a Lp. Eadem fere habent Schol. Horat. Epod. 10, 5. et Isidor. Orig. XIX, 4, repetita ap. Papiam; adde quae leguntur ap. Non. Marc. p. 51. Merc. et Ioann. de Ianua.

7) Similiter Lc.

8) Bc. *ali.*

9) Nisi *malum* hic pro antenna sumserit Schol., erravit vehementer. Oudp. De cornubus fere eadem monent Serv. ad Virg. Aen. V, 832. et Isidor. Orig. XIX, 2, repetita apud Ioann. de Ian.; adde quae habent Schol. Horat. Epod. 16, 59. et Macrob. Sat. V, 21. p. 562. Sequentia Virgilii verba Aen. III, 549. non leguntur in Voss.

10) Cf. infra ad VIII, 185.

11) V, 830, ubi cf. Serv.

12) Superiora non leguntur in Lp.

13) Fere eadem habent Isidor. Orig. XIX, 3. et Ioann. de Ian.

14) *Podiam*, quod MSS. Servii l. l., neque tamen Isidorus, Papias et Ioann. de Ian. habent, Salmas. ad Solin. p. 400, b, C. correxit in *podium*; sed vereor ne graecum vocabulum πόδα seu ποδεῶνα turbas in Servio moverit, errorque in nostra scholia transierit.

Virgilius: [1]) *Una omnes fecere pedem, pariterque sinistros nunc dextros solvere sinus, una ardua torquent cornua.* VOSS. *pede*) i. podia. Dicitur autem podia funis tenens velum, scilicet per podiam inferior pars veli ligatur ad navem. LB.

429. *Suppara* vocat illas rugaturas, [2]) quae sunt in velo. Nunc erant extensa. B. LA. *Supparum* [3]) genus veli unum pedem habens, quo iuvari navigia solent in navigatione, quotiens vis venti languescit; ideoque [4]) addidit *perituras colligit auras.* BC. LP. VOSS. I. collectiones summi veli. LB. rugas; *(et m. al.)* sunt instrumenta, quibus vela subligantur. LC. crispaturas. [5]) VC. velamina minora in modum deltae literae; [6]) camisiae, unde fiebant vela. VOSS. I.

430. *Colligit auras* tamen cito *perituras;* et illud ostendit *ut primum levior* etc. Et postquam *exiguum,* pro exigue, *tument,* statim est [7]) perdita *aura.* B. LA. *lintea*) vela. Virgilius: [8]) *Certum est dare lintea retro.* BC.

431. *reddita*) revocata ad malum, recedente vento. [9]) BC. VOSS.

432. *Ceciderunt* vela [10]) *in ratem,* et *aura,* quae paulo ante ducebat naves, ita quievit, quod nec poterat sentiri; et hoc est quod dicit *non valet sequi* etc. B. LA. *cecidere*) i. nulla aura inflantur, sed immota dependent. BC.

433. *Non valet*) i. tam pigrae factae sunt aurae, ut non possent sequi naves actas primo impulsu. BC. i. velocior est navis impetus quam venti, quia [11]) iam deficiebat. VOSS. LP.

434. *lenta*) immota. BC. *ligata*) constricta. BC.

435. *Pigrius*) maris undae coeperunt [12]) pigriores esse paludibus. BC. LP. VOSS.

1) l. l.

2) Idem in Papia.

3) Voss. addit *est;* Bc. *Sipparum;* videntur enim distinguere inter *sipara* vela et *suppara* vestes, neque immerito, cum prius sit Graecorum σίπαρος seu σίφαρος, unde et *siparium;* ita certe Isidor. Orig. XIX, 3. Gothof., ubi eadem leguntur, repetita a Papia et Ioanne de Ianua. Quorum tamen hic alio loco v. *suparus* monet *suppara* poni pro velo vel summitate velorum, addens versum nostrum Lucani licet alio nomine. Vide Itpp. ad Fest. p. 506. Dac.

4) Lp. *ideo.*

5) Vox nova.

6) Cf. Gesner. in Thesauro v. *supparus.* De v. *camisia* vide supra ad II, 364.

7) *est* non legitur in B.

8) Aen. III, 686.

9) Voss. addit *nec rursus inflata.*

10) *vela* omissum in La.

11) *quia* etc. una cum praeced. v. *impetus* absunt a Lp.

12) Lp. *p. c. e. quam paludes;* Voss. *p. e. c. quam palus est.*

436. Et quod *undae* fuissent [1]) pigriores ipsis paludibus, ostendit comparando eas Bosforio mari: *sic stat iners Bosforus, cum Ister non impulit, glacie retinente* et ipsum Istrum et *fretum*. Mare vocatur Bosforum, ubi Io transivit, [2]) et dicitur a ferendo et bove. B. LA. Dicitur *Bosforum* quasi foramen bovis. [3]) LC. Mare a natatu bovis sic vocatum. [4]) BC. Bosporum mare dicitur ab Ione, Inachi regis filia, quae in vaccam conversa illud mare transfretavit. [5]) Hoc mare enim congelascit; [6]) idem est et Ionium mare. [7]) VOSS.

437. *impulit*) hoc est cum et ipse Ister, [8]) glacie strictus, fretum cessat impellere. [9]) BC. LP. VOSS. *Ister* est fluvius, qui decurrit per illud mare. Scythia est patria, per quam decurrit Bosforum mare. B. LA.

438. Et quod stringat undas illas, ostendit, ubi dicit *immensumque gelu* etc. B. LA. *Immensumque gelu* non [10]) quod Hister mare sit, sed mari magnitudine comparat, [11]) ut ait Virgilius: [12]) *It mare proruptum.* LP. VOSS.

440. Et *eques frangit aequora*, quae iam non sunt *pervia velis*, et *orbita migrantis Bessi* etc. B. LA. *sonantem*) unda enim glacie stricta subtersonat, cum currit supra orbita Bessi. BC.

441. *migrantis*) e regione scilicet ad regionem aliam; nam Bessi in Scythia sunt. VOSS. *Maeotida*) Accusativus casus, *τὴν Μαιώτιδα*; palus est. VOSS. Bessum est genus curriculi. [13]) Maeotis est palus, quae exit de Bosforo mari. *Orbita* est via rotarum. B. LA. *Bessi* barbari fuerunt, qui a multitudine boum sic vocati creduntur; [14]) hi namque iuxta Maeotides

1) La. *essent.*

2) Similiter Lb., Papias et Ioann. de Ianua.

3) Papias: *quasi bos* (an *bove?*) *perforatum.*

4) Eadem leguntur apud Schol. Horat. Od. III, 4, 30.

5) Eadem habet Lc.; cf. et Schol. Horat. l. prius l.

6) Eadem sunt in Bc., sed *hic c. c. m.*

7) Confundit Schol. Bosporon cum Ionio mari ob eamdem denominationem ab Ione, a qua multi hoc mare putant dictum. OUDP. Cf. Hygin. fab. 145. ibique Staveren, quibus adde Philarg. ad Virg. Gc. III, 153. et Serv. ad Aen. III, 211. Eadem confusio est ap. Papiam v. *Ionium.*

8) Voss. pro superioribus, v. *Hister* praemisso, *hic enim gl.*

9) Voss. *inplere.*

10) Lp. *q. non;* Voss. *Et dicit mare n. q.*

11) Rursus errat Schol., dum *mare* sumit de Histro. OUDP. Voss. *comparatur* reliquis omissis.

12) Aen. I, 246; corrupte Lp. *id m. proprium.*

13) La. *vehiculi*, ut Lc. et Papias, male; melius Ioann. de Ian. et Lc. man. al. *populi sunt in Scythia.*

14) Superiora leguntur ap. Isidor. Orig. IX, 2.

paludes habitant. Ordo: [1]) *et orbita migrantis Bessi scindit sonantem Maeotida latente fluctu.* BC.

442. Et *quies* Bosfori maris est *saeva*, quia nulli licet ire. B. LA. *moesto*) tardando. LP.

443. Et *stagna iacentis aquae* sunt *ignava*. B. LA. *rigente*) deficiente. BC. LP. LC.

444. Subiungit causam, quare vocet profundum moestum; ideo scilicet, quia *aequora cessant* a *natura, veluti* essent *deserta* a *rigente natura*. Natura maris est, ut semper moveatur. Vere cessat a *natura;* nam *non commeat aestu, nec tremit horrore, nec vibrat* se *imagine solis*. B. LA.

445. *vices*) i. tempestatis scilicet vel quietis. LP. *aestu*) cursu. LB. non commovetur fervore. BC.

446. Imaginem solis vocat lunam, eo quod praesentat solem in rotula sua, cum est plena. Quae cum oritur et occidit, excitat mare extra solitum. B. LA. *horrore*) inundatione, mobilitate. BC. *tremit*) concutitur. LC. *imagine*) i. lunae repercussione, vel per aestuationem. LC. i. radiis resplendet. [2]) *Solis* autem *imaginem* radios accipimus, qui super undas resplendent; [3]) nam aliter non procedit, quia [4]) mare non reddit imagines rerum, ut Physici dicunt. BC. VOSS.

447. Nunc debet subaudiri: tale erat et istud mare; [5]) et praeter hoc adhuc erat, quod magis angebat eos. Ex una parte timebant Pompeianos, ex alia constringebat eos fames; et hoc est quod dicit *casibus innumeris* etc. B. LA. *Casibus*) periculis. LB. Et Lucanus breviter id transit. Celsus dicit [6]) quod Caesar in XII navibus posuit VII legiones, et cum applicuisset ad litus oppositum, remisit naves Brundisium pro aliis, quae in reditu fuerunt in periculo naufragii. VC. *patuere*) ad omnes expositae sunt casus et [7]) innumera pericula, quae potuerunt evenire, postquam haerere coeperant. [8]) BC. VOSS. *infestae*) tunc coeperunt [9]) timere, ne eos remis comprehenderent Pompeianae classes, cum inhaererent [10]) pigris fluctibus. BC. LP. VOSS.

1) Sequentia in Voss. quoque sunt, sed *Mae. son.*
2) Haec absunt a Voss.
3) Voss. *resplendet.*
4) *quia* etc. non leguntur in Voss.
5) La. *Tal. er. et illud m. subaudi.*
6) Caes. B. C. III, 8.
7) *et — evenire* non habet Bc.
8) Voss. *coeperunt.*
9) Voss. *coepere t. n. hos;* Lp. *t. t. c.*
10) Lp. *c. haer. in p.;* Voss. *c. hi haer. in p.*

448. Dicit omnia patuisse, quae potuerunt evenire, vel subaudiendum est *timentur* scilicet ab illis omnia mala, aut timetur ab illis. BC. *tonsis*) contis. LB.

449. *languore*) i. congelatione maris. BC. *moturae*) quae remis impellerent ignavas undas. VOSS.

450. *Novo timori*, quia nullus in mari constitutus tempestatem optat. BC. *timori*) tempestatem [1]) enim coeperunt optare. BC. VOSS. [2])

451. *Novo* sive repentino, sive vere novo, quia obsidebantur a fluctibus; [3]) vel *novo* i. magno, ut Virgilius: [4]) *Pollio et ipse facit nova* i. magna *carmina*. BC.

453. *sit mare*) mira declamatio; *sit mare* i. turbulentum, non quietum. BC. [5])

455. *Naufragii*) hoc enim [6]) cupiebant. BC. VOSS.

456. Sic desperaverunt, sed tamen die veniente habuerunt prosperitatem. B. *Laesum*) absconsum. LC. h. e. nube contectum, [7]) ut ait Virgilius: [8]) *Ille ubi nascentem maculis variaverit ortum conditus in nubem*. LP. *Sensim* pro paulatim accipitur. B. LA. leviter atque paulatim. BC.

457. *Concussit*) commovit. LC. *movit*) [9]) quando mare aestuat in montes, videbatur nautis, montes se movere. VOSS. *Movit* dicit quantum ad hoc, quod in ipsa aqua videntur moveri, cum mare movetur; et per hoc notat ipsum mare commotum esse. B. LA. *Ceraunia* aut montes dixit Illyricos, ut inde flare coeperit ventus, nam in sale sunt; ideo *pelagi Ceraunia;* aut illos pretiosos lapides [10]) accipimus in imo mari ventis esse commotos. LP. VOSS. *Ceraunia*) summae

1) Vóss. *quia t. o. c.*

2) Schol. La. vide T. II. p. 580. In B., qui eadem habet, locus ita legitur: *Et q. ita — rogabant — temp. confringat — i. e. hab. — — mov. ventis. Venti — naufr. quae nunc alterat, quamvis desiderarent eam.* Scriba enim La. vv. *quae nunc* usque ad v. *prosperitatem* schol. vs. 456. neglexerat; unde restitit *tatem* corruptum, a me in *cum abest* correctum.

3) Lp., qui superiora habet, *vel* ante v. *quia* addit.

4) Ecl. III, 86, ubi vide Serv.; sic explicant Schol. Horat. Epod. 16, 6. et Gloss. Fulgent. Virg. Cont. p. 738. v. *magna*.

5) Schol. Lc. vide T. II. p. 580, ubi lege *quod* pro *quia*.

6) Voss. *nam hoc*.

7) Idem in Bc.

8) Ge. I, 441.

9) In Voss. corrupte praecedunt: *Ut deinceps flare coeperit*.

10) Isidor. Orig. XVI, 13, quocum faciunt Papias et Iso ad Prudent. Psychom. 470.

undae [1]) vel montes. LB. Ceraunia sunt acuta montana Epiri. [2]) B. LA.

458. *Inde*) deinde vel tunc. BC.

459. *sequi*) nam supra ait: [3]) *Non valet ipsa sequi puppes, quae vexerat aura;* nunc autem sequebatur. BC. *Curva*) in fluctus commota, i. vento curvata. BC. *Curva aequora* vocat ipsas undas. B. LA.

460. Palaeste est ipsa civitas, ad cuius portum venit Caesar. B. LA. *Palaestinas*) i. arenas Palaestini maris. Mare autem etiam a provinciis nomen sumit. BC. Palaestina Epiri regio est. [4]) VOSS. *uncis*) i. e. ancoris. LP.

462. *Genusus* [5]) et *Apsus* sunt fluvii, quos describit ideo, quia non videretur verisimile, ut, cum ita prope essent tam graves inimici, quin statim concurrerent. [6]) Et dicit istos esse in medio; et, ne circuire possent, dicit quod prope erant montes, unde urgebantur. Et cito intrant mare. B. LA. Duo flumina sunt Genusus et Apsus. Genusus enim velox est, Apsus vero lenis. BC.

464. Et Apsus currit per paludem, quam [7]) absorbet; et illa est *causa*, quare non possit vadari. B. LA. *Causa palus*) ut naves ferre possit Apsus, [8]) efficit palus, quae illum [9]) reddit leniorem. BC. LP. VOSS. Ordo: *palus est causa Apso gestare carinas.* BC. *fallens*) videtur [10]) immobilis, dum leniter fluit. [11]) LP. LD. VOSS. leniter fluens. BC. *egerit*) quasi extra mittit, i. commovet. BC. aquam paludis secum effert. LB.

465. Illud facit palus; *at nives* [12]) et imbres *praecipitant Genusum.* B. LA.

466. Et ut ostendat, non posse circuire [13]) flumina illa, subiungit *neuter lassat se longo gurgite*, sed potius cito venit ad mare; et hoc est quod dicit *sed novit minimum terrae, litore* maris ente ibi *vicino.* B. LA. *Praecipitant*) celerem faciunt. LC. Velociter currere faciunt.

1) Lc. *summitates undarum;* Ioann. de Ian. *i. acutiones* (cf. Adelung. T. I. p. 63.) *vel exaltationes undarum in tempestate, quasi amnes cornuti; unde Lucanus movitque* etc.

2) Similiter Lb. et Lc., uterque man. al.

3) vs. 433.

4) Similia in Lb. et Lc. Papias: *Palaestrae* (leg. *Palaesti*) *est civitas in Epiro, unde Palaestinus, a, um.*

5) La. *Genisius.*

6) La. *convenirent.*

7) B. *quae absorbit.*

8) *Aps.* non est in Voss. et Lp.

9) Voss. *eum.* Similia, quod sensum attinet, in Lc.

10) Voss. addit *enim.*

11) Ld. *cum l. currat vel fluat.*

12) B. *amnes* pro *at n.*

13) La. *currere.*

LP. *lassat*) i. uterque fluvius non per longas labitur terras, sed mox miscetur maris [1]) undis. LP. VOSS.

469. Dixit superius quod ita erant castra iuncta, quod credentes dispositione deorum factum speraverunt, eo [2]) posse componi tantum nefas propter ipsam praesentiam. Sed haec spes fuit irrita, et [3]) hoc aequipollenter *fortuna composuit* in *hoc loco duo numina* etc. *Duo numina* [4]) vocat Caesarem et Pompeium; et comparat eos diis, vocando *numina*. B. LA. *Composuit*) collocavit. LP. *spes*) i. speravit mundus recedere eos a bello, propter vicinitatem. BC.

470. *direptos*) separatos. BC. LC.

471. *Admotum*) vicinum vel proximum. BC. LP. *vultus*) utriusque partis exercitus. BC. Quod parva statione remoti essent, ostendit, ubi dicit *nam cernere vultus* etc. B. LA.

474. Quid vocet *pignora*, subiungit, scilicet *sobolem infausti sanguinis;* per hoc notat filiam Caesaris. *Mortemque nepotis*, per hoc notat filium, quem Pompeius habuit de filia Caesaris. Ideo vocat infaustum sanguinem, quia, nisi amicitia praecessisset, non tam graves inimicitiae essent. [5]) B. LA. *infausti*) quia non perseveravit affinitas. VOSS. *subolem*) filium [6]) Pompeii, qui obiit adhuc infans cum matre Iulia, [7]) qui vere [8]) Caesaris nepos fuit. BC. LP. VOSS.

475. Ordo: *dilectus tibi, Magne, socer te nisi* in *Niliaca arena propius non vidit* [9]) h. e. nunquam [10]) tam de propinquo vidit, quam esset in terra [11]) Epiro. LP. VOSS. *Niliaca*) ubi occisus es. [12]) BC. VOSS.

476. Audiverunt se et viderunt; et quod non pugnavit Caesar, ideo fuit, quia maiorem partem sui exercitus [13]) habebat Antonius apud Brundisium; et hoc est quod dicit *Caesaris attonitam* etc. B. LA. *attonitam*) consuetam. LB. numine Martis afflari solitam. BARTH. [14])

477. *partes*) i. milites, quos per diversa loca reliquerat. LB. Sensus hic est: Caesar cupiens dimi-

1) Voss. *marinis.*
2) Ita pro *eos.*
3) *et — etc.* absunt a La.
4) B. *nomina;* La. *lumina.*
5) La. *gravi inimici nunc fuissent.*
6) *fil.* non habet Voss.
7) Lc., qui similia habet, *in cuius partu mortua fuit.*
8) Lp. et Voss. *certe.*
9) Superiora non leguntur in Voss.
10) Voss. *neque te tam.*
11) Lp. *infra;* Voss. *q. cum esses in t.* Similiter Lb. et Lc.
12) Voss. *est Pompeius.*
13) *sui ex.* non sunt in B.
14) ad Stat. Theb. I, 125.

care, ideo moras sui sceleris perferebat, [1]) quia in Italia relictam partem [2]) exercitus cum Antonio duce opperiebatur. Haec [3]) erat causa differendi proelii. [4]) BC. LP. VOSS.

478. *audax*) tantae auctoritatis, quod iam posset meditari proelia, quae egit sub Leucade. LC. *Antonius*) duo erant Antonii, quorum unus ex parte Pompeii; alter erat ex parte Caesaris, de quo nunc loquitur. GUELF.

479. Leucas vel Leucadium est promontorium, ubi postea pugnavit Antonius cum Augusto Caesare. Non quod tunc meditaretur, sed quantum ad effectum, quod post evenit, poterat videri iam [5]) meditari. B. LA. *civili*) cum Octaviano. VC. *meditatus*) praesagiens. VC. quia tunc iam discere cupiebat gerere bella civilia. [6]) Apud Leucada enim ipse et Cleopatra contra Augustum postea dimicavit. BC. LP. VOSS.

481. In hoc dicit eum esse causam *tantorum laborum*, quia videbatur ei, quod possent finiri omnia, si ille adesset. [7]) B. LA. *Evocat*) per literas, [8]) ut veniat, et rogat, et minatur. BC. VOSS. *o mundi*) Verba Caesaris per epistolas. BC.

482. Ideo dico te tenere *fata*, quia *fortuna poscit te summam manum* [9]) *belli*, iam victi *per* mea *prospera*. *Prospera* vocat, quod transivit illuc. B. LA.

483. *summam*) i. extremam. Metaphora est a pictoribus tracta, qui dicuntur summam manum imponere picturae, cum iam decolorant. BC. i. ultimam. Tractum a pictoribus, qui primo imagines mente formant, deinde colore adornant, ad ultimum oculos componentes. VOSS.

484. *manum*) h. e. illum, quem ducis, exercitum. LP. *rupta*) divisa. LC.

485. Et etiam hoc modo *evocat: Libye non dividit nos* cum *incerto aestu*, *rupta* [10]) *vadosis Syrtibus*; q. d. nec Syrtes impediunt te, nec incertus aestus; nam est tibi bene notus, et hoc est quod dicit *numquid inexperto* etc. B. LA. *Syrtibus*) Si essent inter nos Syrtes, non esset mirum, si tunc tardares. VOSS. sed

1) Voss. *suffereb.*
2) Voss. *partem* sine *rel.*; Bc. *relicta pars*; Lp non habet *exerc.*
3) Voss. *Hoc.*
4) Lp. et Voss. *pr. diff.*
5) La. *idem.*
6) Lp. *i. e. tanquam disceret g. c. b.*; Voss. *qui cogitans disceret b. c. g.*
7) Similiter Lc.
8) Voss. *i. e. p. l. et rog. ut v. et minatus est.*
9) Ita pro *summa manus.*
10) B. *rapta.*

exiguus traiectus [1]) a Brundusio in Dyrrachium, ubi erat Caesar. Bc. Lp. Voss.

486. *inexperto*) q. d. si navigatio tibi incognita esset, non mirarer. Bc. nos ante te mare experti sumus, ne dubitares post nos venire. Lc. *credimus*) committimus. Lc.

487. *venire*) ad se; non praecedere, sed sequi. Lb. *venire* sc. ad se, *non ire* sc. ad hostem; i. [2]) iubet te ut venias ad nos, non ad hostes eas. Bc. *(m. al.)* Lp. Voss.

489. *Percussi*) Sive [3]) ancoris, sive vestigiis pressi. [4]) Bc. Voss. navigio attigi. Lb. Ideo dicit *alieni iuris*, quia omnes illi erant cum Pompeio. B. La.

491. *Impendo vota in ventos* et *fretum*; q. d. solummodo ventus [5]) et fretum audiunt me. B. La. *in ventos*) i. omnia [6]) mea vota in *ventos* et in *fretum* emittuntur; hinc enim auxilia praestolor, nam a terra nihil exspecto. Bc. Lp. i. incassum. Bc. *(m. al.)*

492. Veni; si autem non vis venire, saltem [7]) *ne* retineas *cupientes*. [8]) *Cupientes* revera; nam etiamsi deberent pati naufragium, venirent nisi spes me fallit; [9]) et hoc est quod dicit *si bene nota* etc. B. La. Vult [10]) ad invidiam hoc iter Antonium differre, non milites; ideo dicit [11]) *cupientes ne retine*. Bc. Lp. Voss. *cupientes*) Non solum ire ad me, sed etiam ad quaelibet pericula [12]) iubente me. Voss.

493. Ordo est: *si bene mihi est nota* [13]) *iuventus, naufragio volet pervenire* [14]) *ad arma Caesaris*. Bc. Lp.

495. Et revera *non ex aequo*; nam mihi et Pompeio et senatoribus dimisisti [15]) Epirum, *tu* vero *habes Ausoniam*. B. La. [16])

496. Epirus vocatur tota illa patria, ubi tunc erat. Ideo introduxit illum [17]) loquentem ad absentem. B. La. *Epirum*) Graecia septem provincias habet, qua-

1) Voss. *tractus est.*
2) Lp. *i. iub. ut ad socios v. non ut ad h. e.*; Voss. *h. e. iub. ut ad socios veniat, non ad h. prior eat; ipse vult primus esse.*
3) Bc. *sine a. et sine.*
4) Voss. *pressis.*
5) La. *venti confretum*; an *cum freto?*
6) Lp. *omn. enim v. m.*
7) *salt.* abest a B.
8) Similia in Lc.
9) B. *mea fallat.*
10) Voss. *V. enim ad inv. Antonii tantum deferre, non militis.* Vv. *ad invid.* idem significare videntur, quod *prae invidia*
11) Lp. et Voss. *ait.*
12) Similiter Lb.
13) Lp. *nota est.*
14) Lp. *ad a. C. p.*
15) *dim.* abest a B.
16) Schol. Lc. vide T. II. p. 596.
17) La. *cum.*

rum una Epirus est, dicta a Pyrrho, Achillis filio.[1]) Bc. *senatus*) Pompeianae partes, quae ibi sunt. Astute *senatum* nominavit, Pompeii nomen[2]) reticens. Bc. Voss.

498. *Postquam videbat illum excitum his vocibus cessare, audet tentare* etc. B. La.

499. In hoc[3]) credebat *se deesse Diis*, quia[4]) videbatur ei, quod Dii vellent imponere extremam manum. B. La. *dum*) i. dum intelligit esse suam culpam et non deorum. Lb. *numina*) Dii omnibus adsunt; quibus autem non subveniunt, ignavia damnantur. Unde Sallustius:[5]) *Non votis, neque supplicationibus muliebribus deorum auxilia comparantur; vigilando, laborando prospera omnia cedunt; ubi socordiae atque ignaviae tradideris, nequicquam deos implores.* Bc. Bened.

501. Illud *fretum* intravit solus, *quod* sui paullo ante *timuerunt* intrare, etsi *iussi* ab illo *essent;* et haec[6]) ideo fecit, quia *expertus* erat *temeraria cessisse* sibi i. prospere evenisse, et hoc *deo* ante sibi *prono* i. propitio.[7]) B. La. *temeraria*) i. contraria. Bc. expertus erat et in temerariis dei opem. Lb. *prono*) prospero; *(m. al.)* vel parato. Lc.

502. *cessisse*) feliciter[8]) evenisse, quae tentarat temere. Bc. Voss.

503. *classibus*) h. e. ubi etiam navigia maiora periclitantur. Lp. Voss. etiam maioribus carinis. Bc. Et quod maius fuit, parva *carina* intravit *fluctus*, qui timendi essent etiam cum magna carina. B. La. *superare*) transnavigare. Lc.

504. *languida*) languidos faciens. Lc.

505. *Nox*, etsi sit *parva quies*, *miseris* tamen est aliqua quies, illis qui non habent magna disponere. Per hoc commendat pauperum vitam. B. La. *Parva*) quia plurimum laborabant, somnus hic non sufficiebat fatigatis ad refectionem.[9]) Lp. Voss. *miseris*) Sensus hic est:[10]) quies miseris et labore[11]) confectis erat parva. Omnibus[12]) enim egentibus et in humili[13])

1) Eadem fere leguntur apud Isidor. Orig. XIV, 4. et Papiam; cf. supra ad II, 646.
2) Voss. *nom. P.*
3) B. *haec.*
4) La. *quod.*
5) Catil. 52, (al. 56) 29; ubi vulgo nonnulla aliter leguntur.
6) La. *etsi.*
7) Idem Bc.
8) Voss. *expertus fel. ev.*
9) Voss., qui haec post v. *parva* in seq. schol. habet, *non s. f. ad r. q. pl. l.*
10) Voss. addit *haec.*
11) Bc. *languore.*
12) Voss. *Hominibus en.*; Bc. et Lp. male *gentibus* pro *eg.*
13) Lp. et Voss. *fort. h. p.*

positis fortuna securior est somnus atque continuus. Hos autem, qui in [1]) maiore statu sunt, i. reges, necesse [2]) est omnino vigilias sustinere populi sollicitudine. BC. LP. VOSS.

506. *minor*) quia *minor* est eorum *fortuna*, et hoc *dat vires* somno. LB.

507. Quatuor sunt vigiliae noctis: in prima omnes communiter vigilant, in [3]) secunda primi vigiles, in tertia secundi [4]) vigiles; et hoc est quod dicit *tertia hora iam commoverat* etc. B. LA. *tertia*) Tres enim horae duas vigilias habent; nam tres termini duo spatia continent. BC. Ternas enim per [5]) horas quater vigiles commutantur in nocte. [6]) LP. VOSS. Iam, inquit, prima vigilia i. una parte noctis peracta, secunda vigilia inchoabat, quia primi per tres horas vigilaverant. VOSS.

509. *famulis*) fatuis. LB. i. quae nec servi aliquando fecissent. VOSS.

510. *egressus*) Dicimus *egressus tentoria et tentoriis*. Virgilius: [7]) *Est urbe egressis tumulus*. Sallustius: [8]) *Ut raro egressa fines suos*. BC. BENED.

512. Inde [9]) *tacite* est conquestus, *quod* Pompeiani possent suos *fallere*, ut ipse tunc faciebat. B. LA. *questus*) secum. VC. intra se reprehendit [10]) sic dormire vigiles, [11]) ut his ignaris posset [12]) abscedere. BC. BENED. VOSS.

513. *curva*) proprium epitheton litoris. BC. *Legit*, pro praeterit, *curva litora*, et *invenit carinam haerentem cum fune* etc. B. LA. *legit*) circuit. LB. est praeterit, transit. VOSS.

514. *exesis*) cavatis. LC.

516. *fulta*) sublimata erat. LC.

517. Notandum canna; [13]) cum omnes arundinem dicant, hic cannam [14]) ait, sed secutus est Varronis exemplum. [15]) LP. VOSS.

1) *in* non legitur in Voss.; Lp. *maioris status.*

2) Lp. et Voss. *propter sollicitudinem* (V. *sollicitudines*) *animi n.* (V. addit *est*) *v. s.*

3) *in* abest a B.

4) Superiora et in Lc. leguntur; fere eadem in Lb. man. al.

5) *per* non est in Lp.

6) Vide Comm. ad Sil. IV, 89. OUDP.

7) Aen. II, 713, ubi vide Serv.

8) Fragm. Hist. I, 30, ubi est *gens* pro *ut*.

9) La. praemissa habet *Vel aliter*; interciderunt fortasse nonnulla.

10) Voss. *intra apud semet ipsum reprehendens.*

11) Voss. *milites.*

12) Voss. *possit.*

13) *canna* abest a Voss

14) Voss. *canna a. exemplum;* (an *exemplo?*) Lp. *cannas.*

15) Notam hanc falsam esse ex Ovid. Met. VIII, 630. et Sil. XVII, 89. patet. OUDP. Discrimen enim statuitur inter arun-

518. Et illa domus habebat munitum *latus inversa phaselo.* Phaselum vocat navim, qua cooperiebatur domus ex una parte. B. La. *phaselo*) parva navi. Bc. Genus navis, ut ait Catullus: [1]) *Phaselus ille, quem videtis, hospites.* Lp.

519. *Caesar* movit *haec limina quassantia tectum.* Amyclas vocabatur piscator ille. B. La.

521. Ait: *quis naufragus petit mea tecta?* nam nullus alius peteret, in tantum sunt vilia. B. La. *naufragus*) quasi nullus nisi naufragus pulsaret. Bc.

523. *Casae* pauperum sunt, domus vel aedes divitum. Bc.

524. *Sic fatus pavit scintillam tenuem in ignes, sublato fune ab alto aggere tepidae favillae.* Aggerem vocat cumulum cineris, ubi fovebatur ignis; super quem posuerat funem, ut siccaretur, vel [2]) ut in ipso fune straminis reservaretur ignis sub aggere cineris. B. La. *Aggere*) Ordo est: *ab alto aggere iam tepidae favillae, sublato fune, scintillam tenuem pavit in commotos ignes.* Lp. Voss. tumulo cinerum. Bc. i. [3]) tumulo parum calentis cineris. Voss. *fune*) fune ignem nutrit, utpote navita. Bc. quem in favillis absconderat. Lp. unde [4]) ignem fovebat. Voss. i. torsa [5]) straminis, quae in igne operta fuit. Lb.

525. *pavit*) nutrit, fovet. Bc. *commotos*) concitatos. Lc.

526. Per hoc quod dicit eum prius haec [6]) fecisse, quam ad ostium venisset, ostendit eum [7]) magnae esse securitatis; quod notat, ubi dicit *securus belli praedam* etc. B. La. *securus*) sine cura. Lb.

527. Et quia dixit eum in tanta securitate esse, ideo poeta habet locum laudandi pauperem vitam; et hoc faciendo reprehendit superflua quaerentes, ubi dicit *o tuta facultas pauperis vitae* etc. B. La. *Vitae*) Verba poetae; laus pauperum. Nota quomodo securior et melior sit paupertas divitia. Bc. *facultas*) mensura. Vc. Inde Sallustius: [8]) *Paupertas facile sine damno habetur.* Ratisb.

dinem et cannam minorem atque graciliorem, quod tamen non ubique servatur. Papias similiter: *cannam veteres dixerunt arundinem* ex Isidor. Orig. XVII, 7, 57, ubi Varronis Atacini locus integer laudatur.

1) IV, 1; correxi pro *Plautus.*
2) *vel* etc. absunt a B.
3) Voss. haec supra post v. *favillae* interserta habet.
4) Haec quoque vv. in Voss. supra post v. *fune* leguntur.
5) Lb. *torta*; cf. Adelung. Gloss. T. VI. p. 546.
6) La. *hoc.*
7) La. addit *in.*
8) Cat. 37, ubi tamen est *egestas.*

528. *Munera deum* vocat quicquid dat terra. B. La. Lc. Ille non intelligit esse deorum *munera*, qui superflua quaerit; [1]) vel ut vocet munus deorum paupertatem. *Intellecta* dicit quantum ad hoc, quod non sunt nota divitibus. B. La. *lares*) pluraliter domos, singulariter domesticos deos significat. [2]) Lp.

530. *tumultu*) i. ut non trepidaret. Bc.

531. *Pavit scintillam;* quo facto reclusit postem. B. La. *manu*) quae solebat muros et templa turbare. Lp. Voss. *poste*) pro ianua. Lb. *recluso*) aperto. Bc.

532. *Tum recluso poste dux ait: exspecta* etc. ac si dicat hucusque fuisti contentus parvis *votis*, nunc *maiora exspecta*. B. La. Vota modesta dixit, [3]) non festinantia, sed dilatione contenta. Bc. Voss.

534. *carinae*) q. d. si iussa mea perfeceris, non egebis amplius. Lc.

535. Nunc debebat *cuncta carinae*, quia illis solis vivebat, quae carina acquisivit. B. La. *cuncta*) i. aliquam curam; *(et m. al.)* iam non habebis ultra omnem spem in mari. Bc. *duxisse* autem pro *ductum iri* vel *ducturum esse;* est autem Syllepsis per Tempora. Scilicet *non debebis*. Bc.

536. Et ideo *ne cessa tua fata praebere deo*, cum ipse iam te vult ditare. B. La.

538. Sic potentialiter, ut diximus, locutus est; nam erat *indocilis privata loqui*, etsi esset male indutus. B. La. *plebeio*) h. e. licet plebeio [4]) sit habitu, tamen *loqui* Caesar *privata* non potuit. Lp. Voss.

539. *privata*) i. ut pauper. Lb. i. vulgaria; *(et m. al.) privata* loquitur, cuius elocutio a vulgari et plebeia locutione separatur. *Indocilis* autem pro indoctus; nam *indocilis* est, qui non docetur. [5]) Bc.

540. *Multa*) Signa [6]) colligit futurae tempestatis. Bc. Voss.

541. Nunc ponit illa omnia signa, per quae cognoscunt futuras tempestates in mari. Ideo introducit eum numerantem illa omnia, ut postea sit gratior ei, cum tamen obsequatur ei. *Multa prohibent; nam* haec [7]) non erant: nubes rubeae sole eunte ad occasum, nec unius coloris habuit radios; et hoc ostendit; nam in una parte erat Notus, in altera Boreas. B. La.

1) *quaer.* abest a B.
2) Cf. supra ad I, 507 et 557.
3) Voss. *dicit.*
4) Voss. *plebeius.*
5) Cf. Donat. ad Virg. Aen. VIII, 321.
6) Voss. *multa s. et prognostica f. t. c.*
7) B. *hae.*

Digitized by Google

542. *Concordes*) conformes eiusdem coloris. Vc. i. e. non concordes abstulit radios. [1]) Lp. Voss.

543. *diducta*) divisa. Bc. Lb. Lc.

544. Et hoc quoque signum erat ibi, quod in media rotula [2]) erat *exhaustus*, quando *recessit;* et hebes etiam fuit, cum discessit; et hoc est quod dicit *passus spectantes* etc. B. La. *exhaustus*) cavatus [3]) seu concavus. Voss. i. e. concavus, ut ait Virgilius: [4]) *Medioque refugerit orbe.* Lp. *concavus*) Hinc Virgilius: [5]) *Sin maculae incipient rutilo immiscerier igni, omnia tum pariter vento nimbisque videbis fervere.* Bc.

545. *oculos*) qui passus fuerat [6]) ab hominibus se videri, dum habet infirmum lumen; [7]) nam clarus videri non potest. Bc. Lp. Voss. Haec prognostica tempestatis et serenitatis pleniter Virgilius [8]) narrat. Bc. *infirmo*) deficiente vel obscuro. Bc.

546. Nunc enumerat illa, quae possunt cognosci in luna. *Luna* cum *surrexit*, nec *lucida surrexit, nec gracili cornu; aut* etiam *non surrexit, exesa puros recessus medii* [9]) *orbis;* q. d. *exesa* quidem fuit, sed non habuit *puros recessus.* B. La. *recessus*) vocat concavitatem illam, quae est inter cornua. [10]) B. La. Lc. *non gracili*) sed obtuso et nigro, [11]) quod significat futuram tempestatem. Voss.

547. *Exesa*) attenuata; i. in interiore parte sui erat sine nubibus; *(et m. al.)* quasi cavata. Lb. pura. Bc.

548. Adhuc aliud signum. *Nec* fuit *recto cornu* posita; et hoc notat: et signum *ventorum erubuit;* q. d. ista omnia designabant ventos futuros. B. La. *recto*) non recta, sed curvata et dependentia habebat cornua. Lc. *nota*) i. unde futuri venti notantur, [12]) ut ait Virgilius: [13]) *Aut si virgineum suffuderit ore roborem, ventus erit.* Lp. *rubuit*) rubor enim lunae teste Virgilio [14]) ventos signat. Lb. *lurida*) nigra. Lc. deformi ore, [15]) incerto et pallido colore suffusa. Bc. Voss.

550. *tristis*) pro tenebrosa. Bc.

1) Voss. *et n. c. tulit;* Bc. et Lb. *et non* sine reliquis.
2) B. *rota e. exustus.*
3) Idem Lc.
4) Ge. I, 442.
5) Ge. I, 454.
6) Voss. *fuerit.*
7) Lp. et Voss. *lum. inf.*, qui seqq. non habent.
8) Ge. I, 351. etc.
9) *medii* etc. absunt a La.
10) Lc., omissa v. *illam*, addit *lunae.*
11) Idem Lc.
12) Eadem in Voss.
13) Ge. I, 430.
14) l. l.
15) Voss. *i. e. ore inc.*; Bc. *def. colore*, quae correxi.

551. Et non solum superiora signa terrent me, [1]) sed etiam ista, quod nemora moventur, et delphines exeunt mare, et quod ardea ausa est volare etc. B. La. Haec complexus est Virgilius dicens: [2]) *Continuo, ventis surgentibus, aut freta ponti incipiunt agitata tumescere et* [3]) *aridus altis montibus audiri fragor, aut* [4]) *resonantia longe litora misceri, et* [5]) *nemorum increbrescere murmur.* Bc. Voss.

552. *incertus*) qui se [6]) volutando discurrit, tempestatem maris denunciat. Delphines adveniente tempestate deserta maris derelinquunt et ad litus approperant. Voss. nunc in aqua, nunc sub aqua; [7]) *(et m. al.)* mergitur et resilit. Lb. *delphin*) quia tempestatem significant, [8]) cum videntur per pelagus exilire. Bc. Lp. marinus bos. Lb.

553. *mergus*) quod contra consuetudinem fit, [9]) ideo significat tempestatem. Lp. Voss. Virgilius: [10]) *Cum medio celeres revolant ex aequore mergi, iam sibi tum a curvis male temperat unda carinis.* Bc.

554. *Ardea*, unde Virgilius: [11]) *Notasque paludes deserit atque altam supra volat ardea nubem.* Bc. . Dicunt philosophi quod ardea, futurae tempestatis praescia, omnes supervolat nubes, ut tempestatem evadat. Lc. *confisa*) confidens [12]) pennae, quae natare consuevit. Bc. Voss. *volanti*) per aera. Voss. l. *natanti*) remigio alarum i. volanti. Lb. Dicitur natare avis in aere, quia sustentatur ibi [13]) pennis. B. La.

555. Et istud pluviae, quod *cornix metitur* etc. In hoc dicitur occupare *imbrem*, quia designat futurum imbrem. B. La. *spargens*) infundens. Lb. *occupet*) mancipet. Lb. anticipet. Lc. cum impetu mergit se. [14]) Bc. Lp. Voss.

556. *metitur*) discurrit. Lb. *cornix*) Virgilius: [15]) *Tum cornix plena pluviam vocat improba voce, et sola* [16]) *in sicca secum* [17]) *spatiatur arena.* Bc. Lp. Voss.

1) *terr. me* non exstant in B.
2) Ge. I, 356.
3) Voss. pro superioribus *ut Virgilius: atque.*
4) Voss. *et.*
5) Voss. *aut.*
6) an *si?*
7) Similiter Lc.
8) Bc. *significat;* Lp. *qui potestatem monent c. v. in pelago.*
9) Lp. *stet.*
10) Ge. I, 360, ubi verba vulgo aliter collocantur.
11) Ge. I, 363.
12) Voss. *i. confisa.*
13) La. addit *a.*
14) Lp. et Voss. *c. i. enim subm. se* (V. *se m.*) *in fluctus.*
15) Ge. I, 388.
16) Voss., qui cum Lp. priora non habet, *et se.*
17) Lp. *siccum sp.* sine *arena.*

557. Haec omnia me hortantur; *sed* tamen *si discrimina magnarum rerum.* [1]) B. La.

559. *flatusque*) Sensus hic est: parebo voluntati tuae; nam ad [2]) litora iussa veniemus; si [3]) autem fieri non poterit, non ego tibi, [4]) sed tempestates et maria hoc negabunt. Bc. Lp. Voss.

560. *carbasa*) *carbasus* in singulari numero feminini generis est, in plurali vero neutri. [5]) Bc.

561. *Ad* [6]) *motus quorum* diversi deportantur. B. La.

562. *dispersos*) diversos. Lc. *traxere*) i. non solum planetae, qui [7]) proprios cursus peragunt, igniculos [8]) emittebant, sed etiam sidera, quae coelo fixa volvuntur. [9]) Haec secundum vulgarem opinionem dicta sunt; ceterum veritas habet, esse igniculos ab aethere lapsos, vento altiora petente, qui in modum stellarum labuntur. Bc. Lp. *sulcos*) igneas rimas. Lb. radios, [10]) ad modum sulcorum. Lc. ut Virgilius: [11]) *Flammarum a tergo longos albescere tractus.* Voss.

563. *Non sidera solum* visa sunt cadere, *sed etiam astra.* [12]) *Sidera* vocat hic planetas, *astra* vocat ea, quae in firmamento posita sunt. B. La.

564. Non dicit ideo *polis*, quod utrosque polos posset [13]) videre; sed in utraque parte coeli videbantur [14]) cadere, ideo quia ex collisione ventorum scintillae quaedam movebantur. B. La. *niger horror*) i. severus. Est autem horror *τῶν* [15]) *μέσων*, ideo non vacat hoc epitheton, i. *niger.* [16]) Bc.

565. *Terga maris* vocat superiorem partem maris. B. La. Superficiem. Lb. Lc.

566. *Unda minax aestuat, tractu facto per longa volumina* i. revolutiones. B. La. *incerta*) incertum flatum designantes. Lb. quia nescia cui vento pare-

1) Similiter Lb. et Lc.; in B. et La. notatur lacuna.

2) Lp. *aut.*

3) Lp. et Voss. *aut s. f. n. p.* (V. *potuerit*).

4) Lp. et Voss. *hoc* addunt omissum in seqq., ubi Voss. *tempestas* et Lp. *denegabunt.*

5) Eadem contendunt Serv. ad Virg. Aen. III, 357. et Pompeius II, 4. p. 150; sed Phocas p. 1706. masculini esse generis singularem praecipit, quocum cf. Itpp. vett. Maii ad Virg. Aen. VIII, 34. De forma *neutri* pro *neutrius*, vide praeter Lexica Seyferti Gr. Lat. §. 1525.

6) La. *Ad metus q. dierum dehorta*, notata lacuna; B. *At metus q. divorum dehortantur*, quae correxi.

7) Bc. *quae.*

8) Lp. *ignem.*

9) Lp. *q. f. v. c.*

10) Idem Vc.

11) Ge. I, 367.

12) Eadem Lc.

13) An *possent?*

14) B. *videbatur.*

15) Bc. *τέ.*

16) Cf. de re supra ad III, 411.

bit. Lc. Numero plurali accipimus, genere neutro; ipsa *incerta* futuri flatus aequora testantur; [1]) quasi omnes venti sint excitati. Lp. Voss. *futuri*) Venti erant concepti, sed quis flans [2]) esset futurus, an Boreas, an Eurus vel Aquilo, incertum erat. Lb.

568. Ratis videbatur trepida, quia ita commota erat ventis; vel ita, ut dicatur ipse trepidus etc. B. La. *trepide*) adverbium. Lc.

569. *intendat*) praetendat; vel *intendat Austros* i. tendat in Austros an in Zephyros. Lc. scil. ipsum pelagus ventum occidentalem et [3]) orientalem iuxta subsolanum. Voss. I.

570. *Incertum est* [4]) an *intendat*, i. praesignet [5]) *Zephyros an Euros*. Ne hoc ignorantiae illius [6]) posset imponi, subiungit *dubius pontus* etc. B. La.

571. Istud autem est certum, quod Nothus est iam in nubibus [7]) et in ipso [8]) aere. Praeterea est aliud, *si* volumus credere murmuribus *ponti*, designant Coros cito venturos in mare. [9]) B. La. *coelo*) coelum, inquit, Auster tenet, [10]) et mare Corus. Bc. Lp. Voss.

572. Ideo dicit Cori, quia unus solus non videretur sufficiens ad tantam commutationem faciendam. B. La.

573. *naufragus*) quia non poterit enatare; *(et m. al.)* nec etiam naufragus. Lb. i. in tanta tempestate nec navis ad Italiam perveniet, nec nostra corpora, si naufragi erimus. [11]) Bc. Lp. Voss.

574. *convertere*) ut Virgilius: [12]) *Quaque vocat, vertamus iter*. Voss.

575. *Sola salus*) Haec est *sola salus*, [13]) si non petamus, a qua prohibemur, Italiam. Bc. Lp. Voss. Vult gubernator ad litus revertere. Voss. Ego dico *convertere cursus;* et utinam liceret reverti illuc saltim [14]) *puppe vexata*. B. La. Lc.

1) Lp. addit *undique*.
2) Ita pro *flat;* similiter Lc.
3) Fortasse *an* pro *et* legendum.
4) La. *etiam in int.*
5) Idem Ld.
6) La. *ratus*.
7) Ita pro *manibus*.
8) B. *presso*.
9) Similia in Lc.
10) Voss. *habet m.;* Lp. *ten. m.*
11) Voss. *fuerimus*. Schol. La., quocum consentit B., vide T. II. p. 580, ubi scribe *illuc* pro *huc* et *pervenient* pro *pervenire*, auctoritate B.; idem *apparerent* pro *apparet* habet.
12) Aen. V, 23, ubi tamen *quoque* legitur.
13) Lp. et Voss. *so. sal. est.*
14) Lc. *tamen*.

576. *Prendere*) tenere. LC. *proxima tellus*) i. antequam tellus nimium longe sit, quae nunc proxima est, revertamur. BC. h. e. ne [1]) terra, quam vicinam habemus, [2]) fiat longior, revertamur dum ad Italiam ire [3]) contendimus. LP. VOSS.

577. *cessura*) datura loca. LC.

579. *Si recusas Italiam* tangere *coelo auctore*, i. interdicente, petas *me* auctore; q. d. utaris *me* pro numine. Quod nisi feceris, non impune feres quod timuisti; nam *haec sola est causa* veniae, quod me non nosti; et hoc aequipollenter *sola tibi causa* etc. B. LA.

580. *Me*) i. in me confide. LB. *me* scil. auctore. Sensus hic est: si ideo [4]) Italiam non petis, quia dissuadet coelum, ideo pete, quia ego suadeo. BC. LP. VOSS. *timoris*) q. d. ideo [5]) iuste times, [6]) quia non cognoscis [7]) tuum vectorem, scilicet me quem vehis, [8]) cui venti obediunt. LC. LP. VOSS.

581. Vector dicitur et qui vehit et qui vehitur. [9]) LB.

582. *Destituunt*) relinquunt. BC. derelinquunt. LB. LB. *male*) i. nullas gratias habeo ei. LB. Sensus hic est: offendit me in hoc Fortuna, si tunc venerit prospera, postquam optavero ut veniat; i. e. non optante me necesse est mihi prius secunda [10]) contingere, ultro deferente Fortuna. LP. VOSS.

583. *Tum post vota* veniret, si tunc non veniret, cum invocaret, sed postea; et ideo *male* promeretur ab eo. B. LA. *vota*) i. post optata. [11]) BC.

584. Et cum certum sit quod *numina nunquam* destituerunt me, [12]) nec nunc facient; et ideo vade per *medias procellas*. B. LA. LC. Ideo dico *mea tutela*, quia *iste labor est coeli, non navis;* q. d. nil laboris patietur haec navis. B. LA. *coeli*) q. d. coelum et fretum laborabunt hac tempestate, et non nostra navis. LC.

585. *labor*) i. e. ideo tempestas ista [13]) orta est, ut

1) Voss. *nec.*
2) Voss. *habebas*, omisso in seqq. v. *revert.*
3) Voss. *venire contendis.*
4) Lp. *si ideo* omissis prioribus; Voss. *me auct. si adeo.*
5) Lp. et Voss. *id. tantum i.*
6) Lp. et Voss. II. *videris timere;* sed Voss. I. *times.*
7) Lp. et Voss. *nescis, quem vehis navi*, reliquis omissis.
8) *vect. — vehis;* eadem in Lb. leguntur; Lp. seqq. *cui* etc. non habet.
9) Eadem habet Serv. ad Aen. IV, 72; VI, 298, ubi noster laudatur locus, et alibi; eadem repetit Papias; adde Agroet. de orthogr. p. 2270.
10) Voss. *sidera*, unde Oudp. fecit *desideria.*
11) Lp. *postquam optatur.*
12) *me* non legitur in B. et La.
13) Voss. *ista t. id.*

mare et coelum fatiget, nihil nostro obfutura navigio. Lp. Voss.

586. Pondus vocat se, non quantum ad gravitatem corporis, sed quantum ad potestatem, quae in eo erat. B. La. *onus*) quia me vehit, ideo [1]) non poterit a fluctibus obrui. [2]) Bc. Lp. Voss.

587. Non laborabit puppis, sed potius erit [3]) causa, quare undae, quae a vento lacerarentur, quiescant. B. La. *proderit*) i. minus collidentur undae inter se, postquam nostram navim attigerint. Bc. quia propter me venti, qui eas commovent, sedabuntur. Voss.

588. *ne flecte*) *κατὰ τὸ σιωπώμενον* intelligimus hunc reverti voluisse. Bc.

589. *Proxima litora* vocat illa, unde veniebant. Ideo dico *fuge* illa, quia, *cum non poterit* nobis illa [4]) ripa, unde venimus, [5]) *dari, tunc crede te potitum* alia ripa; nam nihil est medii, cum certum sit, quod in medio non remanebimus. B. La. *portu*) tum, inquit, te [6]) crede ad Italiam [7]) pervenisse, [8]) cum iam ad aliam non poteris transire [9]) regionem. Bc. Lp. Voss.

591. Aliud est, quare debeas fugere illa litora; quia Fortuna [10]) ad hoc tantum laborat, ut tandem sit gratius mihi evasisse, quam si sine tempestate irem, quod tu ignoras; et hoc aequipollenter *quid tanta strage* etc. B. La. *strage*) i. tempestate. Lb. mundi ruina. Bc.

592. *tumultu*) Ideo est orta tempestas, ut habeat Fortuna, [11]) quod mihi praestare possit, si me ex tantis periculis liberaverit. [12]) Bc. Lp. Voss.

593. Ipse ita speravit, sed longe aliter evenit; et hoc est quod dicit *non plura locuto* etc. B. La.

594. *Avulsit*) avello avulsi et avelli facit praeteritum. Bc.

595. Et *tulit vela volitantia super fragilem malum.*

1) *ideo* abest a Lp. et Voss.
2) Lp *opprimi;* Voss. praeced. *a* non habet.
3) Ita pro *erat.*
4) B. solus *alta rip.* addit, quae correxi.
5) B. *venis* omisso v. *dari;* Lc., qui et priora habet, *d. u. ven.*
6) *te* non exstat in Lp., in Voss. post *crede* est.
7) Voss. addit *Calabria enim in Italia est;* quae similiter in Lb. leguntur.
8) *perv. — aliam* absunt a Lp.
9) Lp. et Voss. *ire.*
10) *Fort.* etc. leguntur in Lc. quoque.
11) Lp. et Voss. *hab. quid m. p. pr. Fort.*
12) Voss. I. *eripiet;* II. et Lp. *liberavit.*

Digitized by Google

B. La. *tulit*) i. super malum iecit, ex quo nimia vis venti ostenditur. Bc.

597. *Pericula* vocat ipsos fluctus, qui ex omni parte mundi veniebant.[1]) B. La. *concita*) commota. Bc. ab eo quod est[2]) concio, concis, concit, est concitum, ut ait Virgilius:[3]) *Excitum ruit ad portas.* Lp. Voss.

598. Nam, o *Core*, tu *primus*[4]) venisti ab Occidente, (Atlas est mons in Occidente) qui solus sufficeret; et hoc dicit aequipollenter *pontus furebat iam*, scilicet *te tollente caput* i. te incipiente. B. La. *exseris*) elevas. Lc. *Atlantes*) Corus enim ab Occidente aestivo flat,[5]) i. ab Hispania vel Mauretania, ubi Atlas est. Bc.

599. *tollente* i. flante. Est autem hoc verbum absolute dictum, sicut et posuit Virgilius:[6]) *Tum venti posuere;* potest et subaudiri aestum vel pontum. Bc. sive ipsum pontum, sive undas, quas dicturus est; sive caput tuum. Voss.

601. Et quamvis ille sufficeret, tamen surrexit *Boreas*. Eundem ventum, quem vocavit Boream, vocat hic Aquilonem. B. La. *retundit*) reverberat. Bc. Lc. Lp.

602. *concidat*) consentiat. Bc. Lp. cedat. Lp. Lc.

604. Et ubi arenae prius erant abstrusae, i. profundissimae, nunc erat vadum. B. La. *abstrusas*) remotas,[7]) quae per naturam abstrusa sunt. Bc. vel absconsas. Ld. *arenas*) expulit mare ultra litus, et ubi remotae erant arenae, vadum fecit, cum unda easdem deiectat exiens.[8]) Lp. Voss.

605. Et non *perfert Boreas* fluctum ad saxum, nam franguntur *in fluctus Cori;* et tanta erat ibi commotio ventorum, quod, etiamsi discederent, posset mare per se commoveri.[9]) B. La.

606. *frangit*) Boreas concutit et elidit. Lc. *mare*) quod ipse moverat, i. unda, mota a Borea, frangebatur ab ea, quam Corus movebat. Bc.

607. *subductis*) Sensus hic est: tantus erat impetus maris, collisis inter se fluctibus, ut si omnis[10]) ven-

1) Similiter Lc.

2) Voss. pro his *i. concitata a.*

3) Aen. III, 676; praeced. *ait* non legitur in Voss.

4) B. *plurimus.*

5) Sunt verba Isidor. Orig. XIII, 11.

6) Aen. VII, 27, ubi vulgo *cum* scribitur.

7) Idem Lp. et Ld.

8) Voss. *fec. undas e. iactat exisse* fort. *haesisse.* Male capit hunc locum Schol. Oudp. Lp. *exisse;* correxi.

9) Similiter Lc.

10) Voss. et Lp. *omnium;* Lp. seqq. non habet.

torum flatus subito conquiesceret, [1]) nihilominus undae secum invicem litigarent atque concurrerent. Bc. Lp. Voss.

608. Non solum superiores, sed etiam non crediderim contrarios horum abesse; et hoc aequipollenter *non crediderim minas Euri cessare* etc. B. La.

609. *Aeolii*) ubi Aeolus regnare dicitur. Bc. Aeolus est rex ventorum, qui dicitur incarcerare ventos. [2]) B. La.

611. In hoc dicitur quisque defendere regionem suam, quia quicquid invenit, ducit in contrariam partem. B. La. Cum ex omni parte omnes venti saeviunt, [3]) sic factum est, ut mare a litore suo longius exire [4]) non posset, quia ventus [5]) ab altero vento impulsus repellebatur. Ergo [6]) *sic pelagus* in suo *loco mansisse crediderim*. Bc. Lp. Voss.

612. Et quia ex omni parte veniebant venti, *sic* i. taliter dicitur *pelagus mansisse* in *loco*. *Pelagus* vocat illud medium, quod respectu circumiacentis maris poterat videri stare, quia ex omni parte percutiebatur, et sic non habuit viam eundi. B. La. *parva*) levia. B. Lp. Est autem natura, ut venti tenues aquas i. superficiem aquarum elevent, et minutatim [7]) in modum pluviae spargant. Bc.

613. Dixit superius, quod tanta commotio erat [8]) in mari, et hic dixit *pelagus mansisse;* ne videretur sibi contrarius, subiungit *nam* venti *ferunt parva aequora rapta a procellis*, sicut *Tyrrhenum* mare in Aegeum, et Adriaticum in Ionium. [9]) Illud vero, quod in medio est, stat quasi immobile. B. La. *ferunt*) dicunt. Lb. homines narrant vel venti. Vc.

614. *Hadria*) Ad Ionium [10]) transit Hadria. *vagus* autem, sive [11]) quia per multas terras [12]) tenditur, sive modo *vagus*, cum transit in Ionium. Bc. Lp. Ld. Voss.

615. Nunc poeta habet locum conquerendi quod

1) Voss. *conquiescerent.*
2) Similiter Lc.
3) Voss. *p. v. se muniunt;* Lp. *secuunt.*
4) Lp. et Voss. *n. p. ex.;* Bc. *possit.*
5) Lp. et Voss. *q. inpulsum ab a. vento ventus* (Voss. addit *illius*) *repellebat.*
6) Voss. *subaudimus e.;* Lp. *subaudiamus erg.*
7) Bc. *minuitatem.*
8) La. *esset.*
9) B. *Ionicum.*
10) Ld. et Voss. *ad I. mare tr. Hadriaticum;* Lp. *Adriaticum mare tr. ad I.*
11) *sive* abest a Voss.
12) Lp. Ld. et Voss. *tend. ter.*

evasit; et hoc notat, ubi dicit illud *frustra* evenisse, quod montes illi sunt pulsati, ut ita dicat: tanta fuit commotio; ah, quod frustra fuit! et hoc est quod dicit *ille dies, quoties obruit* etc. B. La. *montes*) qui frequenter ante frustra pulsati sunt, illa [1]) die obruti sunt a fluctibus. Bc. Lp. Voss.

616. *Obruit*) operuit. Lb. *pessum*) in ruinam, [2]) in perditionem. Bc. Lp. pessumdo a pede et sursum et a do componitur. [3]) Guelf.

617. *dedit*) supposuit aquis. Lb. *litore*) ubi navigabant Caesar et Amyclas. Voss.

618. Non mirum si *tellus dedit victa cacumina,* cum etiam ex *magno mari* i. Oceano videbantur venire *fluctus*. B. La.

619. *Magnum mare* dicitur mediterraneum, comparatione fluminum vel lacuum, quibus maius est. Bc. *coercens*) circuiens; *(et m. al.)* vel concludens. Lc. commovens et conturbans [4]) vel lacerans. Bc.

620. *agit*) movet. Lc. operatur. Bc.

621. Nunc comparat etiam ipsi diluvio, ubi dicit *sic rector Olympi* [5]) *adiuvit fulmen* etc. Tangit illud, quod Iupiter voluit delere [6]) mundum per ignem, et multa misit fulmina; quod quia non processit, immisit pluvias, et Neptunus effudit mare. B. La. *lassatum*) i. sic factum est, quando Iupiter voluit esse diluvium, adiuvante Neptuno, cum iam ipse Iupiter fulmine lassaretur. Bc. Ld. h. e. Neptuni tridente usus Iupiter adiuvit fulmen suum, quod longa fuerat [7]) aetate lassatum. Lp. Voss. *laxatum* h. e. lassatum. Ld.

622. Primum regnum est coelum, secundum aqua, tertium terra, in qua est infernus; et terra ad ius secundi regni *accessit;* [8]) q. d. in potestate aquae erat tota terra, tunc dico *cum mare convolvit* etc. B. La. *regno*) i. mari. Bc. Lp. Tria enim sunt regna, i. [9]) coelum, mare, terra; nunc ergo tempestatibus confusa [10]) terra ad regnum maris est copulata, ut iam [11]) unum esset imperium. Bc. Lp. Voss.

623. *Cum mare*) Cum diluvium [12]) fuit et evadente

1) Voss. *illo.*
2) Lp. *in p. in r.*
3) Similiter Papias.
4) Eadem Lp.
5) La. *aquarum.*
6) La. *perdere.*
7) Lp. *fuerit.*
8) Ita pro *cessit.* Superiora leguntur et in Lb.
9) *i.* abest a Lp. et Voss., qui tamen *et ter.* habent.
10) Lp. et Voss. *conf. temp.*
11) Bc. *iam ut;* Lp. et Voss. *eius* post v. *unum* addunt.
12) Voss. *Deucalion f. ev.*

Pyrrha et Deucalione terra sub maris coepit esse imperio. BC. LP. VOSS.

624. *coelo*) i. nullo elemento voluit teneri nisi coelo. BC. [1])

625. Tunc diluvium fuisset, nisi Iupiter infudisset pluvias; sedatur enim [2]) tempestas maris imbre dimisso. BC. LP. VOSS. *Tunc*) quando Caesar et Amyclas navigabant. VOSS.

626. *pressisset*) nubes enim mari instabant, ita ut premeretur et egredi non valeret. BC.

627. Ideo dico *nubibus*, quia *illa nox non fuit* talis, quales ceterae solent esse, sed ab ipso inferno videbantur duci tenebrae; et hoc est quod dicit *non coeli nox* [3]) etc. Absentia solis vocatur *nox*, [4]) quod quia fit [5]) ex ipsa volutione coeli, dicitur *nox* esse *coeli*. B. LA. *non*) tantum, sed et nubium. LB. *nox*) tenebrae. LB. obscuritas. LC.

629. Levabant se fluctus ad sidera [6]) et accipiebant de nubibus imbrem, priusquam potuisset venire ad terram. VOSS. Fluctus [7]) sic erigebantur ad coelum, ut vicini nubibus vel [8]) occurrerent pluviis, et ibi easdem acciperent altius processuri. LP. VOSS.

630. *Lux metuenda* vocatur ipsum fulmen. Quae *lux* non poterat [9]) videri, tanta erat obscuritas; et ideo dicit *perit*. B. LA. *lux*) i. fulgura. BC. *perit*) extinguitur. LB.

631. *Obscurum*) i. obscure. LB. LC. nomen pro adverbio. LP. *dissilit*) i. fulgurat; *dissilit*, aperit se fulmini. LB. crepat obscure h. e. obscurum est, quod coruscat. VOSS.

632. Ad exaggerationem illius periculi subiungit: [10]) etiam ipsum coelum videbatur velle [11]) cadere; et hoc est quod dicit *tunc Superum convexa* etc. *Convexa* vocat domus *Superum; convexa* vocat [12]) quantum ad naturam coeli. B. LA. LC. *arduus*) septemtrionalis. BC. ut Virgilius: [13]) *Nudoque sub aetheris axe*. LP.

633. *poli*) Nam polis duo coeli hemisphaeria iun-

1) Schol. Lb. et La., quocum consentit B., vide T. II. p. 623; nihil ibi muta.

2) *en.* abest a Lp., qui cum Voss. hoc scholion ad vs. seq. habet.

3) La. addit *illa*.

4) Similiter Papias.

5) MSS. *sit*.

6) Similiter Lc.

7) Voss. cum superioribus coniunctim: *Sensus ergo est: Sic* etc.

8) Lp. *venti*.

9) La. addit *non*; an *nunc*?

10) Superiora absunt a Lc.

11) *velle* solus B. habet.

12) *conv. voc.* absunt a Lc., *voc.* a La.

13) Aen. II, 512.

guntur. Bc. *laborant*) si *laborant*, ipsi laborant poli; [1]) si *laborat*, axis laborat [2]) huius *poli mota compagine*. [3]) Lp. Voss.

634. *Chaos*) quod fuit ante mundi constitutionem. Voss.

635. *moras*) proportiones suas. Vc. i. e. ea [4]) vincula, quibus elementa inter se connexa in concordia permanent. [5]) Lp. Voss.

636. Nox misceret inferiores deos superioribus, [6]) si iterum fieret *Chaos*. B. La. *nox manes*) luci tenebras, inferos coelo; noctem dicit rerum [7]) confusionem, quam supra *Chaos* dixit, quoniam omnia permixta erant. Bc. *spes*) Hinc enim [8]) tantum *spes* suberat salutis, quod *in tanta ruina* [9]) *mundi* adhuc vivebant; nam si esset fortuna pereundi, olim potuerunt [10]) perire, cum est orta tempestas. Bc. Lp. Voss.

637. *ruina*) i. hoc tantum salutis supererat, [11]) quod in tanta ruina mundi adhuc vivebant. Guelf.

638. Merito voco ruinam mundi, quia *tantum* videbatur *mare* erigere se in fluctus, *quantum* est a mari, cum est placidum, usque ad summitatem Leucadii montis. [12]) B. La. Hoc dicit: [13]) quantum de monte Leucade [14]) *mare despicitur*, tantum et his [15]) navigantibus *despicitur* [16]) *mare*, cum altius tollerentur a [17]) fluctibus. Bc. Lp. Voss.

639. *despicitur*) i. humilis adspicitur. Lb. ab eo qui supra esset. Vc. *nautae*) Caesar et Amyclas. Vc. *trementes*) proprium epitheton nautarum. Bc.

640. *Cum tumentes undae rursus hiant*, i. aperiuntur, [18]) tum cadunt, et [19]) *malus vix eminet* ab *aequore*, i. a summitate illa undarum. B. La.

641. *hiant*) i. e. cum iterum se unda subduxit, [20])

1) Voss. *ip. p. lab.* prioribus omissis; Lp. *si laborabant.*
2) Voss. *laborabat.*
3) Vult dicere Schol. ab aliis legi etiam *lalorat.* Oudp.
4) Voss. non habet *ea.*
5) Voss. *permanebant.*
6) Similiter Lb.
7) Lp. *conf. r.*; Voss. pro his *conf. r. dicit n. mixturam l. t. i. c.*
8) *en.* abest a Lp.; in Voss. *Ex hoc tant. sperabant salutem* etc.
9) Lp. et Voss. *m. ru.*
10) Lp. et Voss. *per. pot.*
11) Guelf. *superat.* Similiter Lc.
12) Similiter Lc.
13) Lp. et Voss. *dixit.*
14) Voss. *Leucate.*
15) Voss. H. et Lp. *hic.*
16) Lp. et Voss. *videbatur* sine *mare.*
17) *a fluct.* solus Bc. habet.
18) Idem Bc. et Lc. MSS post *cum.*
19) La. addit *tunc.*
20) Lp. *subducit.*

vix mali cacumen apparet, ut Virgilius: [1]) *Tollimur in coelum curvato gurgite.* BC. LP.

642. *velis*) i. anteriori parte; *carina* i. posteriori parte navis. LB. *velis*) cum eriguntur; *carina* cum resident. VOSS.

643. Ideo dico quod *terra* tangitur a *carina*, quia mare *non celat arenas;* ea *parte* dico, *qua pelagus sedet exhaustum in cumulos* undarum. B. LA. Sensus hic est: imum mare, quod solebat esse [2]) quietum, *arenas* suas, quae sunt in profundo, [3]) *non celat*, sed eas erigit; ab imis enim sedibus commovetur *in cumulos*, et omnis aqua, quae in mari est, necesse est ut fiat fluctus, i. [4]) ut commota ventis in superiori parte videatur. [5]) BC. LP. VOSS. i. e. cum dehiscit mare, omnis arena panditur; cum vero erigitur, totum in undas elevatur. BC.

644. Nunc ostendit, quod *nubila tanguntur velis*, ubi dicit *omnisque in fluctibus unda* etc. B. LA. *exhaustum*) congestum. LC.

647. *fluctus*) utramque [6]) enim partem navis fluctus erigebat, ideoque everti [7]) non poterat, cum esset elisa. BC. LP. VOSS.

648. Quomodo *discordia ponti* profuit illis, ostendit; nam *fluctus non* valent submergere *puppim*, cum alii fluctus [8]) relevent eam; et hoc notat, ubi dicit *unda repellens latus*, iam *victum* ab alio vento, *erigit* illud *latus*, et unda *surgit ardua omni vento.* B. LA.

649. *surgit*) nam una pars elevatur, ita ut alia deprimatur. LB.

650. Et quia ita elevatur, non iam timent duci in portus, etsi sint periculosi, sed timent ne in ipsos montes impellantur; et hoc est quod dicit *non humilem* etc. *Sasonis* [9]) est civitas, ubi periculosus portus est. B. LA. *Sassona*) insula Calabriae. VOSS. LC. Bene *humilem;* altior enim erat [10]) navis erecta fluctibus, quam insula. [11]) *Sasona* enim insula est Cala-

1) Aen. III, 564; *ut Virg.* etc. absunt a Bc.

2) Lp. et Voss. *q. es. consuevit.*

3) Lp. *fundo;* Voss. *i. fundo s.*

4) Voss. *et ut arena c.*

5) Lp. *deviatur.*

6) Lp. et Voss. praemittunt *pugnantibus enim inter se ventis u. n. p.*

7) Voss. *verti.*

8) *fluct.* abest a La.

9) Ita pro *Salonis.* Seqq. in Lc. quoque leguntur.

10) Voss. *eminuerat.*

11) Lp. addit *esset;* Voss. *erat;* uterque *sive planam humilem* (V. *humilemque*) *ut Virgilius:* (Aen. III, 522, ubi vide Servium) *Humilemque videmus Italiam i. e. sub fluctu iacentem.* Seqq. *Sas. — Calabr.* a

briae. *Humilem* [1]) *vadis* accipimus i. ubi alta non sunt litora ad navis accessus. BC. LP. LD. VOSS.

651. Ideo [2]) vocat *portus malignos*, quia quaecunque navis illuc deferebatur, sacrificabat ibi unum nautam deo. [3]) B. LA. *malignos*) i. periculosos. LD. *(m. al.) malignos* dixit, [4]) sive quia saxosi sunt, sive quia Terentius [5]) illic dicitur periisse. [6]) BC. LP. LD. VOSS.

652. *Ceraunia*) montes Epiri. LB. ad modum saxorum undas elatas. LC. *nautae*) Caesar et Amyclas. VC.

653. Quia dixerat Caesarem tam strenuum esse et nullo modo timere, non videretur verisimile, ut unquam timeret; et ut hoc verisimile videatur, immoratus est tantum in illa tempestate. Et quod timuit, ostendit, ubi dicit *credit* [7]) *iam digna* etc. B. LA. *timent*) ne illorum montium summae possit [8]) navis illidi. BC. VOSS. *digna*) h. e. aestimat haec facta esse discrimina, ut in [9]) his mereatur Caesaris periisse fortuna; id est tantum hoc esse periculum, quo digna sunt [10]) fata maiora, *credit Caesar*. Ideo fatum [11]) petere aggressi sunt Superi? LP. VOSS.

654. *Tantusne labor* etc.; q. d. non oporteret mihi insidiari, quod videntur facere in hoc, quod *me, sedentem* in tam *parva puppe*, in *tam magno mari petiere*. B. LA.

657. *bellisque negamur*) ut illic potius occumbam. VOSS.

659. Nunc introducit eum gloriantem, unde [12]) magis debebat tristari, ubi dicit *licet abruperit ingentes actus* etc. B. LA.

662. *metu*) quia Pompeium fugere feci. BC. Ubi dicit *secundum*, notat Pompeium iam esse inferiorem eo. B. LA. *secundum*) et non priorem me vel parem. [13])

Lp. absunt, omnia ad finem usque a Voss., qui eorum loco habet *tale hic vadis accipimus*. Cf. infra ad VI, 63.

1) Lp. addit *ergo*.

2) *id. v. p.* absunt a La.

3) Cf. Serv. ad Virg. Aen. III, 275, ubi eadem de Leucade.

4) Voss. *dicit quia*.

5) Voss. *i. T. obiisse d.*; Lp. et Ld. *i. T. p. d.*

6) Cf. Sueton. in vita Terentii. OUDP.

7) B. *Credidit*.

8) Bc. *summa quis posset ill.*

9) Voss. *h. m. C. f. p.* sine *in*.

10) *q. d. s.* non leguntur in Lp.

11) Lp. *ideo factum*, reliquis omissis; Oudp. male punctum post *Superi* habet.

12) La. *tm̄*. pro *und. m.*

13) Voss. et Lp. priora non habent.

Superavi etiam [1]) Pompeium, et factus est merito [2]) secundus post me. Bc. Lp. Voss.

663. Et *tuli fasces per bella*, prius *negatos* mihi, et hoc feci *plebe iussa* a me. B. La. *iussa*) h. e. *fasces tuli negatos* mihi *per bella* a *plebe iussa*, i. e. quae iusserat [3]) mihi; decem enim annis in Galliae bello occupatus fui. [4]) Voss. quod ego imperavi plebi; *(et m. al.)* vel iubente. Lb.

664. *titulis*) laudibus; i. praenotationibus; i. nulla Romana potestas erit, quae non possit praetitulari [5]) meo nomine. Bc.

665. Et quandoquidem non potest esse, quin hic moriar, utinam nunquam possit sciri, hic me mori; et hoc est quod dicit: o [6]) *Fortuna, nesciat quisquam hoc*, scilicet *me privatum* ab honore *mori;* nullus sciat *nisi tu sola*, cum tamen non sit mihi verecundia, cum vadam *ad Stygias umbras* iam *dictator et consul.* B. La. Sensus [7]) et ordo est: *nec* [8]) *sciet quisquam me privatum mori, nisi tu,* [9]) *Fortuna, quae sola* scis, quid desiderem. [10]) Nam affectabat regnum; sive ideo *privatum mori* dixit, quia solus sine exercitu periturus est. Hoc ergo ait: quamvis honore [11]) plenus et consul moriar [12]) et dictator, tantum [13]) *sola* scis, *Fortuna, me privatum mori*, quae nosti quid optaverim, i. regnum. Bc. Lp. Voss.

668. Ne videretur male optare, dicit nihil conferre sibi illud officium et rogum; et hoc notat, ubi dicit *mihi funere nullo* etc. B. La. *funere*) sepultura vel rogus. Funus enim proprie cadaverum est incensio. [14]) Bc. honore exsequiarum. Lb.

671. *metuar*) Nam si corpus [15]) fuerit eiectum, agnoscetur mortuus, et desinet iam timeri. Lp. Voss. quia [16]) si in fluctibus mortuus fuerit, timebitur ab

1) Voss. *enim.*

2) Voss. *m. f. e. p. me s.;* Lp. *f. p. m. mer. s.*

3) Voss. *iusserit.*

4) Male Schol. explicat. Ounp.

5) Quo de verbo vide Adelung. Gloss. T. V. p. 433, ubi tamen aliam atque hic significationem habet.

6) *o f. — sola* eadem in Lc.

7) Voss. *S. hic;* Lp. *S. et o. h. e.*

8) Lp. et Voss. *nesciet.*

9) *tu* abest a Bc.

10) Lp. *desiderata; n. affectat;* Bc. et Voss. *ad regn.*

11) Voss. *honorum.*

12) Voss. *et d. m.;* Lp. *atque.*

13) Voss. et Lp. *tu tamen sc. so. o F.;* in Lp. non est *o.*

14) Cf. Serv. ad Virg. Aen. II, 539. et III, 62.

15) Voss. *co. eius si f.*

16) Abest a Voss. et Lp., ut seq. *mortuus.*

omnibus, dum creditur [1]) quandoque venturus esse. BC. LP. VOSS.

672. *Decimus* fluctus semper est validior. B. LA. LC. validus. TREV. Finitum pro infinito; magnus [2]), qui decies creverit et erexerit navem. BC.

674. Et in hoc dicit *mirabile dictu*, quod in tam apto loco posuit eum; [3]) et hoc notat, ubi dicit *unda pertulit* et *imposuit* [4]) *terrae* in eo loco, *ubi*, etsi sint *litora angusta*, tamen *vacant* a *saxis*. Altum aggerem vocat multitudinem undarum. B. LA. *Aggere*) cumulo fluctuum. BC. *pertulit*) sustinuit. BC.

675. *Scruposis*) asperis. BC. LB. *litora*) rursus [5]) ad Epirum delatus est, unde prius navigaverat. [6]) BC. LP. VOSS.

677. *recepit*) cum attigit terram, rediere ad eum et dignitas et potestas, [7]) i. rursus factus est imperator. BC. LP. VOSS.

678. Et notando qua hora venit ad ripam, notat quamdiu fuit in illo periculo. B. LA. Ordo: *sed Caesar iam propinqua luce remeans non tam* i. non tantum *fefellit sua castra et comites, quam* i. quantum *fefellit sua castra tacita fuga*. BC. Non eos modo revertens sic [8]) fefellit, quemadmodum cum abierit; nunc enim propinqua [9]) luce prospectus est. BC. LP. VOSS.

679. Notat [10]) eos inde dolere, unde maxime deberent [11]) laetari, scilicet de morte illius; et hoc notat, ubi dicit *Caesar* remeavit, *sed* tamen *non* ita *fefellit* suos in revertendo, sicut prius fecerat. B. LA.

680. *flevit*) Ordo est: [12]) *circumfusa turba flevit et gemitus suorum duci ingessit,* [13]) *non ingratis querelis;* [14]) nam gratum erat Caesari, ut quererentur milites huius reversione. [15]) BC. LP. VOSS. I. II.

681. *Turba incessit* i. [16]) commovit eum, et hoc *gemitu suorum* et *querelis* aliorum, quae non erant ei

1) Lp. et Voss. *credit unusquisque se esse* (V. *adesse*) *venturum.*
2) V. Fest. p. 118. Dac. v. *decumana* ibique Itpp.
3) Superiora et in Lc.
4) La. addit *eum.*
5) *rurs.* abest a Lp.
6) Voss. *navigabat.*
7) *et pot.* absunt a Lp., qui cum Voss. *hoc est* habet.
8) Lp. *sic rev.*; Voss. *sic e. m. rev.*
9) Lp. et Voss. *p. iam l. conspect.*
10) La. *Et not.*
11) Ita pro *deberet.*
12) *est* non habent Voss. et Lp., in quo et seq. *turba* deest.
13) Voss. II. *incessit.*
14) Lp. addit *se gratis*; voluit *sed.*
15) Lp. et Voss. *q. hunc m.* (Voss. I. *m. hunc*; V. II. *m. hinc*) *recessisse.*
16) *i.* — *eum* absunt a B.

ingratae. Per [1]) hoc quod dicit *suorum*, notat servos suos; et ponit ipsas querelas: *quo te, dure*, etc. B. LA. *ingessit*) movit. LC. commovit. BC. provocavit. VC.

682. *temeraria*) praesumtuosa vel praesumtiva. BC.

683. *viles*) deest quasi. BC.

685. In hoc fuisti durus, quod [2]) hoc fecisti, cum *tantus* [3]) *orbis fecerit hoc* tuum caput *sibi caput* et dominum. B. LA. LC.

686. *Pendeat*) ut Cicero: [4]) *Ex unius tua* [5]) *vita pendere omnia.* LP. VOSS. constet. LC. *caput*) quo extincto necesse est, ut omnia membra moriantur. LP. *orbis*) tot enim populos decepturus est, [6]) ut ait Cicero, [7]) cum idem Caesar satis se [8]) vixisse diceret: *Sed tum id audirem, si tibi soli* [9]) *viveres, aut etiam si tibi soli natus esses.* LP. VOSS.

687. In hoc fuisti etiam saevus, quod non credidisti aliquem *tuorum* esse dignum, ut tecum moreretur; et hoc aequipollenter: an aliquis *tuorum comitum* non *emeruit* hoc, scilicet *non posse esse superstes* [10]) *tuis fatis* i. tuae morti? B. LA. *nullusne*) nullus [11]) fuit de tuis comitibus, qui mereretur, [12]) ut ei crederes [13]) tibi superstitem *esse non posse;* i. [14]) quem tibi ad mortem socium duceres bene de eodem sentiendo? BC. LP. VOSS.

688. Non *esse superstes* aequipollenter est ac si diceret tecum mori. B. LA.

690. Hinc quoque maxime conquerimur, quod, dum esses in labore, nos fuimus in quiete. *Pudet* quod tam vilis *causa* impulit te ire in Hesperiam cum tanto periculo, cum nulla tanta causa deberet esse, quae te impelleret ire; et hoc est quod dicit *pudet heu! tibi* etc. B. LA. *heu*) interiective dictum. BC. *causa*) h. e. ideo tu ipse ad Italiam ire maluisti, quia putabas in tali tempestate aliquem mittere esse crudele. [15]) BC. LP. VOSS.

692. Ego dico *nullusne tuorum emeruit?* sed fortasse ideo fecisti, quia *visum* est tibi *crudele committere* ali-

1) B. *Et.*
2) *q. h. f.* et in fine *et dom.* absunt a Lc.
3) Lc. *totus.*
4) pro Marcell. 7.
5) *tua* abest a Lp.
6) Lp. *es.*
7) pro Marcell. 8.
8) *se* deest in Lp.
9) Lp. *solus.*
10) B. addit *superesse* cum suprascripto *vel.*
11) Lp. *nemo f. de c. t.*; Voss. *id est an nemo f. de c. t.*
12) Lp. *mererentur*, omisso *ei.*
13) Lp. et Voss. addunt *eum.*
14) Lp. *vel.*
15) Voss. *crud. es.*

quem tuorum *mari*. Sed non ideo cares culpa; nam illi soli debent se in tali periculo ponere, qui iam diffidunt vitae suae. Te autem, *tenentem* iam *summa mundi*, dedecuit *permisisse mari*. B. LA. *ultima*) adversa [1]) fortuna. BC. i. pessima. LB. sors rerum. LC.

693. *mortis*) Virgilius: [2]) *Una salus victis nullam sperare salutem*. VC.

694. *Praecipitare*) scilicet aliquem dubitantem. BC. Sensus hic [3]) est: cum homines ad casus dubios et ad pericula [4]) soleat praecipitare adversa fortuna, te in haec [5]) praecipitavit sola felicitas; i. [6]) alii volunt ideo perire, quia miseri sunt; tu ideo, quia felix es. BC. LP. VOSS.

695. *Permisisse*) Ellipsis est; defecta locutio est iratis conveniens. BC. i. te ipsum; scil. fas non erat, non decebat. VOSS. *lassas*) tentas; quid tantum numina fatigas, dum [7]) vis probare, quam felix sis? BC. ac si diceret: sicut hic liberatus es, ita scias te in bello civili liberandum. GUELF.

696. *Iste favor* et *labor fortunae sufficit ad fatum belli*; q. d. si fortuna tantum laborasset, ut extremam poneret manum, sufficeret. B. LA. *sufficit*) i. suffecisset. LB. *ad fatum*) promovendum. LB. satis nobis probavit [8]) fortuna, qui [9]) bellorum civilium futurus sit exitus, cum te [10]) tanto periculo liberavit. BC. LP. VOSS. II. Iste labor, quem habuisti in mari, et iste favor fortunae, quae eripuit te, sufficere potuisset ad summam belli, i. ad consummationem civilis belli. VOSS. I.

698. *usus*) sic uteris diis tuis? BC. VOSS.

699. Ille est *felix naufragus*, qui nave fracta potest tamen evadere. B. LA. Laborasti ideo, ut dii ostenderent te felicem, eripientes te post naufragium, cum laborandum fuisset, ut imperator et dominus fieres orbis. VOSS. *naufragus*) hoc amplius [11]) credidisti, si naufragus [12]) esses, magis esse felix, quam si rector orbis et dominus. BC. VOSS.

700. Et haec conquestio habita est usque ad ortum

1) Idem Lp.
2) Aen. II, 354.
3) *hic* deest in Voss., *s. h. est* in Lp.
4) Voss. *periculum*, et cum Lp. *pr. solet*.
5) Voss. *hoc*.
6) Lp. *vel*, et cum Voss. *a. id. v.*
7) *dum* etc. in Voss. quoque sunt.
8) Bc. *probabit*; Voss. *pr. n. f.*
9) Bc. *quid*, et in seqq. *exercitus*.
10) Lp. et Voss. addunt *a.*
11) Voss. cum prioribus coniunctim *vel h. a. iis cr.*
12) Voss. *si f. esses n. q.*

solis; et hoc est quod dicit *talia iactantes serenus dies oppressit* etc. B. La.

701. Opprimere idem valet hic ac si dicat circumdedit. B. La. Quod dicit *fessum pelagus*, tractum est ab animata re; nam ex nimia commotione videbatur [1]) defatigari. B. La. Lc. *Oppressit*) supervenit. Lb. silere fecit. Bc.

702. *patientibus*) cessantibus. Lb. quia venti quiescebant. Voss. quiescentibus. Bc.

703. *Nec non* et Hesperios duces, scil. Antonium et multos alios, *oppressit serenus dies*. B. La. *Hesperii*) de Antonio dicit et [2]) de reliquis in Italia exercitibus, quibus illum quasi ducem partis suae [3]) praefecerat; ideo ait *Hesperii*. Bc. Lp. Voss. *lassatum*) commotum. Bc.

704. Quod cum vidissent, *solvere carinas;* et hoc est quod dicit *ut Hesperii duces videre* etc. B. La. *duces*) Antonius et Fusius Calenus duces, qui remanserant in Brundisio eo, quod non haberent naves. Lb. *purum*) sine aliis ventis. Bc.

705. Et *ut videre Boream fracturum* i. commoturum [4]) *pelagus* etc.; et *agmen* navium *coit* i. simul vadit *per latum aequor consertis puppibus, ut terrestre agmen coit*. B. La. *fracturum*) sedaturum. Lc. qui maria mitigaret. Voss. *Borean*) ab Italia enim navigantibus ad Epirum [5]) Boreas prosper est. Bc. Voss.

706. *pari*) pariter remigant. Lb.

707. *permixtas*) iunctas. Bc. simul et ordine euntes. Lb. *terrestre*) ita omnes puppes [6]) simul erant, quasi per terram venirent, hoc autem posuit Virgilius: [7]) *Latet sub classibus aequor*. Bc. Lp. Voss. *consertis*) i. e. coniunctis navibus. Lp. Voss. *coit*) pro coitur. Bc.

709. *Tenorem veli* vocat ordinem, quem ostendit, ubi dicit *excussitque ordine* etc. B. La. *modum*) temperiem. Lc.

710. *excussit*) separavit. Lp.

711. Et qualiter prius issent, et quomodo nunc, subiungit: ita ibant, sicuti grues vadunt ordine, cum petunt Nilum, et sicut *Nothus* veniens dividit eos; ita

1) Lc. *fatigatur homo.*
2) Lp. et Voss. *et r. quos in I. exercitus parti pr. Caesar; id. d. Hesperios.*
3) Bc. *arte sua*, quae correxi.
4) Idem Bc.
5) Voss. *ad E. n. B. p. erat.*
6) Lp. non habet *puppes;* Voss. *I. s. o. e. q. irent p. t.*
7) Aen. IV, 582; Bc. *hoc autem* etc. non habet; Voss. legit *hoc dicit V.*

et nunc fuit. Strymonis [1]) est fluvius in Septemtrione, ubi non possunt in hieme esse grues. [2]) B. La.

713. *Effingunt*) assimulant. Lc. *casu*) Bene *casu;* non enim noverunt [3]) rationem literarum, quas volatus sui ordine faciunt. Bc. Voss. Talis est natura avium, quae longa colla habent, ut primitus, una praecedente, ordinatim ad similitudinem literarum volent; deinde ipsa lassata retrovertitur, et alia antecedit. Sed vento contrario illico ordinem volandi deserunt. [4]) Voss. *figuras*) literas. Trev. alphabetum. Vc.

714. *tensas*) apertas. Vc.

716. Quod dicit *litera perit,* notat naturam illarum avium, quae ita volant, quod potest notari ibi A [5]) vel V vel I vel aliqua litera. B. La. Lc. *dispersis*) inordinatis. Trev. *litera*) i. ordo volatus. Bc. Prius in modum literae erant, dum ordinate volabant, sed flante Notho ordo volatus fractus est. Ita naves Antonii ordinatae sicut grues, sed nox eas separat. Guelf.

717. *Cum primum redeunte die* etc. Notat hoc, quod sole oriente solet magis commoveri aer. B. La. *aer*) i. ventus, quia nihil aliud est ventus quam aer motus. [6]) Lc. i. ventus; [7]) *aer* enim diverso modo ponitur, i. et pro nubibus, et pro ventis, et pro aethere, et aliis modis. Bc.

718. *ortu*) venti enim aut oriente aut occidente sole oriuntur; similiter et occidunt. [8]) Bc.

719. Pompeius, filius Magni Pompeii, Lissum oppidum profectus, xxx naves onerarias a M. Antonio relictas intra portum aggressus, omnes incendit. Lissum expugnare conatus, defendentibus civibus ac militibus, quos praesidii causa miserat Caesar, triduum moratus paucis in oppugnatione amissis re infecta ipse discessit; et ideo dicit *tentati,* quia portum non valentes tenere, tenuerunt ad Nymphaeum portum. Lb. *Lissi*) *Lissus* portus [9]) est Epiri; hunc tenere [10]) cupientes praetergressi sunt, vento non sinente. Bc. Lp. Voss. [11])

1) Ut *Sasonis* vs. 650, nisi malis *Strymon.*

2) Cf. Prob. ad Virg. Ge. I, 120.

3) Voss. *novere*, qui, interpungens post v. *ration.*, novum incipit scholion v. *figuras*, sequentibus coniunctum.

4) Vide Serv. ad Aen. I, 398. Oudp.

5) Lc. *vel C vel litera V vel lit. I.*

6) Vide Serv. ad Aen. I, 78.

7) Idem Lp.

8) Bc. *occiduntur.*

9) Voss. *est p.;* Lp. non habet *est.*

10) Voss. *temere.*

11) Schol. La., quocum facit B., vide T. II. p. 388.

720. *Nymphaeum*) portum Epiri dicit; alium portum. BC. *nudas*) intectas, expositas; [1]) *(et m. al.)* i. denudatas. BC.

721. Boreas duxit ad Nymphaeum, sed Auster [2]) reduxit ad Lissum; et hoc aequipollenter *Auster* vero, *succedens Boreae, fecerat iam portum.* Quod fecisset sibi portum, ostendit *undas* nudatas *Aquilonibus.* Aquilo et Boreas est idem ventus. B. LA. [3]) *fecerat*) quia [4]) hic portus Aquilone flante turbatur, placidus fit Austro. Auster ergo [5]) Boreae succedens, qui est Aquilo, hunc [6]) *fecerat portum,* [7]) ut tutus esset et placidus, cum ingrederetur classis Antonii. BC. LP. VOSS.

722. Quos omnes cum vidisset *Magnus* collectos, proposuit in tuto loco ponere coniugem, et ideo in *Lesbo* insula, quae *remota* erat a strepitu belli; et hoc est quod dicit *undique collectis* etc. B. LA.

723. *summa*) magna vel ultima. LC. Ordo est: *Magnus videns summa discrimina duri Martis instare iam suis castris, undique collatis armis in robur Caesaris.* BC.

724. *deponere*) dividere. BC. i. e. decrevit uxorem suam Corneliam transmittere in Lesbum insulam, ut procul esset a bello. GUELF.

727. Et quod ipsa fuit causa tantae dilationis belli, inde [8]) possum dicere *heu! quantum* etc. B. LA. LC. *aequas*) in mentes aeque amantes. VOSS. aeque se diligentes. TREV. etiam *in aequas,* [9]) i. in eas mentes, quae sunt aequae. BC.

728. Iustam Venerem vocat maritalem copulam. B. LA. *Iusta*) hoc verbo excusavit, quod dixerat [10]) *dominatur.* BC. VOSS. i. legitima. VOSS. maritalis. TREV. Et merito dico *heu,* quia non solum Corneliam, sed etiam *te fecit amor dubium,* et inde [11]) *fecit te trepidum.* B. LA.

729. *Quod nolles stare sub ictu Fortunae, sola coniux fuit* causa; a *quo* ictu non removebatur totus mundus. Ictum Fortunae vocat [12]) ipsum concursum, quando pugnant. B. LA. *quod*) h. e. in civili bello, [13]) sub quo erat mundus, stare nolebas. LP. VOSS.

730. *quo*) sub ictu. TREV.

1) Voss. eadem sed *exp. int.*
2) La. *A. vero.*
3) Schol. Lb. et Lc. vide T. II. p. 388.
4) *quia* solus Bc. habet.
5) *ergo* deest in Voss.
6) Voss. I. *hic.*
7) Lp. et Voss. addunt *i. e.*
8) Lc. *ideo dico.*
9) Superiora absunt a Lp.
10) Voss. *dixit.*
11) Codd. *unde.*
12) *voc.* non est in B.
13) In Bc. tantum *sub. c. b.*

731. *Coniux*) Propter hanc detrectabat [1]) bella civilia. Ergo in uxore tantum tua et [2]) Romana fata pendebant, ut civilia bella non essent. BC. LP. VOSS. *Decrevit* eam *seponere;* sed tantus fuit amor, quod non potuit ei dicere in primis quidem; et hoc aequipollenter *mentem iam verba* etc. B. LA. *paratam*) ad bella; i. animum Pompeii paratum ad bellum *verba* coniugis destituebant; *paratam* [3]) quid uxor suaderet. BC.

732. *Destituunt*) derelinquunt. LP. *blandae*) Ordo: et *blandae morae iuvat indulgere trahentem ventura* [4]) i. e. quae futura sunt [5]) differentem. LP. BC. VOSS.

733. Ille indulget *morae*, qui prolongat moram. Huic *morae iuvat indulgere*, scil. producere *tempus* eventibus belli. B. LA. *Indulgere*) i. e. *iuvat* scilicet, [6]) ut esset diutius cum uxore, quam fata permittunt. LP. VOSS. *fatis*) differebat enim fata civilis belli; scil. [7]) nimio coniugis amore. BC.

734. *Destituunt* inprimis *verba*, sed tamen tandem dixit; et qualiter ad hoc devenit, ostendit, ubi dicit *nocte sub extrema* etc. B. LA.

736. *aversi*) ab ea remoti. BC.

737. *Humentes*) Flebat scil. Magnus. BC. *caeco*) occulto. BC. Nescit enim quae causa sit lacrimis; [8]) sive *caecum vulnus* dixit omni [9]) timore animum vulneratum. BC. LP. VOSS.

738. *Non audet deprendere Magnum flentem*, non quin deprehenderet, sed non fuit ausa ostendere se invenisse illum *flentem*. B. LA. *Vulnere*) timoris et ignorantiae. LB.

739. *Coniux, dulcior vita, non nunc vita*, i. hac vita, [10]) *cum* taedeat me *vitae, sed* tunc fuisti *dulcior vita*, cum fui in *laeto tempore*. B. LA. *dulcior*) dicit *non nunc* sibi esse dulciorem sua *vita*, cum eum vitae taedeat, sed ante in suorum prosperitate. VOSS.

741. Moestam diem vocat separationis. *Nimium* dicit distulisse, quia prius deberet dimisisse [11]) a se, quam Caesariani convenissent, et sic pugnasse. *Parum* dicit distulisse, quantum ad amorem; nam tantus amor

1) Bc. *detrahebat*, Lp. *detractabat*.
2) *et* non habent Lp. et Voss.
3) Bc. *paratus — suad.* post vv. *non essent* prioris scholii posita. Sunt complures glossae in unum coniunctae.
4) Priora absunt a Bc. et Voss.
5) Voss. *d. q. f. s.*
6) Superiora absunt a Voss.
7) Bc. *i.*
8) *sive* abest a Voss.
9) Lp. et Voss. *d. cum t. animus vulneratum* (V. *vulneratur*).
10) *i. h. v.* absunt a La.
11) Ita pro *divisisse*.

numquam expeteret separationem. [1]) B. LA. *nimium* ad belli rationem; *parum* ad affectum. GROT. *nimium*, si instantia fata consideres; *parum*, si vitae intuearis affectum. BC. VOSS.

742. Ideo dico *nimium distulimus*, quia *Caesar iam totus adest in proelia;* et ideo *cedendum est bellis*. B. LA. *totus*) quia venit Antonius cum [2]) omni exercitu. BC. LP. VOSS.

743. *Cedendum est*) i. necesse est morigerari bellis quae instant; nam *bellis cedere* est bella sequi. BC.

744. Et quia notavit in ea tendere ad preces, ideo addit *desiste tentare preces; iam negavi mihi* hoc, non posse flecti a proposito. B. LA. *negavi*) i. sine ratione me rogas; [3]) ego enim ipse iam [4]) a me impetrare non potui, ut tenerem te [5]) apud me. Hoc dicit propositum suum non posse convelli. BC. LP. VOSS.

745. *longos*) non diu aberis [6]) a nobis. BC. LP.

746. Inde patet quod *casus praecipites aderunt*, quia parva possunt prolongari, sed magna cito solent labi, postquam incipiunt. B. LA.

747. *Summa*) i. ego. BC. videtur latenter mortem suam denunciare. BC. VOSS. Ideo *negavi mihi*, quia *satis est* tibi audire, non etiam videre mea mala. Quem amamus, eius dolorem gravius ferimus, si videmus, quam si audimus. [7]) Aliter qui facit, non vere amat; et hoc est quod dicit *meque tuus decepit* etc. B. LA.

748. Si meum periculum spectare potes, tunc deceptus sum ab amore tuo, quia existimavi te tantum indulgere amori, quod nulla re malum meum spectare posses. LC. Deceptus, inquit, sum, qui te amavi, ut circa me sis. [8]) BC. LP. VOSS. *amor*) i. *decepit me tuus amor*, quod mecum hactenus fuisti. BC.

749. *Si*) quia. VC. i. *si* tu *potes* videre *bella civilia*, [9]) innocens non es, si [10]) interesse desideras. BC. LP. VOSS.

750. Alia causa, quare *negavi mihi*, quia turpe est *cepisse somnos* tecum *iam parato Marte*, et turpius etiam, si qua die incipiendum est bellum, surgere a

1) Similiter Lb. et Lc.
2) *cum* etc. non leguntur in Lp et Voss.
3) Voss. *rog. me.*
4) Lp. et Voss. *a me iam.*
5) Voss. *ut t. ten.;* Lp. *ut ten.*, uterque sine *apud me.*
6) Lp. *aberimus.*
7) La. *audiamus.*
8) Voss. *c. m. piam*, qui haec cum seq. Schol. coniunxit.
9) Voss. addit *nam.*
10) Voss. *si d. int.*, quae absunt a Lp.

coniuge; et hoc est quod dicit *nam me iam Marte* etc. B. La. *pudet*) i. *pudet* me tecum esse, licet possis *spectare civilia bella*. Bc.

752. Ego dico *pudet*, et possum etiam dicere, quod *vereor* intrare bellum laetus, [1]) quod necessario oportet me facere te praesente, cum non possim tristari, si tecum sum; et hoc est quod dicit *vereor committere Pompeium* cum aliquo *damno*, si commisero eum non *tristem civilibus armis;* sicut dicit Salomon: [2]) *Matutina laetitia designat vespertinum moerorem*. B. La. *vereor*) i. vellem ante me laesum aliquo damno, ut sic tristis ad bella descenderem. Bc. Erubesco, inquit, [3]) ad bella civilia descendere, ut non ante [4]) factus sim tristis damni alicuius incursu; nam [5]) ad bella civilia nullum decet gaudentem procedere. Bc. Lp. Voss.

753. *nullo*) quamvis, inquit, tristis sim prae timore belli, tamen nullum damnum de me erit te superstite. Lp.

754. Praeterea est aliud, quare mihi negavi, quia *tutior* eris ibi etiam quolibet *rege;* et ideo *late* ibi. B. La. *positamque*) in Lesbo scilicet. Voss. ut [6]) longius te *positam* a me adversa fortuna non opprimat. Bc. Voss.

757. Optimam sui partem vocat Corneliam; partem ideo vocat, [7]) quia amici dicuntur pendere ex una anima. B. La. Lc. *impulerint*) i. everterint [8]) et deiecerint. Voss. *optima*) tu, o Cornelia, quae uxor Magni es. Bc.

759. *Quo*) ubi tu manebis. Bc.

760. *cepit*) i. intellexit. Lb. accepit; i. audivit; [9]) magna enim quae sunt mente sustinere non potuit. [10]) Bc. Lp. Voss.

761. *vix*) *vix potuit querelas* suas sermone *perferre* i. e. persequi. Bc. Voss.

762. O *Magne, nil est mihi relictum de fatis thalami*, scilicet de *Superis*. B. La. *Nil*) verba Corne-

1) B. *cetus*, La. *leturus;* similiter Lc., ex quo *laetus* hausi.

2) Locum, nisi voluit Proverb. XIV, 13. vel Psalm. XXX, 6, invenire non potui.

3) Lp. et Voss. addunt *sic*.

4) Lp. *antea*.

5) Lp. et Voss. *i. e.* (V. *nam*) *non d. ad civile proelium aliquem venire g.*

6) Voss. *l. t. p. adv. mea f. n. o. penitus*.

7) La. *dicit;* Lc. *p. id. v.* non habet.

8) Idem Lp. Lc. et Bc.

9) Superiora non leguntur in Lp. et Voss.

10) Lp. et Voss. *sustineri m. n. possunt* (V. *possint*).

liae. VOSS. i. nil [1]) habeo, quod murmurem contra fata et contra deos, quamvis [2]) divortium mortis nobis intulerint; sed contra te, qui me plebeio more dimittis. BC. GUELF. VOSS.

763. Tunc haberet conqueri de *Superis*, si ipse infirmaretur, vel aliquo modo detruncatus esset vel mortuus, quod ipsa [3]) statim notat *nostros non rumpet* etc. B. LA. *non rumpit*) sed [4]) separamur a nobis, cum adhuc ambo vivamus. [5]) BC. LP. VOSS.

764. *frequenti*) [6]) quod vulgo fit, et quod ignobilibus contingit, repudior [7]) a te, i. recedo. BC. LP. VOSS. communi. LB.

765. Plebeiam sortem vocat illud, quod patitur eam separari a se, quod rusticorum est, ut sine uxoribus possint esse; nam mittunt eas ad forum et agros. etc. B. LA. *dimissa*) abiecta. LC.

766. Inde etiam conqueror, quod, cum deberes facere, [8]) unde doleret Caesar, facis illud, unde maxime laetetur. [9]) Nam necesse est ut, qui de coniunctione aliquorum tristatur, de divisione laetetur; sicut Caesar doluit de coniunctione horum propter filiam, quae recenter erat mortua. Et hoc totum notat, ubi dicit *hostis in adventum* etc. B. LA. *Hostis*) ironice. BC.

767. *Placemus*) Ironice dicit hoc. VOSS. i. Caesarem placemus repudio nostro, quod post eius filiam habes [10]) alteram coniugem. BC. VOSS.

768. Dixit superius *tutior interea populis;* et ut a proposito suo retrahat eum, callide ad hoc respondet, ubi dicit *sic est tibi cognita*, o *Magne;* q. d. si haberes [11]) mihi fidem et scires nos pendere ex [12]) *uno casu*, non crederes aliquem locum mihi esse tutum, unde abesses. B. LA. *non olim*) ex quo in coniugii iura pervenimus. Est ergo confirmatio; [13]) nonne olim convenimus? BC. LP. VOSS. II. *uno*) Antiqui dicebant duos amicos sive coniuges invicem amantes

1) Voss. Guelf. *Nihil.*
2) Bc. et Voss. *quasi.*
3) Ita pro *ipse.*
4) Lp. *i. e.;* in Voss. deest.
5) Bc. *vivimus.*
6) Lp. et Voss. addunt *hoc est;* Bc. in seqq. *q. apud vulgis;* an *vulgares?*
7) Voss. *repudio a te r.;* absunt a Lp.
8) *fac.* abest a B.
9) La. *laetatur.*
10) Voss. *habeas.*
11) B. *habes; si hab.* etc. leguntur et in Lc.
12) Lc. *ab.*
13) Voss. addit *ne;* post *n. conveniemus;* Lp. *perveniemus.*

unam habere animam; unde et graece dicuntur *μία ψυχὴ ἐν δυοῖν σωμάτοιν*. VOSS.

770. Fulmen vocat illam tantam ruinam futuram. B. LA. *fulminibus*) i. bello. LB.

771. *Absentem*) nam ego pereo, [1]) cum tu perieris. BC. LP. VOSS. *Praebere caput* dicit ad similitudinem, quia, sicut periculosum est *praebere caput* fulmini, ita periculosum erat illi absenti audire tantam ruinam. B. LA.

772. Ostendit quod non est ei *cognita fides* sua, et facit complexionem in tota sententia. Aut vinces aut non vinces. Utramque partem ducit ad inconveniens: si non vinces, facies me frangere propositum meum, quod tale fuit, quod *nolim servire malis;* q. d. ut post te non viverem. Si autem vinces, ego, quae prior [2]) deberem esse in participatione gaudii, ero extrema. B. LA. *Sors*) quam mihi dedisti ut starem Lesbi; q. d. non est. VC. Sensus hic est: si *sors tibi videtur* [3]) esse *secura*, ut sine te sim, *cum vota* mea nunc *perire facias.* [4]) Nam cum [5]) ego semper optaverim esse [6]) cum coniuge, et aut ante eum aut cum eo perire, tu facis, ut, cum mala aequo animo non potuero [7]) sustinere, [8]) post te moriar, quae [9]) superstes esse non debeo. BC. LP. VOSS. q. d. si tu securitatem vel adversitatem passus fuisti, tecum utrumque sustinui. GUELF. *perisse*) quantum in te est. VC.

773. *Servire malis* est obsequi luctui, moerori et omni tristitiae. Hoc proposuerat Cornelia, quod, dum videret eum, nunquam tristaretur, sed si moreretur, nunquam viveret. Sortem possumus vocare partem; nam diviserant in duo, Pompeio bellum et Lesbon Corneliae; vel sortem pro eventu. Nunc litera: *videtur tibi sors* mea *secura, cum etiam* te vivente *facias vota* mea *perisse,* quae sunt haec *ut nolim servire malis.* B. LA. *malis*) i. inimicis tuis. LB.

774. Tu facis hoc, *sed* nil valet tibi, quia tamen *sequar te ad manes,* etsi non statim; et hoc aequipollenter, ubi dicit *feriat dum moesta* etc. B. LA.

775. *superstes*) i. tam diu *superstes vivam,* donec fama ad me venerit. BC. Certe, inquit, [10]) *dum* i.

1) Lp. et Voss. addunt *absens.*
2) La. *prima.*
3) Lp. et Voss. *V. haec t. so.;* Ld. *T. v. se. so.*
4) Voss. *p. n. f.;* Ld., qui superiora tantum habet, *etiam m. v. n. f. perisse.*
5) Lp. addit *fere.*
6) Voss. *o. te e. coniugem.*
7) Voss. I. *potero.*
8) Bc. add. *et.*
9) Voss. *quia.*
10) Voss. *usque.*

donec [1]) ad me tam procul remotam [2]) cladis tuae pervenerit fama, victura sum. Bc. Lp. Voss.

776. Nunc facis me *servire malis,* et quod peius est, ita nunc fortasse consuescam, quod potero pati vitam post mortem tuam; et hoc est quod dicit *adde quod adsuescis* etc. B. La. *adsuescis*) i. quod me [3]) hac re adsuescis, ut fata valeam sustinere, cum coeperimus [4]) nos separare. *Adsuescis* [5]) autem, i. adsuefacis fatis. Bc. Lp. Voss.

777. Et quia intendit retrahere eum a proposito suo, ne videretur contra se dixisse, ubi [6]) dixit *me ferre doces,* subiungit *ignosce fatenti, timeo posse pati* vitam. B. La. *ferre*) ut abesse et sine te esse consuescam. Bc. Voss.

778. Nunc aliam partem complexionis; *si* autem *sunt vota,* scilicet si *audior* a *diis,* audiam *ultima,* quae prius [7]) deberem audire. Tunc *sunt vota,* si effectus sequitur. B. La. *timeo*) i. *timeo,* si credis me *posse* hoc aequo animo sustinere, [8]) ut tibi supervivam, cum tu hoc [9]) *ferre doces.* Bc. Lp. Voss. *vota*) i. ea quae opto. Bc.

779. *Audior*) i. si haec [10]) vota mea a numinibus audiuntur, et tu victoriam fueris consecutus, ego tua uxor postrema hoc sum cognitura, [11]) quam primam [12]) decebat audire. Bc. Lp. Voss.

780. Et re vera *ultima;* nam *rupes tenebunt* me *sollicitam* etc. B. La. *rupes*) deserta scil. montium, quippe in exilio constitutam. Voss.

781. *timebo*) i. e. *timebo* ne hostilis sit navis, nesciens eam tum afferre victoriam. Lp.

782. *Nec solvent*) etiamsi te victorem audiero, timere non desinam; sola [13]) enim et deserta capi possum a Caesare, etiamsi [14]) victus fuerit. Bc. Lp. Voss.

784. Et hinc patet, quod Caesar etiam fugiens poterit me capere, quia exsilium uxoris, habentis

1) *i. don.* absunt a Voss.; in Lp. alio loco posita.
2) Bc. *tam locum p. remotum,* fortasse pro varia scriptura.
3) Voss. *q. in h. r. ads. me i. adsuefacis.*
4) Voss. *coeperint.*
5) Lp. *Ergo ads. accipimus i. e. his ads.;* a Voss. haec omnia absunt.
6) B. *quod* et inter lin *ubi.*
7) La. *premia.*
8) Ita Voss. II, sed I. *pati.*
9) Lp. et Voss. *h. tu;* I. *me doceas;* II. *sustinere m. d.*
10) Lp. et Voss. *sin autem v.*
11) Voss. *auditura.*
12) Lp. et Bc. *primum.*
13) *sola* etc.; haec Voss. ad vs. 783. habet.
14) Lp. et Voss. *cum v. aufugerit.*

tam clarum nomen, innotescet haec litora [1]) illi. B. LA. *notescent*) incipiet Lesbos [2]) omnibus esse nota; [3]) illic enim audient exsulasse Corneliam. BC. VOSS.

786. Miletus fuit filius Apollinis, et venit in Lesbon insulam, et habuit filium Caunum et filiam Biblidem, quae illicito amore exarsit in fratrem. [4]) Et ab illo fuit nominata insula illa. B. LA. *Mitylenaeas*) ipsius Lesbi, ubi est Mitylene. BC. *latebras*) i. nullus poterit ignorare. BC.

787. *Hoc* tandem *precor,* si forte male tibi successerit, ne huc flectas navim, ne hic quaeraris a Caesare. B. LA.

788. *Si victa arma nil* [5]) *tibi relinquunt tutius* praeter fugam. BC. LP. VOSS.

789. *Quolibet*) [6]) cum fugere volueris, noli [7]) venire, ubi ego sum, sed alias pete [8]) terras; omnes enim putantes, quod ad me veneris, ibi, [9]) ubi ego sum, te requirent; tu autem [10]) sic evades. BC. LP. VOSS.

791. Et non *vult differre tormenta* cum aliqua *mora. Tormenta* vocat separationem. B. LA. dolores. LB.

792. *Vult differre*) i. poenam, quam patitur, quod necessaria [11]) esset, differre iam non vult. [12]) BC. VOSS.

793. *Sustinet*) i. potest. LB.

794. *fructus*) vel concubitus, vel osculum, vel salutatus. LB.

795. *Praecipitant*) Hypallage; i. lugent suum praecipitium. LC. *Praecipitat*) accelerat. BC.

797. Ideo dico *nulla dies fuit tam moesta,* quia *cetera damna,* scilicet quod exivit Romam et effugit de Brundisio, illa [13]) *tulerunt mente iam durata malis.* B. LA. *moesta*) Corneliae et Pompeio. [14]) BC. VOSS.

1) La. *hoc litore;* sed *innotescere* habet significationem activam; cf. Forcellini Lexicon et adde Adelung Gloss. T. IV. p. 207.

2) Voss. addit *ubi est Mitylene;* vide ad vs. 786.

3) Voss. *esse comperta cum il. aud.*

4) Vide Hygin. f. 243. ibique Itpp.

5) Lp. *nihil t. relinquent;* Voss. sola *pr. fug.* habet.

6) Lp. et Voss. addunt *Hoc ait.*

7) Lp. addit *illuc;* Voss. *illo.*

8) Bc. *per t.*; Lp. *externas.*

9) Voss. *illic;* Lp. *illic requirunt u. e. ero,* reliquis omissis.

10) Voss. *interim.*

11) Voss. *recessura est.*

12) Bc. addit *differre.*

13) B. *illud.*

14) Voss. *P. et C.*

798. *firma*) firmata. BC.

799. *Labitur*) Expressus est dolor feminarum, quod corruunt et labuntur; ut Virgilius: [1]) *Collapsaque membra marmoreo referunt thalamo stratisque reponunt.* VOSS.

801. *tenet*) quasi nolit ingredi navim. LB.

802. Et ostendit, quod *non* fuit ita *infelix* cum *reliquit patriam*, quia, *cum*, i. quamvis, *arma saevi Caesaris premerent* te, tamen ibas *fida comes Magni*. B. LA. *Non sic*) non sic discessit de Italia, quemadmodum de Epiro, h. e. cum tanto dolore. VOSS.

804. Nunc vero vadis *sola relicto* viro. B. LA.

805. Et convertitur poeta ad eam, et dicit eam merito pati haec mala, cum intempestiva copula sua fuisset causa huius totius mali. Et *fugis* dico *Pompeium*; q. d. ita recedis sine spe videndi, sicut dicit Virgilius: [2]) *Fugimus patriam.* B. LA. *fugit*) i. e. qui eum iussit expelli; hoc iuxta Virgilium: [3]) *Nos patriam fugimus.* VOSS.

806. *Insomnis*) i. sine somno. BC. *viduo lecto*) figurate dictum est; nam solis feminis convenit verbum hoc, quamvis similiter usurpaverit Horatius dicens: [4]) *Viduus pharetra risit Apollo.* BC.

807. *marito*) i. *marito non haerente nudum latus* fuit Corneliae. [5]) BC. GUELF.

809. *deceptis*) dum Pompeium se credit amplecti. BC. VOSS.

811. Ideo dico *quaesivit*, quia, etsi intimus ardor eam compelleret volvi per lectum, tamen *non iuvat iactare corpus* per totum cubile; sed potius *servatur illa pars tori.* B. LA.

812. *Non iuvat*) i. servabat locum vacuum, ubi Pompeius cubaret, si adesset; ideo nolebat illam partem tori tangere. BC.

813. Et hoc ideo, quia timet, si non fecerit hoc, quod sit omen, quod diu careat illo. B. LA. [6])

814. Ipsa timuit diu carere illo, [7]) *sed non* ita dilexerunt eam *Superi*, quod hoc esset; q. d. perdi-

1) Aen. IV, 391.
2) Ecl. 1, 4.
3) l. l.
4) Od. I, 10, 11. Cod. *forēt rari sit.*
5) Bc. *omnino.*
6) Schol. Lb. ad v. *pars* vide T. II. p. 535 sq.
7) Quae praecedunt non extant in La.

dit, et ideo cito reversus est; nam si vicisset, insecutus esset Caesarem et sic non esset reversus cito. B. LA. *laeta*) scil. quod ipsa careret diu; nam cito victus est. LC. *parabat*) ut ipse victor reparetur, velut ipse sperabat. BC.

815. *miserae*) quia tam turpiter vidit eum mori postea, quod magis nollet vidisse. LB. *redderet*) mox enim ad eam venturus est fugiens. VOSS. *hora*) mortis. BC.

SCHOLIA AD LUCANI LIB. VI.

1. Dixit superius Pompeium collegisse exercitum; dixit etiam fluvium dividere eos; notavit etiam Caesarianos convenisse, ubi dicit: [1]) *Iam totus adest in proelia Caesar.* Quo facto iam non vult Caesar depraedari, sed extremam ponere manum; et hoc aequipollenter *postquam duces propinqui* [2]) *pugnae*, quantum ad mentem, et *postquam viderunt arma* prope iuncta, et *postquam videre suum par*, i. alterum non cedentem alteri, *dein Caesar spernit* etc. B. LA. *postquam*) in qua re par habebant. BC.

3. Quidam libri habent *postquam Dii videre suum par;* et [3]) dicit *suum par* vel quantum ad ipsos deos, vel inter se; sed non valet haec litera. B. LA. *Suum par* ideo dicit, quia ad nutum eorum, velut ad nutum deorum, totus orbis erat commotus. LB. i. Caesarem et Pompeium, quia inter se pares erant. Dii bella civilia fieri voluerunt i. [4]) Caesarem, quia in hoc eorum voluntatem omnimodo sequebatur; vel *par suum* similem in armis et exercitibus, et in voluptate praeliandi. BC.

4. Et *iam* non *recusat debere secundum* i. prosperum *Martem* etc. B. LA. *spernit*) i. ne a civili bello impediretur his actibus, non [5]) vult sibi fata alias praestare victorias, quae sibi a fortuna imputentur; sed solum vult superare [6]) Pompeium. BC. VOSS.

6. Ideo vocat illam *horam funestam mundo* propter multos, qui perituri erant ibi. B. LA. *horam*) qua inter [7]) se confligant. BC. VOSS.

1) V, 742.

2) In marg. B. man. al. *propinqua.*

3) *et d. s. p.* absunt a B.

4) an *per?* nisi forte complu-ria scholia in unum coniuncta sunt.

5) Voss. additis *h. e.* novum constituit scholion ad vs. 5.

6) Bc. addit *te;* an *se?*

7) Bc. *quantum.*

7. Et quamvis sit ei dubium de victoria, tamen *placet* ei incipere; et hoc aequipollenter *placet alea fati.* B. LA. *alea*) In lusu aleae unus vincitur; sic in bello hoc exspectat Caesar a fatis i. quemcunque casum et eventum belli. VOSS. i. ludus fortunae. Hinc Iuvenalis: [1]) *Quales ex humili summa ad fastigia rerum extollit, quotiens voluit fortuna iocari.* BC.

8. *Alterutrum*) Haec ad poetam referenda sunt; nam Caesar unum caput mergere volebat. Uterque enim civili bello periit, Pompeius in Aegypto, Caesar in senatu. BC. *ter*) multoties. LB.

9. Ubi dicit eum mutare castra, notat eum nondum appropinquasse; nam si prope essent, non mutaret castra; et mutando castra *testatus* est *nunquam deesse* etc. B. LA. *Explicuit*) ordinavit. BC.

10. *Testatus*) ostendens. LB. probat se paratum semper ad eversionem Italiae, [2]) dum nimium civilia bella cupit; et haec ad se retulit poeta. BC. Se probat paratum esse; et ideo dicebat, ut suos commoveret acrius ad bellum. GUELF.

13. *tectus*) i. clausus mala via. BC. occultus. LB.

14. Dyrrachium est mons, ubi est castrum munitissimum, quod vocat inferius *Petram.* B. LA. Ex Epiri regione proficiscitur ad Dyrrachium. [3]) BC. VOSS.

15. Ad quod tendebat Caesar, et ideo *Magnus praecepit* i. ante capit locum illum. B. LA. *praecepit*) praevenit. LP. VOSS. praeoccupavit, [4]) antecepit; i. prius Pompeius venit ad Dyrrachium per iter maris navigans. BC. Prior Pompeius ad Dyrrachium ex Epiri regione proficiscitur et venit. VOSS.

16. *Taulantius*) nomen gentis in illa regione. VOSS.

17. *Epirea moenia* vocat ab Epiro. Epirus vocatur tota illa patria, ubi tunc erant. B. LA. *Ephyreaque*) Dyrrachium, quod constitutum est a Corinthiis. [5]) BC. VOSS.

19. Et *humanus labor non tuetur* hanc *urbem*, qui *facilis* est *cedere vel bellis vel annis*, etiamsi *tollat ardua.* Hoc non est ibi, *sed* potius *munimen* non *quassabile* ullo *ferro.* B. LA.

1) III, 39.

2) Eadem Voss. sed *s. ut evertat Italiam;* unde dedi *eversionem* pro *vers.*

3) Voss. *ad D. ex E.* (Bc. *Pyri*) *r. p.*

4) Idem in Voss. et seq. *antec.* in Lb.

5) Voss. *Dyrrhachii; Corinthia q. a C. e. c.*

20. *facilis*) interpositio, parenthesis. BC. Ordo: *humanus labor facilis cedere vel bellis vel annis moventibus cuncta licet ardua tollat.* GUELF. quia humanus labor facile cedit et vincitur, etiamsi sint [1]) magna, quae fecerit. BC. VOSS. ut Cicero: [2]) *Nihil est enim opere et manu factum, quod non conficiat et consumat vetustas.* VOSS.

21. *Cedere*) i. cedere vel bellis vel vetustati. BC. *moventibus*) i. destruentibus. BC. pellentibus. LC.

23. *Habet naturam* et *sedem loci* i. [3]) naturalem sedem loci; et quod non sit *quassabile ferro,* ostendit, ubi dicit *nam clausa undique* etc. B. LA.

25. *Insula* dicitur eo, quod in salo sit posita; [4]) et per hoc quod dicit collem quendam esse causam, quare non sit *insula,* ostendit a tribus partibus esse mare. Adhuc ostendit non *quassabile,* ubi dicit *cautes sustentant* etc. B. LA. *colli*) Est ergo ut Gayeta vel Puteoli. VC. Nam esset insula, nisi haberet angustum collem, [5]) qui eam continuaret [6]) terrae. BC. VOSS. I. II.

26. *Terribiles*) quae semper timentur a navibus. BC. VOSS.

27. Et *cum Ionium mare tollitur* a *rapido Austro, quatit templa* etc. B. LA.

29. Pompeius praeoccupavit illum locum; *hic,* pro tunc, *spes improba rapuit mentem Caesaris avidam belli.* B. LA. Caesar non fecit hoc, animo claudendi Pompeium, quod facere non potuisset, sed ut denigraret famam magnam, quam in Oriente habebat. VC. *improba*) inquieta. LB.

30. *cingeret*) ut [7]) Pompeianos in illa regione dispersos vallo circumcluderet [8]) nescientes. BC. GUELF. VOSS.

32. Prius *metitur terram oculis,* deinde non est *contentus cespite,* sed et montes et *domus* illuc *transfert.* B. LA. *metitur*) i. ut tanto iungat aggere, quantum potest oculis intueri. VOSS.

33. Celsus [9]) dicit, quod fecit XXXII bastitas [10]) in collibus, quos occupavit; et de bastita in bastitam

1) Voss. *sunt.*
2) pro Marc. 4.
3) *i — loci* absunt a La.
4) Cf. supra ad II, 685.
5) Voss. II. *collum.*
6) Voss. II. *continuo iungeret.*
7) Voss. *vult;* deest Bc.
8) Voss. I. *circumdare;* alter *circumcludere;* Guelf. *circumdaret.*
9) Caes. B. C. III, 43.
10) i. e. castella; cf. Adelung. Gloss. T. I. p. 611.

Digitized by Google

fecit sive duxit vallum cum batifollis. [1]) Et iste circuitus duravit XX miliaribus, et hodie sunt adhuc vestigia; et fuerunt haec perfecta XL die. VC.

34. Et ne Pompeius haberet exitum, [2]) adaequat montes et ducit [3]) continuum opus. B. LA. *avulsaque*) Hic fuisse lapidicinas debemus accipere. VOSS. a montibus separata ferreis malleis. BC. *metallis*) pilis. LB. instrumentis ferreis. VC.

35. *diremtaque*) aedificia diruit, ut saxa portet ad muros. BC. VOSS.

36. *aries*) quo muri rumpuntur. BC. *saevus*) fortis. BC.

38. *franguntur*) adaequantur et planantur. LC. *planum*) sicut planum; vel *planum opus* i. leve, quia ibi erant montes, et de facili fuit opus fortissimum. LC. ea, [4]) quae sunt ardua, consternit, ut opus per plana ducatur. BC. VOSS.

39. Et quia non videretur verisimile, ut tot dimitterent se claudi, ideo dicit ita a longe incepisse, quod non poterant persentire; et hoc notat, ubi dicit *et magno recessu amplexus fines*, et etiam *amplexus saltus* etc. B. LA. *pandit*) aperit, extendit. BC.

40. *castella*) XX construxit. LP. *recessu*) circuitu. BC.

41. *Tesqua* vocantur [5]) loca inculta delectabilia, ut sunt prata. B. LA. i. amoena loca [6]) vel montes Macedoniae dicit; sic Tempe Thessaliae, Taygeta Arcadiae, Ceraunia Epiri. LB. aspera loca; [7]) *(et m. al.)* sentosa loca. LC. loca inculta, sed amoena, [8]) ut Tempe tesqua loca sunt Thessaliae. LP.

42. *indagine*) i. e. continenti statione militum. BARTH. [9]) Verbum venatorum est. [10]) Virgilius: [11]) *Saltusque indagine cingunt.* BC. Indago est proprie exercitus, in gyrum exporrectus, ex ordine paulatim in globum deficiens. BONGARS.

1) i. e. propugnaculis; ita scripsi pro *bactivollis*, cf. Adelung. Gloss. T. I. p. 616.

2) La. addit *per montes.*

3) B. *deducit contiguum.*

4) Voss. i. e. pro *ea;* post *planum.*

5) B. *vocant.*

6) Eadem Papias habet.

7) Similiter Festus v. *Tesca* p. 567. Dac., ubi vide Itpp., quibus adde Schol. Horat. Epist. I, 14, 19; Isidor. Orig. XV, 12. et Ioann. de Ian. v. *tesca*, qui triptoton esse et a v. *tescua* differre monet.

8) Voss., in quo eadem, *sunt l. i. s. a. Legitur et tecta;* Lp. habet *et* pro *ut.*

9) ad Stat. Theb. XII, 451.

10) Voss., in quo eadem, *v. est ven.*

11) Aen. IV, 121.

43. *Non desunt*) i. tantum [1]) spatii magno vallo Caesar ambiit, [2]) ut nihil Pompeio deesset, nec [3]) se sentiret inclusum, abundans clausus omnibus rebus. Bc. Voss.

44. *mutat*) de loco ad locum, quod non solent facere inclusi. [4]) Bc. Voss.

45. Et potuit mutare *castra*, cum tantum spatii esset ibi, quod et nascebantur flumina ibi et fatigabantur. Quod verisimile est; non enim poterat venire Caesar una die, nisi usque ad medietatem; et hoc notat, ubi dicit *operumque ut summa* etc. B. La. *Flumina*) multi fontes et flumina, deintra [5]) hoc spatium orta nec egressa ultra, [6]) impetum sui cursus longinquitate spatii perdiderunt. Bc. Voss. Ordo: *cursus suos fatigant illic orsa et illic mersa.* Voss.

46. *summa*) totum [7]) enim non potest circuire. Bc. Lp. Voss.

47. *Defessus*) Bene [8]) addidit *defessus*, ut constet eum et ambulasse plurimum, et circuire [9]) non potuisse. Bc. Lp. Voss. tam longum erat opus illud, ut non die eadem Caesar, visendi causa exiens, reverti posset. Guelf.

48. Et ad commendandum illud opus subiungit *nunc vetus Iliacos* etc. B. La. *Nunc*) Comparat muros Caesaris Iliacis muris et Babyloniorum ob magnitudinem operis. Bc. *attollat*) laude. Lp. laudet. Bc. Lp. i. habet fabula locum, ut hos muros a diis factos dicat, sicut de muris Ilii fatetur. Bc.

49. *deis*) Neptuno et Apollini, qui eos fecisse dicuntur. Bc. Voss. *fragili*) cocto latere, [10]) quem *ordinarium* dicunt. Voss. *testa*) i. lateribus. Lb.

50. Per hoc, quod dicit *Parthi refugi*, notat naturam illorum, qui fugiendo vincunt. B. La. *refugi*) pugnantes. Vc. quia post se in bello [11]) sagittas iaciunt fugientes. Bc. Voss. Destructo regno Chaldaeorum Parthi Babyloniam tenuerunt. Bc.

1) Voss. *t. inquit s. val.*
2) Bc. *ambit.*
3) Bc. *ne.*
4) Voss. *clausi.*
5) Voss. *de his fossis o.*; v. *deintra* novum sed eodem modo compositum, ut *deinter* et *deintro*; cf. Adelung. Gloss. T. III. p. 54 sq. Ita et *deintus* in usu fuisse videtur, licet non probatum Pompeio XXVII, 7. p. 342.
6) Voss. addit *fossas.*
7) Voss. *h. e. Caesar ut opus videat omne t. n. p. c. sed in medio manet.*
8) Voss., cum superioribus coniunctum, *B. autem.*
9) Lp. et Voss. *supervenire*, ex quibus addidi *et.*
10) Voss. II. *lapide.*
11) Voss. *se s. ia. in b. f.*

51. Ego dico *mirentur*, sed non possunt mirari, quia, *quantum* terrae ambiunt *Tigris* et *Orontes*, et *quantum telluris sufficit Assyriis*, tantum *opus clausit* istud [1]) et subito. *Orontes* et *Tigris* sunt fluvii. [2]) B. LA. *In quantum*) Emphasis. [3]) Tantum dicit [4]) Caesarem clausisse [5]) aggere, quantum Tigris et Orontes ambiunt. BC. VOSS. *Tigris* est fluvius Mesopotamiae, *Orontes* autem fluvius est Syriae. Tigrim ex ipso suo nomine velocem [6]) accipimus, nec eget epitheto. BC. *Orontes*) hodie vocatur Ferro. [7]) VC.

54. *raptum*) raptim factum. LC. acceleratum; [8]) velociter enim clausit. BC. VOSS.

55. Et ut videatur verisimile, dicit quod *tot* fuerunt, quod possent *iungere Seston Abydo*, scilicet *Phryxeum pontum* implere de terra. B. LA. *manus*) i. tanta multitudo. BC. *Seston*) quod fecit Xerxes, ut alibi ait: [9]) *Sestonque admovit Abydo*. BC. LC. has civitates medium mare dividit. BC. Sic legitur: [10]) *Pontibus instructis conduxit litora Xerxes*. RATISB. Sestos et Abydos duae civitates sunt circa Hellespontum mare, quarum una in Asia, altera est in Europa, inter quas Xerxes, cum ad Athenienses veniret depraedandos, pontem navibus fecit, adeo ut de navi ad navem possent homines totum mare sicco pede transire. Idem est et *Phryxeum* mare, quod has duas civitates disterminat. VOSS.

56. *Phryxeum* vocatur eo, quod Phryxus ibi transivisset mare cum ariete, habente aureum vellus. *Seston* et *Abydus* sunt civitates, una ex hac parte, altera ex illa parte maris. B. LA. *solo*) immissa terra. GUELF. *Phryxeum*) Hellespontum [11]) dicit, in quo cecidit Helle, cuius frater est Phryxus. BC. VOSS. *elidere*) exsiccare. BC. Hoc ait Sallustius.: [12]) *A privatis compluribus subversos montes, maria constructa esse*. VOSS.

57. Et quod maius est, possent dividere *Ephyren* a *regnis Pelopis*. Ephyre est quasi lingua iuxta mare.

1) Ita pro *iste*.
2) La. *O. est fluvius et T. similiter*.
3) *Emp.* deest in Voss.
4) Bc. *dicunt*.
5) Voss. *inclusisse q. T.*
6) Cf. Isidor. Orig. XII, 2. et XIII, 21, quae repetit Papias v. *Tigris*.
7) Imo *Esi* s. *Aasi;* confudisse eum cum alio fluvio videtur Vc.
8) Voss. *a. quod Caesar v. extruxit et conclusit*.
9) II, 674; Lc. *dicit*.
10) Versus nescio cuius.
11) Voss. *Hellespontiacum d. in quem H.* (Bc. *Helles*) *c.*
12) Catil. 13.

B. LA. Si *Ephyren* legeris, inusitata ellipsis [1]) erit; *(et m. al.) Ephyren* mons vel magnus scopulus est. BC. *regnis*) scilicet *ab;* h. e. [2]) Corinthum a Peloponneso [3]) separare. BC. VOSS.

58. *navibus*) ut sit navigabile. BC. Malea est portus, ad quem portum non potest aliquis venire, nisi magno flexu; quem flexum possent isti auferre, tot erant. B. LA. *Maleae*) Promontorium [4]) est Graeciae, quod intrat [5]) mare, et per millia quinquaginta protenditur, ubi unda [6]) ita saeva est, ut persequi navigantes videatur. Dicit autem Caesarem haec loca navigabilia facere [7]) posse. BC. LP. VOSS.

60. Ad quid praemisit, ostendit: *area belli coit* i. copulata est. Per hoc notat, quod in diversis locis inceperat [8]) murum facere, et iam copulaverat omnes partes. Aream vocat illud spatium, in quo inclusus erat Pompeius. B. LA. *area*) i. milites in area. LB. spatium illud, quod inclusit Caesar, [9]) aream nominavit. BC. VOSS.

61. Ego dico *area,* sed non fuit qualiscunque area; et hoc est quod dicit *hic alitur sanguis* etc. Nam ibi sunt illi, qui postea fuerunt mortui in Thessalia, ubi fuit victus Pompeius, et qui fuerunt mortui in Libya, ubi Cato se interfecit post multa bella. B. LA.

62. *Libycae*) propter Catonem et Scipionem, qui in his occisi sunt locis. VOSS.

63. *angusta*) i. pro orbis magnitudine haec videbatur angusta. [10]) BC. LD. VOSS. Cum sit ampla, dicit angustam more suo respiciens ad hoc quod maius memorat, ubi supra dixit [11]) *humilem Sassona,* cum sit alta insula. LD. *(man. al.) arena*) i. in circumvallo [12]) illo. LB. similitudinarie, [13]) sicut in arena ludorum. VC.

64. Dixit superius, quod tantum opus fecit. Quod opus inprimis *fefellit Pompeium;* et non mirum, quia sic remotus erat ab ipso muro, sicut illi remoti sunt a Peloro, qui sunt in media Sicilia. B. LA. *fefellit*) celavit, ut [14]) ista nesciret. BC. VOSS.

1) Bc. *eclips.;* voluit fortasse *Ephyres.*
2) Voss. pro superioribus *tot manus intersecto Isthmo possent.*
3) Bc. *Peloponnense.*
4) Voss. *Malea promont.;* Lp. *est — protend.* non habet.
5) Voss. *intra m. per.*
6) Lp. *und's. prosequitur n. D.*
7) Lp. et Voss. *p. fac.*
8) La. *ceperant.*
9) Voss. addit *belli.*
10) Voss. add. τὶ πρός τι positum.
11) V, 650.
12) Vox nova, nisi velis *circumvallatione.*
13) Cf. Adelung. Gloss. T. VI p. 250.
14) Voss. addit *fieri.*

66. *nescit*) quod longe abest. Bc. *Pelorum*) promontorium Siciliae. Bc. Pelorus est mons; ibi iuxta est Scylla, quam mutavit Circe, filia Solis, et est periculosus locus ibi. B. La.

67. Alia similitudo: *aut* etiam sic *fefellit*, sicut *unda turbata fallit Caledonios Britannos*, cum mare exit etc.; q. d. sicut illi sunt remoti a mari et ideo non audiunt, sic et isti erant remoti ab illa congerie. B. La. *vaga*) Oceanum dicit [1]) *vagum* propter nimios aestus. Bc. Voss. *Rutupis* [2]) civitas est Britanniae iuxta [3]) mare; hinc *Rutupinaque litora;* promontorium Britanniae. [4]) Bc. Voss. *fervent*) inundant. Lb.

68. Cales [5]) est oppidum in Britannia; Rutupinum est promontorium in Britannia. B. La. *Caledonios*) Caledonia [6]) gens Britannorum in mediterraneo constituta. Bc. Voss. *fallit*) praeterit; i. nihil sentiunt. Bc.

70. *tuta*) bene ait *tuta, quia ibi* [7]) collis est, ut ait supra [8]) *incola petram*. Bc. Voss.

71. Primo quidem *fefellit*, sed *ut primum videt terras* etc. Ideo *spargit, ut* per hoc *laxet arma Caesaris*, et *tendat*, pro distendat, illum *claudentem*, scilicet Caesarem, cum Caesar paucos haberet, quantum ad Pompeium; et coegit eum dividere. B. La.

72. *Laxet*) fatiget. Vc. laxare faciat. Ideo Pompeius spargit sua arma interius, ut Caesar sua exterius *laxet* i. spargat [9]) propter longiorem custodiam, quo facilius egredi queat sparso exercitu Caesaris. Bc. *effuso*) ut Caesarem, claudentem se, possit expellere, hoc agit: facit milites suos diversa et longiora loca occupare, ut Caesarem ab illo aggere excludat, suo milite ulterius exeunte. Voss. *tendat*) extendat. Lp. Lc.

73. *tantum*) spatium *sibi septi agri vindicat*. Bc.

74. Per hoc melius potuit aggredi murum; et quantum suos distendisset, subiungit: *ac tantum agri septi* a *vallo vindicat sibi* Pompeius, quantum est ab Aricia usque [10]) Romam; et hoc dicit *quantum parva nemoralis Aricia distat* etc. Mycene est civitas in Lacedaemonia, unde illud simulacrum venit, quod fuit

1) Voss. *O. d. cuius haec uxor est.*

2) Fort. *Rutupiae.* Oudp. In Papia, ubi eadem leguntur, est *Rutupis.*

3) Voss. et Papias *supra.*

4) *Brit.* deest in Voss.; eadem in Lp. cum additis *vel civitas.*

5) Fort. *Caledonia.*

6) Voss. add. *est.*

7) Voss. *t. hic enim.*

8) vs. 16; Voss. addit *quemque vocat collem T.*

9) Bc. *spargit.*

10) La. addit *ad.*

in Taurica provincia, quod filia Agamemnonis duxit Romam. B. La. *Mycenae*) quae apud Mycenas colitur [1]) propter Oresten, qui de Mycenis fuit; nam eam in Italiam vexit. Voss. *Dianae*) Aricia scilicet Dianae est [2]) consecrata, ut ait Virgilius: [3]) *Quem mater Aricia misit;* et mox: [4]) *Pinguis ubi et placabilis ara Dianae.* Voss.

75. *Distat*) i. e. inclusus tantum loci occupavit, ut sedecim millia teneret. Tantum enim Aricia distat a Roma. Voss. Sedecim enim millibus distat. Bc. *nemoralis*) nemoribus occupata. Bc. Voss.

76. Et tantum etiam laxat, quantum est a Roma usque ad ostium, [5]) ubi Tiberis intrat mare; et hoc est quod dicit *quoque modo* etc. B. La. *modo*) i. quantum. Lb. mensura; [6]) a Roma dicit ad Ostiam civitatem. Et ipsa [7]) tantum abesset, nisi Tiberis [8]) torqueretur, [9]) si non flecteret cursum suum. Bc. Voss.

78. Deducit agmina et hoc tacite; et hoc aequipollenter *classica nulla* etc. Solent milites incitari ad pugnam per sonum tubarum, quod ibi non fuit; et hoc aequipollenter [10]) *iniussaque* etc. B. La. *iniussa*) ludum enim exercebant. Bc.

79. *tentante*) dum exercentur armis cives proximos interficiunt. Bc. Voss. [11])

80. Utrique ita animosi erant in bello; sed supervenit aliud gravius, [12]) quod retraxit eos ab armis. Pompeium constrinxit morbus, Caesarem fames; et hoc est quod dicit *terrae exhaustae ad praebenda gramina* abstrahunt *Pompeium.* B. La.

81. *Pompeium*) scilicet *cura abstrahit.* Voss. *exhaustae*) Causa, cur Pompeius [13]) non dimicet, quia pabula cuncta perierunt. Bc. Voss.

82. *citatis*) i. frequentibus. Bc.

85. Nam quamvis [14]) habeant *plena praesepia* de

1) Eadem in Bc.
2) Ita pro *Diana et.*
3) Aen. VII, 762.
4) l. l. 764.
5) La. addit *illud.*
6) Voss. *i. e. in quantum spatium.*
7) Voss. addit *enim.*
8) Voss. *Tibris.*
9) Voss. pro seqq. *quia si per flexus torquetur, XXIV millia sunt, recto itinere XVI* (al. XIV.).
10) La. *h. notat, ubi dicit.*
11) Schol. La., quocum consentit B., vide T. II. p. 582, ubi corrige errorem typothetae *ultra — c. ex altera,* cuius loco B. habet *cives ex alia.*
12) *gravius — exh. ad* absunt a La.
13) Voss *c. n. d. Magnus.*
14) *q. h.* eadem in Vc.

culmo, tamen moriuntur, quia carent herba; et hoc notat, ubi dicit *advectos cum plena* etc. B. LA. *culmos*) stipulos segetum, [1]) quas comedere non valebant. BC.

86. *poscens*) Non enim delectabatur [2]) aridis culmis, quibus in praesepiis abundabant. BC. VOSS.

87. *medios*) i. in medio cursu stabat. LB. *abrumpit*) non perfert integros cursus. BC. VOSS.

88. Et illa *tabes digerit artus* i. consumit; et unde venisset haec tabes subiungit: *traxit iners* etc. B. LA. *Digerit*) [3]) absumit. BC. LP. VOSS.

89. *iners*) corpus pestilens, corruptum. BC. Fluvidum tractum est a fluo. [4]) B. LA. *fluidae*) dicitur [5]) de uno ad alterum fluens. LC.

90. *Obscuram*) densam pestilentiam. Nimio calore spissus aer morbos creat. BC. Et haec pestis [6]) tanta fuit, quantam *emittit Nessus* gigas, quem Hercules interfecit, et quantam emittit Typho. B. LA. *Nesis*) insula iuxta Campaniam, [7]) sulphureos vapores spirans. BC. LP. insula Campaniae; ipsa est Inarime. VOSS.

91. *Stygium*) nocuum. BC. i. e. pestiferum; alii *egerit Elysium*. VOSS.

92. *letiferi*) sive quod ipse ferat [8]) mortem, sive quod aliis inferat, cum evomit, morbos. In ipsa enim insula Typho unus ex gigantibus premitur, qui, dum se vertit in aliam partem, perhibetur anhelare et ignem spirare. [9]) VOSS. *Typhonis*) unus de gigantibus fuit. Virgilius: [10]) *Qui tela Typhoea temnis*. BC.

93. Et haec tabes maxime ab [11]) aqua processit, quia aqua citius corrumpitur, quam aliquod aliud elementum; et hoc est quod dicit *et unda paratior coelo*, i. magis parata ad corrumpendum quam sit coelum i. aer. B. LA. *Inde*) a corruptione aeris. VOSS. *labant*) pereunt. BC. VOSS. *unda*) aquae; quae diutius tenet contagionem quam aer, licet tardius ipsam capiat. VC. Quod [12]) facilius aqua ad se contagio-

1) Eadem Voss.

2) Voss. *delectatur a. culminibus, quae in praesepibus abundant;* Voss. I. *abundaverunt.*

3) Voss. addit *est.*

4) Similiter Ioann. de Ian. nostro loco allato.

5) Papias: *fluidus fluens.*

6) B. *tempestas.*

7) Papias: *Nesis* (ita pro *Nestis*) *insula vicina Puteolis.*

8) Voss. I. *fecerat.*

9) Cf. Lutat. ad Stat. Theb. V, 357. et Serv. ad Virg. Aen. IX, 715.

10) Aen. I, 665.

11) B. addit *hac.*

12) *Quod — coelum*, quae absunt a Bened., leguntur in Bc. post v. *tabo.*

nem [1]) morbi trahit quam aer; ergo [2]) paratior est quam coelum. Primo enim aer [3]) corrumpitur, inde [4]) aqua, postea pabula. Hinc Virgilius: [5]) *Corrupitque lacus, infecit pabula tabo.* BC. LD. BENED. VOSS.

94. *duravit*) membra hominum constrinxit. [6]) BC. LP. VOSS.

95. *distentaque*) Ex pestilentia enim turgescunt oculi. Virgilius: [7]) *Atque oculos stupor urget inertes.* BC.

96. *sacro*) Nomen est [8]) morbi, ut Virgilius: [9]) *Contactos artus sacer ignis edebat;* vel *sacro* execrabili [10]) *κατ' ἀντίφρασιν.* BC. VOSS. vel *sacro morbo* i. igne infernali, illo morbo sic dicto; q. d. pestis illa fervebat, sicut ille morbus. LC.

99. Et tanta fuit pestis illa, quod inter sanitatem et mortem non fuit aliquod spatium, sed ut infirmabatur [11]) quis, statim moriebatur; et hoc notat, ubi dicit *nec medii dirimunt* etc. B. LA. *Nec medii*) nullum intervallum est aegritudinis inter vitam et mortem; sed [12]) ut coeperunt languere, mox pereunt. BC. VOSS.

100. Et foetor mortuorum adauxit luem; et non mirum, quia *corpora iacent* insepulta, *mixta* ipsis *vivis.* B. LA. *cadentum*) morientium; nam ex foetore morientium vivi inficiebantur. BC.

102. Ideo dico immixta *vivis;* nam non faciebant aliud officium, nisi trahebant eos extra *tentoria;* et hoc est quod dicit *nam funus erat* istud, scilicet *spargere miseros* etc. B. LA.

103. *Funus* vocat illa obsequia, quae fiunt mortuis. B. LA. Civibus, inquit, occisis hoc pro sepultura [13]) dabant, ut eos extra tentoria abiicerent; [14]) ut enim tot humarent, non sufficiebant. Et his ergo cadaveribus lues maior increvit. BC. VOSS.

104. Quamvis tanta peste constringerentur Pompeiani, tamen citius evaserunt per hoc, quod et mare

1) Ld. et Voss. *m. c. trahat.*
2) Ld. et Voss. *est e. p.*
3) Ld. c. *aer;* Voss. *pr. a. c.*
4) Voss. *deinde.*
5) Ge. III, 481, ubi similia habet Serv.
6) Voss. *h. m. c.*
7) Ge. III, 523.
8) Voss. *Est enim m. genus, quem ignem sacrum dicunt,* omissis *ut — edebat.* De *igne sacro* cf. Papias v. *ignis* et Donat. ad Aen. VIII, 346.
9) Ge. III, 566.
10) Cf. supra ad III, 122. Voss. *p. ant.;* Bc. *per κατ' ἀ.*
11) i. e. aegrotabat; cf. Adelung. Gloss. T. IV. p. 192.
12) Bc. *simul.*
13) Idem Lb.; *s. erat* Voss.
14) Voss. *eiicerent,* omissis *ut — suffic.*

commotum exivit et locum a cadaveribus purgavit, et aer ille foetidus expulsus est. B. LA. *pelagus*) minuit hunc morbum ex parte mare vicinum et Aquilo, [1]) qui spissum aera tenuavit. BC. VOSS. Sicut Auster ventus morbos et pestilentiam adducit, ita Aquilo repellit, quia prominens Aquilo minus gravescit quam ceteri. VOSS.

105. Et fuerunt ibi loca apta navibus, et ideo carinae portaverunt peregrinam messem. B. LA. *peregrina*) quia messis ibi perierat. LC. adventicia frumenta [2]) dicit; nam quae ibi nata sunt, [3]) pestis infecerat. BC. VOSS.

106. Nunc aliam partem. Pompeium abstraxit pestis; at Caesarem fames abstraxit ab armis; et hoc aequipollenter *at liber terrae* etc. B. LA. *At liber*) De Caesarianis dicere incipit, [4]) cum ipsi liberi sint extra aggerem constituti. BC. VOSS. Haec cura, quam dixi, abstrahebat Pompeium a pugna, sed Caesarem fames, et non ista; *at* etc. VOSS.

107. *pigro*) denso. BC. *inertibus*) corruptis angustatur. BC. *undis*) Exercitus Pompeii laborans mala aquam habebat, Caesaris vero milites famem sustinebant. VOSS.

108. *arcta*) forti et stricta. VC.

109. *turgentibus*) crescentibus. NORIC. [5])

111. *cecidisse*) i. ut herba pascerentur, *in terram proni*, [6]) ut ait Sallustius. [7]) VOSS. *dumos*) frutices. BC.

112. Vidit eos *vellere herbas*, quae minabantur mortem, et vidit eos illa gramina accipere, quaecunque possunt molliri [8]) cum *flamma*. Et quamvis tot mala paterentur, tamen obsidebant Pompeium. B. LA. Iul. Celsus [9]) et Suetonius [10]) dicit, quod Caesar habuit fidos milites et patientissimos incommodorum. Unde Pompeius viso genere panis, quo hic Caesariani utebantur, dixit se pugnare cum feris, et noluit quod milites sui illum viderent, ne desperarent et timerent similiter. VC. *spoliare*) cortice vel spoliis. BC. *minantes*) i. venena gestantes. BC. est venena portantes. VOSS. inferentes. LC.

1) Voss. *Abegit ergo ex p. morbos m. v. et aquilonis flatus* reliquis omissis.

2) Lp. *adfectitia fr.* reliquis omissis.

3) Voss. *n. p. corrupit.*

4) Voss. *C. dicit.*

5) Schol. Lb. vide T. II. p. 597.

6) Eadem Bc. sed *herbis p.* (Voss. I. *herbam pascerent*) *in terra pr.*

7) Cat. 1.

8) B. *possis mollire.*

9) Caes. B. C. III, 47.

10) Caes. 68; adde de seqq. Plutarch. Caes. 39.

113. *ignotis*) nimia exaggeratio est, quod et ignotas radices et dubias herbas dicit. BC.

115. *abrasas*) famelicas. VC. *fauces*) vel *cautes;* si *fauces* legerimus, *abrasas* i. e. macie confectas; si autem *cautes*, *abrasas* i. attritas. BC.

116. *ante*) i. hactenus vel ante hoc sc. tempus. BC.

117. *hostem*) Pompeianum militem omnibus bonis [1]) abundantem. BC. VOSS.

121. *raptum*) ut latenter exeat Caesare nesciente. BC. VOSS.

122. *latis*) palam dimicans. BC.

123. Ego dico *quaerit exire per omnes gladios*, tamen elegit partem illam, quam inimicus custodiebat; nam Caesar diviserat illum murum inter milites. B. LA.

126. *Minici*) populi. LB. Alii libri habent *qua Munici castella vacant;* quidam sic legunt: *qua* i. ubi castra *Numici vacant* i. e. vacua sunt a militibus; ibi enim pauci militis erant. RATISB. Per illam partem Pompeius egressus est, qua castellum Minici constitutum est. BC. *Confraga* vocat fracturas viarum; et hac de causa elegit hoc modo venire, non quod timeret, sed caperet eos interoscitantes. [2]) B. LA. *confraga*) i. sonora. LB. *Confraga* sunt indagines factae arboribus connatis et incisis, non tamen avulsis, in Gallico plaisier. [3]) LC. *confraga*) aspera [4]) et fragosa. Hac via quaerit exire. VOSS. I. confragosa dumeta; illum aggerem dicit, quem erexit miles Caesaris. GUELF. *Confraga* sunt loca, in quibus undique venti concurrunt ac [5]) sese frangunt, ut Naevius [6]) ait: *In montes, ubi venti frangebant.* [7]) BC. VOSS. I.

128. *Proditus*) manifestus. BC. LP.

129. *Venit*, et ex solo clamore tubarum et ex fulgore vexillorum crediderunt conficere bellum,

1) Voss. *frugibus.*

2) Verbum ἅπαξ λεγόμενον.

3) Imo *plaisseiz* s. *plessier*; cf. Roquefort Gloss. de la langue Romaine s. v.

4) Ita et Lutat. ad Stat. Th. IV, 494.

5) *ac s. fr.* absunt a Voss.

6) Fr. 14. p. 93. Both.

7) Quae verba desumta sunt ex Isidoro Orig. XIV, 8; sed illic vocantur illa loca *confrages;* apud Festum vero *conflages.* Forsan autem rectius apud nostrum Naevii citatur locus, quam apud Isidorum, ubi habetur *frangebant locum.* Venti enim in montes potius *frangi* vel *frangere se* (hoc quippe notat neutrale *frangere*) dicuntur quam *frangere locum.* OUDP. De v. *confragus* eadem monent Papias et Schol. Stat. l. l.; adde Itpp. ad Fest. et Adelung. Gloss. T. II. p. 649. Naevii verba fort. scribenda *in montibus*, ut sit senarius.

sicuti fere fecerunt; et hoc notat, ubi dicit. [1]) B. LA. *volucres* aquilas accipimus, [2]) quae feruntur in pilis. BC. VOSS.

130. *ferro*) ne Pompeius videretur vicisse per vulnera, milites Caesaris solo timore vincuntur, non [3]) refugerunt. BC.

132. Quamvis ita essent territi, tamen *virtus* fecit, *quod solum* potuit fieri a virtute aliqua, in tali loco comprehensa. B. LA. *virtus*) Hoc valuit virtus illorum. GUELF. Prima virtus est acceptum locum tueri; secunda ut [4]) perforatus corpore ipsum locum teneat, ut [5]) ait Sallustius: [6]) *Quem quisque locum vivus* [7]) *pugnando ceperat,* [8]) *eum amissa anima corpore tegebat.* Isti ergo in hoc [9]) solummodo fortiter fecerunt, quod in eo loco ceciderunt, ubi stare debuerunt, [10]) i. quod fugati non sunt. BC. VOSS.

133. Quid fecisset *virtus*, ostendit, *iacuere peremti* in eo *loco*, in *quo debuerant stare*. B. LA. *ferrent*) sustinerent, quia iam mortui erant. BC.

134. *nimbus*) nubes telorum. BC. densitatem telorum nimbum nominat. VOSS. *peribat*) quippe deerant, qui vulnus exciperent omnibus interemtis. VOSS. Iulius [11]) dicit quod una cohors Caesaris, quae fuit sextae legionis, quasi per totam diem sustinuit impetum omnium legionum Pompeii. Et inventa sunt in vallo proiecta contra istos XXX millia sagittarum, praeter eas quae fixae erant in corporibus hominum. VC.

1) Verba Lucani *tot simul etc.* exciderunt.

2) Voss. *acc. aq.*

3) Guelf. *i. non restiterunt.*

4) Voss. *s. eundem l. etiam c. possidere prostrato.*

5) *ut — tegebat* absunt a Bc.

6) Cat. 61. (al. 64).

7) Notanda in Sallustii verbis v. *vivus* adesse, quam Doctiss. editor Cortius, unico Codice, (cum innumeri alii id servent,) et Flori imitatione motus eiecit. Cl. tamen Dukerus adfirmavit mihi, se quoque Sallustii vidisse Cod., in quo non reperiebatur ea vox. OUDP. Et quamvis Schol. v. *vivus* agnoscat, quod nos Flori et MS. auctoritate eiecimus, plura tamen ibi adtulimus, ex quibus constabit sciolorum additamentum esse, qui habere voluerunt, ut centies in eo aliisque scriptoribus factum est, quod responderet sequenti *amissa anima*. Sic Lucret. VI, 1122. *reddatque sui simile atque alienum*; alienum nempe *nobis*, quod τῷ *sui* respondere deberet. Senec. Ep. 104. *Itaque quoniam* ego ab illa *non impetro, ut me fortius amet,* impetrat illa, *ut me diligentius amem.* Sic vetus Editio nostra, vulgo *impetrat illa a me*, plane ut illud *vivus* apud Crispum. CORT.

8) MS. *pugnandi acceperat.*

9) Voss. *erg. h. s. f. fe.*

10) Voss. *debuerant h. e.*

11) Confundit eodem modo, ut V, 310. supra, Sueton. Caes. 68. cum Caesare, quem tamen vide B. C. III, 53.

137. Et [1]) *agger* lapidum iam vomebat lapides inferius propter *crebros ictus impacti roboris.* Impactum robur vocat arietem. B. La. *impacti*) i. impulsi. Lb. non firmi. Vc. *vomit*) labitur. Bc. *agger*) structura lignorum. Vc. *ictus*) arietis. Vc.

138. *ardua*) i. in ipso exitu stabant; i. in ipsis moenibus. Bc.

139. *Iam* fere *tenebant iura mundi.* Per hoc notat eos iam exivisse; quod tamen non profuit, et hoc ostendit. Tunc *unus* ex Caesarianis *eripuit locum victoribus,* scilicet Pompeianis, illum *locum, quem mille* turmae *non* possent eis auferre, nec ipse etiam Caesar; et sic praefert istum locum illis omnibus. B. La. *iura*) signa victorum, quorum iura debent mundo. Lc. *patebant*) h. e. pristinum imperium receperunt, ut regnarent in orbe toto, quod perdiderant nuper inclusi. Voss. laxatis sc. claustris. Bc.

140. *nec Caesare*) si ipse Caesar cum suo adesset exercitu et ipsum locum conaretur auferre, non posset. Voss.

141. *locum*) et ipsi pervenerant ad eum locum. Bc.

143. *strato*) i. interfecto. Bc.

144. *Scaeva*) dicit quis sit ille Scaeva, miles scilicet egregius. Bc. *Merebat,* pro militabat, [2]) *in plebe castrorum;* q. d. inter illos de plebe militabat. In qua [3]) militia fuit, antequam missus esset in Galliam. B. La. *merebat*) militabat, ut ait Cicero: [4]) *Meruisses vero in eo bello, quod tum pop. Rom.,* i. militasses. Ante ergo Scaeva gregarius miles factus est centurio in bello Gallico. Voss.

145. Quare hoc introduxit, subiungit. *Ibi,* scilicet apud gentes illas, *promotus multo sanguine gerit vitem longo ordine militum;* q. d. pro quadam probitate facta est ei corona de vite, ut per hoc notaretur [5]) militem esse. B. La. *feras*) i. ante Gallicum bellum. [6]) Lp. Voss.

146. *Promotus*) Gallico bello factus est centurio, qui coronatur vite. [7]) Lb. *vitem*) hastam longam, et ad modum vitis, et tortuosam, quam ferebant tribuni. Lc. coronam hominum centum. Vc. i. sicut vitis per palmites crescit, sic et iste Scaeva de or-

1) B. addit *hoc;* an *hic?*
2) Idem Bc. Lb. et Lc.
3) B. addit *illa;* an *ille?*
4) Muren. 5, 12, ubi tamen est *meruisse.*
5) B. *denoretur;* an *denotetur?*
6) Voss. *b. G.*
7) Cf. Schol. Iuvenal. XIV, 193. et Itpp. ibidem ad XV, 27.

dine ad ordinem superiorem ascendit. GUELF. dispositum et ordinatum ad bellum ducit exercitum. BC.

147. Et cum magnum *crimen* sit civem interficere, ipse habuit pro virtute; et hoc est quod dicit *et qui nesciret in armis* etc. B. LA.

148. *crimen*) i. qui nesciret [1]) magnum crimen esse in civilibus armis, si quis [2]) fortis probaretur. BC. VOSS.

149. Ad quid eum tantum commendasset, subiungit. *Hic* Scaeva, postquam vidit suos quaerere loca, quae essent *tuta fugae, inquit: quo* modo removet *vos* hic *impius pavor?* B. LA.

150. *Tuta*) neutraliter dictum; [3]) i. postquam videt eos [4]) deseruisse pugnam et *fugae tuta* captare. BC. VOSS.

151. *Pavor*, dico, remotus a *cunctis armis* Caesaris; q. d. aliter facitis, quam soleant facere Caesariani. B. LA.

152. Ideo *impius*, quia etiamsi fugiatis, tamen non evadetis. B. LA.

153. *morti*) ut nec fuga sit profutura. BC. *cumulo*) An non pudet vos quaeri inter sepulcra latentes et corpora mortuorum? VOSS. i. non pudet vos deesse prostratae multitudini? Victis enim laus est cum multitudine caesorum cadere. BC. Et ideo *non pudet vos* mori cum strenuis, sed potius latitare inter cadavera vilium; et hoc est quod dicit *terga datis morti* tamen etc.? B. LA.

154. *bustis*) ad sepulturas. VC.

155. *Non ira*) Sensus hic [5]) est: iam quia pietate non statis, i. sacramenta militiae contemnitis, *saltim ira* stare debetis. BC. VOSS. [6])

158. *ierit*) non sine Pompeii poena ista [7]) dies transigetur. [8]) BC. VOSS. *felicior*) si praesens esset Caesar, cum me morti offero, felicius interirem. BC.

160. *Pompeio*) inimico. Vera est laus, quae ab inimico infertur. BC.

161. *Pectoris*) ἀμφιβολιχῶς dictum est; i. aut illorum tela incursu vestri pectoris confringite, aut vestra incursu pectoris eorum. BC. VOSS.

1) Voss. *nesciet at c. m. e. si in bello civili fortissimus pr.*
2) Bc. *ut f. si q. pr.*, quae correxi.
3) *n. d.* absunt a Voss.
4) Voss. *eos v.*
5) *hic* deest in Voss., qui in seqq. *si iam p. i. sacramento m. stare contemnitis, saltem* etc.
6) Schol. Lc. et La., quod et in B. legitur, vide T. II. p. 418.
7) Bc. *iste* correxit in *ista*, quod in Voss. l.; alter *hic.*
8) Voss. l. *transiet.*

162. *sonitus*) pulvis, inquit, et sonitus deiecti aggeris eo usque pervenit, ubi Caesar est constitutus. Voss.

164. Ideo dico *vincimus*, quia, *dum* nos pugnando *morimur*, hic *veniet* Caesar, *qui vindicet arces* i. destructionem arcium. B. La.

165. Et habuit effectum oratio sua; et hoc est quod dicit *movit tantum* etc. B. La. *movit*) magis commovit eos, quam classica solent commovere populos. Lc.

167. *avidi*) Sensus [1]) est: multi iuvenes secuti Scaevam, intellecturi an virtus, quae a multitudine et in locis tenebatur [2]) adversis, aliquid amplius posset praestare quam mortem; i. an [3]) servare posset homines, cum et hostes plurimi, [4]) et locus esset adversus. Bc. Voss. *spectare*) i. imitari; nam spectamus eos, quos imitari volumus. Virgilius: [5]) *Et te primis miretur ab annis.* Bc.

168. Sequuntur ad hoc tantum, ut videant, si *plus* possint facere quam mori; et hoc est quod dicit *virtus deprehensa;* per hoc ostendit plures esse Pompeianos. Per hoc quod dicit *loco* notat illos in aptiore loco esse, quod etiam notat per hoc quod dicit *ille* constitit in *aggere ruenti* etc. B. La. *numero*) quia paucos habebat milites; *loco,* quia longe erat et a Caesare et ab auxilio. Lc. i. maiori exercitu. Bc.

169. *An plus*) si forte daret victoriam. Bc. *daret*) i. si virtus eorum aliquid facere posset, et non solum mori. Bc.

172. *ruinae*) i. quicquid ibi ruerat, sive homo, sive lapis vel trabes, utebatur pro telo. Lb. *furor arma ministrat.* [6]) Bc. nam pro telis saxa contorsit de aggere dissipata. Voss.

173. Et *minatur se* ipsum proiicere supra hostes, et stans in summis *muris detrudit* corpora illorum, *nunc sude* etc. B. La. *minatur*) quod ipse supra illos se praecipitaret. [7]) Bc.

174. *sude*) fuste. Bc. *contraria*) hostilia. Bc.

176. Quod dicit *ossa,* possumus referre vel ad *ossa* capitis, vel ad *ossa* ceterorum membrorum. B. La.

177. Fragilem compagem vocat ipsam galeam. B. La.

179. *Succendit*) faces enim de castris iaculabatur. Bc.

1) Voss. addit *hic.*
2) Voss. *teneretur.*
3) Voss. addit *eos etiam virtus sua s. p.* omisso *homines.*
4) Voss. *essent pl. et l. a.*
5) Aen. VIII, 517, ubi vide Serv.
6) Virg. Aen. I, 150.
7) Bc. *praecipitasset.*

180. Hoc inprimis fecit; *ut* autem *cadavera admovere murum solo, crescente cumulo* cadaverum, tunc proiecit se *super arma in medias catervas.* B. LA.

181. Ideo dicit *murum solo* esse adiunctum, quia tot erant mortui ibi, quod vallis erat impleta. B. LA. Hypallage pro admovere solum muro. BC. LP. *admovere*) aequavere. VOSS. I. WITT. i. adaequaverunt. LB. h. e. postquam talis cadaverum cumulus excrevit, ut altitudine iunctus ad muros eosdem cum solo aequaret et [1]) sterneret. BC. VOSS.

183. *Saltus non segnior extulit* [2]) *illum, quam rapit pardum per summa* etc.; q. d. aeque animosus fuit in illo tanto periculo, sicut pardus est. B. LA.

185. *vincit*) visu terrebat eos. LB. solo visu. VC. quacunque se vertit, vincit conciditque hostes. BARTH. [3]) quacunque se torquet, [4]) *occidit inimicos.* BC. VOSS.

186. Et ostendit hic bene [5]) supposuisse illam comparationem, ubi dicit: ideo *ensis* erat *hebes,* quod *iam* non potest vulnerare, sed frangere tantum. B. LA. *hebes*) mutilatus. BC. Sensus hic est: sic assiduitate occidendi acies Scaevae mucronis hebetata est, et coepit impetu percutientis adversos hostes frangere, quia obtusa non poterat vulnerare; et est ordo: [6]) *mucro Scaevae frangit percussum hostem, non vulnerat.* VOSS.

188. *Perdidit*) non poterat inferre plagam. BC. quia non scindit, sed frangit. LC.

190. *Nulla manus fuit incerta;* q. d. etsi tot essent, tamen non fallebantur in percutiendo. B. LA. Centum et XXX [7]) hastae erant infixae scuto Scaevae, quando fuit Caesari praesentatum. VC. *Nulla*) i. omnes unum vulnerabant. BC.

191. *Novum par* vocat unum contra tot pugnare; et hoc est quod dicit *Fortuna videt bellum atque virum concurrere,* quod fuit *novum par.* B. LA. *Parque*) novam paritatem, ut unus homo toto bello sufficeret; incognitum ut unus homo tot resisteret. BC. *bellum*) i. e. totum exercitum, per quem fit bellum. VOSS.

192. *umbo*) scutum. Metonymia, a parte totum. BC.

194. *vitalibus*) patefacta, inquit, vitalia ideo

1) *et st.* desunt in Voss.
2) MSS. *expulit.*
3) ad Stat. Theb. VIII, 701.
4) Voss. *quoc. se vertit* (V. II. *contorsit*) *o. inimicum.*
5) La. „*u*; an *vere?*
6) *ordo* etc.; eadem in Bc.
7) Cf. Caes. B. C. III, 53. ibique Itpp.

non effundebantur, quia hastae in ossibus fixae eadem exire prohibebant. GUELF. VOSS. Non ergo obstabant membra vitalibus, ne exirent, quippe perfossa, sed sola tela, quae fixa ossibus adhaeserunt. VOSS. Hastae ossibus infixae prohibebant cetera, quae iaciebantur, a vitalibus nimia densitate. Vitalia enim sunt praecordia; dicta autem *vitalia* eo quod ibi sit vita. [1]) BC. *obstat*) resistit. LC. [2])

196. Nunc poeta invehitur in illos, qui, [3]) cum tot essent, tamen non poterant sufficere uni soli; et ideo hortatur eos ad alia genera tormenti; et hoc est ubi dicit *quid nunc vesani* etc. B. LA. *Quid*) apostrophe [4]) poetae ad Pompeii milites facta. [5]) BC. VOSS. *levibus*) nil proficientibus. LC.

198. *Hunc*) Dolet poeta, quod Scaeva tamdiu resistere volebat; tale quid Virgilius: [6]) *Num capti potuere capi?* BC. *phalarica*) genus teli maximi. [7]) BC. instrumentum bellicum, quo expugnantur turres; φάλαι [8]) graece, turres latine. LC.

199. *muralia*) quibus muri exstruuntur, ut solidi sint, dum solida [9]) saxa collocantur. BC. VOSS.

200. *ferro*) vel *bello;* i. e. a bello et portarum limine repellat. VOSS. II. de ferro factus. WITT.

202. *Ideo non tegit* se *armis,* quia vacaret illa manu, qua se cooperiret, et sic videretur vivere *sua culpa.* B. LA.

203. *laevaque*) noluit se clypeo tegere, ut libera manu laeva etiam ipsa [10]) dimicaret. BC. VOSS.

204. Et ne hoc esset, *solus* vadit contra *tot vulnera belli.* B. LA. *culpa*) nullum, inquit, vitavit periculum, [11]) ne, si evasisset, hoc crimen incurreret, [12]) ut videretur per ignaviam liberatus. BC. VOSS. Hoc est quod Didoni excusat Aeneas: [13]) *Testor in occasu vestro nec tela, nec ullas vitavisse vices Danaum.* VOSS.

205. *Obit*) circumit, [14]) tanquam ille his occurrat. BC. excipit. LB. Ferebat *silvam,* non tamen nocen-

1) Similia ap. Ioann. de Ian.; cf. supra ad I, 623. et III, 643.
2) Schol. Lc. ad vs. 195. vide T. II. p. 582.
3) La. *quod.*
4) Bc. *apostrophon.*
5) *fa.* deest in Voss.
6) Aen VII, 295.
7) Eadem Non. p. 555. Merc.
8) Ita pro *phalee;* cf. Itpp. ad Fest. p. 151. Dac. Similiter Non. l. l. et Serv. ad Virg. Aen. IX, 705, ubi et noster laudatur locus, quae repetit Isidor. Orig. VII, 7. et inde Ioann. de Ianua.
9) Voss. *sa. gravia.*
10) Voss. *eadem.*
11) Voss. addit *Scaeva.*
12) Voss. *occurreret.*
13) Virg. Aen. II, 432.
14) Voss. *i. e. circuit.*

tem sibi, sicuti nec elephanti noceret; et hoc notat, ubi dicit *sic Libycus densis* etc. Natura elephantis talis est, quod non potest vulnerari, nisi per umbilicum et per podicem. B. LA. *silvam*) hastarum multitudinem. BC. i. multitudinem telorum. VOSS.

206. *cadat*) sc. ut [1]) cum pondere suo aliquem interficiat. BC. VOSS. irruat. LB. [2])

208. *Libycus*) Asiaticus; i. Gaetulus. BC.

209. *repercussum*) vibratum. LC. *squalenti*) i. duro. BC. lubrico vel nigro. LC.

211. *penitus*) intrinsecus. BC. *Tela stant citra cruorem confixae ferae.* B. LA.

212. *tot facta*) hoc et ad Scaevam referri potest et ad elephantem; sed melius ad Scaevam. BC.

214. *Dictaea*) Non sine causa addidit *Dictaea manu;* potest enim cuiuscunque gentis sagitta alterius gentis manu iaculari; sed hoc loco iaculator et arundo Cretensis fuisse ostenditur. [3]) BC. Dicta etiam, vel Dictys, [4]) est patria. Gortyna [5]) est civitas in eadem patria. B. LA. *Gortynis*) Cretensis sagitta. BC.

215. Ideo dicit *certior omni voto*, quia, etsi ceteri percussissent, tamen non ita ad effectum duxerunt ut iste. B. LA.

217. *moras*) i. ferrum, quod morabatur illum. LC. non passus est morari ferrum in oculo. VC. *vincula*) venas oculi. BC.

220. Nunc comparat eum ursae, quae, postquam vulneratur, *saevior* est; et hoc dicit *Pannonis ursa* non *aliter saevior rotat se in vulnus, cum Libs* amentat etc. Non ideo hoc dicit, ut Pannonia et Libye sint iunctae; nam Pannonia est in Septemtrione, et Libya in Meridie; sed quia in Pannonia saeviores [6]) ursae sunt. Ideo dicit: ursa quaeque saeva est, ut illa quae est in Pannonia. B. LA. *Pannonis*) Gentile est, ut Thessalis; et est species [7]) pro genere. BC.

221. *Libys*) gentile est. BC. Africanus venator. VOSS. *amentavit*) ducit ab *amento*, quod est corrigia, [8]) qua lanceae alligatae iaciuntur, quam et habenam

1) Voss. *ut sc. p. s. premens i.*

2) Schol. Lb. et Lc. vide T. II. p. 442, ubi corrige *monstris* pro *monstro.*

3) Ita pro *ostendit.*

4) Idem nomen ap. Serv. Ecl. VI, 57.

5) La. *Cortynis.*

6) *saeviores* etc. absunt a La.

7) *sp.* etc. eadem Lp.

8) Similia habet Lb.; vide de *amento* Serv. ad Virg. Aen. IX, 665; Gloss. Virg. ap. Barth. Advers. XXXVII, 5. p. 1681. et Fest. p. 25. Dac., unde sua sumserunt Papias et Ioann. de Ianua.

nominavit. VOSS. iaculata est; *(et m. al.)* vel emisit. BC.

222. Non *aliter* saevit, *cum Libs* etc.; et quomodo vulnus faciat, ostendit *telumque* etc. B. LA.

223. *Impetit*) frangit. BC.

224. *Perdiderat*) q. d. non apparebat tam furibundus Scaeva ut prius. LC. *stetit*) horruit. Virgilius: [1]) *Stat pulvere coelum.* BC.

225. *Informis facies stetit*, i. horruit *cruento imbre.* B. LA. *fragor*) proprie fractarum rerum est. [2]) BC.

226. *maiora*) i. quam sunt e parvo istius sanguine effecta. [3]) VOSS.

227. *Gaudia*) Si parvum vulnus conspectum esset in Caesare, non plus laetarentur Pompeiani, quam nunc laetantur. Ideo autem *parvum vulnus* dicit, quia nimia laetitia ex letali vulnere oriretur. BC. Non sic exultarent Pompeiani, si ipsum Caesarem [4]) vidissent vulneratum, ut gaudens [5]) nunc de vulnerato Scaeva. BC. VOSS.

229. *Mitis*) deest quasi; *mitis* i. quasi mitis. Virgilius: [6]) *Mediis in millibus exultat Amazon*, i. quasi Amazon. BC. *remota*) ut in vultu humilis videretur. BC. VOSS.

230. *Parcite*) Haec enim simulate loquitur, ut decipiat Pompeianos. BC.

231. Mors mea *non eget*, ut tela ingerantur, sed potius ut auferantur, quae nunc retinent animam retinendo sanguinem. B. LA.

232. *eget*) scilicet ipsa mors. VOSS. *ingestis*) infixis mihi. BC. *vulsis*) Sensus [7]) hic est: nihil valet [8]) ad celeritatem mortis, si adhuc in [9]) me tela mittatis; tanta enim iam infixa [10]) sunt, ut, si me mori vultis, ipsa meo corpore [11]) vellenda sint; nam statim [12]) mors sequetur. BC. VOSS.

1) Aen. XII, 407, ubi tamen *p. c. stare vident;* cf. Serv. ad I, 646.

2) De *fragoris* voce cf. Donat. ad Virg. Aen. XI, 214.

3) Voss. I. *accepta.*

4) Voss. *v. ip. C.*

5) Voss. *g. cum sanguis Scaevae effusus est.*

6) Aen. XI, 648; sed cf. supra ad I, 476.

7) Voss. (excidit ap. Oudp. nota Schol.) addit *autem*, praepositis iis, quae ad v. *eget* vides.

8) B. *volat ad c. martis;* Voss. *adiuvat c.*

9) Voss. *t. in me m.*

10) Voss. *fixa s. ut si me v. m.*

11) Voss. *c. m. sint* (Bc. *sunt*) *v.*

12) Voss. *n. cum hastas coeperitis educere ipsa m. s.;* Bc. *sequitur.*

233. *viventem*) ut adhuc me viventem [1]) videat Pompeius. Bc. Voss.

234. Ideo dico ut ponatis me *in castris* Pompeii, ut ego *potius* sim *exemplum*, quod Caesar iam sit relictus a suis, quam *sim exemplum* ut honeste moriantur potius, quam dimittant. B. La. *exemplum*) in castris, inquit, me locate Pompeii, ut aliis [2]) sociis meis non exemplo sim ad honestam mortem, sed ad Caesarem deserendum. Bc. Voss.

237. *mucrone*) i. acumine gladii; dum enim videret rectum ensis acumen, non vidit, quomodo gladium Scaeva pararet. Nam gladius dicitur totus ensis, mucro vero acumen proprie. Bc.

238. *Membra*) amplexus est enim Scaevam quasi captivum. Bc.

239. Cuius verbis quia *Aulus* assensit, *excepit ensem* ad modum fulminis in *mediis faucibus*. B. La.

242. *Si Magnus quaerit pacem;* q. d. si vult istum gladium cessare a caede, dimittat *signa* etc. B. La.

243. *submittat*) Si vult Pompeius ut cessem ab interfectione suorum, *adorato Caesare*, relinquat ei signa. Voss. *signa*) sua i. aquilas. Bc.

244. Et necesse est, ut *submittat signa*, quia non sum similis vestri, scilicet segnis ad mortem. Quod hinc patet; magis ego cupio mortem, quam vos cupiatis defendere causam Pompeii et Senatus; et hoc dicit sub interrogatione, ubi dicit *an similem vestri* etc.? B. La. *segnem*) qui [3]) mortem metuerem, ut vos timetis. Bc. Voss.

246. *amor*) ego plus [4]) amo mortem gloriosam, quam vos ametis [5]) Pompeium et causam Senatus. Bc. Voss. II. Non ita parati estis mori pro Pompeio et Senatu, sicut ego pro Caesare. Voss. I.

248. Nunc dicit poeta quod recte evenit Pompeio, quod Caesar venit, cum tandem devictus esset a solo Scaeva; et hoc est quod dicit *hic* pulvis *remisit dedecus belli* etc. B. La. *hic*) i. Caesar. Voss. adventu [6]) Caesaris Pompeius magnam infamiam evasit, ne [7]) videretur exercitus eius solum Scaevam fugisse, sed

1) Bc. *videntem;* Voss. *v. v. imperator P.*
2) Voss. *ut s. m. exemplum* (V. II. *exemplo*) *s. non.*
3) Voss. *i. ut m. m. sicut.*
4) Voss. II. *amo magis.*
5) *am.* deest in Voss.
6) Voss. *adv. enim C. m. i. P.*
7) Voss. *Videtur enim nunc non s. S. f. s. exercitum Caesaris, qui cum eo venit,* reliquis omissis.

Caesarem. Videtur enim Scaeva hos fugasse ideo, quia illis praesentibus deiici non potuit. BC. VOSS.

250. Ideo *ruis* remoto *Marte,* quia, dum pugnabas, ipsa *pugna dabat vires,* etsi sanguis esset effusus. B. LA. *Subducto*) remoto. BC. nam postquam recesserunt Pompeiani, tu periisti. BC. *(m. al.)* VOSS.

251. Ruit, et *turba suorum excipit labentem* etc. B. LA. *pugna*) amor pugnae. LC.

252. *defectum*) defessum, mortuum. BC.

253. Et *adorant* quasi *numen* esset *in pectore* illius, et quasi esset in eo ipsa dea Virtus. B. LA.

255. Iul. Celsus [1]) dicit, quod iste Scaeva evasit religatis vulneribus; et Caesar remuneravit eum quingentis aureis, et promovit ipsum ad honorem primipilatus. VC.

256. *Exornant*) i. in templis deorum arma Scaevae suspendunt. BC. auferebant priora tela et imposuerunt ista. VA. *nudum*) i. simulacrum Martis, quod [2]) ideo nudo stat pectore, [3]) ut bello se quisque [4]) sine formidine mortis obiiciat. BC. LD. [5])

257. Et [6]) quod haec laus tendat ad vituperationem, ostendit, ubi dicit hoc esse attribuendum laudi, si in extraneas gentes hoc fecisset; et hoc est quod dicit *felix hoc nomine* etc. B. LA. *felix*) esses, si adversus exteras gentes hoc fecisses. BC.

259. *Cantaber* est populus in Occidente, qui utitur exiguis armis. Teutonici utuntur longis armis. B. LA. Cantabria pars est Hispaniae. VOSS. *Cantaber*) gens Hispaniae exiguis hastis utens. BC. *exiguus*) i. si te fugisset Cantaber, qui habet exigua arma, aut Teutonus, qui longa habet. BC. Cantaber exiguis, Teutoni vero longis utuntur armis; ut Virgilius: [7]) *Scutis protecti corpora longis.* Felix, inquit, fuisses, si aut in bello Hispanico aut Germanico talem victoriam habuisses. VOSS.

260. Et quod haec facta non ad laudes tendunt, hinc patet; *non* enim *potes* his telis *ornare templa* Iovis; sed quod peius est, *parasti* tibi *dominum* hac *virtute.* B. LA.

1) Caes. B. C. III, 53.

2) Eadem Voss., sed *quod ita pingitur.*

3) Ld. *n. p. st.*

4) Ld. *quisquam,* ex quo *mortis* pro *cordis* recepi.

5) Schol. Lc. et La., quod B. quoque habet, recte *depingitur* et *cuius* praebens, vide T. II. p. 583.

6) Inde ab hoc vs. ad 357. usque La. saepius est mutilatus.

7) Aen. VIII, 662.

261. *ululare*) [1]) clamare solemnibus vocibus in triumpho. Bella civilia non habent triumphum. [2]) BC. VOSS.

262. *dominum*) Caesarem dominum urbis Romae quaesiisti fortiter pugnando. [3]) BC. VOSS.

263. Et quamvis hic esset *repulsus* Pompeius, tamen non ideo distulit Martem. Nunc subiungit comparationem: *non magis lassatur, quam mare* quiescit, dum repercutitur in scopulo aut in latere *alti montis*. B. BA. Ordo est: *nec magis quievit, quam* fluctus, [4]) qui illiditur scopulo, quiescit. [5]) BC. VOSS. i. parum quievit Pompeius, quia, licet corpore quiesceret, tamen animo fluctuabat. Est autem haec comparatio in hoc, quia, sicut [6]) paullatim erigitur mare, tollentibus ventis, ut postea nimia fluctuatio fiat, sic paullatim nimia belli ruina parabatur. BC.

266. *Frangentem*) repercutientem. BC. repellentem. LB.

267. *adest*) cavat, comedit. VOSS. *seram*) tardam. BC. *ruinam*) cursum. LB.

269. *gemini*) i. equestri et pedestri proelio, sive in mari et terra. [7]) VOSS. *arma*) milites. LB.

270. Cum prius fuisset ita strictus, ei nunc licuit mutare et laxare illa castra. Quae *licentia iuvat* eum, sicut iuvat Padum effundere se per campos, si quando exit ripam. [8]) B. LA. *tentoria*) At non *tentoria* distendit, sed milites, qui sunt intra tentoria; per metonymiam est dictum ab eo, quod continet, id quod continetur. VOSS.

271. *iuvat*) *delectat* [9]) castra mutare. BC. LP. VOSS.

272. *aggere*) Ordo [10]) est: *super tutas excurrit aggere ripas*. BC. VOSS.

273. *concutit*) cooperuit. LP.

276. *Transit* i. alveum mutat. BC.

277. *fugit*) i. facit fugere; vel hypallage i. illi domini fugiunt terram. LD. Cum enim rivos suos intorserit, [11]) aliis adimit agros, aliis confert; adimit, qua vadit; confert, unde discedit. BC. VOSS.

1) Voss. praepositis *quia tr. b. c. n. h.* addit *et;* an *i. e?*

2) Cf. Serv. ad Virg. Aen. IV, 168.

3) Voss. *C. tu f. p. q.*, omissis *d. u. R.*

4) Bc. *q. pontus fluit;* an *ponti fluctus?*

5) Voss. *conquiescit.*

6) Ita pro *sic.*

7) Similiter Lb. Lc. et Lp.

8) La. *ripas.*

9) Lp. *d. illum c.;* Voss. *i. iuvat illum.*

10) Voss. *O. s. r. e. t. a.*

11) Voss. *interserit et meatus.*

278. Hoc fecit Pompeius; *Caesar* autem *vix senserat* hoc. B. La. *vix*) interrupta narratione, qua dixerat supra: [1]) *Caesareas pulvis testatur adesse cohortes;* nunc per recapitulationem ipsam exsequitur narrationem. Bc.

279. *elatus*) evectus. Lb. Speculam vocat montem aptum ad conspiciendum. B. La. *prodidit*) quia succendit omnia igne. Bc.

281. Et postquam *deprehendit signa veteris ruinae* iam *frigida, ipsa pax loci accendit* eum, quia hoc videbatur esse signum Caesarem esse victum; et hoc est quod dicit *et Pompeiana quies et somnus movit furorem* quasi *victo Caesare.* B. La. *veteris*) quasi olim factae. Bc. Voss.

283. *somnus*) nam ita securi erant et remissi, tanquam Caesarem vicissent. Voss. i. requies Pompeii movit Caesarem in furorem quasi esset victus. Bc.

284. *vel*) etiam [2]) in clades; i. in pericula mortis properat ire Caesar, tantummodo ut gaudia militum Pompeii turbet. Bc.

285. Et *minax ruit Torquato,* pro in Torquatum, [3]) quem non invenit imparatum; et hoc aequipollenter *qui Caesaris arma* etc. B. La. *Torquato*) Hic dux erat in *Pompeianis castris.* [4]) Sensus hic est: tam celeriter Torquatus adventum [5]) agnovit Caesaris, quam celeriter *trementæ malo,* commotam cernens [6]) navita procellam, omnia vela subducit. Bc. Voss. *arma*) ipse tulit arma sua. Bc.

286. *haud vidit*) timuit vel fugit. Lb. *tremente*) quod signum quidem est imminentis periculi. Witt.

287. Circeam procellam vocat a Circe, filia Solis, quae in Circeo monte periculoso habitavit. B. La. Circaeus dicitur mons a Circe, Solis filia, quae ibi quondam habitaverat; illic namque crebrae procellae fiunt. Bc. Circe [7]) est locus periculosissimus in mari; cum eum nautae adpropinquaverunt, velum subtrahunt et contis ac remis navigant. Voss. i. Circe filia Solis fingitur, quia clarissima meretrix fuit; haec libidine sua et blandimentis homines a statu suae

1) vs. 247.
2) Idem Lb.
3) Eadem Bc.
4) Bc. *claustris;* Voss. *Pompeii,* in quo seqq. sine *hic* constituunt novum scholion.
5) Voss. *C. ag. ad.*
6) Voss. *commovere Circium tempestatem nauta cognoscens procellae eius o. v. s.*
7) An *Circaeum?*

mentis deducebat, ut libidini et voluptatibus operam darent. [1]) LB. *subducit*) subtrahit. LB. retrahit. LP.

288. Caesar prius obsedit Pompeium; nunc ipse erat obsessus, quia Torquatum retraxerat infra [2]) murum. B. LA. *recepit*) quia superius dixerat [3]) *armaque late sparserat.* BC.

289. *parva*) ut parvo circulo. BC. Tutius enim milites se in parvo loco ab hostibus defendunt propter scutorum densitatem. VOSS.

292. *Effudit in hostem;* qui hostis non aliter timuit, quam timent illi, qui habitant iuxta Aetnam, cum ipsa *ardens Aetna egerit cavernas* etc. B. LA.

293. *Non sic*) Sensus hic [4]) est: *non sic habitans* aliquis *in Aetnaeis vallibus,* [5]) *Notho spirante, horret Enceladum,* nec sic ardens Aetna, per cavernas omnes resolutus, [6]) decurrit in campos, quèmadmodum [7]) timet *miles Caesaris* hostibus occurrens. Ab ea [8]) parte, qua Nothus flat, cavernosus Aetna, recipiens spiramina venti, ingentes [9]) egerit globos flammarum; quod quoties fit, dicitur fulminatus [10]) Enceladus mutare latus. BC. VOSS.

294. Enceladus fuit unus de Gigantibus. B. LA. *spirante*) i. flante. LB.

295. *Egerit*) emittit. LP. aperit. LC.

296. *Miles* vero *Caesaris ante aciem* i. ante congressionem *occurrit hostibus;* q. d. quod effugit, ad utilitatem hostium fuit. B. LA. Dicit Celsus [11]) quod quatuor millia militum Caesaris hic trucidata sunt, inter quos XXII centuriones et plures nobiles; ex parte Pompeii quasi nullus mortuus fuit. VC.

297. *ante aciem*) ut eum pulvis [12]) vicerit glomeratus ante aciem. BC. VOSS. sive ut pulvis ante vicerit, quam acies Pompeii. VOSS.

298. *Hostibus*) qui a tergo instabant. BC. VOSS.

1) Sunt verba Servii ad Virg. Aen. VII, 19; adde Schol. Horat. Ep. I, 2, 23.

2) i. *intra;* cf. III, 659.

3) vs. 269.

4) *hic* deest in Voss.

5) Bc. *collibus.*

6) Voss. *resoluta;* per synesin defendi posse *resolutus Aetna* docet Schneid. Gramm. Lat. I. P. 2. p. 13.

7) Voss. *quomodo aut Pompeiani confluxerunt ad Caesaris milites opprimendos aut timuit m. C. hostes veniêntes;* eadem Guelf. sed in fine *aut hunc timuere venientem.*

8) Voss., qui his verbis incipit novum scholion vs. seq., addit *namque.*

9) Voss. *i. gladios e. fl.*

10) Voss. *fulminatum Enceladum.*

11) Caes. B. C. III, 71.

12) Voss. *p. vic.,* qui seqq. cum his coniunxit.

occurrit) quia [1]) in fugam erat conversus miles Caesaris. Bc. Voss.

299. *ruit*) miles enim [2]) Caesaris ut vidit pulverem, ab expugnatione recessit, [3]) et conversus in fugam incidit [4]) in hostem, quem [5]) a tergo misit Pompeius. Bc. Voss. Ruunt *in ipsa fata*, et ideo in illis *civilibus armis potuit* committi *cruor*, saltim *usque* dum cogeret eum ad *pacem*. B. La.

300. *usque*) i. potuerant [6]) tanti occidi, ut nullus remaneret, qui resisteret Pompeio, [7]) et iam pax inter civilia bella poneretur. Bc. Voss. *usque vel in pacem* i. etiam usque in pacem. Bc.

301. *Dux*) Pompeius non permisit illos occidi. Bc. Adhuc esses *libera* in legibus, *si* in illa victoria [8]) taliter se habuisset, qualiter *Sulla* se habuit in Marium. B. La.

303. *Si tibi*) Si talis esset Pompeius, qualis Sulla, [9]) quia omnes occideret, dum nescit ignoscere. Bc. Voss.

304. *Quod*) Dolet, inquit, [10]) mihi Lucano, o Caesar, quod magnitudo sceleris tui tibi prodest; nam cum ideo meruisses [11]) occidi, quod adversus pium generum bella [12]) sumsisti, ideo non occisus es, quia pius est ille, [13]) contra quem dimicas. Bc. Voss. Summam sceleris Caesaris vocat victoriam, quam habuit in Emathia, quod profuit ei diu; nam haec fuit causa, quare regnavit. Et hoc quoque profuit Caesari, *pugnasse* apud Epirum *cum pio genero*. Nunc poeta habet locum conquerendi: *proh tristia fata!* quae sunt haec: *Uticae non flesset clades Libye*. Tangit hoc quod Cato et senatores multa fecerunt ibi bella. B. La.

306. Et *Hispania non flesset clades Mundae*. Munda est civitas in Hispania, ubi interfectus est [14]) Cn. Pompeius, maior Pompeii filius. B. La. *Non*) si nunc perisses. *Utica* civitas est Africae, ubi Cato periit. Voss. apud Uticam periit Cato. Bc. *Munda*) In hac enim civitate post Caesar pugnavit [15]) contra filium Pompeii. Bc. Voss.

1) Voss. cum prioribus coniunctim *quum in f. versus e.*
2) Voss. non habet *enim.*
3) Voss. *cessavit.*
4) Voss. *et se* (ut Bc.) *convertit in f. incurrens.*
5) Bc. *quos;* Voss. *q. a t. P. inmiserat.*
6) Voss. *potuerunt.*
7) *Po.* abest a Voss.
8) La. addit *eum;* an *tum?*
9) Priora absunt a Voss., qui in seqq. *occiderent.*
10) Voss. *m. i. Lucanus.*
11) Voss. *merearis.*
12) Voss. *bellum.*
13) *ille* abest a Voss.
14) La. *fuit int.*
15) Voss. *M. civitas Hispaniae, ubi postea C. c. P. f. p*

307. *Et infando* etc. Et [1]) hoc quoque non evenisset, quod Pompeius fuit interfectus a Ptolemaeo. B. La.

308. *Nobilius*) quia nobilior erat Magnus Ptolemaeo. Bc.

309. *Nec Iuba nudus* etc. Tangit quod Caesar pugnavit cum Iuba, rege Africae, cui devicto non concessit sepulturam, reddens ei vicem pro Curione, cui idem fecerat. B. La. Iuba rex Maurorum fuit, socius Magni, qui eo victo a Caesare est victus et occisus in Africa. Bc. rex Mauritaniae, qui a Caesare interfectus est. Voss. *nudus*) i. inhumatus. Lb.

310. *Poenorumque umbras Scipio* etc. Iste Scipio fuit nepos illius magni Scipionis, qui devicit Carthaginem, et propter illum dicit istum placasse *umbras Poenorum*. B. La.

311. *Scipio*) Iste Scipio, qui in Africa est occisus a Caesare, de genere illius Scipionis fuit, qui Africam vicit; et hic post quingentos [2]) annos postea natus est. Bc. Scipio Africanus fuit, qui vicit Hannibalem; ex eius genere fuit hic Scipio, qui postea in Africa est interemtus. Voss. hic dux erat in Pompeianis castris. Guelf. Nec istud etiam evenisset, quod Cato interfectus esset apud Uticam. B. La. *vita*) enallage. Trev. hypallage. Lp. vel sine hypallage; magis enim erat utilis vitae, quam vita sibi. Lc. vita [3]) perdidit Catonem, non Cato vitam. Bc. Voss.

312. *Ultimus*) Si Pompeius Caesari non pepercisset. Bc. Voss.

313. In hoc *potuit exciri Pharsalia* a futura clade, si Pompeius non tenuisset *furentes gladios*. B. La. *Exciri*) evocari, evadere. [4]) Bc.

314. *Miles Caesaris* fugiens *ruit in ipsa fata;* quo facto *Caesar deserit* Epirum et petit Emathiam. B. La. *adverso*) contrario. Lp. sibi. Lb.

316. *fugasset*) fugam fecisset ipse Caesar. Bc.

317. Pompeium volentem sequi illum, ut eum caperet, hortati sunt sui, ut Romam reverteretur victor; et hoc est quod dicit *comites tentavere suo hortatu devertere Magnum* volentem sequi *arma soceri, quacunque* posset eum fugare. B. La. *Tentavere*) cum, inquit, fugientem Caesarem Pompeius insequi destinaret, [5]) tentaverunt sui milites persuadere, ut Romam potius contenderet. Bc. Voss.

1) La. addit *per*.
2) Imo *ducentos*.
3) Voss. *quasi v. C. perdiderit*.
4) Idem Voss.
5) Voss. *C. decrevit P. f. C. semper i. tentavere m. s.*

320. Tunc redderet se *exemplo Caesaris,* si armata manu et nondum devicto hoste redderet se *patriae,* sicut Caesar fecerat. B. La. *Exemplo*) nam Caesar cum suo exercitu ingressus est Romam. Bc.

321. Lex erat quod, priusquam intrabant Romam, iam [1]) daret licentiam militibus, quod non posset facere Pompeius; et hoc notat, ubi dicit *me nisi devicto* etc. B. La. *remisso*) remoto a me. Trev.

322. Et ostendit, quod non segnitie animi dimittit reverti in patriam, sed quia non vult, ut quid mali patiatur patria [2]) pro eo. Nam in principio huius seditionis non ideo dimisi, [3]) quin possem defendere, sed ne quid mali pateretur pro me patria; et hoc est quod dicit *Hesperiam potui* etc. B. La. *motu*) cum primum civilia bella [4]) mota sunt. Bc. Voss.

324. Non redibo, sed potius omnem laborem patiar, dum hoc fit, quod ponam extremam manum; et hoc dicit sub specie interrogationis *dum bella relegem, transcendam* etc.? B. La. *relegem*) dimoveam. Bc. i. removeam. Lb.

325. *Extremum*) Etiam, [5]) inquit, usque in ultimam Scythiam eo, [6]) dum tantum ab urbe Roma procul bella civilia submoveam. Bc. Voss.

328. Ordo est: *ah ne quid bello patiaris in isto, suam potius esse te putet Caesar;* ut Virgilius: [7]) *Ah te ne frigora laedant.* Voss. *Ah*) Interiectio dolentis. Bc. i. melius est, [8]) ut ego ab urbe absim [9]) et aestimet eam esse Caesar suam, quam ut meo [10]) exercitu ingresso sentiat Roma bella [11]) civilia. Bc. Voss.

330. *Sic fatus convertit iter* in Orientem, et *contigit Emathiam* in ea parte, *qua Candavia aperit vastos saltus. Quam* Emathiam *fata parabant* ad bellum. B. La. *conduxit*) praecepit; vel convertit. Voss. II.

331. *vastos*) magnos. Lp. *Candavia*) mons Macedoniae. Bc. Voss. Lb. *Candavia* est silva Emathiae. B. La.

332. *Emathiam*) Thessaliam; i. in ea parte Thessaliae, quae est iuxta Macedoniam, ubi Emathius regnavit. Bc.

1) B. *Normaniam;* La. *Romaniam.*
2) La. addit *ei.*
3) La. *dimisit q. posset.*
4) Voss. *b. c. m. s. et inceperunt.*
5) Voss. *Ibo;* Guelf. *Vadam.*
6) Voss. *S. d. procul ab u. b. s.*
7) Ecl. X, 48.
8) *est* non legitur in Voss.
9) Voss. *ut cum e. ab u. absum ae. C. e. es.*
10) Voss. *me et.*
11) Voss. *b. gesta esse c.*

333. Et describit Thessaliam ideo, ut ostendat eam aptam fuisse ad hoc, ut tantum scelus fieret ibi. B. La. *parte*) quatuor mundi climata commemorans, dicit qui mons cui [1]) climati opponatur. BC. *brumalibus*) hiemalem dicit hoc loco solis ortum. [2]) Dicit ergo in his locis Ossam montem hiemali soli esse oppositum; Pelion vero aestivo solstitiali esse oppositum BC. Voss.

334. Duo montes sunt ab Oriente. Ossa est in ea parte, *qua* sol oritur in hiemali tempore; et hoc est quod dicit *Ossaea rupes coercet* etc. Per *brumalibus horis* notat hiemem. B. La. *attollit*) cum oritur. LB. *Qua parte attollit Titan diem in brumalibus horis, rupes Ossaea coercet Thessaliam.* BC. *coercet*) i. stringit Thessaliam. Est autem topographia. BC.

335. Pelion vero habet oppositum in ea *parte, qua* sol oritur in aestuali [3]) tempore; et hoc est quod dicit *cum altior aestas* etc. *Aestas* vocatur *altior* propter altiorem cursum solis; scilicet cum accedit ad Cancrum, tunc *Pelion opponit umbras radiis* nascentis solis. B. La. *aestas*) meridies. LP. Hypallage, i. hora altior et calidior circa Thraciam. LC.

337. Isti sunt in Oriente oppositi Thessaliae; *at Othrys* est a [4]) meridiana plaga; et hoc est quod dicit *at Othrys summovet medios ignes coeli* i. calorem illum, qui est in meridie; et tunc cum maxime opus est; et hoc dicit *summovet solstitiale caput rabidi* [5]) *Leonis*, quia duplicatur nobis calor. Ideo tunc maior est, quam cum est in Cancro; vel possumus dicere, quia Cancer est supra caput; et ideo tunc non potest Othrys defendere a calore illo. B. La. *medios*) meridianum, inquit, solem, cum in Leonis signo solstitium est. BC.

338. *Solstitiale* dicitur simile solstitio, quod est dum intrat Leonem; nam postea decrescit calor. B. La.

339. Ab Occidente vero est *Pindus* oppositus; et hoc est quod dicit *excipit adversos* [6]) etc. Iapyx est ventus, qui venit ab Occidente, et secundum hoc vocatur Subsolanus; [7]) ad situm terrae vocatur Iapyx. B. La. *Iapyga*) Ventus collateralis Zephyri [8]) et flat ab Occidente. LB.

1) An *cuique?*
2) Voss. *h. d. orientem.* In seqq. *D. h. s. in h. l. O. et P. ae. id est s. tempori o.*
3) Vox quae Lexicis deest.
4) La. *in.*
5) La. et B. (in marg. m. al.) *rapidi.*
6) MSS. *aversos.*
7) La. addit *nam.*
8) Similiter Papias; Cod. Trev. *collateralem ventum Zephiri.*

340. *maturato*) accelerato. Bc. Lp. *praecidit*) prominens altitudine Pindus. Lp. *lucem*) h. e. praecidit [1]) legitimum lucis occasum; nam mox ut sol post ipsum montem ierit, [2]) omnia magnitudine sua inumbrat et cito mittit in [3]) noctem. Bc. Voss. quia qui prope montem manebant, citius quam remoti lumen diei amittebant. Voss.

341. A Septemtrione [4]) est oppositus Olympus; et hoc notat, ubi dicit *habitator imi Olympi* non sentit *Boream;* q. d. adeo est altus, quod illi, qui habitant ad pedem montis Olympi, non sentiunt *Boream*, qui ventus venit a Septemtrione. B. La. *imi*) nam in summitate illius nullus habitat propter nimiam altitudinem, sed in imo i. ad radicem. Bc. Qui, inquit, sub monte Olympo et in radicibus eius habitant, nec a [5]) Septemtrione verberantur, nec ipsius Ursae sidus adspiciunt, prohibente [6]) ipso monte. Ergo mons ipse contra septemtrionalem plagam positus erat. Bc. Voss.

342. Et per hoc etiam notat altitudinem montis, quod dicit *et ignorat* etc. *Totis noctibus;* hoc dicit vel quantum ad aestatem, cum sunt parvae noctes; vel etiam in toto anno, in aliqua parte noctis apparet eis Ursa, quae semper nobis apparet. B. La.

343. Et quia ex omni parte erant montes, ideo *agri* diu oppressi sunt a *paludibus;* et hoc aequipollenter *hos inter montes* etc. Nisi enim hoc diceret, non videretur verisimile, ut [7]) ibi etiam habitatio esset. B. La.

345. *pervia*) nec poterant habere exitus ad mare. Bc. *Tempe* est locus delectabilis, non quod tunc esset delectabilis, sed quantum ad hoc quod suo tempore erat. B. La.

346. In hoc non dabant *aditus pelago*, quia non poterat exire aqua, quae decurreret in mare. Illae aquae hoc habebant pro cursu, implere illam vallem. B. La. *unum*) legitur et *undis*. Bc.

347. *cursus*) hic, [8]) inquit, fluminibus *erat cursus*, ut stagnum implerent [9]) et altius facerent. Nam intra ipsos montes nemoraque [10]) aquae omnes claudeban-

1) Voss. *praecedit*) *i. e. praecedit.*
2) Voss. addit *hic.*
3) Voss. non habet *in.*
4) La. *ad septentrionem.*
5) *a* deest Bc.
6) Voss. pro seqq. *adsp. quod sidus integra tamen nocte resplendet.*
7) La. *uterque;* an *ut aeque?*
8) Voss. *hoc i. in f.*
9) Voss. *replerent.*
10) Voss. addit *non pervia.*

tur, [1]) et in mare exitus non habebant. BC. VOSS. Hoc prius fuit, sed *postquam Ossa* separatus est ab *Olympo*, Hercule hoc faciente, *eminet* Emathia. Quamvis Pelion esset inter Ossam et Olympum, tamen dicit istos discedere ab invicem ideo, quia coniuncti erant per medium illum; et erat quasi communis terminus. Hercules fecit viam aquae, ubi Ossa coniungebatur Pelioni, [2]) et ubi Pelion iungebatur Olympo. B. LA.

348. *Ossa*) Hunc enim montem Hercules [3]) fregit. *Discessit* ergo, [4]) separata est, ut Sallustius: [5]) *Atque omnis Italia discessit animis. Olympo* h. e. postquam ab Olympo est separata. BC. VOSS. *subitaeque*) quod in mare tot flumina [6]) cucurrerunt. BC. VOSS.

349. *mansura*) *Nam melius veteres illic remanere paludes esset, quam fieri Romae mundique ruinam.* [7]) WITT.

350. Postquam hoc fuit, *Emathis eminet melius mansura.* Hoc dicit propter civile bellum, quod ibi postea est factum; et habet hoc nomen ab Ematho rege. Pars Emathiae est Pharsalia, dicta a Pharsalo rege. Quam partem vocet Pharsaliam, subiungit, scilicet regnum Achillis, filii Thetidis. B. LA. *aquorei*) a Thetide matre, quae nympha est. Ideo ergo *melius sub undis mansura*, quia *regnum* est *aequorei Achillis.* VOSS. quia filius fuit Thetidos nymphae. BC. *Pharsalos*) nomen est [8]) civitatis; nominativus enim est singularis. BC. VOSS.

351. *Eminet*) apparuit. LP. apparet. LB.

352. Nunc enumerat partes Emathiae. *Eminet Phylace, quae tetigit* etc. *Phylace* est civitas, unde fuerunt Argonautae. Rhoeteum est promontorium iuxta Troiam, quam transivit Iason, cum ivit propter aureum vellus. Et *Pteleos eminet;* civitas est. Ideo dicit *Dorion* esse *flebile* propter Thamyram, quem Pierides extinxerunt ibi, praeferentem se illis in cantu. B. LA. *Phylace*) civitas est; [9]) hinc navis fuit Protesilai, quae prima tetigit litora Troianorum. BC. VOSS. civitas, unde fuit Protesilaus, qui primus ad Troiam venit. LD. *Pteleos*) civitas Pharsaliae. BC.

1) Voss. *cohibebantur.*
2) Cf. Seyfert Gramm. Lat. §. 1404. et 2335., nisi malis *Pelio.*
3) Hinc *Herculeae fauces* VIII, 1. OUDP.
4) *sep.* — *Olympo* absunt a Voss., qui in fine habet *sep. est.*
5) Cf. ad III, 632.
6) Voss. add. *fl. et fontes pariter concur.*
7) Versus nescio cuius.
8) Voss. *est n. c. dictum nominativo singulari.*
9) Voss. *i. e. eminet; est enim c. h. f. n.*

Dorion) Apud Dorion [1]) provocatae Musae a Thamyra [2]) ad cantandum sunt, quem [3]) victum caecum reddiderunt, ut meminit Homerus in Catalogo libri secundi. [4]) Bc. Voss. Legitur et *nobile* pro *flebile*, sed factum [5]) hoc. Voss.

353. Et *Trachin eminet*. B. La.

354. Et *Meliboea eminet fortis pretio* i. propter pretium *nefandae* combustionis; nam levabat terras a monstris *pretio*, scilicet Herculeis sagittis. B. La. *Lampados*) exustionis. Bc. graecus genitivus. Voss. *Herculeis*) Multi enim volunt, ut hic Hercules sit crematus. Nam Hercules cum Nessum centaurum propter Deianiram uxorem sagitta occideret, et cum tantam scabiem [6]) incurreret ex camisia, quae consilio ipsius Nessi centauri conficiebatur, ut iam eum taederet vitae, adscendit in Oetam montem, adsumto Philoctete Meliboeo, armigero suo, cui etiam hereditavit [7]) sagittas suas, ac succenso rogo se praecipitavit, sicque periit. [8]) Voss. Meliboea civitas est Thessaliae, de qua fuit Philoctetes, Poeantis filius, comes Herculis, quem Hercules, cum in Oeta monte deponeret hominem, petivit, ne alicui sui corporis reliquias indicaret; [9]) de qua re eum iurare compulit, et ei pro munere dedit sagittas, hydrae felle tinctas. [10]) Quae omnia exsequens poeta ait *Meliboea fortis Herculeis sagittis pretio nefandae lampados* i. incensionis *Herculis*. Quae sagittae postea Troiano bello ex oraculo quaesitae sunt. Bc.

355. Et *Larissa eminet; potens* vocatur vel propter Adrastum, qui ibi regnavit, electus apud Sicyonem [11]) civitatem, vel propter Achillem, qui ibi natus fuit, cuius pater ibidem regnavit. B. La. *potens*) Hinc enim Achilles fuit, [12]) ut Virgilius: [13]) *Larissaeus*

1) Bc. *Doricon.*

2) Voss. *Tamira* et *Tamaride ad canendum v.*; Bc. *Temira.*

3) Voss. *v. illum excoecaverunt.*

4) vs. 595.

5) An *falsum?*

6) Fort. *tabem.* Ouop. non opus est.

7) i. e. concessit; cf. Adelung Gloss. T. IV. p. 6. et 45.

8) Cf. Hygin. f. 36. et Serv. ad Virg. Aen. VIII, 300.

9) Superiora in B. et La. sunt, qui addunt *etc.*

10) Sunt verba Servii ad Virg. Aen. III, 402.

11) MSS. *Scitionem;* cf. Lutat. ad Stat. Theb. II, 179. et IV, 50. Scholiastes *Larissam* arcem Argorum indicat; cf. Mannert. Geogr. T. VIII. p. 641 sq.

12) Eadem in Bc.

13) Aen. II, 197, ubi vide Serv.

Achilles. VOSS. *ubi*) *Ubi* [1]) *nunc arant super Argos quondam nobile.* BC. VOSS. Argos autem Thessalicum accipimus, non Graecum. VOSS.

356. Et *Argos eminet quondam nobile, ubi nunc superarant* [2]) homines. Ibi olim nutriebantur boni equi, qui etiam ducebantur apud Elidem et Pisam. B. LA.

357. Et ille locus *eminet, ubi fabula* etc. *Echionias* vocat *Thebas* propter Echiona, qui aedificavit *Thebas* cum Cadmo; qui etiam fuit unus de illis, qui remanserunt de his, qui nati sunt de dentibus serpentis, [3]) quos seminavit Cadmus. B. LA. *Echionias*) Ovidius: [4]) *Quinque superstitibus, quorum fuit unus Echion.* VC. *Pentheos*) Ordo: [5]) *parens Agave exsul* fuit, scilicet postquam facinus [6]) sanata cognovit. Haec una de Bacchis caput [7]) filii sui exsecuit furore correpta; postea resipuit et concrematum rogo caput eius [8]) tradidit sepulturae. Ergo questa est, quod non plus rapuerit de membris [9]) filii sui, ut plus humaret. BC. VOSS. *Pentheus* filius Echionis [10]) et Agavae, Thebanorum rex, qui ideo, quod Liberum deum esse negavit, a matre et sorore discerptus est instinctu Liberi. *Τοῦ Πένθεος colla caputque* declinavit. VOSS. II. *exsul*) i. furens mente. BC. propter furorem. VOSS. I. a sensu. LB.

359. Et ille locus *eminet, ubi Agave, exsul* mentis, *quondam ferens colla* et *caput Pentheos* filii sui, conquesta est tantum, *quod* tam parum *rapuisset,* quod veniens in mentem *tradidit igni. Agave* et Niobe et Ino et Autonoe fuerunt filiae Cadmi; quae cum facerent sacrificium Baccho in monte Cithaerone, Pentheus, rex Thebanorum, voluit disturbare, et captae insania, credentes esse aprum, discerpserunt. B. LA.

360. Et quia Ossa separata est ab Olympo, *ergo palus* est *abrupta,* et tunc *discessit in multos amnes,* in hos scilicet: *Aeas* [11]) *purus, sed parvi gurgitis inde fluit*

1) Voss. *Ordo est u. a. scilicet homines s. n. q. A.*
2) B. *superervant.*
3) Abest a B.; La. *serpentibus;* de re cf. Lutat. ad Stat. Theb. III, 285.
4) Met. III, 126.
5) Voss., qui haec et seqq. post vv. *inst. Lib.* habet, *O. exsul p. A. e. facta p.*
6) Bc. *se f. nati.*
7) Voss., qui haec ad vs. 359. habet, *filio c. ex.*
8) *eius* deest in Bc.
9) Voss. *f. m. ut modo p. h. vel quod non haberet totum corpus filii sui.*
10) MSS. *Sophonis.* De fabula Penthei et Agaves cf. Hygin. f. 184. ibique Hpp.; vide et supra ad I, 575.
11) MSS. *Aetas,* ut infra.

versus Ionium mare, et priusquam illuc pertingat, vertitur in Occidentem. B. La.

361. *occasus*) in partes occidentales. [1]) Bc. Voss.

362. *Ionio*) in Ionium mare. Bc. Voss. *inde*) ab hoc loco. Lp. *nec fortior*) labitur et ipse, inquit, parvo gurgite, ut Aeas fluit. Inachum fluvium dicit, cuius Io filia in Isidem conversa est. Voss.

363. Et ab eadem palude *labitur* Inachus, qui est aeque magnus ut Aeas. Quod dicit *avectae Isidis* tangit illud de Ione, quam Iupiter habuit. Quod furtum cum Iuno comprehendisset, mutavit eam in vaccam; quam cum Iuno acquisivisset precibus a Iove, dedit Argo [2]) in custodiam. Quem Mercurius postea interfecit praecepto Iovis, unde Iuno irata supposuit ei oestrum; et postquam multum est fatigata, tandem recepit humanam formam in Aegypto, rogante Iove, et tunc vocata est Isis. B. La. *avectae*) quia a patria in Aegyptum avecta est. Voss. II. [3]) i. alias vectae. Lc. in Aegyptum deportatae. Bc. *pater*) Inachus. Bc. Lp. *Oeneu*) Oeneus [4]) Deianirae pater, ad cuius coniugii petitionem Hercules et Achelous fluvius de virtute [5]) certarunt, in quo [6]) certamine victor Hercules factus est. [7]) Hic [8]) Achelous ad Echinadas insulas fugit, [9]) cornu mutatus. Bc. B. La. Acheloum dixit, qui certavit [10]) cum Hercule propter Deianiram, Oenei [11]) fluminis filiam. Ideo dictum *paene gener*. Bc. Voss.

364. Et Oeneus *inde fluit*, qui *paene tuus gener* oblimatus etc. B. La. *oblimat*) consumit. Lc. i. arenas cogens [12]) limo implet. Bc. Voss. limo superducit. Bc.

1) Voss. *oc. p.*

2) *Argo — suppos. ei* (La. *eum*) absunt a B.

3) In quo recenti manu adtexta est tota Ius fabula, ut et mox de apro Caledonio, et in Voss. I. de Meleagri morte ex Ovidio, Servio aliisque. Oudp. De Ius fabula vide Hygin. f. 145. ibique Itpp.; adde Prob. ad Virg. Ge. III, 147. et Serv. ad Aen. VII, 790.

4) Bc. *Euneus*; B. et La. *Oen.* (B add. *fuit*) *pater Tydei et Meleagri et D.*

5) B. *viribus*; in La. lacuna est.

6) Bc. *iamque de c.*

7) *est* non habet Bc.

8) Voss., qui haec ad v. *mult.* usque post *gener* habet, *Hinc.*

9) *fug.* abest a B.; in La. *H. A. fuit*; uterque cum Bc. habet *multato*, La. ex correctura; Voss. *mutilato*, quae correxi.

10) Voss. *concertavit c. H. qui Oenei filiam uxorem haberet, in quo c. v. H. f.* (cf. supra) *Id. d.*

11) Bc. *Penei dictum* sine *ideo* habet; B. et La. ultima tantum *et id. dicit p. g.* Cf. de re Hygin. f. 33. ibique Itpp.; adde Lutat. ad Stat. Theb. II, 165. et IV, 106.

12) Vv. *ar. cog.* absunt a Voss.

365. *Meleagream*) ubi Meleager regnavit. Bc. *maculatus*) ibi [1]) enim Hercules Centaurum Nessum vitiata Deianira interfecit. Bc. Voss.

366. Et *inde fluit Euenos*, qui *secat Meleagream Calydona*. Calydon est civitas, ubi natus fuit Meleager, qui interfecit Toxeam et Plexippum, avunculos suos, quia abstulerant spolium apri Atalantae virgini, cui ipse dederat. Qui aper immissus fuit a Diana, eo quod Oeneus, dum ceteris diis faceret sacrificium, transivit illius aram. [2]) B. La. *Euenus* fluvius Calydoniae, [3]) apud quem Nessus Centaurus Deianiram Herculis uxorem comprimere voluit, quare [4]) ab Herculis sagitta est fixus. Bc. B. La.

367. Et *Sperchios fluit*, qui veloci *amne* suo etc. Malea est civitas, unde Maliacum mare dicitur. B. La.

368. Et *Amphrysos inde* exit, qui *irrigat* etc. Iuxta hoc flumen Apollo pavit pecora Admeti [5]) regis, quando Iupiter expulit eum de coelo, quia interfecerat Cyclopas, qui fecerant fulmina, unde interfecerat Aesculapium filium Apollinis, quia ausus fuit suscitare Hippolytum rogatu Dianae; et ideo dictum [6]) est *irrigat pascua famulantis* i. servientis *Phoebi*. B. La. Aesculapius rogatu Apollinis et Dianae suscitavit quondam Hippolytum, unde Iovis iratus fulminavit Aesculapium; quapropter Apollo flagellavit Cyclopas, unde a Iove regno privatus pavit pecora Admeti regis. [7]) Bc.

370. Et *Anauros* fluvius fluit *inde*, qui est huius naturae: *neque* emittit *humentes nebulas* etc. B. La. Hoc ideo mirum est et [8]) contra naturam. Omnes [9]) fluvii et nebulas de se fundunt [10]) et aerem humidum et auras tenues, quod [11]) solus hic non facit. Bc. Voss. *Anauros* sine aura dicitur, contra naturam aliorum fluviorum. Lc.

1) Voss. *quia H. N. in eo int.*

2) Cf. de his rebus Hygin. f. 172. ibique Itpp.; adde Lutat. ad Stat. Theb. I, 453. et IV, 103.

3) B. et La. *Calydonis.*

4) B. et La. *qui ab Hercule;* de re cf. Hygin. f. 34. ibique Itpp.

5) Bc. et Voss, qui priora habent, *I enim pecus Ad. Ap. p.*

6) *id. d. fam.* leguntur et in Bc. et in Voss.

7) Hic rursus tota Hippolyti et Apollinis adtexitur fabula in utroque Voss., quae iisdem verbis legi potest apud Serv. ad Aen. VII, 761. Pro *novem annis*, quos dicitur a Servio Apollo Admeto servivisse, habetur in Voss. pr. *VII annis*, in Voss. sec. *VIII mensibus vel IX annis, ut quidam dicunt.* Oudp.

8) Voss. *quod c. n. est.*

9) Voss. *Nam o. fl. n.*

10) Voss. l. *defendunt.*

11) Bc. *quando.*

371. Et multi alii fluvii exeunt, qui non suis nominibus possunt venire ad mare, sed prius intrant Peneum fluvium; et hoc est quod dicit *et quisquis pelago*. B. La.

372. *Penco*) nam multi fluvii in hunc ingrediuntur [1]) et ad maria cum suo nomine non veniunt, sed etiam [2]) Penei nomine nominantur. Bc. Voss.

373. *Apidanos* est fluvius, et *Enipeus*, qui non est *celer nisi mixtus* Apidano, vel alicui alii. B. La.

374. Et *Asopos* ab illa palude *accipit cursus;* q. d. iste quoque inde exit. *Asopos* fuit pater Aeginae, cum qua concubuit Iupiter, et inde procreatus est Aeacus; et inde commotus movit bellum cum Iove. [3]) Et *Phoenix* et *Melas* isti fluvii inde fluunt. B. La.

376. Et *Titaresus*, qui *solus defendit nomen* suum, *cum venerit* [4]) *in aquas alterius undae;* et quomodo hoc sit, ostendit *lapsusque superne* etc. B. La. *superne*) i. super illum. Lb. h. e. a Stygia palude. Bc.

377. *siccis arvis*) Ilic [5]) per medium Peneum currit, neque ei miscetur, [6]) tanquam per terram influat, [7]) habens suas ripas. Bc. Voss.

378. Et quare hoc sit, ostendit; quia dii iurant per Stygiam paludem, unde iste exit. Ut retineat illam reverentiam, non vult commisceri aliis aquis; et hoc est quod dicit *fama est hunc amnem manare* etc. B. La.

379. *capitis*) i. exordii sui. Lb. ut est fabula. Et [8]) originis *memorem*, quam ducit de [9]) Styge. Penei ergo fluminis undis, tanquam [10]) levioribus, *fama est* hunc *nolle* misceri. Bc. Voss.

380. *Superum* [11]) pro Superorum. Scilicet ne incipiat a [12]) diis contemni, si Peneo [13]) fluvio misceatur. Bc. Voss. *timorem*) quia per Stygem dii iurantes [14]) metuunt fallere. Virgilius: [15]) *Di cuius iurare timent et fallere numen*. Bc. Voss.

381. *patuerunt*) qui ante [16]) paludibus tegebantur.

1) Voss. *intrantes ad.*
2) Voss. *sed P.* reliquis omissis.
3) Cf Lutat. ad Stat. Theb. VII, 315.
4) B. *veniens;* La. *veniet* cum suprascr. *nus.*
5) Voss. *Ita p. medias undas Penei vadit.*
6) Voss. *confunditur.*
7) Voss. *fluat.*
8) *ut — et* absunt a Voss.
9) Voss. *ab;* seqq. *ergo fl.* desunt.
10) Voss. *velut l. m. n.*
11) Voss. addit *ergo.*
12) Voss. *ab his.*
13) Voss. *Penei fluctibus.*
14) Voss. *iurare dicuntur,* reliquis omissis.
15) Aen. VI, 324.
16) Voss. *antea a p.*

Bc. Voss. Enumeratis fluviis Thessaliae, enumerat, qui primo coluerint eam. Bc.

382. Et postquam evacuata est ab aqua, tunc Bebricii coluerunt illam terram. B. La. *Sulcus discessit* i. scissus est. B. La. Lb. separatus est. Bc.

383. Leleges sunt populi, et *Aeolidae* et *Dolopes*, et *Magnetes* valentes in *equis*, et *Minyae*, quae est *gens cognita remis*. B. La.

384. *Dolopes*) populi sunt. Socii fuerunt Pyrrhi in Troiano bello. Bc.

385. *Minyae*) ab his enim sunt Argonautae orti. Bc.

386. Et ostendit illam terram fuisse aptam ad tantum scelus, cum prius ipsa sit principium omnium malorum; et illud incipit ostendere. *Illic effudit nubes semiferos* etc. *Ixionidas* vocat ab Ixione, consecretario [1]) Iovis, cui volenti concumbere cum Iunone opposuit nubem, unde etiam nubigenae dicuntur. *Semiferos* vocat ideo, quia dimidii equi sunt secundum fabulam. B. La. *Ixionidas*) i. de Ixione procreati. Centauri enim [2]) Ixionis et Nubis filii sunt; Ixion enim amatam Iunonem [3]) de stupro interpellavit. Illa confessa [4]) Iovi est, et [5]) eius voluntate nubem in suam formam conversam obtulit, unde feruntur nati esse Centauri, qui [6]) ex parte equi sunt. Unde bene allusit Virgilius: [7]) *Centauri in foribus stabulant*. Bc. Voss. Witt. *nubes*) quae pro Iunone supposita est. Bc.

387. Pelethrone [8]) est civitas in Thessalia. B. La. Pelethronium oppidum est Thessaliae, ubi primum domandorum equorum repertus est usus. [9]) Bc.

388. *Pholoes*) montis [10]) Thessaliae. Bc. Voss. *Monyche*) Centauri nomen est; [11]) ubique subaudiendum *foeta nubes effudit* i. genuit. Voss. Et enumerat illos Centauros: o *Monyche, effudit te frangentem* etc. Pholoe est silva. B. La.

390. Et *Rhoete, te* quoque peperit ibi *torquentem* etc. B. La.

391. Et, *Phole,* [12]) te etiam peperit ibi. Pholus

1) Vox, quae deest Lexicis.
2) Voss. *autem*, ut paullo post.
3) Witt. *Dianam*.
4) Voss. *Iov. conf.*
5) Voss. addit *ex*.
6) *qui* etc. absunt a Bc. De Centauris Ixionis et Nubis foetu bene; eadem fere Schol. inedita ad Hom. Il. α, 267. Cort.
7) Aen. VI, 286; ad quem locum Serv. eadem habet verba.
8) Imo *Pelethronium*.
9) Eadem apud Serv. ad Virg. Ge. III, 115.
10) Voss. *montes*.
11) Eadem in Bc.
12) La. *Pholoe*.

recepit Herculem hospitio, quando ivit ad Nemeam in silvam, [1]) in qua interfecit leonem. B. La. Pholus Herculem suscepit hospitio [2]) eo tempore, quo ad expugnandos Centauros proficiscebatur. [3]) Bc. Qui dum eius sagittas miraretur, una in ungulam eius cecidit, cuius veneno exspiravit. [4]) Voss.

392. Et, o *improbe vector, per amnem passure Lernaeas sagittas.* Hic notat Nessum, quem interfecit Hercules propter Deianiram, quam voluit habere; et hoc fecit sagittis intinctis veneno serpentis, quem interfecit in Lerna [5]) palude. B. La. Nessum dicit [6]) Centaurum, qui cum Deianiram Herculis [7]) amatam per fluvium transportaret, immodestius [8]) eam contrectare ausus est. Ob hoc iratus Hercules eundem interemit. Bene ergo *improbe per amnem vector* [9]) dictus est. Bc. Voss. *Lernaeas*) quibus hydra interemta [10]) est. Bc. Voss.

393. Et, o *senex Chiron, te* quoque effudit ibi. Qui interfecit draconem, qui deglutiverat filium suum, manente illaeso filio; [11]) et inde iratus petit scorpionem. B. La. *Chiron*) fuit unus ex Centauris, magister Herculis. Voss. Hic [12]) est Sagittarius in signifero circulo. Bc. Voss. *gelido*) quod est sidus hiemale. Bc. Voss.

394. *Impetis*) invadis. Bc. Lp. *Maiorem* dicit ideo, quia sunt duo Scorpiones ibi. B. La. *Maiorem* autem dixit, [13]) quia extentis chelis [14]) plus spatii [15]) occupat quam cetera [16]) signa; nam spatium tenet duorum signorum. Bc. Ld. Voss. Chelae enim Scorpionis Libram faciunt. Bc. Ld.

395. *semina*) instrumenta. Lp. seminatis dentibus a Cadmo. Lb.

396. Huius quoque mali fuit principium. Ibi fuit effossum aurum et argentum, quae sunt *semina diri*

1) B. *suvam*, correct. in *sililam*; La. *Neam insulam.*
2) Eadem habet Voss.
3) Eadem leguntur apud Serv. ad Virg. Aen. VIII, 294, nostro allato loco.
4) Cf. Serv. l. l.; Philarg. ad Virg. Ge. II, 456. et Lutat. ad Stat Achil. II, 41.
5) La. *Lernaea.*
6) Voss. *Cent. d.*; de re cf. Lutat. ad Stat. Theb. IV, 838. et XI, 235.
7) Voss. *amicam H.*
8) Voss. *immodeste.*
9) Voss. *improbus p. a. d. e. v.*
10) Voss. *interfecta.*
11) Cf. Schol. B. et La. supra ad IV, 528.
12) Voss. *arcu, quia hic e.*
13) Ld. *dicit;* Voss. *ob hoc dicit.*
14) Voss. *cornibus.*
15) Ld. et Bc. *partis;* Voss. *sp. tenet.*
16) Voss. *reliqua sidera, n. Sc. sp. d. s. obtinet.*

Martis; et ibi inprimis fuit natus equus; et hoc est quod dicit *Thessalicus sonipes primus exsiluit saxis percussis* etc. Tangit illud, quod certamen fuit inter Neptunum et Minervam, in cuius nomine vocaretur civitas; et convenerunt ut, qui daret signum utilius gentibus, illius nomine vocaretur. Ille dedit equum, et illa olivam. B. LA. *percussis*) a tridente Neptuni. BC. VOSS. II. Neptunus et Pallas aedificaverunt Athenas; [1]) tunc certaverunt, de quo debuisset nominari civitas. VOSS. I. Tangit fabulam de Neptuno et Pallade. WITT.

397. *sonipes*) equum dicit, qui tunc natus est. [2]) BC. VOSS. II. Neptunus, Pallas et Iuno construentes Athenas [3]) certaverunt de nomine huius civitatis, facta conditione ut, [4]) si quis illorum percussa terra utilissimum animal produceret, hic dignus esset imponere nomen huic civitati. Verum quia Neptunus percutiens terram protulit equum, qui aptus est bello, Iuno percutiens nates produxit Vulcanum, [5]) Pallas autem protulit olivam, quod erat utilissimum; [6]) illa dedit nomen. BC. *(man. al.) omen*) quod fuit; epexegesis. BC.

399. Et ibi etiam fuit domitus a Lapithis; et hoc dicit *et momordit chalybem* et *frenos* i. ferratum frenum. B. LA. *Lapithae*) ut Virgilius: [7]) *Frena Pelethronii Lapithae gyrosque dedere.* BC. VOSS.

400. Et ibi etiam fuit facta illa prima navis, quae proiecit fragilem hominem in undas, quae [8]) ignotae deberent esse. Pagasum est oppidum, ubi fuit facta navis illa; et inde dicitur Pagasaea. B. LA. Pagasae [9]) civitas hodie Dymitriata, [10]) et sinus Pagasaeus ab ea dictus, in quem cadit Sperchius. VC. *pinus*) Argo navem dicit. Pagasa autem civitas vel mons Thessaliae est. BC.

1) MS. *Thebas.*

2) Voss. addit *Scyphius*, cf. Lutat. ad Stat. Theb. IV, 42; Prob. et Serv. ad Virg. Ge. I, 12.

3) MS. *Thebas.*

4) Addidi *ut* pro *et*, quod legitur ante v. *facta*

5) Ridicule; vide tamen Serv. ad Virg. Aen. VIII, 454.

6) MS. addit *et.* Cf. de hac fabula Hygin. f. 165. ibique Itpp. Iunonem et hic addidisse videtur Scholiasta, quippe quae et alibi cum Minerva et Neptuno coniuncta sit.

7) Ge. III, 115; Voss. *ut ait V.*

8) La. addit *in*; an *ei?*

9) Vc. *Pegasus*, ut post.

10) Imo secundum alios *Demetria*, propter Pagasaeos Demetriada deductos; cf. Mannert. Geogr. T. VII. p. 591. sq.; secundum alios *Volo.*

401. *Terrenum*) quia debuit habitare terram. Lc. Iasonem. Vc.

402. Et ibi etiam fuit moneta inventa; et hoc est quod dicit *Ionos* [1]) *percussit in formam;* tunc [2]) *percussit in formam,* cum fecit monetam. B. La. *Primus*) In Thessalia primum aurei solidi facti sunt. Bc. *Ionos* primus rex in Thessalia. Voss.

403. *massae*) ferri. Lp.

404. Tunc frangitur *aurum moneta,* cum ibi imprimitur forma alicuius. B. La. *moneta*) dicitur a monendo. Lc. aureos solidos fecit. Bc. Byzantios.[3]) Witt.

407. Et ibi etiam Iuno fecit nasci Pythona, qui insequeretur Latonam, pellicem suam. Quam cum non posset assequi, substitit in Cyrrhaeis arvis, ubi [4]) est interfectus ab Apolline; quod per effectum ostendit. *Unde* i. quia illuc *fluxit,* inde est, quod venientes *ad Pythia* coronantur Thessalica lauro. *Pythia* vocantur laudes Apollinis factae [5]) propter Pythonem, quem interfecit. B. La. *Divitias*) dicendo hoc est meum, hoc est tuum. Vc.

409. *laurus*) pro hoc [6]) argumento attulit, quod Pythius serpens de Thessalia fuerit, quod [7]) ad certamen Pythium laurus Thessalicae perferuntur. Bc. Voss. Phoebus occiso Pythone serpente instituit ludos ob signum victoriae eius, in quo ludo utuntur lauro; [8]) qui ludus Pythius dicitur. Bc. *(m. al.)*

410. Et ibi etiam *Aloeus* genuit Otum [9]) et Ephialtem, qui minati [10]) sunt bellum *Superis,* tunc dico, *cum Pelion inseruit se* etc.; quorum mater vocabatur Ismena.[11]) B. La. *Aloeus* fluvius concubuit cum Terra i. Ope, matre Deorum, et genuit Gigantes, qui dolentes se privatos regno, cum Iovis et alii Dii, eorum fratres, tenerent regna, inposuerunt Ossam Pelio et voluerunt adscendere in coelum et praecipitare Iovem; sed Iovis cum fulmine eos deiecit.[12]) Voss. I.

1) La. *Yonas;* B. *Venas;* Papias: *Ionos rex in Thessalia, qui primus fecit monetam.* Eundem laudare videtur Schol. ad Ovid. Ibin 287; sed Macrob. teste Sat. I, 7. p. 237. primus aera signasse dicitur *Ianus.*

2) *tunc — form.* absunt a La.

3) Quid velit nescio. Nummus certe Byzantius seu Byzantinus ferreus valde celebratus apud veteres. Vide VV. DD. ad Polluc. IX, 6. Sect. 78. Oudp.

4) La. *et ibi i. e.*

5) B. *quas facit.*

6) *pro* deest in Bc.

7) Voss. *quia.*

8) Cf. Lutat. ad Stat. Theb. VI, 6. et VII, 96.

9) MSS. *Etum.*

10) *minati — etc.* leguntur et in Lc.

11) Imo *Iphimedia.*

12) Alii finxerunt alia de Aloeo; vide Munker. ad Hygin. f. 28. Oudp.

Aloeus Iphimediam [1]) uxorem habuit, quae compressa a Neptuno duos [2]) peperit Otum et Ephialtem, qui digitis [3]) novem per singulos menses crescebant. Freti [4]) itaque altitudine, coelum voluere subvertere, sed confixi [5]) sunt Dianae et Apollinis telis. Unde Virgilius: [6]) *Hic et Aloeidas geminos immania vidi corpora.* Sic [7]) autem *Aloidas* dixit, sicut de Hercule *Amphitrioniades.* BC. LD. VOSS. I. WITT. Oti et Ephialti pater erat, qui erant immensi gigantes et expugnabant deos. BC. *(m. al.)*

412. *Sideribus*) VII planetas dicit, quae in aethere vagae feruntur; aliae enim in firmamento fixae sunt. VOSS. *incurrens*) interveniens, i. ultra lunarem circulum se extendens inter astra planetarum, scilicet Lunae, Mercurii ac Veneris, [8]) ut libero meatu transcurrere [9]) non possent, cum ea premeret et artaret mons Ossa. [10]) BC. VOSS. Hoc est quod ait Virgilius: [11]) *Ter sunt conati imponere Pelio Ossam.* BC. *abstulit*) prope abstulit. BC.

413. Nunc ostendit, quare haec omnia dixit de Thessalia, ubi dicit *hac ubi damnata* etc. B. LA. *fatis*) i. a fatis, dum in ea bella civilia gerentur. VOSS.

416. *palam est*) intelligunt omnes. BC. *propius*) amplius metuunt, cum [12]) vident ultimam adesse fortunam, et peiora, quam [13]) futura sunt, cogitant. VOSS. *fata*) belli. LB. bella. LC. *moveri*) appropinquari. LB.

417. Quidam solummodo timent, *pauci* vero accepto robore et sperant victoriam et timent etiam mortem. B. LA. *Degeneres*) Hoc Virgilius: [14]) *Degeneres animos timor arguit.* BC.

418. *praesumto*) i. prius sumto. BC.

1) MSS. *Estimiam, Ifimediam;* Ld. *Ifimeniam;* Bc. *Ifimidiam.*

2) Voss. et Witt. *pep. d. filios.*

3) Voss. *singulis mensibus* (Witt. *cotidie*) *n. d. c.;* Lc., qui similia habet, *una quaque die tribus palmis crescebant.*

4) Bc. *F. namque,* sed in rasura; Voss. *Unde sua magnitudine freti Iovem de superis regnis detrudere conati sunt;* Witt. *al. i. fr. c. voluerunt.*

5) Voss. *s. A. et D. t. c. s.*

6) Aen. VI, 582, ad quem locum eadem habet Servius, quae repetuntur ad Ge. I, 280. *Unde — corp.* desunt in Voss. et Witt.; *gemin. — Aloid.* in Ld.

7) Voss. et Witt. *Aloid.* (Bc. *Aloeid.*) *a. s. d. s. A. dictus est, quasi filii fuissent Aloei. Non revera eius filii fuerunt, sed de uxore eius, quam oppressit Neptunus.*

8) Voss. pro prioribus *i. e. pene transcurrens.*

9) Voss. addit *astra.*

10) Voss. addit *coniunctus Pelio.*

11) Ge. I, 281.

12) Ita pro *quam.*

13) *q. f. s.* et in Bc.

14) Aen. IV, 13.

419. *Spem* victoriae, *metum* amissae victoriae. Bc.

420. Inter quos paucos non fuit Sextus Pompeius; sed potius erat *mixtus inerti turbae*, et ideo *proles indigna tanto parente*. B. La. *Sextus*) et hic de timentium numero erat, Cn. Pompeii filius, Sextus Pompeius. Voss.

421. Et quod *indigna* fuit, hoc ostendit. Nam *polluit triumphos* patris in hoc, quod, dum pater vicisset piratas, ipse *pirata* ense fuit interfectus ab Agrippa; et hoc dicit poeta quantum ad suum tempus. *Grassatus* dicitur quasi [1]) furens. B. La. *grassatus*) latrones grassantur. Lb. male et crudeliter agens. Lc. Postea enim piraticam exercuit et vastavit Siculum mare. Adversus hunc [2]) navale proelium gessit Agrippa. Polluit ergo [3]) hic aequoreos triumphos [4]) patris sui, quando hic pirata fuit, [5]) cum ille piratas superaverit. Bc. Voss.

423. Et quod solummodo metuat, ostendit, ubi dicit *qui stimulante* etc. B. La.

424. *venturisque*) i. e. ad omnia ventura sollicitus. Bc. Voss. *aeger*) i. anxius. Lb.

426. *primis*) primum enim illic [6]) homines cibos ex glandibus [7]) sumserunt. Bc. Voss. glandes enim primae sunt fruges ante frumenta inventa. [8]) Voss.

427. *Aere*) Ollae enim illic esse dicuntur, per quas responsa dabantur; ex his si unam muro [9]) percusseris, omnes sonant. Bc. *Iovis*) dicitur quasi *Ia vis* i. universalis vis. [10]) Bc. *Dodona sonet*) silva Epiri, quia illic dabant responsa quercus. Bc. *Dodona* est silva, ubi dabantur responsa quasi [11]) ab ore Iovis; et dabantur ibi responsa in quercubus per aves. Cui maxime esset credendum, cum aliam attulisset nobis utilitatem; et hoc est quod dicit *altrix primis frugibus*. Tangit illud, quod homines prius vixerunt glandibus.

1) *quasi* deest in La.
2) Voss. *h. inertem n. bellum.*
3) *ergo* deest in Voss.
4) Bc. addit *i.*
5) Bc. *est;* Voss. *c. p. pater superasset.*
6) Cf. Serv. ad Virg. Ge. I, 149.
7) Voss. *glande.*
8) Similiter Lc. et Papias; cf. Serv. ad Virg. Ge. I, 348.
9) Fort. *modo;* an *manu*, ut Serv. ad Virg. Aen. III, 466: *quae uno* tactu *universa solebant sonare?*
10) Papias: *Iovis quasi Iavis, nam iavis i. universalis, quia pro mundo a quibusdam accipitur*; quibuscum compara quae Isidor. Orig. VII, 1. de v. *Ia* habet et in Append. T. III. p. 519. Ed. Arev., repetita a Papia et Ioanne de Ian. v. *Ia.*
11) *quasi — resp.* absunt a La.

B. LA. *Dodona*) Silva est Epiri, Iovi consecrata, in qua responsa dabantur ab aereis ollis. VOSS.

429. Et non quaerit, etiamsi quis sciat videre futura in fibris, vel in volatu avium, vel in motu fulminis, vel in constellatione, in qua Assyrii maxime valent; et hoc notat, ubi dicit: et qui *scrutetur sidera Assyria cura*. B. LA. *Assyria*) Assyrios dicit in astronomia peritos. [1]) Apud Assyrios autem magicae artes copiosae sunt. BC. Assyrii et Chaldaei ex sideribus divinaverunt, unde et nato domino stellam videntes regem natum cognoverunt. VOSS.

430. *Aut* etiam *si quid tacitum erat*, sicut per somnium vel per visionem, quod [2]) *fas* erat, noluit illuc ire. B. LA. *Aut si*) Non enim consulit, quid [3]) aut aruspex sciat, aut augur, aut mathematicus, aut [4]) aliquid tale, quod secretum est et [5]) tamen licitum; sed illud quaerit, quod illicitum est. Nam Romani magicam artem multum damnaverunt. BC. VOSS.

431. Et haec omnia ideo sprevit, quia necromantius [6]) erat, et ideo ad maiora tendebat; et hoc aequipollenter *ille noverat arcana* etc. Magi possunt dici, quicunque scrutantur illicita. B. LA.

432. *Tristes* vocat *aras*, vel propter illos, qui ibi immolantur, vel propter illorum parentes. B. LA. *aras*) per quas umbrae vera dicere cogebantur, vel quae faciebant, ut vera inferi dicere viderentur. LD. VOSS. nam magica raro sine humano sanguine fiebat. BC.

433. Et *noverat fidem umbrarum* et *fidem Ditis* i. Plutonis. B. LA. *Dis* dicitur Pluto, quasi *dives*; nil enim ditius inferno. Graece enim dicitur *Orcus* a verbo *ὁρκῶ* [7]) i. iuro, quasi enim iurat Pluto [8]) de se nullum dimissurum. BC.

434. *parum*) Cum enim [9]) per umbras et sacrificia inferna [10]) disquireret, constabat apud eum deos superos non [11]) nosse haec, quae a manibus cupiebat [12]) audire. BC. VOSS.

435. Praeterea dat ei aliam opportunitatem in-

1) Eadem Voss. sed *A. d. astrologiae p.*
2) MSS. *quia.*
3) Bc. *qui a. ar. sit.*
4) Voss. *a. qui nosceret al.*
5) Voss. *attam. lic.* reliquis omissis.
6) Vox nova, nisi malis *necromanticus.*
7) Bc. *ὤκρω.*
8) Similia de *Orco* leguntur apud Papiam et Ison. ad Prudent. Symmach. I, 407.
9) Voss. addit *futura.*
10) Voss. *inferni.*
11) Voss. *h. cuncta non n.*
12) Voss. *malebat.*

vestigandi talia, ubi dicit *ipse locus adiuvat* etc. *Vanum* vocat, quia aliquando decipiuntur facientes talia; *saevum* propter effectum. B. LA.

436. Hoc quoque dat ei animum, quod prope erant vincentes ceteras in magica arte; et hoc notat *quas nulla licentia* etc. B. LA. *Haemonidum*) Hic enim sunt Thessalicae mulieres, [1]) magicae artis doctissimae. BC. VOSS. *ficti*) non facti, sed *ficti* [2]) a poetis et pictoribus. VC. Scilicet quod quisque fingere potest monstrum, hoc non praeterit eas, [3]) sed hoc sciunt illae magae. VOSS. Quibus [4]) licet fingere quaecunque portenta; [5]) aut faciunt monstra, quae fingi possunt. Haec [6]) enim facere sciunt, quod vix credi potest. BC. VOSS. [7])

439. Ideo dicit *saxa sensura* propter effectum, quia saepe evenit ita, ut ipsae volunt. B. LA. *ingenuit*) extulit. BC. ingeneravit. VOSS. *saxa*) Tantum in magica valent Thessalae, ut etiam saxa sentire faciant; sicut de Simone [8]) legitur, quod lapideas statuas ridere faceret et movere se. BC. Magneten lapidem dicit, qui sentire possit magos, cum canunt arcanum. VOSS.

440. *ibi*) q. d. meliores ibi erant herbae ad opus incantationum quam alibi. LC.

441. *Colchis*) Medeam dicit, quae Iasonem secuta [9]) Colchos reliquit. BC. VOSS.

443. Nec est illarum potentia in solis herbis, sed voce quoque multa efficiunt; et hoc est quod dicit *impia carmina dirae gentis*, scilicet Haemonidum, *convertunt aures coelicolum surdas tot populis* etc. B. LA. Sensus hic est: *impia carmina dirae gentis surdas coelicolum aures tot* populis et tot *gentibus convertunt*, [10]) ut ipsae audiant responsa a diis, quae alibi nullus hominum soleat audire. BC. VOSS.

445. Et possunt hoc facere, nam *una* sola *vox exit* etc.; et *illa vox perfert* [11]) *verba*, quae cogunt

1) Voss. *m. Thessalae magica arte.*
2) Ita pro *picti.*
3) Similiter Lc.
4) Voss. cum prioribus coniunctim *vel quib.*
5) Voss. *p. sunt a. quae f.*
6) Voss. sed ad vs. seq. *hoc f. q. nemo sit crediturus.*
7) Schol. La. ad vs. 438. vide T. II. p. 616. Eadem habet B., qui recte *unde possint* pro *unum possunt;* error est *ibi* pro *et.*
8) Quo de Simone Mago cf. Kuinoel. ad Act. Ap. VIII, 9.
9) Voss. *Medea q. I. s. erat* reliquis omissis.
10) Voss. *conv. i. e. ut ipsa audiantur*, reliquis omissis; Bc. *ipsi*, quod correxi; Guelf. post *aliter* pro *alibi.*
11) La. *profert.*

numen ad invitum i. ad id quod nollet; *quod numen cura poli non avocat* [1]) etc. B. La. *exit*) i. penetrat. Lb. *vox*) magorum incantatio, quae usque ad eos pervenit. Bc. Voss.

447. *Quod non*) etiam numen, quod non sollicitat cura poli. Bc. Deos nulla res [2]) sic revocat ab hominibus, quemadmodum cura poli; sed hanc derelinquunt, cum magae Thessalae incantare coeperunt. [3]) Bc. Voss. Polum vocat ipsum cardinem, qui facit volvere coelum. B. La. *volubilis*) quod numquam finitur, sed in se ipsum redit. Voss.

448. *Avocat*) removet, quin non audiant illas mulieres. Vc.

449. Et potest trahere *numen ad invitum;* nam etsi illi, qui sunt in Babylonia et qui sunt in Memphi, superent ceteros magos, tamen superantur ab his; et hoc est quod dicit *tum Persea Babylon* etc. Persae [4]) sunt populi. Memphin vocat secretam, quia dicit incognita aliis magis. B. La. *Babylon*) Hoc dicit: licet [5]) eodem tempore in aliis regnis magi evocent deos, vincit tamen Thessalis mulier carmine suo, ut intermissis reliquis sibi [6]) respondeant. Bc. Voss. *Persea*) ubi Perseus nutritus est. [7]) Bc. Voss.

450. *Solvit penetrale* i. patefecit omne secretum, etsi profundissimum sit. B. La. *solvat*) sciat. Lp.

452. Praeterea hoc possunt facere: illos faciunt amare, quos fatalis dispositio non iunxit in amore, sed potius in discordia; et hoc est quod dicit *carmine Thessalidum* etc. B. La. *dura*) Exaggeratio magicae potestatis, ut Virgilius: [8]) *Carmina vel coelo possunt deducere lunam.* Bc. Voss.

454. *arsere*) ut turpi amore filias amare. Interim [9]) quanta congessit? quod senes, quod severos, quod inlicitos [10]) amare compellant. Voss. ut turpi amore cogant etiam cognatos amare. Bc. *nec*) minus [11]) nocent pocula quam carmina. Bc. Lp. Voss. aliarum veneficarum quam Thessalidum. Bc. *(m. al.)*

455. Et adhuc ostendit alias earum potentias: *aut* etiam plus possunt, quam possint aliae maleficae,

1) MSS. *evocat.*
2) Ita Voss. II., sed alter *cura.*
3) Bc. *coeperint.*
4) MSS. *Perses.*
5) Voss. *sive eodem tempore et in aliis regionibus m. d. traducent v.* etc.
6) Voss. *r. hanc Dii sequantur.*
7) Voss. *est educatus.*
8) Ecl. VIII, 69.
9) Corruptum videtur.
10) MSS. *inclytos.*
11) Voss. *hoc dicit et m. n. venena,* ut Lp.

cum subducunt pignora frontis. B. LA. Ordo: [1]) *aut cum subducunt amaturae fetae pignora frontis succo turgentia.* BC. LP. VOSS. Carunculam enim dicit in fronte equini pulli, quam mox nato mater deripit. Quam si forte aliquis ei subtraxerit, mater illum contemnit. [2]) Vocatur autem amatorium. [3]) BC. *turgentia*) confecta. BC.

456. Cui subducant, ostendit, scilicet *fetae amaturae* i. quae amaretur, si non perdidisset *pignora, pignora* [4]) dico turgida *succo. Pignora* vocat quandam carniculam, quam habet in fronte, quae est causa, quare mater amet eam. B. LA. *amaturae*) non *amaturae* nisi subtrahatur. VC. ut Virgilius: [5]) *Quaeritur et nascentis equi de fronte revulsus, et matri praereptus* [6]) *amor.* VOSS. Unde Ovidius: [7]) *Novit quid valeat virus amantis equae.* RATISB. *pignora*) amorem. Pulli equarum habent unum frustum carnis in fronte, quando nascuntur, quod valet ad amorem, si capiatur priusquam mater capiat; et mater non diligeret ipsum, si non lingeret frontem. Unde dicit Virgilius: [8]) *Et praereptus amor.* VC.

457. Plus *proficiunt* quam *pocula;* et hoc ostendit *mens perit excantata* i. per sola verba illarum, et nunquam erunt tam discordes coniuges, quin faciant [9]) concordes *magica vertigine torti fili.* B. LA.

458. *Excantata*) per cantus, non per potionem pervertitur. [10]) VOSS. Sine aliqua potione convertitur. BC.

460. *Traxerunt*) Hos scilicet ad amorem traxerunt illae, quos incantant. VOSS. *vertigine*) revolutione. VC. ut Virgilius: [11]) *Necte tribus nodis ternos, Amarylli, colores.* [12]) BC. VOSS.

461. *Cessavere*) cum magica exercetur. [13]) BC. VOSS. Virgilius: [14]) *Carmina vel coelo possunt dedu-*

1) Voss. addit *est;* Lp. *Est autem o. ut c.*

2) Similia in Lb. et Lc., quorum ille *tuber,* hic *carniculam* nominat. Cf. Serv. ad Virg. Aen. IV, 516; Schol. ad Iuvenal. VI, 133. p. 201. et p. 600, ubi item caruncula dicitur, et Ioann. de Ian. v. *ipomanes.*

3) Ita et Prob. ad Virg. Ge. III, 280.

4) Addidi *pignora.*

5) Aen. IV, 514.

6) MS. *praeruptus.*

7) Amor. I, 8, 8.

8) Aen. IV, 515.

9) B. *faciat;* La. *faciet,* quae correxi.

10) Vide ad Propert. III, 2. in f. OUDP.

11) Ecl. VIII, 77.

12) Voss. addit *necte, Amarylli, modo et Veneris dic vincula necto.*

13) Voss. *exerceri coepta est.*

14) Ecl. VIII, 69.

cere lunam. Alibi: [1]) *Sistere aquam fluminum et v. s. r.* BC. *vices*) vicissitudines. BC. *Vices rerum* vocat ut nox sequatur diem; sed si volunt, duae noctes erunt continuae. Et cum aestas sequatur ver, mutabunt hunc ordinem. B. LA. LC.

462. *Aether non paruit legi;* q. d. planetae non suo cursu iverunt, si volunt. B. LA. *non paruit*) quia stabat et non volvebatur. VOSS.

463. Et ipsum firmamentum stetit, quod semper solet volvi; et hoc est quod dicit *torpuit et praeceps* etc. B. LA. *praeceps*) volubile. LP. prius. LB. *mundus*) i. coelum. LB. LP.

464. Et *Iupiter* laborabat, ut verteret *polos*, et mirabatur eos *non ire.* Axis ille, [2]) qui adhaeret illi massae quae volvitur, ipse est rapidus, sicut et illud cum quo volvitur. B. LA.

466. Et cum est serenum, inducunt nubila. B. LA. *praeducunt*) solem nubes texerunt. BC.

467. Et eisdem *vocibus*, quibus supra dicta faciunt, etiam hoc *excussere nebulas* etc. B. LA.

468. *comis*) suis i. propriis. BC. velut comas habeant nimbi. Hos nunc erigunt magae quasi comas habentes solutas. VOSS.

469. *Excussere*) dissolverunt illae mulieres. VC. *cessantibus*) contra naturam enim et sine vento movetur, et vento impellente quiescit. BC.

470. Cum non sunt venti, faciunt tumescere, et faciunt e converso; et hoc notat, ubi dicit *et rursum vetitum sentire procellas*, i. si interdicunt ne sentiat procellas, *conticuit* etc. B. LA.

472. Et torrentem faciunt non cadere, et e converso contra montes faciunt aquam currere. B. LA. *In ventum*) i. contra ventum. [3]) Cum enim ea parte inflari vela soleant, [4]) qua est ventus, et exterius tumescere, nunc arte magica contra ventum inflantur, et intrinsecus sinus revocant vento non [5]) obstante, qui occurrit a tergo. BC. VOSS.

473. *Abscissa*) abrupta. Virgilius: [6]) *Sistere aquam fluminis.* BC. *fixus*) Omnia facta dicit contra naturam, ut pendens fluvius non decurreret, et ut cursus suos ageret, qua erigant se alta, i. retrorsus, unde descenderat, reverteretur. VOSS.

1) Aen. IV, 489.
2) MSS. *Axes illi q. adhaerent.*
3) Eadem Lb.
4) Voss. *solent, q. v. est;* Bc. non habet *et.*
5) *non* abest a Voss.
6) l. l.

474. *pronus*) i. contra fluvium suum. BC. Et Nilum, qui est solitus exire bis in anno, faciunt non exire. B. LA. *Nilum*) excantatum carminibus Thessalidum; per aestatem enim Nilus [1]) inundare solet. Hoc modo negat factum. VOSS. *extulit* accipimus effudit, eiecit. VOSS. extra tulit; per aestatem enim flante Noto cursusque eius [2]) retardante, ne in mare eat, solet Nilus inundare Aegyptum, quod negat factum magicis artibus. BC.

475. Et *Macander*, qui est tortuosus, *direxit aquas* suas; et cum Rhodanus praecipitet Ararim, faciunt ut e converso fiat. B. LA. *Maeander*) qui semper vadit obliquus, nunc rectis coepit ire meatibus. VOSS. *Maeander* fluvius est flexuosissimus Asiae, de quo Ovidius: [3]) *Curvis ludet Maeander in undis.* Dicit ergo rectum cursum carmina dant, quem natura negat; nam tortuosissimus fluvius est. BC. *Rhodanumque*) et hoc est contra naturam; nam Rhodanus velocissime currit, Arar vero lenissime. Dicit ergo velocem morari, pigrumque raptim fluere. Veraciter enim Arar in Rhodanum cadit; Rhodanus autem a quodam oppido, nomine Rhodo, vocatur. [4]) BC.

476. *Praecipitavit*) contraria posuit. Arar mitis vel lentus est; Rhodanus vero violentus. Nunc Arari Rhodanum dicit impulsum. VOSS.

477. *Montes explicuere iugum*, i. reddita est ibi planities, ubi erant montes; et hoc incantationibus earum. B. LA. *Explicuere*) complanavere. BC. planum reddiderunt; ut [5]) campi de montibus fierent. LP. Et cum *Olympus* mons ita sit excelsus, quod habeat sub se nubes, faciunt ut sit inferior nubibus; et hoc dicit *suspexit* [6]) *nubes*. B. LA. *suspexit*) sursum aspexit, cum [7]) despicere soleat. BC. Vc. cum deberet despicere, *suspexit Olympus*. VOSS.

478. Et *nives Scythicae dimaduere* sine aliquo sole, *iam* [8]) *cum bruma rigeret*. B. LA.

479. *Nives* dissolutas dicit esse per brumam, et hoc in Scythia, ubi nec aestate resolvuntur. VOSS. solutae sunt brumali tempore contra naturam. BC. Et

1) Voss. *Nilum.*
2) Inter lin. *i. Nili.*
3) Met. II, 246, ubi tamen nonnulla aliter leguntur.
4) Eandem rem vide ap. Isidor. Orig. XIII, 21. et Papiam, qui sua inde delegit.
5) Eadem Voss. in fine seqq.
6) B. *sursum;* La. *diis* indicata lacuna.
7) Vc. c. *prius despiceret.*
8) Ita pro *nam.*

cum semper mare bis in naturali die exeat, scilicet cum oritur vel occidit lunare tempus, faciunt ne hoc fiat; et hoc aequipollenter *Haemonium carmen repulit Tethim*, quae deberet impelli a *sidere* i. a luna, *defenso litore* ne exeat. B. LA. *sidere*) solis vel lunae. LP. lunari. LB. Ordo [1]) est: *Haemonium carmen repulit Tethyn* [2]) *impulsam sidere, defenso litore. Sidere* autem *lunae* mare impulsum accipimus; nam [3]) cum incremento et detrimento lunaris luminis augmentatur aestus Oceani et minuitur. Hunc ergo aestum Oceani, quem natura constituit, Haemonidum carmina represserunt. BC. VOSS.

480. *defenso*) ne [4]) more solito illud mare tangeret. BC. VOSS.

481. Et etiam terra propter timorem illarum glomerata est simul, quod tamen non profuit, cum una sola voce dividant eam; et hoc est quod dicit *terra quoque concussit axem* suum *immoti ponderis.* Ideo dicit *immoti*, quia ex elementis nullum est aeque ponderosum. In omni rotundo potest considerari axis, et ideo dicit terram habere axem. B. LA.

482. *Nisus* terrae i. conamen *titubavit* propter illas, et ideo vergit se in globum unum, quod tamen non profuit; nam *onus tantae molis percussum* una *voce* illarum *recessit*, et ita, quod videri potuit usque ad aliud coelum; et hoc est quod dicit *et dedit perspectum circumlabentis Olympi* i. circumvolventis coeli. B. LA. *nisus*) i. terra; et dicitur nisus, quia circa eam nituntur omnia elementa. LC. firmamentum. VC. Terrae motum hic dicit [5]) magicis posse fieri cantibus. *Nisus* i. terrae commotio *in medium orbem titubavit* i. hiatum pertulit. Hiatus enim in terra fit, chasma in nubibus vel in aere. *In medium orbem* i. in eo loco, ubi maioris soliditatis erat; est enim emphaticos dictum. BC. *titubavit*) tremuit. VC. subsedit, [6]) hiatum pertulit. In modum circuli perforata, *in medium orbem* velut fenestra patuit, et videndos antipodas praebuit. VOSS.

483. *recessit*) in diversas partes cessit. LC. subsedit. BC.

484. *Perspectumque dedit* visum *circumlabentis Olympi;* nam terra aere cingitur, quae nunc aerem proditum dedit adspectibus. VOSS. intuitum circa terram

1) Voss. *Sensus.*
2) Bc. *Tethim.*
3) *nam* deest in Bc.
4) Voss. *n. Oceanus illud irrumperet vel m. s. i. tangat.*
5) Voss. *T. motus d. effectum.*
6) Idem Bc.

fluentis coeli; sic supra [1]) *summisso vertice m. e. i. n. s. O.* Circumlabente enim Olympo, i. hiatum patiente, perspectus factus est, quia illud spatium aeris, quod occupabat, vacuum remansit. BC.

485. *leti*) mortis. Quod animal mortem inferre queat et quod genitum sit ad nocendum, Haemonias [2]) artes *timet*, quibus mite effici potest; et *instruit* i. auget ipsas artes mortibus, quibus sine magica minus valet. BC. Quod alicuius leti habeat potestatem, et quod genitum sit ad nocendum, has mulieres timet; et artes earum instruit ac vim auget mortibus suis, dum ab altero sumunt cerebrum, ab altero viscera ad exercendas artes. VOSS.

486. *Pavet* illas mulieres, *et mortibus suis* i. per mortes suas adaugent *artes* illarum. B. LA.

487. Et quod obediant eis, [3]) ostendit *avidae tigres fovent has.* Nobilem iram vocat ideo, quia humiliatis est humilis. B. LA. Bene *nobilis ira*, quia nisi laesi non nocent. BC. [4])

489. *distenditur*) Virgilius: [5]) *Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.* BC. i. cum in frigido loco colligere se angues soleant, nunc se extendunt carminum potestate. BC. VOSS.

490. *coeunt*) Viperae namque [6]) ore concipiunt, obrosisque lateribus partus egeritur; [7]) sed dicit obrosos nodos coire posse ex [8]) abrupto corpore magicis cantibus. BC. GUELF. Potest tamen et generaliter accipi, ut incisa [9]) anguium membra iterum in unum corpus reverti queant Zoroastreis cantibus. BC. Coniunguntur carminibus illarum. Vipera, quando coit, ponit caput in os feminae et ipsa truncat sibi caput; et isto modo fit generatio talis animalis; sed Albertus [10]) dicit hoc non esse verum, licet Isidorus [11]) hoc ponat. VC.

491. Magica verba dicit *humanum venenum.* VOSS. *cadit*) perit. BC.

492. Et quia dixit etiam in ipsos deos potestatem

1) vs. 476.
2) Bc. *Haemonas.*
3) Ita pro *ei.*
4) Schol. La. ad vs. 488. 89. 91., quocum consentit B., vide T. II. p. 492; adde ab init. *Et* (La. *In*) *his mulieribus*, et lege ex utroque Cod. *hominibus*, *sc. ut ven. int.*
5) Ecl. VIII, 71.
6) Guelf. *autem.*
7) Bc. Guelf. *egerit;* Guelf. *abrosis* et *abrosos.*
8) Guelf. *c. p. abr. n. et abrupto.*
9) *incisa a. m. it. i. c. revertuntur* et in Voss.
10) de Anim. V, 2.
11) Orig. XII, 4.

habere, ideo miratur poeta, unde hoc procedat; et hoc dicit *hic labor*, scilicet *sequendi cantus* et *herbas*, *quis* est *Superis?* pro quantus est *Superis? Labor* erat eis in hoc, quod [1]) dimisso proprio officio sequebantur velle illarum. B. LA.

493. Et quis *timor* erat eis *spernendi cantus* et *herbas?* nam nisi timerent, aliter facerent. Quo pacto habent deos obnoxios sibi? B. LA. *timor*) i. quis [2]) timor est Superis, ut non repugnent carmini [3]) et herbae, vel quis [4]) labor est illis, ut haec sequantur? BC. VOSS. *commercia*) commoda. LB.

494. *Obstrictos*) quale inter eos fuit pactum, ut dii carminibus obsecundent? utrum coguntur his dii obsequi, an ipsos delectat obsequium? [5]) BC. VOSS.

495. *ignota*) i. e. [6]) nova et mirabili pietate; an per [7]) magicae artis minas hoc a diis obsequium promerentur? BC. VOSS. Ideo dicit *ignota*, quia non potest cognosci ab hominibus, si qua est in eis. B. LA.

496. *valuere*) obtinuere. BC.

497. Et *habent* hanc potestatem *in omnes* deos, an in unum, qui cogat ceteros facere ea, quae cogunt ipsae eum? et hoc est quod dicit *qui* deus *potest cogere mundum* facere *quicquid ipse cogitur* ab illis. B. LA. *carmina*) Et hoc poeta quaerit, an haec carmina omnibus diis imperent, [8]) an vero uni imperent semper, sed tali, qui omnes cogat, [9]) quicquid fuerit compulsus ipse facere. BC. VOSS.

499. Quid possit *cogere* ostendit. *Illic* i. in Thessalia primum *sidera deducta* etc.; vel ut simpliciter ostendat eius aliam potentiam. *Sidera* vocat ipsos planetas, et hoc ostendit in parte [10]) *Phoebe palluit venenis* illarum *et arsit*. B. LA. *sidera*) Virgilius: [11]) *Carmina vel coelo possunt deducere lunam;* ergo et cetera sidera. BC. GUELF.

500. *Non* [12]) *aliter palluit*, quam cum patitur eclipsin, interveniente umbra terrae inter eam et solem; et hoc aequipollenter *non aliter quam si tellus prohiberet a fraterna imagine* i. ut non a sole videretur scilicet

1) *quod* etc.; eadem in Lc.
2) *quis — herb.* praeposito, quod sequitur, *vel* Voss. in fine habet.
3) Voss. *carminibus et herbis.*
4) Voss. *q. hic l. e. ut s.*
5) Voss. *obsequi.*
6) Bc. *an* cum prioribus coniunctum.
7) *p. m. a. m.*; eadem Lc.
8) Voss. *imp. semp.*, qui, reliquis omissis, vv. *qui o.* novum constituit scholion vs. 498.
9) Voss. *c. pati q. fa. fu. i. c.*
10) B. *partem.*
11) Ecl. VIII, 69; *coelo* deest Bc.
12) *Ante* pro *non aliter* B.

si insereret suas umbras etc. Non quod luna magis vel minus descendat; sed cum [1]) sit Zodiacus divisus [2]) in XII lineas per latum, cum [3]) est in medio, (quia [4]) terra est in medio altior quam in angulis) altius [5]) tunc ascendit umbra terrae, et tunc, [6]) si luna est supra terram et sol subtus [7]) vel e converso, patitur eclipsin; et [8]) inde vocatur illa linea ecliptica. B. LA.

502. *nigris*) obscuris, non ita fulgentibus, ut coelestes. [9]) BC. VOSS. obiectu terrae nigris factis. LC.

503. *Quam si*) Dicit non aliter lunam palluisse venenis verborum, *quam si tellus prohiberet* eam lumen accipere a *fraterna imagine*, et *insereret suas umbras coelestibus flammis* i. solaribus radiis. Constat [10]) siquidem lunam a sole mutuare lucem; quodsi inter ipsam et solem terra suam intermiserit umbram, eclipsin patitur. BC. *Quam si* terra intercederet et obstaret, ne posset lunae facies orbem solis adspicere; quod solet fieri, quando eclipsis est, sed hoc modo non fieri dicit. VOSS.

504. *Insereret*) causam exprimit eclipsis lunae. BC.

505. *depressa*) i. terrae vicina facta. BC. in terram deducta. VOSS. II.

506. *pronior*) i. vicinior depressa. BC. *despumet*) spumas roris sui infundat, ut ipso sputo agant sua maleficia. VOSS. i. pallorem suum emittit. BC.

507. Sed [11]) quamvis istae superarent ceteros magos, tamen inter istas fuit quaedam, quae haec omnia dixit esse *nimiae pietatis*, et ideo alia genera maleficii invenit; et hoc aequipollenter *hos scelerum ritus* etc. B. LA.

508. Efferus [12]) dicitur extra frenum quasi insanus. B. LA. *efferus*, a, um, i. extra frenum posita. BC. *Erichtho*) Haec maga fuit, [13]) quae, ut maiora et crudeliora auderet, haec omnia magica [14]) pia esse

1) *cum* etc.; eadem Bc., sed praecedunt *Tangit physicam eclipsis lunae, cum enim* etc.

2) Bc. *z. d. s. in XX partes.*

3) Bc. addit *luna.*

4) *quia — med.* desunt in La.; Bc. *quia ibi e. t. a.*

5) La. *sed alt. as. tamen;* Bc. *al. as. tunc.*

6) La. *tamen.*

7) Bc. addit *est.*

8) Bc. pro seqq. *quia umbra terrae non permittit eam illuminari a sole.*

9) Bc. *coelestis.*

10) *C. autem l. luc. a s. mutuari* et in Voss.

11) La. *Et.*

12) La. *Effrenis*, quod propter seqq. melius videtur; cf. Papiam et Ioann. de Ianua. *Efferus* per *insanus* explicat Schol. Stat. V, 591.

13) Bc. *magna sunt*, quae correxi; Voss. *nomen magae q. ut peiora.*

14) Voss. *o. non magna et p.*, quae placent.

dicebat, hoc est *nimiae pietatis damnarat;* nam [1]) cuncta vilia comparatione sui sceleris reputabat. BC. VOSS. *pietatis*) quantum ad suos ritus. LB.

509. *novos*) i. maiores. LB.

510. Ideo *damnaverat haec*, quia non videbatur ei dignum, ut, quae talia exerceret, conversaretur inter homines; et hoc est quod dicit *namque illi* visum est *nefas summittere ferale caput tecto urbis, aut* etiam *laribus*, et ideo *incolit busta.* B. LA. *urbis*) in civitate, inquit, manere non poterat, sed hoc pro inlicito habebat. VOSS.

512. Ideo dicit *expulsis umbris*, quia animae, recordantes illius coniunctionis, visitant ipsa corpora, antequam solvantur in generalitatem. B. LA. *umbris*) i. manibus mortuorum; nam sepultorum animas [2]) diu cum corporibus esse gentilis error dicebat. BC. GUELF.

513. *Grata* [3]) est *deis Erebi;* cui rei nec dii repugnant, nec vita; et hoc est quod dicit *audire coetus silentum Superi non vetant. Superi* vetarent, si aliquando [4]) coleret eos. B. LA. *silentum*) i. infernalium. BC. LB.

515. *Superi*) et *non vetat* eam *nosse arcana Superi* i. Iovis. BC. *non vita*) non enim viventes [5]) scire solent inferna secreta; nam vita vetat scire quosdam [6]) ea, quae in inferno sunt. BC. VOSS. *profanae*) genitivus i. nefandae. Sacris quidem dedita erat, sed factis contra Superos, ideo *profanae.* VOSS.

516. Et quod *vita* non repugnet, ostendit *macies foeda situ* i. cultu *tenet ora* illius nefandae. B. LA. *situ*) diuturnitate. BC. *sereno*) semper enim in obscuro latere volebat. [7]) BC.

518. In sereno non vult exire; *si* autem *nimbus et* [8]) *atrae nubes* etc. B. LA. *onerata*) gravata. BC. [9])

519. *subducunt*) ab aspectibus subtrahunt; hoc [10]) dixerat supra *coeloque ignota sereno.* BC. VOSS. *Thessala*) est ipsa Erichtho maga. VOSS. *nudis*) apertis, vel sine corporibus. BC. Quod ait supra *tumulos expulsis obtinet umbris;* sive ideo *nudis*, quia nihil ibi possidet nisi busta. VOSS. quia inde fugaverat umbras. VC. Busta dicit nuda propter animas, quas

1) *nam* etc. absunt a Voss.
2) Bc. Guelf. *animae;* Guelf. *in corp.*
3) MSS. *gratus.*
4) La. *aliquo modo.*
5) Voss. *viventium esse solet inferni sc. se.*
6) Voss. non habet *quosdam.*
7) Bc. *valebat.*
8) La. *aut.*
9) Schol. Lb. vide T. II. p. 618, ubi lege *habens.*
10) In Voss. ad v. *tunc* posita.

inde expulerat. Ad haec exit tunc, ut videat quando debeant cadere fulmina; nam colligebat de reliquiis fulminis, sicut paulo post dicit. B. LA.

522. Et solo flatu suo corrumpit auras, quae in se non essent letiferae. B. LA. *letiferas*) mortiferas. BC. *perdidit*) nocuas fecit. LB. egessit, [1]) aerem corrupit halitu [2]) spiritus sui. BC. VOSS. scil. illa Erichtho semina illius segetis perdidit sine ullis auris. BC. *(m. al.)*

524. Nec taliter sacrificat, sicut ceterae solent sacrificare; et hoc est quod dicit *et ipsa* non *novit fibras* alicuius *litantis* i. sacrificantis. B. LA. *auxiliare*) quod ferat auxilia; nam nomen est. BC. *litantes*) i. placantes, sacrificantes, [3]) quibus diis litamus. BC. VOSS.

525. *Gaudet* etiam *imponere aris thura, quae* ipsa *rapuit* etc. *Funereas flammas* vocat, quas abstulerat de rogis, ubi comburebantur corpora. Solet proiici de thuribulo supra sepulcrum, et illud thus collegerat. B. LA. *funereas*) ex funere sumtas. BC.

527. Ideo in *prima voce concedunt* ei, quia *timent* ne secundo clamet. B. LA.

528. *Concedunt*) Quidquid, inquit, petit, licet sceleratum sit, tamen a deis prima ei voce conceditur, ne iteret carmen infaustum. VOSS.

530. *debentibus*) ἀμφιβολικῶς dictum est; i. aut *mors invita* hominibus *subit fatis debentibus annos*, aut *subit debentibus annos fatis*. *Subeo* et accusativo iungitur et dativo. Virgilius: [4]) *Muroque subibant*. Ipse alibi per accusativum: [5]) *Aeneae subit mucronem ipsumque morantem sustinuit*. Et hoc secundum naturam est; nam it sub mucronem dicimus; per dativum enim figuratum est. BC. [6])

531. *invita*) quippe ante tempus indicta. VOSS. Ideo *perversa pompa*, quia ferri magis [7]) ad tumulos consuerunt. BC. VOSS.

532. Quid vocet perversam pompam, ostendit; scilicet cum deberent cruces praecedere, ipsa cadavera surgunt et *fugere* [8]) *lectum*. B. LA. *retulit*) reduxit. BC. *fugere*) reviviscentes. LB.

1) Voss. *h. e.* pro *eg.*
2) Bc. *halitus.*
3) Voss. *q. d. litatur* sine *sacr.*
4) Aen. VII, 161, ubi vide Serv., qui eadem habet; MS. *mucroq.*
5) X, 798.
6) Schol. La. vide T. II. p. 638, cui post v. *vivere* ex B., qui eadem habet, adde *infodit busto; et qui secundum fatalem dispositionem deberent vivere* etc. In seqq. lege *aequipollenter.*
7) Voss. *Id. q. f. alias ad t. non a tumulis consueverunt.*
8) *et fug.* absunt a La.

535. Consuetudo erat, quod parentes primam facem supponerent rogo, quam ista rapiebat; et de fragmentis ipsius lecti, qui comburebatur ibi, habebat; et *colligit* [1]) etiam *cineres* vestium. B. La.

536. *vestesque*) in mortuorum rogis multa inferebantur, prout facultas suppetebat; ex his ergo rapiebat Erichtho, quaecunque poterat. Bc.

537. *olentes*) olet illam rem dicimus. Terentius: [2]) *Olet unguenta de meo.* Sic *favillas olentes membra.* Bc. [3])

538. Hoc faciebat de illis, quae comburebantur; at [4]) de illis, quae sepeliebantur, postquam *servantur* in *saxis, quibus* saxis *intimus humor* [5]) *ducitur, et* postquam *medullae durescunt* iam contracta *tabe, tunc avide desaevit* etc. B. La. *saxis*) urnas dicit, quibus membra conduntur; [6]) ipsae enim faciunt cadavera a [7]) tabe dissolvi. Bc. Voss. *ducitur* i. subducitur. Lb. Voss. consumitur. Bc. *intimus*) i. bonus ex balsamo et unguentis. Bc.

539. *tracta*) huius medullae *tabe* detracta *corpora durescunt.* Bc. Voss. extracta. Lb. *durescunt*) quasi [8]) balsamo. Trev.

543. *Excrementa* vocat ungues [9]) mortuorum, non quod crescant, sed quia caro contrahitur, videntur crescere. B. La. *Excrementa*) i. summitates. Lb. *(m. al.)* extremitates unguis ore rescindebat. Lc. ungues extremos [10]) suo ore amputat. Voss. *laqueum*) haec omnia ad usum magicae artis colligit. Sic ubi aut laqueo [11]) aliquis obiit, aut cruce haec membra conquirit. Bc. Voss. *nocentis*) latronis. Vc.

545. *Abrasitque*) nimia crudelitas ut etiam ea abradat, quae cruci adhaeserunt. Bc. *Cruces* vocat patibula, ubi suspendebantur, et inde *abrasit* dentibus. B. La. *cruces*) i. furcas. Lb. *percussa*) consumta; pluviis et sole labefacta. Bc.

546. *incoctas*) valde coctas. Bc. Lb.

547. *Chalybem* infixum *manibus* vocat clavos; et non vult accipere viscera, nisi iam diu stillassent. [12]) B. La. *chalybem*) ferrum, clavos; [13]) nam clavi eorum,

1) La. *collegit.*
2) Ad. I, 2, 37.
3) Schol. Lc. vide T. II. p. 599.
4) Similiter Lb.; vide T. II. p. 598.
5) Addidi *hum.*
6) Voss. *condiuntur i. autem.*
7) *a* deest in Voss.
8) Trev. *q.*, unde Leloup. coniecit *quoque.*
9) Idem Lb. Lp. et Vc.
10) Eadem Bc.
11) Voss. *al. laq.*
12) MSS. *stetissent.*
13) Idem Lp.

qui cruci fixi sunt, manibus inseruntur. VOSS. scilicet crucifixorum clavum, [1]) vel arma, quibus solitus fuit exercere nefas, cum quibus suspensus est. BC.

549. Et *pependit, nervo retinente* eam per *morsus;* q. d. cum aliquod cadaver pendet, volens [2]) inde radere, aliquando pendet ibi. B. LA. *retinente*) ipsa Erichtho pependit, dum nervum morsu non potest amputare. BC. VOSS. *coactum*) est congelatum [3]) seu coagulatum. VOSS.

550. Praeterea facit hoc: non *vult* inprimis accipere de aliquo cadavere, sed *sedet,* dum ferae veniant, et ab ore illarum accipit; et hoc est quod dicit *et quodcunque iacet* etc. B. LA. *Et*) substulit. VC. *nuda*) non sepultum. LC.

551. *sedet*) ipsum cadaver prima obsidet [4]) exspectans lacerationem ferarum. BC. VOSS.

553. *siccis*) ut difficilius possit auferre, [5]) esurientes addidit lupos, ut Virgilius: [6]) *Et siccae sanguine fauces.* VOSS. esurientibus faucibus ferarum. BC.

554. Et ne videretur ex parte sua non posse interimere, subdit *nec manus* eius *cessant a caede, si est opus* ita *vivo sanguine, qui* inprimis exeat de *aperto* collo. B. LA. *vivo*) novo. BC.

556. Et *si sacra* petunt *cruorem vivum* etc.; q. d. et si opus est tali sacrificio, in quo extis indigeat, non *refugit caedes.* Per hoc notat diversa sacrificia. B. LA. *refugit*) ipsam. VC. *Nec refugit — cruorem*) Hi duo versus superflui sunt. BC.

557. *trepidantia*) viventia. LC.

558. Et *si est opus* puero, non trahit eum ea parte, qua natura vellet, sed per medium ventrem; et hoc est quod dicit *si opus* est *vulnere ventris.* Puerum vocat vulnus ventris. B. LA. *Vulnere*) ut Ipodamantis; [7]) est opus. BC. *Si vulnere ventris* sc. opus est. VOSS. II. *non*) sed caeso ventre matris trahitur ab illa. BC. *natura*) ut puer inciso ventre effundatur, quod iter nascentium non est, qui [8]) per uterum procreantur. BC. VOSS.

559. *gelidis*) i. infernalibus; nam dii infernales gelidi sunt propter perpetuas umbras; unde et Tar-

1) Idem Lb.; *clavium* Bc.
2) MSS. *volentes — pendent.*
3) Idem Bc.
4) Priora absunt a Bc.
5) Bc. eadem habet, sed *facilius* ut Voss. I.
6) Aen. IX, 64.
7) An voluit *Hippodamantis?* sed nil eiusmodi de eo constat.
8) Bc. *ut.*

tarus [1]) *ἀπὸ του ταρταρίζειν* i. a tremore frigoris. [2]) Bc. Voss.

560. Si autem sacrificium non expetit puerum, sed aliquem grandaevum, *facit manes* i. recentem animam mittit ad inferos. B. La. *fortibus*) i. fortium virorum; i. nobilium. Lb. *manes*) dum occidit, quos ipsa eligit [3]) immolandos. Bc. Lp. quoties exigit sacrificium sanguine iuvenum, *ipsa facit manes* i. interficit ipsos. Witt.

561. Et non mirum, si hoc potest; nam *omnis* ars interficiendi *est* ei in *usu*. B. La. *in usu*) qui [4]) moriuntur sponte sua fato, et [5]) quicunque aliqua vi occiduntur, et quos maga occidit, [6]) eorum omnium mors huic artificio necessaria [7]) est. Bc. Voss.

562. Quod hinc patet; nam et imberbes et habentes primam lanuginem; et hoc notat per hoc quod dicit *ephebo*. B. La. *florem*) pilos dicit iuventutis. Bc.

563. Bene dicit *laeva*, quia in magicis [8]) nihil dextrum est. Bc. Voss.

564. Et quod peius est, nec propinquis pepercit; auferendo labra *laxavit ora*. B. La. *cognato*) affinium vel propinquorum funeri adhaerens. [9]) Bc. Voss.

566. *Truncavitque*) i. truncum reliquit, aliqua parte amputata. Bc.

567. *Laxavit*) laxiora fecit auferendo partem morsu. Bc.

568. *infudit*) ambassiatum, [10]) quod volebat ferri ad inferos sui parte. Vc. ut mox umbra loqueretur. Voss. *murmura*) magicae artis carmina. Bc.

569. *ad umbras*) quod ad umbras perferret occisus. [11]) Bc. Voss.

570. *Hanc*) ecbasis. Bc. Ideo hanc digressionem fecit, [12]) quia non esset verisimile, ut tantus homo et tam valens in magica arte veniret ad eam quaerere de futuris, nisi praecelleret ceteras [13]) in hac arte. Et hoc ad commendationem [14]) illius, quod dixit

1) Voss. addit *dicitur*.

2) Quam Tartari etymologiam dat etiam Servius ad Aen. VI, 577. Oudp. Eandem repetunt Lutat. ad Stat. Achill. I, 134, Isidor. Orig. XIV, 9, ex his corrigendus, et Papias.

3) Lp. *q. elegerit*.

4) Voss. *et q. sp. m. suo f.*

5) *et — occid.* absunt a Voss.

6) Voss. *immolat;* Bc. *magica* et inter lin. *vel maga*.

7) Voss. addit *vel utilis*.

8) Voss. *m. artibus n. e. d.*

9) Voss. addit *os invasit haec maga*.

10) i. nuntiatum; cf. Adelung. Gloss. T. I. p. 202.

11) Voss. *occisas*.

12) B. *facit*.

13) B. et La. *ceteros*.

14) B. addit *scientem;* an *scientiae?*

Thessalicas mulieres praecedere omnes maleficas, cum ista vincat omnes; et ut habeatur fides dictis illius mortui, quem faciet loqui, commendat eam in hac scientia. Et per hoc etiam [1]) adauget bellum, quod ipsa notat, ubi dicit istud bellum dispositum esse ab initio mundi; et omnes constellationes et dii in hoc conveniunt. B. LA. *Pompeio*) Sexto Pompeio, filio Pompeii. BC. *alta*) in media nocte; cum enim medius dies est apud nos, media nox est apud antipodes. BC.

571. Et quia famosa fuit, venit ad eam in *alta nocte poli*, i. quando nox in altiori parte *poli* est, scilicet eo *tempore, quo Titan* etc. Quando apud antipodas est media dies, tunc apud nos est media nox; et hac tali hora *carpit* ille *iter* etc. B. LA.

572. *Sub nostra*) quando sol est apud antipodas; ut Virgilius ait: [2]) *Aut redit a nobis aurora diemque reducit.* Tunc [3]) enim apud eos medius dies est, cum apud nos media nox est. BC. VOSS.

573. Et quod in eadem valuisset arte, ostendit, [4]) ubi dicit *ministri scelerum* etc. B. LA. *ministri*) i. e. Sexti Pompeii. VOSS. qui ad hoc [5]) electi erant. BC. VOSS.

574. *Effractos*) ab illa scil. [6]) maga. BC. VOSS. *sedentem*) Erichtho magam. VOSS.

575. *praerupta*) excelsa. BC.

576. *Haemus* est mons Pharsaliae, ubi eam invenerunt fingentem illa verba, quae nulli magi possent fingere. B. LA.

577. Illi dei vocantur magici, qui magorum adiutores erant. B. LA. *magis*) magica instructis, et ipsis hominibus scientibus magicam, et diis eorum; magus, gi. BC.

578. *fingebat*) componebat. BC.

579. Ideo talia fingebat, quia timuit, ne bellum non fieret ibi, et *timens* hoc [7]) *vetuit Philippos transmittere bella;* et hoc modo: *nam* polluit eos *cantu*, et ipsa *venefica* conspersit *diris succis*. B. LA. *iret*) ne transducerentur [8]) civilia bella de Pharsalia ad alium locum. BC. VOSS.

1) La. *et nunc.*

2) Ge. I, 249; in Voss. deest *ait.*

3) Voss. *tum.*

4) La. addit *per effectum.*

5) Voss. *h. nefas comites sunt el.*

6) Voss. *m. scil.*

7) La. *sed metuit.*

8) Voss. *transferrentur de Ph. ad l. alterum b. c.*

582. *Philippos* vocat campos a rege Philippo, qui ibi regnavit. B. La.

583. Mortes illorum essent suae, cum inde faceret multa maleficia; quod notat, ubi dicit *sperat* se auferre *cineres Hesperiae gentis.* B. La. *suas*) scilicet [1]) ad artem magicam necessarias. [2]) Bc. Lc. Voss. *usuraque*) i. ad utilitatem suam. Bc.

585. *evertere*) i. evolvere. Bc. sibimet vindicare. Bc. Voss. Lb. Lc.

587. *ardor*) hoc solum cupiebat, et in hoc laborabat. Bc.

588. *Proiecto*) occiso. Bc. *involet*) furtim tollat; nam proprie est *involare* intra volam claudere. Est autem *vola* medietas palmae. Bc. rapiet; *(et m. al.)* i. in *quos artus* volet; vel *involet* i. volare faciat tunc istos penna. Lc.

589. *ignava*) utpote qui divinationem quaerebat. Bc.

591. *suo*) sive *suo cursu ventura* accipimus, sive *suo cursu* devertere, [3]) i. a suo cursu deflectere. Bc. Voss.

593. *non ultima*) i. ego, qui te rogo, non [4]) extremus in populo Romano, [5]) sed Pompeii filius. Bc. Voss. qui aut rerum ero dominus, aut heres huius funeris, quod facit pater per civilia bella. Voss. Et debes obsequi meis precibus, quia *non* sum *ultima pars Romanae turbae.* Minus dicendo plus notat. B. La. litotes. Bc.

595. *Dominus rerum,* si pater vicerit, si autem mortuus erit, [6]) *heres tanti funeris.* Per hoc notat summam eius miseriam. B. La.

596. Ideo quaero *noscere finem,* quia *mens percussa dubiis pavet;* sed tamen *parata est* etc. B. La. Lc. *Mens*) hoc dicit: incertus sum futuri, [7]) nunc spero, nunc metuo; [8]) sed volo potius *certos ferre metus,* quam sic dubius teneri. Bc. Ld. Hoc dicit: quia incertus futuri nunc spero et timeo, hanc periculis et casibus eripe potestatem, ut subiti in me venire non possint, postquam a te futura cognovero. Voss.

597. Iacula, quae non praesciuntur, gravius no-

1) Voss. *sibi videlicet;* Lc. *sibi ad.*

2) Voss. addit *et suae nequitiae aptas.*

3) Voss. *deflect.;* priora non leguntur in Bc.

4) Voss. addit *sum.*

5) Voss. *Romanorum.*

6) La. *fuerit.*

7) Ld. *quia i. f.*

8) Ld. *timeo, volo.*

cent; et hoc notat, ubi dicit *hoc iuris* etc. B. LA. *casibus*) proprium est casibus, ut fortuitu fiant; remove hoc, et auferes ius casibus. BC.

598. Tunc torqueret numina, si bellum faceret remanere, quod dispositum erat fieri ab initio mundi. B. LA. *torque*) aut extorque superos deos, ut prodant omnia, quae futura sunt; aut his *parce*, et ab inferis haec [1]) require. BC. VOSS.

599. Tunc parceret diis, si dimitteret ire secundum illorum dispositionem. B. LA. LC.

600. Ideo dicit *resera Elysias sedes*, quia, qui in poena erant, non licebat scire futura. B. LA. *Elysias*) Elysii campi sunt beatorum. BC. *ipsam*) deam vel mortem. BC.

601. *mortem*) quasi deam introducit mortem, ut Statius: [2]) *In speculis mors saeva sedet.* BC. Quasi corporalem deum inducit mortem, sive maga hoc possit facere, ut det corpus et morti. VOSS.

602. Et debes hoc facere, quia non est adeo vilis res, quod dedeceat etiam te investigare; et hoc est quod dicit *non humilis labor est;* sed potius *dignum* est etiam *tibi, quod cures quaerere*, in qua parte haec *alea praeponderet.* B. LA. *Non* levis *labor est* et dignus, unde merito solliciti sumus; etiam tu hoc ut quaeras, licet laboriosum sit, *dignum* tamen est. VOSS. Ordo est: *dignum est, quod cures quaerere vel tibi*, i. etiam tuae utilitati. BC.

603. *alea*) ludus fortunae. BC. i. e. incertus eventus. VOSS.

604. *vulgatae*) quod ab omnibus scitur. [3]) BC. VOSS.

605. Haec dixit Sextus Pompeius; illa autem, laetata de tanta fama, *contra inquit* i. respondet: *si* peteres *minora*, promtum esset mihi *praebere deos* etiam nolentes. B. LA. *minora*) i. si de unius [4]) salute consuleres, possem [5]) tibi facile succurrere; dicit enim [6]) de minoribus fatis. Nam cum fit, ut de uno aliquis consulat, [7]) facile potest et maturare interitum et differre. BC. VOSS.

606. *Pronum*) promtum. BC.

607. *Invitos*) vel *infernos*. *Invitos* si legimus, est quamvis *invitos*. VOSS. i. etiam invitos. BC. *Minora*

1) Voss. *hoc inquire.*
2) Theb. IV, 528.
3) Voss. *o. iam sciatur.*
4) Voss. addit *inquit tua.*
5) Voss. *f. t. po.*
6) Voss. *haec d. minora fata.*
7) Bc. *consulatur.*

fata moveret, si vellet dilatare vitam unius. Et possem *praebere*, nam *conceditur arti* meae *inseruisse moras, cum sidera presserunt* etc.; q. d. si constellationes omnes convenirent concordantes in morte [1]) alicuius, tamen possem facere, ne fieret. B. LA.

608. Bene dicit *presserunt*, cum ad mortem ducant. Per hoc quod dicit *cum radiis* notat hoc, quod splendores ipsorum planetarum respiciunt se per diametrum vel per oblongum etc. B. LA. *Unam*) unius homines mortem. [2]) Mathematicorum opinionem hoc loco sequitur, ut dicat unumquemque sub constellatione et nasci et mori. Nam proprium est poetarum, ut non unam sectam solummodo, sed diversorum opiniones suo carmini inserant. BC.

609. Si deberet mori, facerem vivere; [3]) si autem constellatio omnis in hoc conveniret, quod deberet aliquis vivere usque ad senectam, [4]) in medio ipsius spatii interficerem [5]) eum; et hoc dicit *quamvis fecerit* etc. B. LA. LC.

610. *abrumpimus*) i. si de [6]) uno hoc stella decreverit, ut usque ad senectutem vivat, nos acceleramus mortem. [7]) BC. VOSS.

611. De uno hoc posset fieri; at de hac re, quae ab initio mundi est disposita, et in qua omnes dii *laborant* ut fiat, *si velis mutare, Fortuna potest plus* Thessala turba; quod nos *Thessala turba fatemus*; q. d. huius rei testes sumus. B. LA. *simul*) postquam. LP. LB. deest *cum*, quod supposuit. *At* cum *simul descendit causarum series*. VOSS. *origine*) a constitutione mundi. BC.

612. *Series causarum;* tangit illud, quod dicebant causas esse ordinatas ad modum catenae, quia una pendet ex alia. B. LA. *laborant*) ut fiant; [8]) ut si aliquid movere [9]) volueris, cuncta moveantur; nam iam causarum [10]) series coniuncta descendit. BC. VOSS. Omnia, quae praedestinata sunt, fiunt et mutare non possumus; [11]) et fata laborant, ut praedestinata maneant.

1) B. *mortem.*
2) Voss. *u. h.* συναστρίαν *dicit*, reliquis omissis.
3) Absunt a Lc.
4) La. Lc. *senectutem.*
5) B. La. *interficimus.*
6) Bc. *d. unius;* Voss. *si et hoc stellae decreverunt.*
7) Voss. *occasum.*
8) *ut fi.* desunt in Voss.
9) Voss. *vol. mutare.*
10) Bc. *causare.*
11) Eadem Bc. sed *O. p. s. ut fiant et m. n. possint.*

GUELF. *series*) connexio causae; [1]) haec est, quae εἱμαρμένη appellatur. VOSS.

613. *ictu*) i. momento. LB.

614. *turba*) Omnes scilicet magae fatemur. *Omnes* posuit, ne ipsa parum posse vel nosse videatur. VOSS.

615. Non potest mutari, quin fiat; *sed si contentus* vis esse, qui ibi moriantur, faciam etiam lapides haec loqui. Sed competentius est, ut *unum cadaver* surgat, et nuntiet haec omnia tibi. B. LA.

616. *aditus*) i. multae rationes ad futura agnoscenda. LC.

617. *verum*) veritatem. BC. LB. *chaos*) infernus, ubi confusa sunt omnia. BC.

618. *campi*) satiri. VC. Emphasis est, quod dicit *Rhodopeaque* [2]) *saxa loquuntur;* nam Rhodope mons est Thraciae asperrimus. Si ergo *Rhodopea* [3]) *saxa,* multo magis et alia. BC. LD. *loquentur*) ut explicem tibi [4]) quod futurum est. BC. VOSS.

619. *pronum*) proprium est mihi. LB. *mortis*) i. cum tanti nuper occisi sint. BC.

620. Quamvis bellum nondum esset factum in Emathia, tamen dicit ex Emathiis campis, quia non potest esse, ubi tot sunt, quin per assultus aliqui moriantur. B. LA.

621. *tepidi*) nam sicca cadavera nequeunt bene loqui. BC.

622. Ideo voluit aliquem noviter mortuum, ut clarius intelligeret vocem illius; et hoc notat, ubi dicit *ne feralis umbra strideat* aliquid *incertum auribus.* B. LA. Ordo est: *ne* in *membris, perustis sole, strideat feralis umbra incertum auribus.* Vult enim dicere, corpora recenter defuncta pleniter loqui; exusta [5]) iam feraliter stridere. BC. VOSS.

623. *incertum*) quod intelligi non possit auribus. VOSS.

624. Et quamvis nox in natura sua esset satis tenebrosa, tamen ipsa *arte* sua adauxit tenebras. B. LA. *geminatis*) ut geminaretur terror, non ut esset obscurior nox. VOSS.

625. Quo facto *pererrat corpora* etc. Et potuit hoc sine periculo facere; nam omnes ferae fugiunt. B. LA. *tecta*) habens moestum tectum caput. BC.

1) Bc. *conn. rerum* sine reliquis.
2) Ld. *Rhodopeia s. loquentur;* Bc. *Rhodopeiaq.*
3) Bc. Ld. *Rhodopeia.*
4) Voss., qui haec ad v. *patebunt* habet, *t. expl.*
5) *exusta* etc. absunt a Voss.

626. *proiecta*) insepulta. [1]) Bc. Voss.

627. *revulsis*) a cadaveribus scil. abstractis. [2]) Bc. Lc. Voss.

628. Ideo *impastae* addidit, ut potentiora carmina magae ostendat. Bc. Bene *inpastae*, ut etiam fames magam timeat. Voss. *vatem*) i. corpus per quod artem exerceat. Bc. *Vatem* vocat illum mortuum, quia dicturus est futura. B. La.

629. Qualiter elegit, ostendit: *scrutata medullas gelidas leto*, *invenit* pulmonem *sine vulnere*. Nam si esset pulmo vulneratus, non posset emittere claram vocem, cuius causa ipsa haec investigavit; et hoc dicit *et quaerit vocem* etc. B. La.

630. *vulnere*) hoc enim quaerebat, ut in defuncto recenter [3]) corpore fibras integras inveniret. Bc. Voss.

631. *Vocem*) quae sibi [4]) respondeat. Bc. Voss.

632. Ipsa *pererrat;* et omnes stant attenti, quem velit revocare; et [5]) hoc dicit *fata peremtorum virorum* sunt *pendentia;* q. d. mortes singulorum ibi iacentium stant attentae, quem virum ex illis interemtis velit revocare; nam si omnes peteret etc. B. La. Lc. *pendent*) in dubio sunt. Lb. Sensus hic est: [6]) ponderabant fata, quem illa de peremtis viris revocaret ad vitam; sed quemcunque [7]) maga vocasset, ille de occisis surgebat. Bc. Voss.

635. *monstro*) ab Erichtho. [8]) Bc. Voss.

636. Et *populus extractus* ex [9]) *Stygio Averno* per illud potens monstrum *pugnasset; et ducit corpus gutture traiecto* i. [10]) circumdato a laqueo. B. La.

637. *traiecto*) circumligato. Bc.

638. Et posito laqueo, in ipso nodo posuit uncum, quo trahitur per scopulos. B. La. Lc. *unco*) uncino. Bc.

640. *Victurum*) cum, [11]) si quis ex viventibus sic traheretur, [12]) periret, hic dixit sic tractum, ut viveret; a [13]) contrario fecit declamationem. Bc. Voss. Et *locatur sub alta rupe cavi montis*, *quem* montem *damnarat* i. destinaverat [14]) ad huiusmodi sacrificia;

1) Bc. *insepultis.*

2) *abstr.* deest in Bc.

3) Voss. *recenti;* cf. 622; Guelf. *recens.*

4) Voss. *quare s. futura r.*

5) Lc. pro *et* — *pend.* habet *ex illis interemtis.*

6) Voss. *Nulla, inquit, p.*

7) Voss. *quaec. voluisset* (V. l. *vocasset*) *m. de oc. ill.*

8) Voss. addit *incantatrice.*

9) La. *a.*

10) Eadem Lc.

11) *cum* abest a Voss.

12) Bc. *tr. ut p. hoc.*

13) *a* etc. absunt a Voss.

14) Idem Bc.

et in hoc quod dicit ita lacerasse illud corpus, cum postea fecit vivere, maxime laudat eam in hac arte. B. LA. *tristis*) odiosa. LB.

642. Nunc describit locum illum, ut reddat eum habilem ad tale sacrificium. *Humus subsedit* non longe a domo Plutonis; in quo loco est *silva*, cuius rami sursum nunquam respiciunt. B. LA.

643. *praeceps*) i. e. in profundum. VOSS. *subsedit*) ipsa [1]) humus tantum subsedit, ut inferis [2]) vicina crederetur. BC. VOSS. *pronis*) pronae sunt [3]) comae arborum, quae non eriguntur exstantibus ramis, sed demissae contra solum [4]) crescunt. BC. VOSS.

644. *Urget*) i. circuit. LB. *nullo*) i. e. non crescens in altitudinem sed in latitudinem, umbram reddit taxus amplam. LP. demittit enim, non erigit ramos. [5]) BC. VOSS.

645. *Taxus opacat* illa loca, quae nunquam fuerunt *pervia* radiis solis. B. LA. *taxos*) graecus nominativus; quae nunquam receperat solem. BC. *opacat*) obumbrat. BC.

646. *Marcentes*) pigrae vel spissae. BC. pallentes. LB.

647. *situs*) est locus non admittens solem. BC.

648. Et comparat istud [6]) antrum illi, quod est in Threnaro, [7]) monte Laconiae, ubi audiuntur lamentationes animarum, quae in inferno cruciantur. [8]) Inde vocatus est Threnarus; nam threnae [9]) dicuntur lamentationes. Et quod sit ei simile, ostendit. B. LA. *Taenarus* Laconicae [10]) promontorium est circa finem Maleae, ubi [11]) inferorum dicitur esse descensus. BC. VOSS. ut ait Virgilius: [12]) *Taenareas etiam fauces alta ostia Ditis.* VOSS. *sedit*) horret densus. BC.

649. Illud antrum in confinio inferni et *nostri mundi*, et adeo iuxta infernum, quod *Tartarei reges* non metuunt [13]) illuc dimittere animas. B. LA. *iners*)

1) Voss. *quae.*
2) Voss. *vic. inf.*
3) Voss. *pr. a. c. s.*
4) Voss. *solem.*
5) *r..mos* deest in Bc.
6) B. *illum.*
7) Confundit Schol. cum *Taenaro*; sic et Papias, Ioann. de Ian. et Iso ad Prudent. Ap. 817.
8) La. *inf. an ideo quod descenderat; idem voc.*
9) i. q. threni. Vox non legitur in Lexicis, quam tamen Ioann. de Ianua habet.
10) Voss. *Laconiae.*
11) Bc. *ibi*; sed *ubi* Serv. ad Virg. Ge. IV, 467, qui eadem habet. Similia leguntur in Lb.; cf. Schol. Horat. Od. I, 34, 10. et Lutat. ad Stat. Theb. II, 44.
12) Ge. IV, 467; Voss. male *facies.*
13) La. *metuant mitt.*

tenebrosus. LB. *confine*) i. [1]) mundi, ubi fines inferorum sunt iuncti [2]) atque superorum, qua Tartarei reges facile manes mittunt. BC. VOSS. Est hoc confine et haec confinia. VOSS. *latentis*) i. infernalis. LB. inferni. LP.

650. *nostri*) qui ibi finitur. LP.

652. Ideo non metuunt, quia, etsi ipsa soleat facere *vim* deis, tamen adeo profundum est, quod *dubium est*, an ideo *adspiciat* ibi *umbras, quod* i. quia illuc *traxerat* eas de inferno, *an* ideo *quod descenderat* ad eas. B. LA. Sensus hic est: tanta huius loci est altitudo, [3]) et sic inferis proxima, ut licet sua arte Erichtho evocet manes, incertum tamen sit, utrum umbras ideo [4]) videat, quod eas illuc evocavit, [5]) an quod ipsa descendat [6]) ad eum locum, iuxta quem sunt inferi [7]) constituti. BC. LD. VOSS. Ordo est: *nam quamvis Thessala vates faciat vim fatis*, tamen *dubium est*, an *adspiciat ideo umbras, quod traxerat* ipsas umbras *illuc, an* ideo adspiciat, quia *descendit* ad *Stygias umbras*. GUELF.

654. *Locatur sub alta rupe.* Quo facto vestit se alio *amictu;* et prius sparso *crine* ibat, nunc colligit et ligat eos [8]) viperis. B. LA. LC.

655. *aperitur*) nudatur. BC.

656. *coma*) comam serpentibus circumligat. BC. *Vipereis*) fecit girlandam [9]) serpentinam. VC. *sertis*) uncis. BC.

657. Et quia vidit ex hoc tantillo iam trepidare, invehitur in eos, ubi dicit *ut pavidos iuvenis* etc. B. LA. *trementem*) qui hoc fieri postularat. BC.

658. *defixum*) habentem defixa lumina. BC.

659. *ait*) increpat illum cur timuerit. BC. [10])

661. *quamvis*) i. quantumcunque sint *pavidi*, scil. tui comites. BC. *loquentem*) animam, quam evocat maga, tunc audient, qui nunc timent. BC. VOSS.

662. Et ostendit a maiori, quod non debent haec timere, quia, *si* illa non sunt timenda *me praesente*, quae non *possunt videri*, me praesente cur timetis ista, quae nos metuunt? et hoc aequipollenter dicit *si*

1) Voss. *scil.* praeposito v. *nostri.*

2) Voss. *i. s. et sup.* reliquis omissis.

3) Voss. *latitudo.*

4) Voss. addit *maga.*

5) Voss. *evocarit.*

6) Ld. *descendit;* Voss. *descenderit.*

7) Ld. Voss. *i. sunt.*

8) i. crines.

9) Aliis *garl.*

10) Schol. La. ad vs. 660, quocum B. consentit, vide T. II, p. 599.

vero ostendam et Stygios lacus etc. *Sonantem ripam* vocat Phlegethontem fluvium inferni. B. LA. *Si vero*) hoc dicit: si haec [1]) ostenderem, merito tunc timeretis. BC. VOSS. II.

663. *Ignibus*) Phlegethontis, ut Virgilius: [2]) *Quae rapidus flammis ambit torrentibus amnis Tartareus Phlegethon.* VOSS. II. *si me*) si ista videri *possint* absque periculo *me praesente*, quare tunc timetis, o *ignavi*, videre *manes* timentes *me praesente?* VOSS.

664. *Eumenides*) Saeviores [3]) enim fiunt, cum Erichtho coeperit instare. BC. VOSS. *villosa*) aspera. BC.

665. *vincti*) Melius legitur *iuncti terga* i. e. habentes manus ligatas post terga. LP.

667. Reddidit se aptam ad tale sacrificium. Quo facto *primum supplet pectora* etc.; et cum *tabo abluit medullas* illius. B. LA. *Pectora* mortui, quae sine sanguine erant, et quae nuper aperuit acceptum vulnus in proelio, incidit novis vulneribus, et inmisit intus sanguinem recentem et calidum pecudum. VOSS. *ferventi*) qualem viventes [4]) habent. BC. VOSS.

668. *laxata*) quae nuper aperuerat vulnus in proelio. Alii volunt ipsam aperuisse defuncti pectus, ut ei sanguis possit immitti. BC.

669. *Abluit*) ne aliquid [5]) tabi in medullis remaneret, purgat ipsas [6]) medullas. BC. VOSS. *virus lunare*) Spumam dicit, quam luna effundit [7]) de se in terram; unde ipse paullo supra: [8]) *Donec supposita propior despumet in herbas.* Si quod animal hanc spumam comederit, in rabiem vertitur. BC. Dixit superius, [9]) quod faciebat lunam spuere in supposita herba, et hic vocat ideo *lunare virus.* B. LA.

670. *quicquid*) Talia cuncta commemorat, quae mira sunt et difficile inveniuntur. BC. Sinistrum foetum vocat illum, qui de aliqua virgine nascitur, [10]) vel aliquem monstruosum. B. LA. *sinistro*) quod contra naturam est. BC. Equorum dicit pullos, quos vento conceptos etiam Virgilius [11]) ait. LP.

1) Voss. *hos o. m. tu timeres.*
2) Aen. VI, 550; MS. *Qua.*
3) Voss. *severiores.*
4) Voss. *iuvenes.*
5) Voss. *ne qua tabes in m. interioribus perman.*
6) Voss. *p. has maga et abluit tabo.*
7) Voss., qui eadem habet, addit *cum vocatur in terras.*
8) vs. 506.
9) l. l.
10) Eadem in Lc.
11) Ge. III, 273.

671. Canes cum fiunt rabiosi, devitant aquam, et inde dicuntur lymphatici; et de illorum spuma habuit ista. B. La. *canum*) Rabidi canis spumam [1]) dicit esse commixtam; nam canis [2]) rabidus medicinam habet, si accipiat mox potum in frigida unda; moritur autem, si post moras [3]) undam contingat. His ergo canibus *timori est unda,* quia [4]) per eam necantur. Bc. Voss.

672. *lyncis*) Dicunt [5]) urinam lyncis converti in duritiam [6]) pretiosi lapidis, qui Lyncurius [7]) appellatur. *Viscera* ergo urinam dicit; nam [8]) quicquid intra corium est *viscus* dicitur. Bc. Voss. *Lynx* est ultimus partus lupae, qui ex asperitate unguium ventrem matris in partu discindit et matrem occidit. Ex cuius urina procreatur lapis pretiosus, dictus Lyncurius. Lc. *Hyaena* est serpens, quae solo flatu interficit homines, de cuius spina ista habuit. B. La. Hyaena bestia est, quam mittit Africa, ut Solinus [9]) refert, de qua multa mira dicuntur: primum quod sequitur stabula [10]) pastorum, et assiduo auditu discit vocamen, quo exprimere possit imitationem [11]) vocis humanae, ut in hominem accitum astu nocte [12]) desaeviat. Vomitus [13]) quoque humanos mentitur, sollicitatosque [14]) sic canes devorat; qui forte [15]) si venantes umbram eius [16]) contigerint, dum sequuntur, nequeunt latrare, perdita voce. Eadem [17]) hyaena inquisitione corporum sepultorum busta eruit. Praeterea [18]) pronius est marem capere; feminis enim [19]) ingenita est callidior astutia.

1) Voss. *d. sp.*

2) Bc *c. rabidi morsus m.*; Voss. *c. rabidus convalescit, si mox frigidam aquam biberit; morit.* etc.

3) Voss. *m. biberit;* Bc. *contingatur.*

4) Voss. *qui post moras biberunt et p.* Similia habet Serv. ad Virg. Aen. X, 273.

5) Voss. *L. u. d.*

6) Voss. *duritiem.*

7) Bc. *Licurius;* Plinio H. N. XXXVII, 2. 3. est *Lyncurium;* cf. Marbod. 358. ibique Beckmann.

8) Voss. *quia;* similia apud Serv. ad Virg. Aen. I, 211, unde sua habent Isidor. Orig. XI, 1. p. 1099. et Papias.

9) Cap. 40. Eadem leguntur ap. Papiam v. *Hyaena.*

10) Voss. *carmina;* Lb. *Haec s. fabulas;* Bc. *stabula,* ut Solin. l. l. et Plin. VIII, 30.

11) Voss. *mutation. h. v.*

12) Lb. *ut h. noctu ac. decipiat.*

13) An *gemitus?*

14) Lb. *sollicitosq.;* in Voss. deest *que;* Guelf. *sollicitasque.*

15) *forte* deest in Lb.

16) Lb. *ei. u. forte attigerunt insequentes v. p. n. l.*

17) *Eadem — astut.* desunt in Lb

18) Voss. *Pron. vero est.*

19) Bc. *autem.*

Varietas multiplex [1]) inest oculis colorumque mutatio. In quorum pupillis [2]) lapis invenitur hyaenia, quem [3]) dicunt praeditum illa potestate, ut cuius hominis linguae suppositus [4]) fuerit, praedicet futura. Verum hyaena quodcunque animal ter lustraverit, movere se non potest; quapropter magicam scientiam inesse [5]) ei pronuntiaverunt. Spina illius riget, ideoque [6]) Lucanus *non durae nodus hyaenae.* BC. LB. VOSS. I. *hyaenae*) serpentis, qui nascitur ex medulla spinae hominis, per quam currit sperma; et nascitur in sepulchris. VC.

673. Cervus cum aggravatur cornibus, solo odoratu attrahit serpentes de terra et comedit; et ex vi illius veneni amittit cornua; et de medulla illius cervi, pasti a serpente, habuit ipsa. B. LA. Cervus vero illo tempore, quo cornua mutare debet, adit loca, in quibus serpens latet, et intus anhelans subigit serpentem exire; sed illo exeunte comedit eum. BC. Cervi enim vivacissimi, iam senectute graves, scrobes serpentum adeunt, et flatu narium eos extrahunt,et devorant secundum quosdam ore, secundum aliquos naso, et sic iuvenescunt. Unde Virgilius: [7]) *Vivacis cornua cervi.* Etiam quodam anni tempore colubris vescuntur. VOSS.

675. Echinus est piscis, supra dorsum cuius dum est navis, nullus ventus potest eam inde dimovere. Isti non defuit. B. LA. *Echeneis*) piscis est parvus semipedalis, qui, quamvis venti navim promoveant et remi, retinet eam tamen morsu inhaerendo. Et quod naves habeat et teneat, ἐχενηῖς Graece, Latine remiligio dicitur, quod liget naves. [8]) VOSS. *Echinus* parvus et semipedalis pisciculus est; hic navem adhaerendo retinet. Licet ruant venti, licet saeviant procellae, navis tamen quasi radicata in mari stare videtur, nec moveri, non retinendo tantummodo, sed adhaerendo. Hunc Latini remoram [9]) appellave-

1) Lb. *V. col. i. mult.*

2) Lb. *in cuius oculorum p. i. l.*; Voss. *pupulis.*

3) Bc. *quam;* Lb. *qui vocatur h. ea p. praeditus;* correxi *hyaenia,* ut est Plinio H. N. XXXVII, 10. Marbod. 603. et Isidor. Orig. XVI, 14; sed Solino *hiaenium.* Codd. *hiaena.*

4) Lb. *c. l. subditus f. f. pr.*; Voss. item *f. subd.*

5) Voss. *ei in.*; Lb. *quapr. — pron.* non habet.

6) Voss. *unde hic*; Lb. *S. eius dorsi nodosa est et rigida et h. e. q. d.*

7) Ecl. VII, 30, ubi Serv. fere eadem ex Plinio laudat.

8) Vide Donat. ad Terent. Andr. IV, 3 [24]; Comment. ad Boeth. L. III. Metr. 8. OUDP. Adde Donat. ad Terent. Eun. II, 3, 11; Serv. ad Virg. Aen. IX, 699. et Papiam.

9) Bc. *moram;* eadem leguntur ap. Isidor. Orig. XII, 6. p.

runt. Bc. Pisciculus marinus semipedalis; capitur ut plurimum in mari tane, [1]) et est sapidissimus, ut dicit Plinius. [2]) Et, si adhaeret navi, ipsam ut radicatam tenet contra omnem asperrimam procellam. Vc.

676. Et *saxa* non defuerunt, *quae* prae calore stridٍent *tepefacta sub alite*. Tangit [3]) quod aquila est ita calidae naturae, quod dum fovet ova coquerentur, nisi interponerentur lapides. B. La. *feta*) ova foventi. Bc. *sonant*) Ubi aquila nidum facit, ibi intra lapidem alterum lapidem sonare dicunt. Voss. Dicuntur quidam lapides inveniri in Armenia, qui praegnantes vocantur, eo quod habent lapillos intra se et prosunt partui, quos et aquilae sub se ponunt cum ovis, ne incendantur ipsius calore. Witt. *saxa*) Lapides dicit, quos aiunt inveniri in nidis aquilarum binos i. marem ac feminam; nec sine his parere aquilas. Alligati mulieribus [4]) partus celeritatem faciunt, etiam aliquid vulvae excidunt, nisi cito parturientibus auferuntur; qui lapis dicitur Gagathes. [5]) Bc. Ld. Aquilam dicunt tanti caloris esse Physici, ut ova quae fovet decoquat, nisi admoveat Gagaten lapidem, qui calorem temperet. [6]) Voss.

677. Quoddam genus est serpentis alatum; qui serpens non defuit. B. La. *serpens*) In Arabia serpentes [7]) sunt cum alis, quae Sirenae vocantur, quae plus currunt equis, [8]) sed etiam volare dicuntur; quarum tale [9]) virus est, ut morsum ante [10]) mors insequatur quam dolor. Bc. Voss.

678. Et vipera, quae nascitur in mari rubro, quae est custos margaritae; illa etiam non defuit. De hoc [11]) genere serpentis non sunt nisi duo. Cum in amore

1130. et Ioann. de Ian. v. *Heccinus* allato Nostri loco; ex quibus apparet pro *hic nav.* legendum esse *sic dictus, quia nav.* Hausta sunt verba ex Plin. H. N. XXXII, 1.

1) *tunc?* Schneid. an *Tanis* i. e. urbis Aegypti inferioris, unde Taniticum Nili ostium?

2) An XXXII, 10?

3) La. addit *illud.*

4) Ld. *autem.*

5) Ld. *Ertes vocatur;* Lb. *Cotes.* Scribendum est *Aetites* ab ἀετός, cf. Plin. H. N. XXXVI, 21, ubi fere eadem leguntur, quamquam idem contendit X, 3. lapidem istum et Gagaten ab aliis appellari. Eadem exstant ap. Isidor. Orig. XVI, 4.

6) Vide Servium ad Aen. I, 394. Oudp. Adde Papiam v. *Etites* et Marbod. 369. ibique Itpp.; in MSS. Marbodi item *Etites* legitur.

7) Voss. *serpens est,* ut in seqq. singulari numero.

8) Bc. *ab eq.;* Voss. *vol. et.* sine *sed.*

9) Voss. *tantum.*

10) Voss. *ut m. m. seq.;* eadem leguntur ap. Ioann. de Ianua ex Ugutione.

11) La. *sed de g.*

sunt, inspuit masculus semen in ore feminae, et ex ipso amore detruncat ei femina caput; [1]) ipsa autem in pariendo rumpitur. Illis noviter natis adhuc parvulis colliguntur ibi illae pretiosae gemmae. B. LA. *vipera*) animal maritimum, habens venenum nocivum. VOSS. *conchae*) margaritae; in mari enim rubro sunt viperae custodientes margaritas. BC. in qua margaritae nascuntur. VOSS.

679. Et *membrana cerastae* non defuit. Membranam vocat spolium serpentis; et de recenti illa habuit. Cerasta est serpens cornutus. [2]) B. LA. *membrana*) corium; i. exuviae cornutae serpentis, quia [3]) per quaedam foramina pristinam deponit cutem. BC. Occurrit hic, quod legitur de Bassiano [4]) imperatore, qui dedit coenam, in qua unum ferculum totum fuit de linguis pappagallorum; et tota coena constitit X centum millibus ducatis. VC.

680. Phoenix est avis una sola, quae instruit sibi rogum collectis multis pigmentis; cuius cinis non defuit hic. B. LA. *Eoa*) orientali. Phoenix est avis vicina ortui solis sine pare; quae post D. annos cum senserit se gravari senio, collectis pretiosissimis aromatibus exstruit sibi rogum voluntarium, et combusta de cineribus suis post XL. dies resurgit. [5]) VOSS. Haec avis solis ortui [6]) vicina est; nam sole oriente dulcissimos cantus promit. Haec cum se post D. annos senserit senectute gravari, ex virgulis aromatum rogo constructo plausuque alarum voluntarium sibi gignit [7]) incendium; sed rursus de cineribus suis resurgit. [8]) Cuius dicit *non defuisse* sibi *cineres*. BC.

681. *Quo* i. ad quam confectionem *contulit* multa alia, quorum *nomina* non sunt in promtu. B. LA. *nomina*) quasi supra dicta non habuerint nomina, quia rara sunt, haec autem, quasi vilia, nomina habent. BC. Ad haec [9]) inquit et alia *contulit* quae habent *nomina;* [10]) et licet facile inveniantur, habent [11]) ta-

1) Similiter Isidor. Orig. XII, 4, unde sua repetunt Papias et Ioann. de Ian.

2) Fere eadem Ioann. de Ian. loco nostri allato.

3) An *quae*?

4) Cf. Lamprid. 20.

5) In Lb., qui similia habet, narratur secundo die inveniri vermiculus in cinere, tertio aviculа formata, et quarto abire; cf. Plin. H. N. X, 2.

6) Bc. *ortu*.

7) Guelf. *rapit*.

8) Fere eadem leguntur ap. Isidor. Orig. XII, 7. et Papiam.

9) Voss. *At Erichtho et*.

10) Voss addit *seu pestes aliis nominibus venefiois notas*.

11) Voss. *generant t. similem p. vel pestem*.

men potestatem nocendi. BC. VOSS. *pestes*) vim nocendi. BC.

683. Et addit *herbas, quibus* ipsa *inspuit*, dum nascerentur. *Dirum os* illius *inspuit* in herbis illis. B. LA. *herbas*) sputo oris sui venenatas. Si *herbas* legimus, *addidit et frontes, addidit et herbas, quibus nascentibus os dirum inspuit* accipimus; si *herbis*, est sensus: *addidit frontes et addidit herbas, quibus herbis nascentibus os dirum inspuit*. VOSS.

684. *quicquid*) i. quicquid exagitare potuit arte sua. BC.

685. *pollentior*) quae inferos [1]) deos magis valet [2]) movere quam herbae. BC. VOSS.

686. *excantare*) incantare. BC.

687. *Dissona*) confusa. BC. *discordia*) discordantia. BC.

688. *illa*) vox, [3]) quam supra dixit. BC. VOSS.

689. *trepidus*) active et effective. VC. *bubo*) De hac ave dicit Ovidius: [4]) *Foedaque fit volucris, venturi nuntia luctus, ignavus bubo dirum* [5]) *mortalibus omen.* Nam cum in urbe [6]) visa fuerit, solitudinem [7]) significare dicunt. BC. LD. *strix*) vespertilio. VC. mali ominis avis, a sono vocis sic dicta. [8]) BC.

690. *Stridunt*) i. voces ululantium et stridentium ferarum. BC.

693. *Una vox* i. unius mulieris *vox tot rerum* voces repraesentavit. B. LA. quam fundebat Erichtho, [9]) imitata omnium rerum voces murmure simili [10]) sine intellectu verborum. VOSS.

694. Per hoc quod dicit Haemonium cantum, notat dulcem cantum. B. LA. *Haemonio*) propria lingua. LP. *penetrat*) ingreditur loquendo. BC.

695. Nunc facit preces ad ipsos Deos: *o Eumeni-*

1) Voss. *infernos.*

2) Voss. *experiens est q. quaevis h.*

3) Voss. *supra dicta v. i. ululatus.*

4) Met. V, 549.

5) Bc. et Benedict., qui eadem habet, *durum.*

6) MSS. *orbe*, quod correxi auctore Isidor. Orig. XII, 7. p. 1036 et Ioann. de Ian., a quibus eadem scribuntur.

7) Bc. male *sollicitudinem*; cf. Serv. ad Virg. Aen. IV, 462.

8) Fere eadem habet Isidor. Orig. XII, 7. p. 1036, qui nostrum laudat; inde repetunt sua Ioann. de Ian. et Papias; similia leguntur ap. Schol. Horat. Epod. 5, 20. Schol. La., quocum consentit B. omisso *et* additoque *omnes* post v. *attrah.*, vide T. II. p. 445.

9) Eadem Bc.

10) Ita correxit Cort. pro *sibilo.*

des etc. B. LA. *Eumenides* etc.; zeugma ab inferioribus. BC.

696. *chaos*) primordialem confusionem dicit, quae fuit antequam IV. elementa a se invicem disiungerentur. VOSS. *avidum confundere*) i. miscere desiderat. VOSS. *mundos*) secundum eos loquitur, qui dicunt plures esse mundos, et qui adfirmant LX. soles haberi. VOSS. [1]) elementa. BC. *Innumeros mundos* dicit coelum, mare, terram, quae singula singulis i. Iovi et Plutoni [2]) atque Neptuno mundus videtur. [3]) BC. GUELF. Fuere quidam haeretici non solum apud gentiles, sed etiam apud ecclesiasticos, qui innumerabiles mundos opinabantur. BC.

697. *Et, o rector terrae, quem deum mors dilata in longa secula torquet;* nam vita aliorum est eius tormentum. Rectorem terrae vocat Plutonem, cuius regnum scilicet infernus est in terra. B. LA. *rector*) Ditem patrem dicit. Hic negat deos semper vivere, [4]) sed quandoque etiam eos perire [5]) vult. Nihil enim Epicurei [6]) volunt esse perpetuum, quos poeta nunc sequitur. BC. VOSS. *torquet*) cruciat. BC.

698. *Mors*) q. d. qui doles et cruciaris, quod non potes mori; vel *mors deorum*, q. d. qui cruciaris, quod dei non possunt mori, ut ita sint in tua potestate. LC. *dilata*) adeo ventura est, si *dilata* per longa secula. VOSS. si *mors dilata* est, quandoque veniet. BC. *meretur*) Magae [7]) enim inter nocentes umbras recipiuntur, non inter Elysios. [8]) BC.

699. *Et,* o Elysii campi, *quos nulla Thessalis* malefica videt; nam ibi solummodo boni inhabitant. B. LA.

700. Et *Persephone perosa coelum* et *matrem*, quae est Proserpina. Tangit hoc, quod fuit rapta a Plutone; *Persephone* dico quasi vilissima [9]) *pars nostrae Hecates.* [10]) Hecate interpretatur habens centum potestates; et inde voluerunt quidam, quod unus solus deus esset, sed secundum diversas potestates darentur ei diversa nomina. *Per quam* Persephonem *commercia tacitae linguae* i. sine murmure aliquo. B. LA. *Persephone*) Proserpinam dicit, quae [11]) Superos con-

1) Schol. Lc. et La., quocum facit B., vide T. II. p. 419.
2) Guelf. *I. N. et Plut.*
3) Bc. *dividitur.*
4) Voss. II. *perseverare.*
5) Voss. *et. e. q. perituros.*
6) Voss. *es. v. p. E.*
7) Voss. *Omnes e. m.*
8) Bc. et Voss. II. *Elysium.*
9) Idem Lc.
10) B. *etatis.*
11) Voss. addit *Plutonem secuta est ad inferos et.*

temsit et matrem Cererem, [1]) dum ab inferis redire noluit, ut Virgilius: [2]) *Nec repetita sequi curet Proserpina matrem.* BC. VOSS. *Hecates*) *Hecate*, dea inferni, centum numina habens. [3]) BC. Hecaten et Persephonen quidam [4]) unum numen esse volunt. Solent poetae ea, quae obscure dicta sunt, sequentibus explanare, sicut hic [5]) hoc loco exposuit, quid esset *ultima pars*, videlicet *per quam manibus et mihi sunt tacitae commercia linguae; ultima* autem *pars* i. summa nostrae artis. [6]) BC. GUELF. Hoc secundum peritiam magorum dictum est, partem ultimam hominis Hecaten i. finem [7]) esse. VOSS. Dicitur habere multas potestates, quarum illa, qua [8]) praesidet nobis et ceteris magis, *ultima* i. e. maior esse dicitur. WITT. maxima. BC. VOSS. II.

701. *commercia*) ut nobiscum loquantur. [9]) BC. VOSS.

702. *Et*, o *ianitor laxae sedis* etc. Alius est *ianitor*, quam sit *portitor*, qui vocatur Charon. Saevum canem vocat Cerberum, qui interpretatur terra; [10]) nam terra attrahit ad se corpora nostra. B. LA. *laxae*) spatiosae [11]) et vacuae. LC. *Qui spargis nostra viscera cani* i. Cerbero. Nam Cerberus dictus est, quasi κρεωβόρος i. carnem vorans. [12]) Etenim apud Maronem [13]) ipse canis ianitor dicitur, sed iste aliquod numen ianitorem dicit, *qui viscera* spargit *saevo cani*. BC.

703. *repetita fila*) quia dum umbras revocat, iterum his fata redonantur; [14]) sive quia semper, ut trahuntur fila, repetuntur. VOSS. *sorores*) Parcae; dicuntur Clotho, Lachesis, Atropos. VOSS.

704. *flagrantis*) ardentis. BC.

705. Ordo: *exaudite preces ad me redeuntibus umbris*. LP. *lassate*) Quia saepe Charon transvehit umbras, cum ad Erichtho magam umbrae veniunt revo-

1) *Cerer.* — *nol.* desunt in Voss., *ut Virg.* etc. in Bc.
2) Ge. I, 39.
3) Eadem Serv. ad Virg. Aen. IV, 510.
4) Deest Guelf.; vide Serv. l. l. ad VI, 118.
5) Guelf. *in.*
6) An *aetatis?*
7) Voss. *aetatem;* cf. Serv. l. l. ad IV, 511.
8) Correxi corruptum *quae.*
9) Voss. *n. invicem loquamur mysteria inferorum.*
10) Idem Serv. ad Virg. Aen. VI, 395, VIII, 297, et Ioann. de Ian.
11) Idem Bc.
12) Eadem ap. Serv. ll. ll., quae repetunt Isidor. Orig. XI, 3, Papias et Ioann. Ian.
13) Aen. VI, 400.
14) Voss. I. *rev. fata retinentur.*

catae, [1]) ideo *lassate*. Sive quia senex; et erit alius sensus. VOSS.

706. Vos omnes *exaudite preces* meas, si eo modo facio, sicut decet vos accipere; et hoc aequipollenter *si vos satis* etc. B. LA. *si vos*) ut Statius: [2]) *Si bene quid merui*. RATISB. Haec enumerat, quae inferis placent; tanquam aliter non possit impetrare. BC.

708. *plena*) nominativus singularis; i. *si* ego *plena saepe deo lavi* i. respersi et madefeci *calido cerebro prosecta pectora* i. incisa [3]) vel minutatim divisa. Est [4]) et alia expositio: *si* ego *pectora plena*, i. plena pectora habens, *saepe deo lavi*, i. respersi, *calido cerebro prosecta*, i. exta vel intestina; nam *prosecta* proprie dicuntur exta minutatim divisa. [5]) Et est Graeca figura, non ea, quae fit per nominativum participii et accusativum nominis, sed haec per nominativum fit, ut Virgilius: [6]) *Nuda genu, nodoque sinus collecta fluentes*, quasi dicas *bonus animum*. BC.

709. *Si* ego *plena* deo per *pectora lavi prosecta* etc.; vel [7]) ut dicatur *si dedi plena pectora et lavi prosecta* etc. *Prosecta* vocantur intestina. B. LA.

710. Figurata locutio [8]) *si quisquam infans imposuit*, pro si alicuius infantis imposita sunt caput [9]) et exta. BC. VOSS. *lancibus*) scutellis. LB.

711. *parete*) dum rogat, cogit obsequium. BC. *precanti*) Haec enim erant, quibus sceleste factis inferi gratulantur. VOSS.

712. Et debetis parere, quia non posco talem animam, quae diu iam fuerit vobiscum, sed quae nondum etiam intravit ad vos. B. LA. Sensus hic est: *non latitantem in Tartareo antro poscimus*, [10]) nec *assuetam diu tenebris*, sed *modo descendentem fugata* [11]) *luce* i. recens mortuam. BC. VOSS.

714. *animam*) ipsam petit animam, quae adhuc Tartarum non sit ingressa. BC.

715. *licet*) i. licitum est. LP. *herbas*) i. cantus. LB.

716. Per hoc quod dicit *semel ventura ad manes*, notat quod, si prius intrasset, non facile exaudiret huius vocem. B. LA. *ventura*) ut transvehatur. BC.

1) Fere eadem Lc.
2) Theb. I, 60.
3) Bc. *in usa*.
4) *Est — intestina* desunt Guelf.
5) Cf. Lutat. ad Stat. Theb. V, 641.
6) Aen. I, 320; eadem in Benedict.
7) *vel — etc.* absunt a La.
8) Voss. addit *est*.
9) *cap.* etc. desunt Voss.
10) Voss. addit *animam*.
11) Voss. *l. fug.*

Nihil ergo impedit, si ad me exeat evocata, cum semel sit transvehenda, quod necdum [1]) factum est, quia nuper defuncta descendit. Bc. Voss.

717. *Umbra militis modo nostri;* nam nobis nunc militat; illa *canat omina* [2]) *Pompeiana* filio Pompeii, *si civilia bella bene* etc.; q. d. facite ut *canat, si* hoc est quod *civilia bella,* quae debent vos ditare, *bene* promerentur *de vobis;* q. d. [3]) causa illorum facite hoc [4]) mihi. B. La. Ordo est: *Pompeiana* [5]) *umbra modo nostri militis canat omina* [6]) *nato ducis.* Nam qui paullo ante Pompeianus miles fuit, modo, cum [7]) evocatur, meus est miles. Bc. Voss. *nostri*) i. quae modo nobis serviat. Bc. deputati ad nostrum usum. Vc.

718. *Bene merentur, si* [8]) tot interimunt, quod [9]) vos delectat. Bc. Voss.

719. His dictis *levavit* caput etc. B. La.

720. *adstantem*) venire nolentem, sed [10]) longius adstantem. Bc. Voss. *proiecti*) quod iacebat. Bc.

722. *Carceris*) i. corporis, ubi prius fuit. Lb. *in pectus*) timet in corpus ire, quia scivit se iterum segregandam [11]) a corpore, sed maluit quiescere in infernalibus sedibus, unde tunc lassa educta est; et expavit *ire in pectus apertum* vulnere, quia ob vulnera expulsa est. Voss.

724. Nunc poeta quasi condolendo ei dicit *ah miser! Munus mortis* est, ut non [12]) possit postea mori, quod fieret, si non ultra viveret; quod *munus* ista abstulit ei. Illud *munus* vocat ideo *extremum,* quia finis est malorum huius seculi. B. La. *miser*) sic ipsam poeta vocat animam, quia adhuc Tartarum non sit ingressa. Voss. cui membra revocata sunt. Bc. *munus*) quia amplius non mori debet mortuus, et id vocatur *munus extremum,* quod eripitur isti misero. Vc. *iniquae*) quamvis iniquae. Bc.

726. *moras*) quia [13]) non statim ingressa est umbra corpus. Bc. Voss.

727. *serpente*) quem evulsit e capite. Vc.

728. Et quia non tam cito surrexit, aperuit ter-

1) Voss. *nondum.*
2) MSS. *omnia.*
3) La. *ac si aperte dicat.*
4) B. *vos.*
5) Voss. *Omina c. d. n. P. u. mil. n.*
6) Bc. *omnia.*
7) Voss. *mo. me. est postquam ev.* sine *miles.*
8) Voss. *quia.*
9) Bc. *quot;* Voss. *v. d. o inferi.* Similiter Lc.
10) Voss. *seu l. stantem;* Bc. *affantem.*
11) Voss. *segregandum.*
12) *non* abest a B.
13) Voss. *quod n. mox c. i. est.*

ram incantatione sua. Quo facto illatravit per illa foramina contra manes. B. LA. *quas*) potestate carminum perforavit. BC. VOSS. *egit*) aperit. BC.

730. Verba indignantis. BC. *Tisiphone, Megaera,* Alecto sunt Furiae inferni, [1]) quas vocat securas i. sine cura [2]) verborum illius. B. LA. *Tisiphone*) Una Furiarum est; interpretatur autem *ultrix vox;* [3]) nam *τίσις ultio, φωνή vox* dicitur. BC. *secura*) Hoc cum indignatione dicit, quod vocem suam Megaera audiat et sit [4]) secura; ut Virgilius: [5]) *Securus pelagi atque mei.* BC. VOSS. Est autem Megaera una Furiarum, nam tres sunt i. Alecto, Tisiphone et Megaera. Interpretatur autem Megaera quasi *μεγάλη ἔρις* i. magna contentio. [6]) BC.

731. Hoc modo *rupit silentia: non* ducitis *infelicem animam* cum *saevis flagellis per inane Erebi*? B. LA. Bene *per inane* dicit, quia apud inferos solummodo umbrae sunt. *Saevis* autem *flagellis* i. serpentibus. BC.

732. *infelicem*) bene; [7]) quae ad vitam venire horret. BC. VOSS. *nomine vero*) quod magica ars scit; nam [8]) in usu sunt Alecto, Tisiphone, Megaera. BC. VOSS. Sic Statius: [9]) *Scimus enim et quidquid dici noscique timetis.* BC.

733. Istae [10]) vocantur apud inferos *canes* Plutonis. B. LA. LC. *canes*) Harpyias; i. iamque ego vos, avidae sc. canes, eliciam. BC.

734. *Destituam*) derelinquam. BC. deorsum statuam. LC.

735. Ideo dicit *expellam tumulis,* quia, cum sunt apud homines, manent in *tumulis* et in *urnis,* ubi reconduntur cineres mortuorum. B. LA. *abigam*) repellam. BC. *urnis*) *τὸ αὐτὸ;* bis idem dixit; sepulchris. BC.

736. *alio vultu*) Haec omnia ad magarum peritiam pertinent. Luna in coelo, Diana in terris, Hecate apud inferos est. [11]) VOSS.

1) Eadem Lb.
2) Ita Papias aliique.
3) Similiter Lutat. ad Stat. Th. I, 477. et Fulgent. Myth. I, 6, quae tamen corrupta videntur; cf. eund. Fulgent. p. 758. Ed. Staver., ubi legitur *Tisiphone h. e. furibunda vox.*
4) Voss. *sic;* seqq. *ut Virg.* desunt in Bc.
5) Aen. VII, 304.
6) Eadem Lutat. et Fulgent. ll. ll., quae repetit Ioann. Ian.
7) Voss. *B. infelicem, quia ad v. redire.*
8) Voss. *n. haec nomina in u. s. T. M. A.*
9) Theb. IV, 514.
10) i. e. Furiae.
11) Vide Lutat. ad Stat. Theb. IV, 430. Oudr. Adde Albric. c. 7. ibique Itpp.

737. Et, o *Hecate, ostendam te diis, ad quos soles procedere ficta,* quasi ornata, cum tamen in natura tui sis *tabida pallenti forma.* B. La. *pallenti*) quali forma es [1]) apud inferos. Bc. Voss. *tabida*) turpis. Lb.

738. Quid per haec omnia velit ostendit, scilicet *vetabo* etc. B. La.

739. Et, o Proserpina, dicam etiam quid sit illud, quod retineat te apud inferos. Enna est civitas, ubi fuit Proserpina filia Cereris nutrita; ubi etiam [2]) rapta est a Plutone, et inde vocat illam Ennaeam. B. La.

740. *Ethnea*) i. gulosa. Lb. Hennaeam [3]) appellavit Proserpinam, quae in regione [4]) Siciliae, ubi Henna [5]) est, a Plutone rapta est. *Dapes* autem [6]) mala Punica accipimus, quae apud inferos [7]) sumsisse dicitur, ut desiderium matris amitteret. Bc. Voss. *quo foedere*) turpem rem circumlocutione supprimit. Bc.

741. *contagia*) meretricia. Vc. stupra [8]) scil. Bc. Voss.

742. Et quia nihil potest fieri gravius Plutoni, quam si videat lucem solis, ideo minatur hoc ei, ubi dicit *tibi, pessime mundi* etc. B. La. Et hoc indignata dicit, quod *noluerit revocare* eam [9]) *Ceres,* cum omnes sciant, illam invitam filiam reliquisse; sive hoc magae sciunt, quod nos ignoramus. Bc. Voss. *mundi*) mundum infernum dicit. Bc.

743. *Arbiter*) Iudex Pluto. *Titana,* quod Pluto, deus tenebrarum, diem lucemque formidat, ut Virgilius: [10]) *Trepidant inmisso lumine manes.* Voss.

744. Si autem non vultis parere, vocabo illum, [11]) *quo vocato terra* non unquam *concussa* i. semper concussa *tremit,* qui vocatur Daemorgoon; [12]) et cum nullus audeat videre [13]) Gorgonem, ipse solus impune videt. B. La. *paretis*) Sic quaerit, ut cogat. Bc. Voss. *ille*) deus maior, quem magae noscunt. Bc. Voss. deus demorgon, qui habitat in inferno. Bc. *(man. al.)*

1) Voss. *ap. i. es.*
2) La. addit *quid sit illud.*
3) Bc. *Hethneam*; Voss. I. *Ethneam appellat*; Guelf. *Hennaeam.*
4) Voss. *S. reg.*
5) Voss. I. *Ethna*; Bc. *Aetna.*
6) *aut.* deest Voss.
7) Voss. *q. ieiuna assums.*
8) Voss. *stupri* sine *scil.*
9) *eam Cer.* desunt in Voss.
10) Aen. VIII, 246.
11) *voc. ill.* desunt in B.
12) B. *Demorgoon*; La. *Demogorgooit*; Vc. *Demogorgon,* correct. ex *Demorgorgon,* quo de deo vide Lutat. ad Stat. Th. IV, 516. Heyne Opusc. Acad. T. III. p. 299 sqq. docet nomen corruptum esse ex *Δημιουργὸς,* de quo cf. Creuzer Symbol. T. III. p. 395.
13) B. *null. videt demogorgonem.*

Demogorgon deus est deorum et primus, quia genuit Omaginem, Omago Coelum, Coelus Saturnum. Quum ille nominatur, fit terrae motus; et *cernit* impune Medusam et castigat Erinnyn. Et ille est tantum in profundo, quantum illi, qui sunt in [1]) inferno, *Superi* sunt respectu eius. LC.

745. Ordo est: [2]) *quo vocato terra concussa* [3]) *nunquam non tremit.* BC. VOSS.

746. *Gorgona*) quod alii nequeunt facere. BC. quam alii dii videre [4]) non possunt; hic ergo plus omnibus [5]) potest. *Apertam* i. in aspectu [6]) suo positam et proditam. BC. VOSS. i. nudam. BC. *(man. al.)* LB.

747. Qui etiam *castigat* infernales furias; *qui tenet Tartara indespecta,* i. nunquam visa a *vobis. Cuius* regnum tantum est remotum [7]) a vobis, quantum vestrum a nobis. B. LA. *suis*) propriis [8]) ipsius Erinnys; quibus castigare ipsa consuevit, his caeditur. BC. VOSS.

748. *Indespecta*) i. e. ignota. VOSS. qui in his locis regnat, quae nec vos despicere valetis. [9]) Vult ergo ipsum esse sub inferis; nam hoc exponit *cuius estis* [10]) *vos Superi.* BC. VOSS. Ipse est infimus, et vos supra eum estis. BC.

749. Hic [11]) *peierat,* quia omnibus potior est, et non timet Stygem, [12]) ut alii dii. BC. VOSS.

750. Et fit quod rogat; et hoc aequipollenter *protinus* [13]) *adstrictus* etc. B. LA. *adstrictus*) congelatus prius. LB. membris retentus. BC. *cruor*) illius resuscitati. BC.

752. *trepidant*) movent. LC. *fibrae* dictae, quae [14]) Phoebo immolari solebant. [15]) BC.

753. Et *vita subrepens medullis,* quae iam desuetae erant a vita, *morti miscetur.* B. LA. *subrepsit*) subintravit. BC.

1) Addidi *in.*
2) *est* non legitur in Voss.
3) Voss. *excussa.*
4) Voss. *non viderunt.*
5) *omn.* deest in Voss.
6) Voss. *consp. s. oppositam.*
7) B. *divisum* sine *est,* sed inter lin. *remotum.*
8) Deest in Voss. Seq. *Erinnys* noli corrigere; cf. Schneid. Gramm. Lat. I, 2. p. 180.
9) Voss. *valeatis.*
10) Voss. *vos estis.*
11) Voss. addit *autem.*
12) Voss. *Styga.*
13) Fortasse huc spectant, quae Barth. ad Stat. Th. III, 44. monet de commentatore Lucani MS. differentiam inter *protinus* et *protenus* statuente; cf. Barth. l. l. Idem discrimen observant Papias et Isidor. Differ. T. VII. p. 440. Ed. Arev.
14) Bc. *quod.*
15) Fere eadem Ioann. Ian.

754. *morti*) i. mortuo; *(et m. al.)* i. corpori, ut iterum moriatur. Bc. *pulpitat*) Et nominativus potest accipi singularis *omnis hic artus pulpitat*, et accusativus pluralis *pulpitat omnes artus*. Voss. Hoc ad augmentum magicae artis addidit. Bc.

755. Si nunc uno membro vivificato surgeret, deinde paulatim aliis, non videretur misceri *vita morti;* sed [1]) quod subito surrexit, videtur quoddam luctamen esse vitae et mortis; et hoc notat, ubi dicit *nec se tellure* etc. B. La.

756. *Que* ponitur hic pro sed. Lc.

757. Cum prius essent clausi oculi, nunc *nudantur distento* [2]) *rictu*, i. valde distenta cute. B. La. *rictu*) cum diductu oris. Lc. Oris contractio, quae in mortuo erat, recepta vita distenditur. Bc. Voss. Oris ductio rictus dicitur. Voss.

758. *in illo*) i. vix ad lucem venerat, et *iam* faciem *morientis* habebat. Bc.

759. Et revera *morientis erat facies;* nam *remanet* etc. B. La. *remanet*) non enim interna vita remeabat. Voss.

760. *illatus*) iterum datus. Bc.

761. *adstricta*) clausa. Lb.

762. *Responsura*) ut nihil prior [3]) ipse loqueretur, nisi Erichtho [4]) ante quaesisset. Bc. Voss.

763. Nam hac mercede, si mihi res veras [5]) loqueris, faciam, quod non poteris revocari ad vitam ab aliqua malefica; et hoc dicit *praestabimus immunem Haemoniis artibus*, hoc modo *exuram tua membra* etc. B. La.

764. *Immunem*) otiosum, vacantem. Bc. nam hanc mercedem [6]) promittit, fore ut, si vera dixerit, illi tale bustum ex talibus lignis construat, adhibitis etiam suis carminibus, quo a nulla umquam maga umbra possit inquietari. Voss.

766. *silvis*) i. lignis. Synecdoche; totum pro parte. Virgilius: [7]) *Pontumque ignemque ferebant*. Bc.

768. *Sit*) hoc [8]) tibi proderit iterum vixisse, ut aeternam [9]) a me quietem et otium consequaris. Bc. Voss. *tanti*) adverbialiter, i. tanto pretio. Bc.

769. *Lethes*) oblivionis. Lb. *τῆς λήθης*. Voss.

1) B. *hoc;* La. *quia* pro *quod.*
2) B. *distincto*, ut post.
3) Voss. *ipsa prior.*
4) Voss. addit *tacita.*
5) La. *m. l. vera.*
6) Bc. tantum *m. ei prom.*
7) Aen. XII, 119.
8) Voss. *i. e. in hoc t. p. quod i. revixisti.*
9) Voss. *aeterna manens.*

770. Ideo a te peto, quia responsa, quae alibi dantur, [1]) dubia sunt. Et ideo volo ut, *quisquis* petat hic *vera* et qui *petit* certitudinem *mortis, discedat ab* hoc loco *certus*. B. LA.

771. *obscura*) vix intelligenda responsa. BC. VOSS. *decet*) ut haec dent *obscura*, quia nos clara dabimus responsa. BC. *certus*) Sensus hic est: *tripodas* et *vates deorum*, superum scilicet, habent obscuram sortem; nam *ab umbris* quisquam *certus* discedere debet. BC. Praefert autem manes Superis in dando [2]) responsa. BC. VOSS.

773. Tunc parceret, si nollet dicere, ut res futura erat. Dat *nomina rebus*, cum nominat, qui debeant mori in illo bello. B. LA.

774. *Loca* dat, cum dicit in quibus moriantur locis. Praeterea dic mihi tam aperta voce, ac si *fata mecum loquantur*. B. LA. *da*) i. loquere. BC. *rebus*) et quae futura sint, et ubi fiant. BC.

775. Praeterea docuit illam animam quoddam *carmen, quo* sciret ea, quae ipsa vellet ab ea quaerere; et hoc est quod dicit *addidit et carmen* etc. B. LA. *Carmen addidit*, [3]) ut divinum spiritum umbra conspiceret. Quo [4]) carmine dedit, ut sciret umbra, de quibuscunque consulebatur. BC. VOSS.

776. *moestum*) quia Pompeianus fuit, ideo flevit; [5]) vel quia revocatus a maga. VOSS.

777. *equidem*) pro certe. [6]) BC.

778. Ideo non licuit mihi videre Parcas, quia sum *revocatus* a te *ab aggere* etc.; sed tamen quae vidi, dicam. B. LA.

780. *Romanos*) Romanorum ducum umbras dicit, qui ante perierant. BC. VOSS.

781. *arma*) Pompeii et Caesaris. BC.

782. *Vidi* Romanorum *manes* discordes; nam *alii* dimittunt *Elysias sedes* propter dolorem parentum, qui sunt morituri ibi, alii *Tartara*, ut venientes habeant ibi loca. B. LA. Alii liquerunt Elysias sedes proficiscentes ad Tartara, et ideo tristabantur; nam ἥλιος dicitur sol, et Elysii campi dicuntur illuminati

1) B. *dabantur.*

2) Voss. *dandis responsis.*

3) *c. ad.* desunt in Voss.

4) Voss. *Maga enim c. suo facit ut sciat u. quod haec posset videre.*

5) Eadem Bc., sed *Romanus — flebat.*

6) Ita et Iso ad Prudent. Symm. I, 417.

a sole. Alii vero proficiscentes ad Elysios campos laetabantur. Bc.

783. *Diversi*) cedunt, inquit, umbrae de [1]) sedibus suis, quia illuc [2]) post civile bellum noxia turba ventura est. Bc. Voss.

784. *hi*) duces, qui apud inferos constituti sunt.[3]) Bc. Voss. *palam*) i. manifestum. Bc.

785. *Vidi Decios* etc. Isti pro salute populi Romani, alter in Samnitico bello, alter in Gallico perierunt. Et ideo vocat *animas* illorum *lustrales bellis*, quasi purgantes in bello ceteros. B. La. *Decios*) qui pro exercitu devoverunt [4]) se. Bc. Voss.

786. *Lustrales*) gloriosas, [5]) illustres; h. e. per quorum mortem [6]) *sit* lustratus exercitus; vel *lustrales* i. devotas. Bc. Voss. purgantes alios in bello. Vc. quia animas suas expiaverunt tradendo eas pro salute reipublicae. Voss. I. Camillus fuit [7]) consul, qui, cum esset in exilio, et Senones Galli depraedati essent Romanum imperium, devicit eos, et totam praedam remisit Romanis. B. La. Iste [8]) est Camillus, qui Romana signa revocavit [9]) a Gallis, de quo Virgilius: [10]) *Referentem signa Camillum*. Bc. Voss.

787. Et, o *Fortuna, vidi Curios* querentes *de te*. Filius Sullae fuit mortuus ibi, et ideo conquerebatur de Fortuna. B. La. O *Fortuna*, [11]) cum tanta ei praestiteris, ut felix Sulla diceretur, ideo queritur, [12]) quia filius eius [13]) periturus est in parte Pompeii. Bc. Voss.

788. *Scipio*, qui Carthaginem delevit, [14]) flebat propter nepotem, qui ibi fuit interfectus. B. La. *Scipio* enim in Africa periit, qui fuit de [15]) familia Scipionis Africani. Bc. Voss. i. qui Africam destruxit. [16]) Bc.

789. *hostis*) Censorius Cato, quia hic consilium dedit, ut Carthago destrueretur. Voss.

790. *Cato*) qui Censorius dictus est. Bc. *nepotis*) i. Catonis, qui se apud Uticam occidit; ideo *non ser-*

1) Voss. *u. sedilibus.*
2) Voss. *q. p. c. b. n. i.*
3) Voss. *s. const.*
4) Voss. *q. se p. e. d.*
5) Idem in Lb.; Voss. *i. ill. devotas, expiatorias*, ut Gloss. ad Stat. Theb. X, 787.
6) Bc. *morte;* Voss. *l. s. ex.* reliquis omissis.
7) B. addit *falsus.*
8) Voss. *Ille.*
9) Voss. *a G. rev.*
10) Aen. VI, 826.
11) *o Fort.* desunt Voss.
12) Voss. II. *querentem dicit.*
13) Voss. add. *Sulla Faustus.*
14) La. *devicit.*
15) Voss. *ex.*
16) Bc. al. man. *quia A. vicit.*

vituri dicit. BC. VOSS. quia Caesari noluit servire. BC. *(man. al.)*

791. Ceteri moerent, Brutus vero solus gavisus est propter Brutum, qui interfecit Caesarem in Capitolio; et hoc est quod dicit: o *Brute, prime consul depulsis tyrannis, te solum vidimus* etc. Iste Brutus fuit avunculus Lucretiae, qui expulit Superbum Tarquinium et Arruntem filium eius; de cuius progenie fuit iste Brutus. B. LA. *tyrannis*) i. Tarquiniis. LC.

792. *Brute*) hic est, qui Tarquinios eiecit, et primus consul factus [1]) est. Merito ergo gaudens visus est, quia Brutus, qui occidit [2]) Caesarem, de familia eius fuit. BC. VOSS.

793. Et *vidi* istos pessimos laetari, quia exibant infernum, ut loca parata sint istis. B. LA. *abruptis*) Hi gaudent, quia et ipsi fuerunt seditiosi et contra rempublicam. VOSS. De seditiosis autem nunc dicturus est. *Catilina* Romanus [3]) fuit nobilissimus, qui dolens sibi in consulatu praelatum Ciceronem, cum Cethego, Lentulo, Gabino et reliquis coniuratione facta, urbem paravit incendere, quod per Fulviam ancillam detectum et indicatum est Ciceroni. Qui omnes, qui [4]) coniuraverunt, comprehensos in carcerem Tullianum damnavit, praeter Catilinam, qui in acie periit. Hunc Virgilius in laude Ciceronis dicit apud inferos pendere scopulo; ait enim: [5]) *Et te, Catilina, minaci pendentem scopulo.* BC.

794. Nudos vocat eos, quia parati erant ad omne nefas. B. LA. *nudi*) exserti ad malum. LB. expediti. LC. parati ad bellum. VC. Exerto enim brachio fuit Cethegus, ut alibi ipse ait: [6]) *Exertique manus vesana Cethegi.* BC. VOSS. Hi gaudent, quia [7]) seditiosi fuerunt, vel ex genere Caesaris. BC. VOSS.

795. *popularia*) tribuni plebis erant. [8]) LB. i. e. vulgaria. Duo [9]) enim fuerunt Drusi; horum alter Hasdrubalem vicit, alter est filius Iuliae, uxoris Augusti. *Popularia* autem sic dixit quasi multis populis cognita, et non vilia. BC. LD. et [10]) hi seditiosi fuerunt. BC. VOSS. Drusi fuerunt defensores

1) Voss. *est fact. m. g. visa.*
2) Voss. *q. de f. ei. occisurus est C.*
3) Bc. et Guelf. *Consul;* sed in hoc deletum et supra scr. *Romanus.*
4) Guelf. *o. coniurationis socios comp.*
5) Aen. VIII, 668.
6) II, 543; Voss. *ip. al. ait.*
7) Voss. pro his: *quia et ipsi f. s. et contra rempublicam;* Bc. *qui.*
8) Similiter Lc.
9) *Duo — Drusi* absunt a Ld.
10) Voss. *quia et.*

populi, et ideo *popularia* [1]) *nomina*, i. nota apud populum. B. LA.

796. Gracchi fuerunt discordes, et semper incitaverunt populum contra nobilitatem; et hoc est quod dicit *legibus immodicos*. B. LA. *immodicos*) i. fortes. LB. quia optimi erant in *legibus;* vel *immodicos* i. intemperatos, quia propter leges non temperabantur. LC. immoderatos, i. qui leges [2]) graves promulgassent. BC. VOSS. Gracchos seditiosos constat fuisse, nobiles tamen genere; namque per Corneliam nepotes Scipionis Africani fuerunt. BC. *ausosque*) Sic et de Gracchis Sallustius: [3]) *Et sane Gracchis cupidine victoriae haud satis moderatus fuit animus.* VOSS.

797. *Ditis*) quasi divitis, ad se quasi omnia trahentis. BC.

798. Et quod hi omnes laetarentur, hoc per effectum ostendit: *manus* illorum *constrictae* prius *plauserunt* etc. B. LA.

799. *poscit*) quia nocentiores *sunt* [4]) post bella ad tartara venturi; his ergo dant [5]) locum. BC. VOSS.

800. Et haec quoque audivi: ipsi dii infernales renovant ipsa tormenta, et parant *durum adamanta*, aptum ad vincula. B. LA. *aperit*) i. [6]) efficit ampliora, ut capere possint venturam [7]) multitudinem noxiorum. BC. VOSS. *abrupta*) in altum demissa. BC. acuta. LB.

801. *adamanta*) Dicunt enim quod aere vel loricae, quae poliuntur adamante lapide, insecabilia essent; et hoc est quod dicit *dirum vinclis adamanta.* BC.

802. Nunc relevat animum illius per hoc quod dicit: nota poenam parari Caesari, et Pompeium et familiam suam poni in Elysio campo, et Caesarem parum victurum; et hoc est quod dicit *gloria parvae vitae* Caesaris non *sollicitet exspectare manes*, scilicet *patrem* et *domum* etc. B. LA.

803. *domumque*) i. omnem familiam. BC.

804. O Sexte Pompei, scito [8]) apud inferos Pompeium poenam non esse passurum; pro eo enim quod vincitur innocens aestimatur. [9]) BC. VOSS. *serena*) in Elysiis campis. [10]) BC. VOSS.

1) B. *plana pop.*, an *plane?*
2) Voss. *plurimas leg. p.*
3) Iug. 42.
4) Voss. *n. ad T. s. p. b. v.*
5) Voss. *dat.*
6) Voss. *pandit et eff.*
7) Voss. *venientium n. mult;* Guelf. praebuit *venturam.*
8) Voss. pro his *hoc est scias P. p. n. e. pas. a. i.*
9) Voss. l. *existimatur.*
10) Voss. cum seqq. in fine coniunct. *c. Elys.*

805. *servare*) scil. [1]) ipsos manes servare locum Pompeio. BC. VOSS. *parvae*) *nec* enim angat [2]) illum *gloria* Caesaris, quae diu non permanebit. BC. VOSS.

806. *properate*) quasi ad Elysium descensuri. BC.

807. *Hora*) quum occidet et Caesar. VOSS. *superbi*) Ideo *animo superbi*, quia corpore non potestis. BC. Ordo est: [3]) *et magno animo descendite* [4]) *superbi, quamvis e parvis bustis.* Ideo enim e *parvis bustis* dixit, [5]) quia non sunt honeste sepulti Pompeius et eius [6]) filius. BC. VOSS.

809. Deos vocat Iulium Caesarem et Augustum, qui sunt habiti pro diis; et tales honores dicit, ut vili pendantur. B. LA. *deorum*) hoc est dictum [7]) propter Caesarem, qui occisus a patribus translatus [8]) est in numerum deorum. BC. LD. VOSS. i. Caesaris, qui inter deos dicitur translatus fuisse. BC.

810. *Quaeritur*, inquit, *quem tumulum Nili unda abluat.* VOSS. Pompeium dicit, cuius corpus iuxta Nilum est constitutum. [9]) BC. VOSS. *Tibridis*) Caesarem dicit, qui discerptus a Bruto et Cassio in Tiberim missus [10]) est. BC. VOSS. [11])

811. *ducibus*) Sensus est: licet videatur ducibus, quod de regno contendant, tamen, quia cito morituri sunt, sic est quasi de morte contendant. BC. GUELF. Vel dicit de his ducibus, qui in inferno sunt. BC. *pugna*) Quis subito moriatur, inde [12]) contendunt; nam ambo morituri sunt. BC. VOSS.

814. *Pompeius canet tibi omnia in Siculis oris.* Tangit illud quod, dum exerceret piraticam in Sicilia, apparuit ei imago patris, suadens ut dimitteret inceptum. B. LA. *Siculis*) Hic enim [13]) in Sicilia somniaturus est, patrem suum Pompeium ad se venientem, et suadentem sibi, ut fugiat. [14]) Inde fatum, quod sibi immineat, recognoscit. BC. VOSS.

816. *mundi*) scil. iubeat te vitare. BC. [15])

1) *scil.* deest in Voss.

2) Voss. *hoc est n. C. gl. a. eum, quia non multo tempore p.*

3) Voss. *est* non habet.

4) Voss. *d. sup.*, omissis *quamv. — bust.*

5) Voss. *Parv. b. ideo, q.*

6) Voss. *fil. eius.*

7) Voss. *H. p. C. e. d.*; Ld. *p. C. d.*

8) Voss. *o. relatus*; Ld. *o. in d. n. est tr.*

9) Voss. *obrutum.*

10) Voss. *m. est in T.*

11) Schol. La., quocum consentit B., vide T. II. p. 600.

12) Voss. *unde; n. uterque.*

13) Voss. *In S. e. hic.*

14) Bc. *fugeret*, et suprascr. *iat, eret*; Voss. *fug. inde omisso v. recogn.*

15) Schol. La., quocum facit B., vide T. II. p. 481; adde in fine: *ut est Oriens, Occidens, Meridies, Septemtrio.*

817. *Europam*) i. omnes partes mundi; mundus enim in tres partes divisus est, Asiam, Europam et Libyam. BC. Pompeius [1]) enim in Asia est interfectus, alter filiorum eius in Africa, alter vero [2]) in Europa. BC. VOSS.

818. Ego autem dico hoc modo, omnes partes terrae devitate; nam *Fortuna distribuit* ad sepulturas vestras terras, quas pater devicit, et Aegyptum, et Siciliam, et Hispaniam; et hoc est quod dicit *distribuet* etc. Triumphos istorum vocat propter patrem, qui habuit eos. B. LA. *triumphis*) ibi enim singuli occisi sunt, ubi ante superaverant. [3]) BC. LC. VOSS.

819. Cum in Emathia non fuit tutus, et dicit eum aeque tutum futurum ubique, dicit nunquam esse tutum futurum. B. LA.

820. *Emathia*) victus enim illic, et non occisus est. BC. VOSS. *peregit*) explicuit. BC.

823. In prima morte fuit finita fatalis dispositio, et ideo nil iuris habent *fata* in eo; et hoc est quod dicit *et fata nequeunt sibi* fatis etc. B. LA. *fata*) nunc enim in eum [4]) potestatem non habent fata, quia arte magae revocatus [5]) est, non lege naturae. BC. VOSS.

824. *iure*) quia iam dederant. BC.

825. Et tantam habet potentiam, quod postquam fuit mortuus *defunctus venit ad rogum*. B. LA. *venit*) qui consuevit afferri. BC. VOSS.

827. *passa*) et permisit. BC.

828. Et quia iam dies appropinquabat, porrexit noctem faciendo retardare planetas, dum reduceret eos in castra; et hoc aequipollenter *et coelo ducente colorem lucis* i. diei. B. LA.

829. *Nox praestitit densas umbras, nox* dico *iussa* ab illa *tenere diem, dum* ipsi ferant etc. B. LA.

830. *tenere*) remorari. BC. iussa ab Erichtho remorari diem. VOSS. *praestitit*) i. nox protensa est magicis cantibus diemque removit. BC. VOSS.

1) Voss. *quia P. occisus e. in A. filius e. a.*

2) Abest a Voss.

3) Lc. *prius triumpharunt*; Voss. *antea s. et triumphaverant.*

4) Voss. *p. n. h. in eam q.*

5) Voss. *renata.*

SCHOLIA AD LUCANI LIB. VII.

1. Et potuit nox habere diem, nam sol nunquam tantum nisus est contra firmamentum, quantum tunc; et hoc aequipollenter *luctificus Titan egit equos* ab *oceano segnior, quam aeterna lex vocabat, nunquam magis* etc. Tempus et locus sunt quoddammodo causa mali, cum sine his non fiat, et ideo dicit *luctificus*. B. LA. *Segnior*) quam nunc. VC. magis segnis, ut Virgilius: [1]) *Haud illo segnior Aeneas*. VOSS. pro segnius; subauditur *surgebat*. BC. *occano*) Tardius [2]) surgebat ab oceano, *quam* constitueret *aeterna lex*. BC. VOSS.

2. *Luctificus*) designans luctum; *(et m. al.)* i. faciens luctam contra firmamentum, ne tam cito oriretur. LC. *aethera*) i. mundum. LP. contra Orientem enim [3]) currit, sed orbis vertigine rapitur, ut cum eo ire videatur. BC. VOSS. Hinc Virgilius: [4]) *Solisque vias*. VOSS.

3. Et retro torsit *cursum, polo* retinente Titana; et *voluit pati* eclipsin et *labores* etc. B. LA. *retorsit*) sc. *nunquam magis segnior*. Et cum non potuit se occultare, tunc *voluit pati* lucis ἔκλειψιν. Sol erat in magno labore, sed Pompeius erat in maxima quiete. VOSS.

4. Sicut lunam deducebant magica incantatione, ita etiam et solem; quod quamvis alio tempore nollet *pati*, nunc volebat. B. LA. *raptaeque*) scil. et *nunquam magis voluit pati*. BC.

5. Solet sol *nubes* attrahere, ut postea clarius luceat; quod nunc fecit, *sed* potius, *ne* tantum nefas videret. *Nubes* vocat *pabula flammis*, eo quod postea clarius luceat. B. LA. *pabula*) Dicunt enim philosophi, ex nubibus flagrantiam solis accendi. Non ideo, inquit, sol traxit nubes, ut physici dicunt, quo [5]) earum

1) Aen. IV, 149.
2) Voss. *Oriens sol t. s. o. q. l. c. a.*
3) *enim* non est in Voss.
4) Aen. VI, 797.
5) An *quod?*

humore pasceretur, sed monstrum exstitit, [1]) ne splendidus videret civilia bella. VOSS. Dicunt enim philosophi aquis ignes siderum nutriri, [2]) unde et post pluvias clarius nitent. BC.

7. Hoc fuit in die ipsius belli; at in praecedente nocte fuit hoc; et hoc dicit *at nox, ultima pars felicis vitae Magni* etc. *Nam* hoc imagine *visus* est *sibi cernere* etc. B. LA. Bene ait [3]) *pars ultima felicis vitae;* hoc [4]) enim die perditurus est victoriam et iturus ad Aegyptum. BC. VOSS.

8. *somnos*) Varro [5]) dixit somnia nasci aut ex abundantia principiorum, aut diminutione, cum aut plus nobis caloris est aut minus; nam cum plus ignis est in somnis potiones et omne genus refrigerationis desideramus; cum aeris abundantia, volare nos et sublimia petere, et in ceteris sui similia colligi. BONGARS.

9. Ipse fecit theatrum, ubi laudabatur a Romanis; qui locus nunc vocatur Hierosolyma. B. LA. *sibi*) pro a se. BC. *theatri*) quod in urbe construxit. [6]) BC. VOSS.

10. Bene dicit *effigiem,* quia non vidit ipsum populum. B. LA.

11. Et vidit in somnio *suum nomen attolli* etc. B. LA.

12. *Cuneos* vocat multitudinem ordinatam ad modum cunei. B. LA. *Cuneus* est collecta in unum militum multitudo; dicitur autem *cuneus* quasi *couneus.* [7]) BC.

13. Et talis est *visus sibi, qualis olim, dum iuvenis sedit adhuc Romanus eques, aeque* tamen *venerabilis* in simplici illa *toga, aeque* ut in *toga ornante currus,* scilicet *plaudente senatu.* B. LA. *Qualis*) scilicet *talis* plausus visus est sibi. Anacoluthon est figura, cum dixit [8]) *qualis* et praetermisit *talis.* BC. VOSS.

14. *primique*) i. e. Africani. VOSS. primo enim de Afris triumphavit, inde [9]) de Hispanis. BC. VOSS. *Primi* ergo *triumphi aetate,* i. cum de Africanis triumphavit. BC.

1) Sic MSS. OUDP.
2) Cf. Serv. ad Virg. A. I, 608.
3) *ait* non est in Voss.
4) Bc. *hodie en. p.;* Voss. *amissurus.*
5) Locus hodie non exstat.
6) Voss. addit *Pompeius.*
7) Fere eadem Papias et Ioann. de Ian. ex Isidor. Orig. IX, 3, hinc corrigendi; adde Ison. ad Prudent. Cath. 5, 53.
8) Voss. *dicit q. et non praemisit.*
9) Voss. *deinde;* Voss. II. *Hispaniis.*

15. De qua re habuit triumphum, praemittit: *post domitas gentes et post arma, quaecunque Sertorius* etc. B. LA. *Hiberus*) fluvius Hispaniae, unde *Hiberi* sunt dicti. BC. VOSS.

16. *Sertorius* fuit dux Hispaniae, supra quem missus fuit Metellus, et non potuit vincere; quem postea [1]) vicit Pompeius. *Impulit* dicit vel quantum ad fugam, quia non dabat locum pugnandi Romanis, vel *impulit* in Romanos. Duo triumphi fiebant: si quis ante tempus triumphabat, recipiebatur in sola toga, et trahebat populus ipsum currum et uno iugo; si in constituto tempore, tunc ornabatur toga, et senatus ducebat ipsum currum. [2]) Etsi habuisset triumphum minorem, tamen, quia in iuventute habuit, non minor gloria titillabat eum, ac si maiorem habuisset. B. LA. *Sertorius*) Marianae partis tyrannus, fugiens Sullam, ex Africa venit in Hispaniam, et excitavit multas et ferocissimas gentes in arma, cum quo Pompeius congressus aufugit. Sed ipse postea Sertorius dolo suorum occisus est. VOSS. Dux fuit Hispaniae, quem vicit Pompeius. BC. *impulit*) in fugam tulit. BC.

17. *Vespere*) Occidente, ubi sunt Hispani. [3]) BC. VOSS. *pura*) sola. LP. simplici. BC. in toga pura, cum in senatu sederet, sicut in toga [4]) picta, cum triumpharet. BC. VOSS.

19. In ordine equitum computabantur omnes, antequam ad consulatum venirent. B. LA. *Sedit*) Ordo est: [5]) *sedit adhuc Romanus eques et* [6]) *aeque venerabilis.* BC. VOSS. *eques*) cum [7]) adhuc enim Romanus eques esset, iussus est triumphare. [8]) BC. VOSS. i. de equestri ordine. BC. *seu fine*) Trino intellectu causa interpretatur huius somnii. [9]) Aut ideo haec [10]) somniavit, quia quies sub *bonorum fine* de *venturis* malis tristis ad ea confugit tempora, quae felicia Pompeius exegit; aut consuetis ambagibus aliud ostendit quies, cum esset factura contrarium; aut Fortuna sic per somnium dedit orbis adspectum, cum eam iam [11]) Pompeio cernere non liceret. BC. VOSS.

1) *postea* non habet B.
2) Quo de discrimine vide Serv. ad Virg. A. IV, 543.
3) Voss. *Hisp. sunt.*
4) Voss. *in p. et palmata.*
5) *est* non exstat in Voss.
6) Voss. *eq. aeq. ven. in pura quam in picta toga.*
7) Voss. cum prioribus coniunctim *nam c. ad. e. R.*
8) Bc. *triumphari.*
9) Bc. inter lin. *ominis vel somni;* superiora absunt a Voss.
10) Voss. *hoc.*
11) Voss. *P. iam.*

20. Nunc dat causam, quare haec visio apparuit ei; et ponit illas diversas opiniones, quae in somniis considerantur. [1]) Nox decipit, sive *anxia*, pro ipse anxius in nocte de futuris. Positus iam in *fine bonorum*, reduxit omnia bona ad memoriam; et quia, antequam omnia colligeret, dormivit, ex reliquiis illis remansit ibi, quod duxit ad hoc eum. B. La. *venturis*) propter. Lb. *laeta*) i. ad prospera. Bc. *refugit*) per recordationem. Voss.

21. *Sive* hac de causa, ut per istud gaudium intelligeret contrarium; et hoc est quod dicit *sive quies vaticinata* etc. B. La. *contraria*) prospera ostendens adversa vaticinata est. Bc. Voss.

22. *Vaticinata*) divinavit. Bc. *magni*) vel Pompeii. Lc.

23. Seu hac de causa, quia non licuit ei [2]) videre *Romam*, ut [3]) saltim ita videret. Vel possumus dicere *Fortuna anxia;* cetera non mutantur. B. La. *vetito*) i. depulso. Bc.

24. *Sic*) in insomniis. Voss. Et quia ex magna affectione, quam erga patriam habuit, hoc contigit, *ne rumpite somnos* etc. B. La. Sensus hic est: [4]) nolite, inquit, somnos hos [5]) abrumpere, in quibus urbis optata moenia contuetur; [6]) crastina enim quies [7]) erit dira. Nam erunt bella, et quod [8]) passus erit per diem, id cogetur in somniis [9]) videre per noctem. Bc. Ld. Voss.

26. *Crastina quies* erit ei *dira;* q. d. cum in crastina die deberet esse in quiete, non erit in quiete; nam omnia, quae agentur in crastino bello, occurrent ei in nocte. B. La.

28. Et quia ex amore patriae contigit hoc, utinam [10]) et idem contigisset populo Romano; nam *felix* esset, *si vel sic te vidisset*. B. La. Sensus hic est: quando tales populi [11]) habebunt somnos, aut tam beatam noctem, ut habuisti tu, Magne? Nam tu illos per somnium vidisti, illi te per somnium videre non potuerunt. Bc. Voss. *populi*) Romani habebunt? Bc. Vult dicere, quod illa nox fuisset beata, si populus habuisset simile somnium, secundum Benevenutum

1) B. *considerabuntur.*
2) B. *vobis.*
3) Ita correxi *vel.*
4) Superiora absunt a Voss.
5) Voss. *hos somn. illi abr.*
6) Bc. *contuentur;* Voss. II. *continetur;* I. *videt.*
7) Bc. inter lin. *vel dies.*
8) Bc. *quid;* Voss. in seqq. *hoc* pro *id.*
9) Bc. et Ld. *somnis.*
10) Ita scripsi pro *unde.*
11) Voss. *hab. pop. s. a. t. no. be.*

expositorem. Sed ego non video, quomodo id dicat, nisi ad placitum et cum defectu magno orationis. VC.

29. *vel sic*) Scil. ut Roma ita vidisset laetum Pompeium, ut ipse vidit Romam. VOSS.

30. Ego dico sic, sed utinam in ipsa re te vidissent; et hoc aequipollenter *donassent utinam* etc. B. LA.

31. *Unum*) ut saltim una die posses videre Romam. BC. ut, sicut tu vides eam, ita illa videret te. BC. VOSS. *certus*) ut et tu, et Roma scires [1]) te moriturum. BC. *uterque*) ut vos per somnium invicem videretis. BC.

32. *munus*) fructum. WITT.

33. Quod autem tunc non fleverunt, [2]) ideo fuit, quia sperabant te reverti; et hoc dicit *tu vadis* a Roma, *velut* reversurus et *moriturus in urbe*. Ad quod praecedentia induxerunt eam; et hoc dicit *illa conscia sibi voti*, quod *semper* ratum fuit *de te*, non *putavit hoc scelus haerere* in deorum dispositione. B. LA. *Tu velut*) Nam uterque [3]) fallitur et Pompeius et Roma. Tu enim ibis [4]) sic, tanquam rediturus incolumis, et ut possis in urbe mori. BC. VOSS. *vadis*) recedis. BC.

34. *Illa*) Roma, [5]) quod sciret semper habuisse effectum. [6]) BC. VOSS. *rati*) firmi vel iusti. BC. *voti*) pro voluntatis; quod circa te gerit. BC.

35. *putaret*) i. [7]) non credidit hoc scelus placere fatis, ut tu [8]) vincaris, et illa sic te perdat, ut neque tuum corpus habere mereatur. BC. VOSS.

36. Quod sit illud *scelus* ostendit, scilicet non *putavit se perdere tumulum quoque Magni*, quem sic dilexerunt; cum perdiderunt in hoc quod exivit, non etiam *tumulum* perderent. B. LA. *quoque*) pro similiter non putavit. BC.

37. Legitur quod de morte Bruti, qui expulit Superbum Tarquinium, fleverunt XXX diebus; quod idem de te fecissent. Quod hinc patet; nam nunc etiam, cum coguntur a Caesare gaudere secum, flent, et non qualicunque hora, sed tunc cum deberent sacrificare Iovi [9]) pro Caesare. B. LA. *flesset*) si in urbe

1) Voss. *sciret te peritur.*

2) B. addit *ideo non fleverunt.*

3) Voss. *Nunc utique.*

4) Ita et Voss. I, sed II. *sic profectus es.*

5) Voss. *Illa autem i. Roma* cum superioribus coniuncta.

6) Voss. addit *vota, quae circa te gerit.*

7) Voss. sine *i.* haec cum prioribus connexa habet.

8) Voss. *et v. et pereas et Roma etiam tuum tumulum* (Voss. II. *vultum*) *perdat*, reliquis omissis.

9) Abest a B.

interisses. VOSS. ad superiora referendum est, i. si fuisset Roma certa tui fati. *(et m. al.)* Si autem conscia fuisset tui fati. BC.

38. *Iniussusque*) i. sponte flesset te. BC. cui iuberi lacrimae non possent, sed qui sponte plangerent. VOSS.

39. *Bruti*) Publice enim a feminis defletus est Brutus, [1]) cum perisset. Hic enim Tarquinium expulit, quia [2]) filius eius Lucretiam, pudicam matronam, violenter corrupit; ideoque a feminis defletus est, quasi pudicitiae defensor. BC. VOSS.

40. Ordo est: *nunc quoque flebunt.* BC.

41. *Caesar*) quo praesente flere non audebunt, gavisuros eos sperant. [3]) BC.

42. *tura*) dum haec pro victoria Caesaris faciunt sed coacti, [4]) te tamen tunc flebunt. BC. VOSS. *serta*) coronas. BC.

43. Flent, sed non audent palam; et inde dico *o miseri, quorum* etc. Tunc gemitus edit dolorem, cum non audet emittere extra. B. LA. *edere*) consumserunt; [5]) gemebant tantum, non audentes flere. Decretum enim [6]) est, ut mortem Pompeii flere libere non liceret. Hos ergo *miseros* dicit, qui tacite gemunt et [7]) non plangunt. BC. VOSS.

44. Ideo dico miseros, quia non ita aequaliter audent eum flere, sicuti olim laudaverunt. B. LA.

45. Titan nisus est, ne dies fieret, sed nihil profuit, et hoc aequipollenter *vicerat astra* etc. B. LA. *Vicerat*) Hac percepta visione. BC.

48. *Non totum*) quia peritura erat, antequam dies finiretur. BC.

49. *queritur*) murmurat. BC.

50. *admovet*) applicat. BC. impellit horas. VOSS. dimicandi cupidine accelerant sibi fata postrema. BC. VOSS. i. admovendo properare faciunt. BC. VOSS. [8])

51. *publica*) communia. BC.

1) *Brut.* et seq. *enim* desunt in Voss.; de re vide supra II, 367.

2) Voss. I. *exp. propter violatam Lucretiam* reliquis omissis; II. *exp. pudicitiae direptorem* sine reliquis; Bc. *Lucret.* et inter lin. *vel Luceriam.*

3) An *sperante?*

4) Voss. *coacte; nunc tam. fl.*

5) Voss. *est consumsere.*

6) Voss., qui haec prioribus praeposuit, *Decr. est u. morte.*

7) *et* non est in Voss.

8) Schol. La., quocum consentit B., vide T. II. p. 619, ubi lege *isti* pro *illa* et *hoc* pro *hanc* ex utroque Cod., et *laborabant* ex B.

52. *segnis*) Quia [1]) Pompeius orbem cupiebat diutius obtinere, ideo differre bellum vult. Bc. Voss. *segnis*) in corpore; *pavidus* in animo. Lc.

54. Et dicitur *indulgens* regimini *orbis;* q. d. quia diu vult in hac potentia esse, ut tot reges habeat sub se, quod non esset post bellum, ideo differt bellum; et quod ita intelligat, subsequentia declarant [2]) *qui tot simul* etc. B. La. *Indulgens*) i. operam dans; dum enim omnia regna paene secum habeat, ideo bellum differt, ut diutius coadunatis gentibus potiatur. Bc.

55. *iuris*) i. sub suo iure, ne tot amitteret. Bc. *timeret*) ne privatus fieret post triumphum. Bc. Voss.

56. *populi*) qui ad eum venerant, ut supra enarravit. Voss.

57. *trahi*) prolongari. Bc. *patriaque*) naturali. Bc. *procul*) de longinqua [3]) enim patria auxilia Pompeio venerunt. Bc. Voss.

58. *placet*) apostrophe ad deos; [4]) verba poetae. Bc. Voss. Et quia ipsimet impellunt se ad mortem, conqueritur poeta de hac amplificatione criminis, ubi dicit *o Superi, cum propositum* sit *vobis vertere cuncta, placet hoc* etiam *crimen addere, nostris erroribus* scilicet *poscimus* sponte *arma,* et malum, quod fit [5]) in Pharsalia, *est votum;* q. d. haec est eorum tota intentio, [6]) solummodo pugnare. B. La. *vertere*) i. evertere. Lp.

59. *crimen*) ut, quod perimus, nobis imputetur, non fatis, quibus [7]) ad pugnam venire cogimur. [8]) Bc. Ld. Voss.

60. *cladibus*) in clades sponte properamus. Bc. Voss.

61. *votum est*) scil. immissum a fatis. Pharsalia est Pompeianis castris in votum [9]) pugnandi. Bc. Ibi enim habebant pugnandi votum, ubi eos manebat exitium, hoc est vitium, [10]) quod poeta conqueritur fieri. Bc. Ld. Voss.

62. Et ut ad effectum voluntatem ducerent, ele-

1) Voss. *qui or. d. cuperet ob. sub suo iure et b. id. differret.*

2) Abest a B.

3) Voss. *longinquis e. regionibus v. P. a. conferentes.*

4) Voss. *ap. po. ad deos.*

5) Codd. *fuit.*

6) La. *contentio.*

7) Voss. *quia* (ut Ld.) *ad p. ire properamus.*

8) Idem Schol. bis in Bc. sed *ut — imp. qui sponte ad p. properamus.*

9) Noli corrigere; Schol. ipse erravit.

10) *vit.* abest a Ld. et Voss.

ctus est *Tullius*, qui pro omnibus loquatur. [1]) B. La. *voces*) pro omnibus est locutus. Bc.

63. Et commendat eum inprimis, ut non sit mirum, si ad effectum perduxit. La. Ordo est: [2]) *cunctorum voces Tullius protulit* [3]) *iratus* vel motus *bellis*. Sensus hic est: Tullius locutus est ad Pompeium, ut proelium permitteret fieri; irascebatur enim bellis, quod, cum hic perorare vellet in pace, tam [4]) longo tempore belli tacere compulsus est. Bc. Voss.

64. *Pacificas*) [5]) in pace detentas. Bc. Voss. Consul fuit tempore Catilinae. Voss. *Catilina*) a Cicerone enim deprehensus est Catilina, dum vellet vastare patriam; de quo ipse Cicero: [6]) *Quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra?* Bc. Ld. *secures*) securibus enim truncabantur capita nocentium. Bc.

65. *bellis*) i. propter bella. Bc. *rostra*) loca in Campo Martio, ubi comitia [7]) agebantur. Bc. Voss. *Rostra* et *forum* vocat illa loca, ubi agebantur causae. Quod quia non licuit, erat *iratus bello*. La.

66. *miles*) de se quasi de tertia persona loquitur. Bc. ipse Tullius; in Pompeianis enim castris militavit. Voss.

67. Et quamvis causa esset invalida, tamen *facundia addidit robur*. Invalida fuit, quia sola fame vicisset eum Pompeius, et iam constrinxerat eum. La. *Addidit*) diu silendo. Bc. *facundia*) levem enim [8]) causam exaggeravit oratio Ciceronis. Bc. Voss. Est et alius melior sensus: dum [9]) miles patitur longa silentia, causae, quae leviter finiri potuerant, robur accipiunt, ut difficile finiantur; hoc est dicere *dedit facundia robur invalidae causae*. Bc.

68. Multum debes Fortunae, et pro illa remuneratione *hoc solum* petit, ut *velis uti* ea. La. *tot*) quae tibi contulit. Bc.

69. *Uti*) Verba Ciceronis. Fortuna precatur *uti se velis*, i. e. ut felicitatem non spernas, quam tibi offert. Voss.

71. *Adfusi*) ad genua voluti. [10]) Bc. Voss.

72. Ideo hoc rogamus, quia non decet, ut unus solus contra tot pugnet tam longo tempore; et hoc

1) Incipit alia man. Cod. B., a me per *Bp.* notata, quae diversa a La. continet.
2) *est* non legitur in Voss.
3) Voss. *pertulit i. pro omnibus est locutus, ut pr. sumeret.*
4) Voss. *bel. tam l. t.*
5) Voss. addit *ipsius Tullii.*
6) Cat. I, 1.
7) Voss. *concionabantur.*
8) Voss. *inquit c. C. e. o.*
9) *dum — finiantur*; eadem Guelf., sed *accipient.*
10) Voss. *i. e. genibus advol.*

dicit interrogando *humani generis* etc.? LA. *humani*) h. e. omnium hominum genus ideo tamdiu dimicabit, ut unum Caesarem vincat? VOSS. q. d. numquid unus homo tamdiu toti mundo resistet? BC.

73. *Pompeium*) Sensus hic est: merito omnes gentes aegre ferunt,[1]) quod tarde Caesar opprimitur. Cum enim[2]) transcurrens et transiens tot gentes subegeris, nunc in solo Caesare tuam victoriam demoraris. BC. VOSS. Ergo hi, qui[3]) a *transcurrente* victi sunt, de te irascuntur, quod in Caesare tamdiu moraris. BC. GUELF.

74. Praeterea est aliud, quod indignantur se victos esse quasi in momento, et istud tam longe produci[4]) bellum; et hoc aequipollenter *indignum est gentibus* etc. LA. *indignum*) Vel sic: *indignum* i. valde dignum *gentibus*, devictis *a* Caesare *transcurrente*, Pompeium vincere eum *lente*. LC. *transcurrente*) sc. a te, gentibus dico devictis. BC.

75. Est quoque aliud, quod nunquam evenit tibi nisi bene; et ideo *quo* ivit ille *fervor* etc.? LA.

77. *Credere*) committere. BC. *revellent*) rapient. BC.

78. *coactum*) te ab his. LP.

79. *Si bella* ista *geruntur te duce iusso* a *nobis*, ac si dicat si non est tui *iuris*, sed potius nostri. Et tangit illud, quod superius dixit *privatum ducem*. LA. *iusso* a nobis sive a senatu. Cur non opus temperas voluntati nostrae? VOSS. Sensus est: si nos fecimus te iudicem[5]) coacte, et si bella nobis profutura sunt, permitte[6]) ut fiant, quocunque volumus. BC. GUELF. *geruntur*) Hoc dicit: si nos te esse voluimus iustissimum ducem,[7]) cum non optares, cur[8]) non senatui summum ius concedis, qui te ducem fecit, si, quod pugnas, nobis erit profuturum? BC.

80. Et *si* a *nobis geruntur* haec *bella*, *sit* secundum velle nostrum. LA. *iuris*) potestatis. LP. habeant in potestate. BC.

82. *vibrant*) i. emittunt vel sagittant tela. BC.

83. Tunc linquerent eum sua signa, si eo no-

1) Voss. *ferre.*

2) Voss. *en. eas quasi tr.*, omissis *tot gentes.*

3) Bc *quia*; Guelf. *qui tr. te devicti s. ir. — tantum.*

4) La. *producere*; Mog. *i. b. te tam l. t perducere.*

5) Bc. *iuducem.*

6) Seqq. Voss. in fine seq. scholii habet, et *quaecunque*; Guelf. *nob. prof. bel. s. p. quoc. vol.*

7) Eadem Voss. II. sed *si te e. volumus i. d.*

8) Seqq. Voss. habet, ex quo recepi *summum ius* pro *visum munus.*

lente pugnarent. LA. *classica*) sunt bellica signa, scil. tuba. BC.

84. Tunc sequeretur eum *senatus* ut *miles*, si secundum Pompeii velle omnia fierent; si non, tunc sequitur ut *comes*. LA. *avet*) defectivum [1]) verbum est, et significat cupit. BC.

85. *An comes*) Hoc dicit: scire vult senatus, cuius sic [2]) negligis voluntatem, utrum sub te militet et sub tuo iure sit constitutus, an vero ipse tecum sui iuris participaverit potestatem.[3]) BC. VOSS. In nullo Historico reperitur, quod Tullius fecerit praedictam persuasionem, imo dicit Petrarcha, quod Lucanus artificiose id posuit, ut exprimeret voluntatem Pompeii. VC. In hoc *sensit dolos deorum* adesse, quod tam persuasorie locutus est. LA.

86. *Sensit fata* evenire contra dispositionem suae mentis; nam disposuerat sola fame constringere eum. Quod quia non licuit, vidit male evenire ei. LA.

87. *milite*) ut non sim dux, sed miles; si hoc necessarium est, inquit, [4]) tantum ut vobiscum pugnem, non ut imperem votis, quid facere debeatis. BC. VOSS.

88. *tempus*) ut Virgilius: [5]) *Non defensoribus istis tempus eget.* VOSS.

89. Ego dico *Fortuna involvat populos;* et licet concedam eis pugnare, tamen non sponte, sed coactus ab illis; et hoc aequipollenter, ubi dicit se accipere hunc diem ab illis. LA.

90. *Sitque*) et sit hic ultimus dies magnae hominum parti i. e. Pompeianis. VOSS. II.

91. *Testor*) Et quamvis ista dies sit novissima, tamen. BC. *magnum*) aut *Magnum* i. me *testor*, aut *testor accepisse* me *magnum diem* i. belli. *Accepisse* autem se dicit, quod non cogat, sed cogatur ad bellum civile peragendum a Caesare. BC. aut *magnum diem accepisse* intelligimus, ut sit magnus dies illi, quo cuncta peritura sunt; aut me *Magnum* i. Pompeium *accepisse diem*. Ad proelium enim non cogo, sed cogor. VOSS.

92. *Accepisse*) et non dedisse, quia coactus sum bellare. BC. Quod tunc invitus facio; nam potuit ad finem duci haec expeditio et hoc bellum sine effusione sanguinis. LA.

1) Ita et Ioann. de Ian.
2) *sic* abest a Voss.
3) Voss. *dignitatem*.
4) *inq.* non est in Voss.
5) Aen. II, 521.

93. *potuit*) labor [1]) sc. belli. Bc. Voss.

94. Nam *potuit tradere* Caesarem *paci*, quam ipse violavit veniendo armatus Romam, *ducem* dico *coactum* etc. Tunc stat *labor*, quando non praecipitatur. La. *violatae*) quam Caesar violavit. Voss.

95. *Quis furor*) Figuratum est, quod tam subito a secunda persona ad tertiam transit. [2]) Bc. Voss.

96. Et cum sine *vulnere* posset fieri, patet ex furore vos [3]) facere. Cum deberetis hoc velle, scilicet vincere sine *sanguine*, timetis, ne hoc fiat, scilicet ut non vincatis *cum sanguine*. La. *ne non*) i. timent, ne sine sanguine vincant. Bc.

97. *Potuit stare;* nam *abstulimus terras* etc. Hoc fuit *votum* et desiderium suum, ut, si non posset vincere, saltim pugnaret, et mavult, ut nullus suorum evadat, ut nos moriamur. Ad quam artam mentem nos duximus eum; et hoc aequipollenter notat, ubi dicit *votumque effecimus* etc. La. *Abstulimus*) hoc ideo, quia expulsus est a Pompeianis castris Caesar. Bc. *exclusimus*) revera enim Pompeianus miles mare tenebat; nam et ad Dyrrachium veniendo Caesarem navigio praevenit, et Vulteius etiam navigio captus est a Pompeianis. De [4]) duobus elementis dicit exclusum Caesarem, in quibus homo habet potestatem, ut Virgilius de mari: [5]) *Rerum pars altera ademta est, terra autem in manibus nostris.* Sic alibi: [6]) *Quae nunc tellus, inquit,* [7]) *quae me aequora possunt accipere?* et quia perdidit, ubi sunt homines, ait: [8]) *Quid iam mihi misero restat?* Bc.

98. *praematuras*) i. non maturas; *(et m. al.)* ante tempus maturas, i. cum adhuc seges plena non esset. Bc.

99. *Compulimus*) Supra dixit fame exercitum [9]) Caesaris laborasse. Bc. Voss.

100. *mallet*) quam fame laborare. Non mirum, inquit, si ipsi bella petunt, quia iam fame peribunt. Voss. *gladiis*) ne fame cruciaretur. Bc.

101. *meis*) sc. mortibus, i. vellet proelio mori, ut aliquis meorum secum in proelio occumberet. Bc. *peracta*) q. d. magnam partem belli egi iam per hoc, quod *tiro* meus i. novi milites mei iam non timent bellum, imo optant. Vel sic: per hoc, quod *tiro* i.

1) Voss. *sc. lab.*
2) Voss. *tr. a s. p. ad tert.*
3) Ita scripsi pro *hoc.*
4) *De* et seqq. Voss. habet, sed in fine *homo potest esse.*
5) Aen. IX, 131.
6) Aen. II, 69.
7) Bc. addit *aut.*
8) l. l. vs. 70.
9) Voss. *f. obsidentem c. C.*

miles Caesaris iam non timebat bella, imo famem, quia malebat mori gladiis quam fame. LC. [1])

102. *His*) i. nostris. LB. subaudis *rebus* aut *his* [2]) hominibus, qui hoc effecerunt, ne tiro metueret. BC. GUELF. Tirones enim [3]) habebat Pompeius in exercitu suo, unde hoc tempore, quo dilatum est [4]) a se bellum, in hoc dicitur profecisse, ut institueret novos milites, ne timerent. Sed hoc a poeta per sententiam dictum, quia [5]) tironem docuerit non pavere, [6]) et ideo pars magna belli peracta est. BC. VOSS. *tiro*) iuvenis miles. BC.

103. *calore*) quod tamen minime faciunt. BC. [7])

105. Nam ipse *timor* futuri *mali mittit multos in pericula*, quod non est virtus; nam qui audet audenda et timet timenda, ille habet virtutem; et hoc dicit *fortissimus ille est* etc. LA. *timor*) hoc est desperatio, [8]) ut, quoniam metuit, id quod metuit velit [9]) experiri citius. BC. VOSS.

106. *promtus*) paratus. BC. *instent*) mala, ipsa metuenda. BC.

107. *differre*) illum dicit esse fortem, [10]) qui et paratus est omnia *metuenda pati*, [11]) cum venerint, et tamen laborat, ut differat. BC. VOSS.

108. *Tradere*) ut quae iam prospere [12]) contigerunt, rursus in dubios revocentur eventus. BC. VOSS.

109. *Discrimen*) periculum; vel *discrimen* i. discretionem; q. d. placetne discernere per bellum, quis erit dominus mundi? LC. Ipse, quantum ad se pertinuit, non minus se [13]) exercuit. LA. *Malunt* ipsi [14]) me *pugnare* et vinci, *quam* non pugnare et *vincere*. LA. LC. *malunt*) si enim bellum [15]) gerimus, modo pugnamus; si differimus, vincimus. BC. VOSS.

110. *Res*) Nunc Fortunam alloquitur. BC.

111. Et quandoquidem hoc est, *o Fortuna, accipe*

1) Schol. La. vide T. II. p. 454. ubi corrige *ita ess. ard.*, quod in Cod. est; in seqq. dele *i.* ante v. *Magna;* pro seqq. *si etiam* (in Cod. est lacuna) scribe *si modo* et *imo* pro *nam.*

2) Bc. pro his *i. a nobis hom.*

3) Voss. *tir. habuit.*

4) Voss. *a se b. est h. d. perf.*

5) Voss. *quod.*

6) Voss. *timere his, quibus b. p. m.*

7) Schol. Lb. vide T. II. p. 455.

8) Voss. v. *pericula* praeposito *in desperationem* sine *quon. met.*

9) Bc. *vult;* Voss. *cit. v. exp.*

10) Voss. *fortissimum.*

11) Voss. *ferre.*

12) Voss. *prospera.*

13) Addidi *se.*

14) La. *ipse;* Lc. non habet *ips. me.*

15) Bc. *m. b. g.*

res etc. LA. *maiores*) sc. a me factas. BC. VOSS. *tuere*) defende illas res. BC.

112. Et ideo hoc dico, quia si vincar, nolo criminari, si vincam, nolo gloriam habere. LA. *crimen*) i. crimen, si vincimini; *gloria*, si vincetis. [1]) Bene autem haec ait ad belli exitum [2]) pertinere, quia Fortunae reddit [3]) res Romanas. BC. VOSS. *nec gloria*) quia compulsus pugnabat. BC.

113. Praeterea est aliud: cum deberemus laborare, ut contra velle inimici faceremus, facimus ut voluit; [4]) et hoc aequipollenter *vincis apud Superos* trahendo eos ad voluntatem tuam. LA. *Vincis*) quia plus [5]) exaudiunt te, o Caesar, Superi iniqua poscentem, quam me aequa. [6]) Nam pugnatur, quod tu vis, pax autem [7]) non est, quam ego opto. BC. VOSS.

114. *Apud Superos* tamen istud non caret scelere, et hoc dicit *quantum scelerum* etc. LA.

115. Hae sententiae, quia tam saepe mutantur, bene irato vel tristi conveniunt, in quibus elocutio vix continuatur. BC. *iacebunt*) deiecta erunt. BC.

116. *Romano*) vel a Romanis effuso. BC. *Enipeus* est fluvius. LA.

117. *Quot regna iacebunt!* et ut non iacerent, utinam ego primus hic caderem; et hoc aequipollenter *si casurum est sine momento*, i. sine movimento [8]) ad casum, *prima lancea feriat* etc. LA. Ordo est: [9]) *prima lancea funesti belli feriat* [10]) *hoc caput*. BC. VOSS.

118. Si ex morte mea [11]) nullum discrimen est habitura respublica nec pars, quam secutus [12]) sum, cupio prius occidi. BC. VOSS. *momento*) periculo. BC. detrimento. LB. LC.

119. Et *feriat;* non enim *victoria* est mihi *laetior* morte habita pro salute omnium. LA.

120. *Laetior*) scilicet [13]) quam mors est. BC. VOSS. Adhuc alia causa, quare vellet mori illa conditione, quia [14]) *aut* vincam *aut* non; si vicero, *nomen* meum *invisum populis;* si perdidero, *erit miserabile*. LA.

1) Voss. *vincitis. B. a. negat ad.*
2) Bc. *exitium.*
3) Voss. *credidit.*
4) La. *noluit.*
5) Voss. *i. e. Dii citius te ex. C. in.*
6) Voss. addit *et iusta rogantem.*
7) Voss. non habet *autem.*
8) La. *monim.*
9) Voss. *et est ordo*, in fine seq. scholii.
10) Voss *c. hoc f.*
11) Bc. *meorum.*
12) Bc. *secuturus.*
13) Voss. *q. m. s.* sine *est.*
14) La. addit *cūt*, corrupte.

121. *miserabile*) dignum miseratione. BC. miserabilis erit Pompeius, si victus fuerit; invisus, si victor, quasi [1]) propter quem multi occisi sunt. BC. VOSS. I. WITT. [2])

122. Ad [3]) utrumque dat causam: *miserabile*, quia *omne malum* i. damnum erit *victi*, imputabitur infortunio victi. LA. *Omne*) Omne damnum imputabitur victo, omne peccatum imputabitur victori. VOSS. *victi*) sc. Caesaris vel alicuius. BC. *ultima*) hoc dicit: [4]) quicquid victus in ultima sorte mali pertulerit, hoc totum ad victoris crimina conferetur. [5]) BC. VOSS.

123. *Invisum*, quia totius sceleris dicar fuisse causa. LA. *victoris*) Exponit quod dixit *aut hodie Pompeius erit miserabile nomen aut invisum*, scil. quia *omne malum victi, nefas victoris erit*. BC.

124. *Permittit*) licentiam dat pugnandi. BC.

125. Et ita *laxat*, sicut nauta, iam *victus* a *violento Coro, dat regimen ventis* etc. Nautam assimilat Pompeio, Corum furori illorum, *regimen* providentiae erga regnum; navim assimilat ipsi multitudini. LA.

127. *Puppis onus*) i. navita. BC. ipsum gubernatorem, cum cedens vento reliquit officium gubernandi, appellavit *ignavum onus puppis*, quia iam [6]) tantum vehitur. Sic, inquit, remisit Pompeius imperium suum furentium militum voluntati, sicut [7]) navita victus vento linquit officium remigandi. BC. VOSS. *trepido*) festino. BC. LP.

128. *Laxat frenos;* et tunc *castra fremunt* etc. *Confusa;* nam alii timebant et sperabant victoriam, alii vero solummodo timebant; et hoc aequipollenter *truces animi* propria *pectora* etc. LA.

129. *Ictibus*) pulsibus. BC. *Multorum pallor;* per hoc notat illos, qui solummodo timent. LA.

130. *mors*) i. multi vicina morte pallebant. Ipsum pallorem *venturam* [8]) *mortem* dicebat; in hoc enim signa sunt mortis, ut Virgilius: [9]) *Et pallida morte futura*. BC. VOSS. Fatum accipitur pro morte, ut nic; accipitur pro dispositione deorum, et pro eventu, et pro responsis deorum. LA.

1) *quasi* etc. absunt a Voss.
2) Schol. Voss. II. male *invisum* exponit; et *miserabile* post mortem, quod vel omnes eum execrarentur, veluti causam civilis belli; vel miserarentur, quod sine causa occisus esset. OUDP.
3) La. *At.*
4) Voss. *ait q. v. m. in u. s.*
5) Voss. addit *quippe in socios sunt saevituri.*
6) Voss. *q. t. v. non gubernat.*
7) *sicut* etc. absunt a Voss.
8) Voss. *vicinam m. dixit.*
9) Aen. IV, 644.

131. Nunc facit digressionem ad augendum illud scelus, ubi dicit eos vidisse certa signa, quibus possent dehortari, et non fecerunt. Et iungitur ita: non mirum si timuerunt, cum talem *advenisse diem* videant. *Palam est advenisse* illum *diem, qui* [1]) absconderet *fatum rebus humanis*, ac si dicat mortes, quae futurae erant in longo tempore, et in his etiam, qui de his nascerentur, illae omnes hic condebantur. Vel aliter *conderet fatum* i. faceret damnum rebus etc. LA. *Advenisse*) sc. palam est. Ordo est: [2]) constat quidem *advenisse diem, qui in aevum humanis rebus* [3]) daret *fatum*. BC. VOSS. *in aevum*) in perpetuum. BC. VOSS.

132. *Conderet*) hoc enim die Caesar victoriam consecutus primus factus est imperator, quae res perpetua facta est, ut res omnes humanae fatum habeant serviendi. BC. VOSS. Et ibi poterat videri, quanta res fuit *Roma*. LA. *quid*) i. quantae dignitatis esset; domina [4]) esset an ancilla. BC. utrum imperaret huic, an ipsa regnaret. VOSS.

134. *Facies* erat *simillima fato;* et non mirum, quia non fuit *quisque attonitus metu* singuli, sed communi; nam *nescit sua pericula*, sicut ille non [5]) timeret sibi, sed toti mundo, qui videret diluvium fieri; et hoc aequipollenter *quis litora* etc. LA. *maiora metu*) qui [6]) de omnium periculis cogitabat. BC. VOSS.

135. *aequor*) i. factum diluvium. BC. VOSS.

136. *Aethera*) cernens [7]) chaos factum. BC. VOSS.

137. Nunc adaptat similitudinem: *non vacat* alicui *ferre ullos metus* etc. LA. *vacat*) licet. LP.

139. Et ostendit magnum illorum timorem: *nec gladiis habuere fidem*, si non *asper exarsit* etc. LA. *fidem*) fiduciam. BC.

140. *Exarsit*) cum enim acuitur, incalescit. BC. VOSS.

141. *Erigitur*) tenuatur, [8]) acuitur; apposita *saxo erigitur*, ut curva non sit in summitate. BC. VOSS. *melioribus*) quam ante tendebant. BC.

143. *stimulos*) calcaria. BC. LB. *aptat*) i. apte collocat; *(et m. al.)* q. d. equum laxando probat, si fortis esset. LC. Legitur et *aptat*, sed [9]) *artat* melius,

1) La. *quam.*
2) Superiora non sunt in Voss.
3) Voss. *r. constitueret et d.*
4) Voss. *dom. an anc.*
5) *non — fieri*; eadem in Lc.
6) Bc. *quid.*
7) *cern.* non est in Voss
8) Voss. *ut — sit, app acie sa. imprimitur et ac.*
9) Voss. *aptat in aliis art.*

nam pugnaturi signum est; [1]) e contrario enim habenas laxant, qui fugiunt. BC. BENEDICT. VOSS. II.

144. Non aliter se habuerunt in praeparando ad pugnam, quam dii olim, cum debuerunt pugnare cum Gigantibus; et hoc est ubi dicit *si liceat Superis* etc. LA. *conferre*) aequare. LP. Virgilius: [2]) *Si parva licet componere magnis.* BC.

145. *Phlegra* est mons, in quo fuit illa pugna. LA. Civitas et mons est Thessaliae, de qua fuerunt Gigantes, qui proeliati sunt contra deos. [3]) VOSS. mons est [4]) Thessaliae, ubi Gigantes sunt procreati, vel ubi cum diis bella gesserunt. BC. GUELF. *tollente*) procreante, vel contra deos emittente. BC.

146. *Martius*) qui Marti fiebat. BC. VOSS. *Siculis*) iuxta [5]) Siciliam enim *Vulcania* est, ubi est officina Vulcani. BC. VOSS.

147. *iterum*) quia primo igne, tunc sanguine. LC. Iam enim rubuerat, cum primum est fabricata. [6]) BC. VOSS. LC. Per hoc quod dicit *iterum rubuit* notat quod Neptunus renovavit cuspidem. LA.

148. Et *Paean recoxit spicula,* facta obtunsa de Pythone, quem interfecit apud Parnassum. Per hoc quod dicit *extenso* notat naturam serpentis, qui extra gyrum ducitur, cum interficitur. LA. *Spicula,* [7]) quibus ante Pythonem serpentem [8]) occiderat. BC. VOSS. *extenso*) occiso. BC. LP.

149. Et *Pallas diffudit,* i. diverso modo a priori fudit, ac si dicat reparavit etc. Aegis est corium Amaltheae caprae, unde fecerat pectorale, supra quod habuit crines Gorgoneos. [9]) LA. *Pallas*) Pallene insula est in Thracia, in qua Pallas [10]) nutrita est, a qua et Pallas vocatur. BC. *Gorgoneos*) a Gorgone, contra quam Perseus pugnavit et habuit crystallinum clypeum. VOSS. *aegida*) accusativus, in suam loricam. *Αἶγα* Graece dicunt capram, *αἰγίδα* pellem caprae, unde lorica Palladis involvitur. VOSS. in loricam. BC. Aegis proprie est munimentum pectoris Palladis aereum, caput habens in medio Gorgonis. Quod munimentum, si in pectore numinis fuerit,

1) Voss. *cum dicamus e c. h. laxare.*
2) Ecl. I, 24.
3) V. ad Lib. IV, 597. et hic Comment. OUDP.
4) Bc. addit *locus.*
5) Voss. *nam i. S. V.;* Bc. *Siculam.*
6) Lc. *facta esset.*
7) Bc. addit *de.*
8) Voss. addit *vulneraverat et.*
9) La. *Gorgonius.*
10) Bc. inter lin. *i. Minerva.* Similia apud Papiam, Ioann. de Ian. et in Lb.

Aegis vocatur; si in pectore hominis, sicut in antiquis imperatorum statuis videmus, lorica dicitur. [1]) GUELF.

150. Pallene fuit terrigena, in cuius interfectione obtuderat Iupiter fulmina. LA. *Pallenea*) a loco ubi fulmina fiebant. BC. a Pallene, civitate Thessaliae, ubi Iovi fulmina sunt fabricata. *Non aliter* ubique accipimus. VOSS.

151. *Non tamen*) et quamvis iam parati essent ad bellum, tamen. [2]) BC.

152. *Nam* has *notas* ostendit: *cum* prius intrarent patriam, *aether obstitit* etc. LA.

153. *peterent*) Pompeii milites. BC. VOSS. *aether*) pro aere. BC.

154. Ex collisione nubium dicuntur fulgura procedere; et hoc notat, ubi dicit *nubes fregerunt* etc. LA.

155. *faces*) i. ignes obscuros sicut faces. LC. *columnas*) ut magnitudo ignis trabes faceret et columnas. BC. VOSS.

156. Et *detulit* aer *typhonas* [3]) cum *mixtis trabibus*, ac si aperte dicat in modum facum et columnarum et trabium et serpentium apparuerunt eis signa. LA. *trabibus*) in modum trabium mixtus. LP. *Typhones* [4]) sunt ignes coelestes in modum serpentium [5]) tortuosi, qui, quo ceciderint, [6]) totum consumunt. Hos ideo *avidos aquarum* [7]) dixit, quia in mare saepe labuntur; sed sciendum est serpentes [8]) aquarum *Typhonas* solere dici. BC. VOSS. NORIC. [9])

158. Et liquefecit etiam capulos *gladii*; et *ferrum fumavit* igne, non vere *aethereo*, sed habente similitudinem sulphuris. LA. *capuloque*) gladius dicitur totus ensis, capulus vero pars, i. Eltes. BC. *solutis*) i. e. liquefactis. VOSS.

159. *gladiis*) ipso ferro, quod de gladiis liquescebat, perfudit capulos. [10]) BC. VOSS. *liquavit*) liquefacit. BC. lanceas liquefecit. VOSS.

1) Eadem habet Serv. ad Virg. Aen. VIII, 835.

2) Schol. La. vide T. II. p. 638, ubi scrib. *retrahere*, ut Cod. habet.

3) La. *Phitonas.*

4) Bc. *Pytones;* Noric. *Pythonas coelestes arcus sive acies ad similitudinem serpentium. Phitones autem s.*

5) Ld., qui eadem habet, *serpentis t.* et, omissis reliquis, *et in m. serpius lab.*

6) Bc. *ceciderunt.*

7) Voss. *aq. av. dicit.*

8) Voss. *esse etiam s. a.* sine reliquis; Bc. *Pytonas*, quod correxi; *sed* etc. absunt a Noric.

9) *pythonas* exponunt Scholiastae ignes forma serpentum. GROT.

10) Voss. *cap. perf.*

160. *nocens*) Ex affectu utentis dixit *nocens ferrum*. Sic Virgilius: [1]) *Atque mala vites incidere falce novellas*. BC. *sulphure*) fulmen enim odorem habet sulphuris, [2]) unde dictum *aetherio sulphure*. BC. Sulphur quasi soli πῦρ i. ignis terrae. [3]) VOSS.

161. Et *examina* apium apparuerunt supra *signa* illorum, quae *signa vix* poterant evelli de terra; et hoc aequipollenter *nec non* et *signa mersere caput signiferi* etc. Per hoc quod [4]) dicit *mersere* notat conamen signiferi. LA. *examine*) muscarum. LP. Apum examine dicuntur tunc signa et vexilla contecta, quod omen adversum est. VOSS. *revulsa*) abstracta. BC.

162. *maiori*) ut et, qui eadem signa portabant, eis [5]) graviora solito viderentur, nec ferre sufficerent. BC. VOSS.

163. *signiferi*) vexillarii, qui signa portabat. VOSS. *mersere*) quando enim a terra aliquid divellimus, caput inclinamus. VOSS. Et *signa* erant *rorantia fletu, usque* dum *in Thessaliam* venerunt. *Signa* vocat imagines deorum, quas portabant secum. LA. *rorantia*) madentia; *(et al. m.)* visa sunt flere. BC.

164. *Publica* vocat *signa* aliarum gentium, quae cum Romanis erant. LA. *publica*) regum. LP. Deest *venerunt;* dicit autem deorum simulacra flevisse. Potest autem et hic nihil deesse, ut sit ordo: *nec non et innumero cooperta examine signa, vixque* etc.; et sequitur repetitio: *signa Romana et publica rorantia fletu usque ad Thessaliam*. VOSS.

165. Praeterea habuerunt hoc signum, quod patriam intrantes, volentes facere sacrificium, non potuerunt. LA. *Admotus*) oblatus. Malum omen est, si victima non stat patiens. BC. VOSS.

167. *funestis*) civili bello litatis. BC. VOSS.

168. Sed *tu, Caesar, litasti;* et *quos Superos vocasti? Litasti* crudeliter *gesturus impia bella*. LA. *At*) poeta transitum ad Caesarem facit. [6]) BC. VOSS. *rite*) Ideo rite, quia Eumenidas. BC.

170. *Mersos* de *nocte* et de ipso inferno. LA. *Infernumque*) Sensus est: nullum numen potuisti tu, Caesar, vocare, nisi crudele, etiamsi Superum fuerit, gesturus tam impia bella. BC.

1) Ecl. III, 11.
2) Voss. *i. e. fulmine quia h. o. s.*
3) Cf. supra ad III, 682.
4) *quod* addidi.
5) Voss. *iis.*
6) Voss. *Hic factus ad C. transitus.*

171. *saeve*) adverbium. VOSS. i. cuicunque litasses, [1]) crudeliter litasti. BC. VOSS.

172. Adhuc alia signa, quae apparuerunt Pompeianis; vel etiam possumus dicere de utrisque, sed melius [2]) ad Pompeianos. *Iam dubium* est, an *crediderint* haec fieri *monstris deorum;* et enumerat illa. LA. *pavori*) Incertum [3]) erat, utrum vere dii haec ostenderent, [4]) quae dicturus est monstra, an illi timendo [5]) crederent se videre. BC. LC. VOSS. dubitabant, an crederent [6]) monstris deorum pugnando, an timori suo desistendo. LB. *(m. al.)*

173. *concurrere*) ut per hiatum terrae Haemus subduceretur, Pindus [7]) autem Olympo iungeretur, et unus fieret ex duobus. BC. VOSS.

174. *Pindus* est *visus* etc. LA. *mergi*) subsidere. LB.

175. Et in nocte videbantur audire tales voces, quales in bello fiunt. LA. *Pharsalia*) visa multis est. BC.

176. Boebeis est vallis iuxta Ossam. LA. BP. *Ire*) Visus [8]) est ire sanguis per Ossaeam Boebeida. Boebeis est [9]) palus in Thessalia iuxta montem Ossam. BC. VOSS.

177. Et tanta obscuritas erat, quod in die alter videre non poterat vultum alterius; quod significabat eos cito ire ad inferos. LA. *opertos*) se invicem intuentes. BC. i. invicem Pompeiani [10]) videbant vultus suos obsessos tenebris. BC. VOSS.

178. *incumbere*) ecbasis est. BC.

179. Praeterea animae parentum volabant ante oculos. *Sanguinis* accipit hic pro sanguinitate. LA. *sanguinis*) affinium. BC. VOSS. vel consanguineorum. BC. *(m. al.)* [11])

180. Haec omnia deberent habere pro omine mortis, sed non habebant; nam potius gaudebant, credentes hoc significare interfectionem, quam facturi essent de Caesarianis; et hoc aequipollenter *sed hoc solamen erat* eis, *quod turba conscia gaudet* etc. LA.

1) Voss. *litasti.*
2) La. *ut* in litura addidit.
3) Voss. addit *inquit.*
4) Lc. et Voss. *ostenderint.*
5) Lc. et Voss. *i. prae timore haec crediderint.*
6) Lb. *cederent.*
7) *Pind.* — *iung.* absunt a Voss.
8) Voss., qui haec in fine scholii habet, *Ergo ordo i. v. e. rapidus s.*
9) Voss. *est* in fine.
10) Voss. II. *Pompeii scilicet et Caesaris milites.*
11) Schol. Lc. vide T. II. p. 563.

solamen) dicebant ideo monstra apparere, [1]) quia parentes interficiendi erant. BC. VOSS.

183. Ideo *gaudet*, quia *putat* illos *subitos furores* esse *omen scelerum*. LA. *tumultu*) timore multo. LC.

184. *omen*) h. e. subito furore sibi [2]) dari omen existimant, quia se putant circa suos scelera facturos. GUELF. VOSS. i. hoc signum malorum nihil aliud esse putabant, nisi subitos furores. BC.

185. Non *mirum*, si ipsi praesentes potuerunt tantam pestem futuram noscere, cum illi etiam Romani, qui erant in extremis partibus mundi, inhaerent cognoscentes tantum nefas. LA. *manebat*) exspectabat. BC.

186. *Lymphato*) insano [3]) atque furioso, per quem videre [4]) sibi talia videbantur. BC. VOSS.

187. Cognoverunt dico, *si homini data* est *mens praesaga malorum*. Gades Tyriae sunt in occidentali [5]) plaga. LA. *Si data*) i. si homo malum praesagat. [6]) BC. *Tyriis*) a Tyriis occupatis. Gades insula est in finibus Baeticae [7]) provinciae sita, quae dirimit Europam ab Africa; est autem Baetica provincia Hispaniae. Hanc autem insulam Tyrii, a rubro mari profecti, occupantes in lingua sua *Gades* i. *Septam* nominaverunt, eo quod circumsepta sit mari. BC. Tyrii accesserunt in Occiduum, et Gades insulam incoluerunt, quae postea dicta est Septa, [8]) quasi undique mari circumsepta. VC. *Gadibus*) Hispanae sunt; sed cum illuc Tyrii pervenissent, posita civitate Gades lingua sua appellaverunt. VOSS.

188. *Adiacet*) vicinus est. BC. *bibit*) Hoc vult dicere: non solum illos, qui in bello perituri erant, haec passos, verum omnes Romanos, qui ubicunque terrarum remoti [9]) detenti sunt, praesagasse hoc malum, cum ignorarent, an essent bella civilia. BC. VOSS. Araxes est fluvius in Oriente. LA.

189. Tres dies dicuntur esse orientalis, occidentalis et meridianus, quia has partes attingit sol cum cursu suo. LA. BP. Per hoc quod dicit *sub quocunque*

1) Voss. *volitare.*
2) Voss. *d. s. o. existimabant, se optata c. s. scel. esse f.*
3) Voss. *fanatico.*
4) Voss. *sib. vid.*
5) La. *orientali.*
6) i. praesagit; cf. Adelung. Gloss. T. V. p. 424.
7) Bc. *Baetiae*; sed cf. Isidor. Orig. XIV, 6, qui eadem habet, repetita a Papia atque ex parte a Ioann. de Ian.
8) Ita fretum Gaditanum vulgo dicitur; sed secundum Isidor. Orig. XV, 1. urbs neque tamen Gades est.
9) Voss. *remota tenuerunt, praesagiisse.*

sidere notat Septemtrionem; *quocunque* alio a sole, qui tres distinguit partes. LA. *est*) τὸν αὐτὸν dixit, *Romanus hospes.* VOSS. Dicit autem *Romanus hospes sub quocunque sidere est*, i. sub quocunque climate, vel sub quocunque die, i. parte diei. BC.

191. *Corripit*) castigat, inquit, dolentem animum, [1]) quod tristis est, cum nullam [2]) causam sciat. BC. VOSS.

192. Adhuc ostendit non esse mirum, si ipsi praesentes potuerunt per illa signa futurum malum cognoscere, cum etiam extraneae gentes in remotissimis locis haec cognoverunt per constellationem; et hoc aequipollenter *augur sedens* in *Euganeo colle*, scilicet *ubi fumifer Aponus exit* de *terris*, et ubi *unda Antenorei* [3]) *Timavi dispergitur.* Ille *augur dixit: venit summa dies* etc. Dico haec contigisse, *si vera fides* est *memorantibus.* LA. *Euganeo*) Euganus mons [4]) est in Venetia, longe scilicet ab Emathia, optimae [5]) pascuae fertilis. BC. VOSS. Unde Iuvenalis: [6]) *Et Euganea quantumvis mollior agna.* BC. *augur*) Ordo: *augur dixit: venit summa dies.* BC. Augur iste, secundum quod ponit A. Gellius [7]) libro noctium Atticarum, vocatus est Cornelius [8]) et fuit peritus. VC.

193. *Aponus* est fluvius; *fumifer* dicitur eo, quod nebulae ibi abundent. LA. *Aponus*) fluvius. VOSS. *fumifer*) aquas enim calidas habet. BC. VOSS.

194. *Antenorei*) ubi Antenor regnavit [9]) Virgilius: [10]) *Antenor potuit, mediis elapsus Achivis, regna Liburnorum* [11]) *et fontem superare Timavi.* BC. VOSS. iuxta hunc enim condidit civitatem Patavii. [12]) VOSS. *Timavi*) Quidam dicunt, quod in novem ora solvatur, ut Virgilius; [13]) quidam in septem; iste tamen, nullius opinioni resistens, ait *dispergitur.* BC. VOSS. Timavus est fluvius iuxta [14]) Venetiam, ubi Antenor regnavit. LA. BP. Fluvius transiens per Concordiam, et dividens Forum Iulii ab Istria; et nascitur in Alemannia, in loco, qui hodie dicitur la Fontenelle. VC.

197. Et ponit diversas opiniones, unde potuit

1) Voss. addit *suum.*
2) Voss. *nulla sit causa; nam nescit.*
3) La. *Agenorei.*
4) Voss. *est m.*
5) Voss *optime pascuus feris;* Guelf. *ferax.*
6) VIII, 15; Bc. *Euganeo.*
7) Vc. *Agellius;* cf. XV, 18, 2.
8) Vc. *Tonneus.*
9) Voss. addit *et quem transivit, ut.*
10) Aen. I, 242.
11) Voss. *Liburtina.*
12) Quam Lb. *Timavium* appellat.
13) l. l. vs. 245.
14) Bp. *versus.*

illud scire, ubi dicit *seu tonitrus* etc. *Tela Iovis* vocat fulmina. LA. *tonitrus*) verba poetae sunt, [1]) unde hoc augur invenerit. BC. VOSS. Hoc tonitru generis est neutri; hic ut masculinum [2]) genus posuit, et non quasi monoptoton declinavit. VOSS.

198. *Seu totum aera;* per hoc notat planetas, qui in ipso aere discurrunt. Quamvis coelum sit discors, a planetis tamen illa discordia facta est concordia in [3]) ipsa diuturnitate. Contra illam iam concordiam vidit ire, ac si dicat vidit planetas aliter se habere contra firmamentum quam prius. LA. *obsistere*) distare. BC.

199. Per polos notat Septemtrionem [4]) et Meridiem. LA.

200. *Solus*) Iste versus non adeo necessarius est. BC. BENEDICT. [5])

201. Et non mirum, si potuerunt etiam illi hoc notare, cum ab initio mundi non fuisset talis dies creata. *Quos* dies *explicat* i. facit. LA.

202. Et non solum illic, [6]) sed etiam ne est aliqua pars mundi, si esset ibi augur, quin posset discerni ibi illud malum; et hoc aequipollenter *si mens hominum* per peritum augurem *notaret* cuncta illa *nova signa coeli* etc. LA. *perito*) supra dicto vel simili. BC. i. docto. VOSS.

203. *notasset*) Hoc dicit: si essent periti homines, augure [7]) docente bellum, quod gerebatur, in [8]) toto coelo Pharsalia spectari potuisset. BC. VOSS.

205. Nunc introducit poeta exclamationem, condolendo quod saltim hos duos non terruerunt tot signa, ita dicens *o summos hominum* dico infelices; et videtur sibi subiungere causam per hoc quod dicit *quorum Fortuna* etc. LA. *O summos*) Pompeium [9]) et Caesarem primos inter homines dixit. BC. VOSS.

206. *Omne* vacabat *fatis;* q. d. omnia dimiserant suum naturalem motum, ut hoc malum praesignarent. LA. *vacabat*) dicit in coelo nullius [10]) tunc, nisi Pompeii et Caesaris fata tractata, quorum fortuna faciebat

1) Voss. *dicentis.*

2) Cf. Prisc. VI, 15, 77; Serv. ad Virg. Aen. V, 694; Lutat. ad Stat. Theb. I, 258. et Non. Marc. p. 227. Merc.

3) La. *et.*

4) Eadem Bp.

5) Schol. La. vide T. II. p. 434, ubi lege *etiam* pro *et*, et *haec* pro *hoc.*

6) La. *illi.*

7) Voss. *dum augures docent h.*

8) Voss. *P. s. in t. c.*

9) Voss. *dicit* addit pro omisso *dixit* in fine.

10) *null.* non est in Voss.

fatum [1]) universis. Nam totum [2]) coelum turbatum est et in monstra commotum his ducibus [3]) dimicantibus. BC. VOSS.

207. Tunc est ubique scitum per certa signa, et adhuc scietur per longum tempus vel *fama* vel per scripta mea; et hoc aequipollenter *haec venient in secula apud seras gentes*, scilicet *apud populos nepotum* etc. LA. *seras*) futuras. LB. posteros dicit. Virgilius: [4]) *Seris factura nepotibus umbram.* BC. *nepotum*) apud posteros dicit. VOSS.

208. *sua fama*) sive per se erunt famosa. BC. VOSS.

209. *nostri*) sive per nostrum [5]) carmen, si quid tamen nos possumus addere perennitatis his rebus. Verecunde dubitat, ut Virgilius: [6]) *Si qua fides tanto est operi latura vetustas.* BC. VOSS.

211. *Movebunt* spem vivendi et metum perdendi. *Peritura vota* in hoc, quod optabunt ut vincas, quasi futurum esset, quod tamen [7]) nihil valebit. Ideo hoc dicit, ut ostendat eos *summos* fuisse, et adulatur Pompeio quodammodo. LA. *peritura*) sive generaliter omnium dixit peritura, sive haec tunc peritura, quia non erunt tunc bella, cum haec vota sumentur incassum. VOSS. Ordo: [8]) *haec bella cum apud seras gentes legentur, spes* et *peritura vota movebunt.* [9]) Etiam posteris vestris haec bella hunc affectum movebunt, quo nunc [10]) venitis ad proelia. BC. VOSS. i. sic eis magnitudine sua in animis adhaerebunt, ut videantur affectu belli praesentis divagari, et vota licet peritura tibi, Magne, impendent. Naturaliter hoc inest nostris animis, ut, cum bella legimus, spe et metu moveamur, et vota alicui faventes impendamus, quamvis haec omnia vana sint. BC.

212. *venientia*) quasi futura sint [11]) haec bella et non fuerint adhuc. BC. VOSS.

213. *transmissa*) non acta. LP. *favebunt*) innocentiorem [12]) iudicabunt. BC. VOSS.

214. Nunc revertitur ad materiam. *Laxat frenos* illis *furentibus;* quo facto descendit *miles*, et *ut* de-

1) Voss. *fata fac.*
2) Voss. *tum c. e. t.*
3) Voss. *duobus.*
4) Ge. II, 58.
5) Voss. *meum.*
6) Aen. X, 792. Vv. *ut Virg.* etc. non leguntur in Voss.
7) La. *tam.*
8) Voss. *O. est h. a. s. g. c. b. l.*
9) Eadem Ld.; Voss. *habebunt.*
10) Voss. addit *vos.*
11) Voss. *h. s.*, qui in fine addit *cum iam et victus sit et occisus.*
12) Voss. addit *enim, qui victus est.*

scendit, *certo stetit ordine, radiatus ab adverso ictu Phoebi;* per hoc notat malum omen, [1]) quod ita contra solem fuerunt positi. LA. *miles*) Pompei acies describitur. BC. VOSS.

215. *lumine*) armorum scilicet adverso sole lucentium. [2]) BC. VOSS.

216. *certo*) quasi bene disposito. LC.

217. Et qualiter fuissent ordinati, ostendit: o *Lentule, tibi datur cura sinistri cornus cum prima* etc. LA. *cornus*) corniculati ad modum C literae. Iulius Celsus [3]) dicit, quod istae duae legiones fuerunt illae, quas Pompeius retraxerat a Caesare, occasione belli Parthici; et dicit, quod Pompeius habuit secum has legiones, et secundam aciem habuit Scipio et non Domitius; et sic discordant hic Lucanus et Iulius. VC. *Cornus* masculino genere declinavit, [4]) cum potius in usu habeamus neutrum monoptoton in singulari numero. *(et m. al.)* cornus, us, ui pro agmine; haec cornus pro arbore; haec corna pro fructu; [5]) hoc cornu, haec cornua pecudum. BC.

218. Primam et quartam dicit, quantum ad ordinem, quo solent ire. Et quia in primam et in quartam solent impetus fieri, ideo ibi ponuntur meliores; et quia in sinistrum cornum fit impetus, ideo istos posuit in sinistro cornu. LA. *optima* in *bello*, quia optime pugnavit. LC. primam ergo rexit et quartam. BC.

220. Domitium posuit in dextro cornu. LA. Ideo dicit *adverso numine*, quia ibi fuit interfectus. LA. BP. Bene *adverso numine* i. sinistro et irato, ut Virgilius: [6]) *Diva solo fixos oculos aversa tenebat.* BC. VOSS. Hic [7]) est, qui, apud Corfinium civitatem positus, traditus [8]) est Caesari a militibus suis ab eoque dimissus. BC. VOSS. *Domiti*) quia Domitius interficiendus erat, ideo dicit *adverso numine.* BC. *(m. al.)*

221. Scipio vero habuit Cilices in medio, qui mortuo Pompeio fuit dux in Libya. LA.

223. *Scipio*) Hoc dicit: Cilicum agmina tenebat

1) La. *omni.*
2) Voss. *ad. s. l.*
3) Caes. B. C. III, 88.
4) Voss. *cum sit neu. mon. ma. g. d., ut supra de tonitru fecit;* cf. Priscian VI, 4, 19 et 15, 77.
5) Cf. Serv. ad Virg. Aen. III, 22; similia ap. Papiam et Ioann. de Ian.
6) Aen. I, 482, ubi Schol. vel *adversa* habuisse videtur, vel in Nostro *averso* legit. Vv. *ut* etc. non sunt in Voss.
7) Voss. *H. autem e. Domitius.*
8) Voss. *deditus e. C. a. s. m.*

Scipio, qui in orbe Pharsalico nunc erat miles, futurus dux postea in orbe Libyco; nam dux factus contra Caesarem dimicavit in Africa. BC.

224. Romanos ita ordinavit; at retro posuit omnes extraneos. LA. *montana*) habitans iuxta montes Cappadociae. BC. *largus*) quia [1]) currentibus equis largiores [2]) habenas laxant. BC. VOSS. quia sine habenis. VC.

226. Ponticum equitem vocat illos, qui de Ponto insula venerant. LA. *sicci*) i. iuxta fluvium erant Cappadoces, sed plurima sicci campi occuparant reges et tetrarchae. BC.

227. *Tetrarchae*) Differentiam facit inter reges, tyrannos et tetrarchas. BC. sunt illi, qui habent quatuor reges sub se, vel qui [3]) habent quartam partem regni. LC. *tyranni*) sub quibus reges sunt et tetrarchae. VOSS.

228. *Omnis purpura* i. reges subditi Romano imperio tenent campos. LA. *Latio*) i. quae victa [4]) a Romanis servit et paret his, tenet plurima sicci campi. BC.

229. *Libye*) Graece declinavit *ἡ λιβύη*. VOSS. Numidae et Cydonae sunt populi, et Itirae similiter. LA. *Cydonas*) populi [5]) Cretae. BC. VOSS. *Cydona* civitas, ubi bonae sagittae erant. VOSS.

230. *Ityraeis*) ex illa parte, inquit, Ityraeae sagittae concurrerunt. [6]) Haec gens Parthorum est, de quibus Virgilius; [7]) *Ityraeos taxi torquentur in arcus.* BC. VOSS.

231. Ex alia parte, o *Galli, prodistis in* Caesarem, quem ex longo habetis *hostem.* LA. *Galli*) Duo nobiles Galli Allobroges, strenui in armis, Roscillus et Eger, [8]) desciverunt a Caesare in Epiro, et accesserunt ad Pompeium; et id est quod dicit *truces Galli.* VC. *hostem*) i. Caesarem, qui contra vos antea [9]) pugnavit bello scil. Gallicano. BC. LB. VOSS.

232. Cetrae sunt scuta, quae fiunt de corrigiis

1) Bc. *qui.*

2) Voss. *laxiores h. largiatur, ipse doctus equitandi;* cum Bc. consentit Lb.

3) Voss. *q. q. r. tenent p.* Fere eadem Isidor. Orig. IX, 3, unde sua habet Ioann. de Ian. et Papias; vide et Schol. Horat. Serm. I, 3, 12.

4) Voss. *i. paret v. R.*

5) Voss. *populos.*

6) Voss. *cucurr. H. q. Syrorum e. ut V.*

7) Ge. II, 448.

8) Caesari B. C. III, 59. est *Aegus.*

9) Voss. *et ante — Gallico;* Lb. *v. p. b. Gallico.*

scilicet de nervis boum. LA. *cetras*) populos bellicosos. VC. populi sunt Hispaniae. BC.

233. Et hortatur poeta eum, ut ordinet eos, ut omnes moriantur secum, et sic habeat haec pro exsequiis. LA. *victori*) Caesari. BC. LB. occidantur, inquit, omnes, ne sit [1]) cui Caesar imperet victor. BC. VOSS.

234. *triumphos*) quos habiturus est, i. ut non sint, cum [2]) quibus triumphet. BC.

235. Vidit illud tempus advenisse, quod semper optavit, scilicet ut daretur ei copia pugnandi. LA.

236. *raptus*) Ad acquirendum frumentum sive ad saccomannum. [3]) VC. ad frumenta rapienda. [4]) BC. VOSS.

238. Ideo *mille votis*, quia non poterat pati moram. LA.

240. *Aeger*) qui moras ferre non poterat. VOSS. Sensus est: ille, qui *aeger morae* erat, et *cupidine regni* flagrabat, sic paullatim coepit agmina trahere, quasi coactus pugnaret et ceu damnaret civile bellum. BC. LD.

241. Et cum tanta res egeret magna deliberatione, *exiguo tractu*, i. deliberatione, coepit *damnare ut* vile *nefas*, i. ac si esset vile *nefas*, quod facturus erat. LA.

242. *Ut lentum*) Hoc dicit: cum Caesar odisset moras et festinaret ad regnum, bella civilia, [5]) quae paullatim trahebantur, condemnavit hactenus, et esse ea lentum facinus iudicavit. VOSS. *damnare*) i. removere. BP. *discrimina*) pericula. BC.

244. *Sensit* in alteram partem casum evenire, sed in quam partem, non erat certus; et hoc dicit *sensit ruinam nutare, casuram* secundum deorum dispositionem. LA. *ruinam*) conflictum. VC. scil. omnium rerum. VOSS.

246. *Languit*) dicit etiam [6]) Caesarem, qui audacissimus erat, adventu civilis belli subito trepidasse horrore. [7]) BC. GUELF. VOSS.

247. Ideo fuit dubius, quia non dimittebatur *timere*, cum tam bene evenisset ei; ex alia parte, quia

1) Lb. et Voss. *sint quibus*; Lb. *postea v. C. i.*; Voss. *v. i. rex.*

2) An *de?* Voss. *aut de q. tr.* Similia in Lc.

3) Vc. *saccomagnum*; i. direptionem.

4) Voss. addit *non ad bellum.*

5) Eadem Lb.

6) Voss. *Hoc d. etiam C.*; Bc. *enim.*

7) Voss. *h. tr.*

semper Pompeio bene evenit, non dimittebatur *sperare*. LA. *Mens* [1]) Caesaris, quae sibi prospera omnia promittebat antea, [2]) tunc in dubio stetit, ut nec timeret nec speraret. Non sperabat, quia et Pompeium noverat in aliis bellis [3]) felicem; non timebat, quia et sibi semper evenisse sciebat optata. BC. VOSS.

248. *mersa*) timore abiecto. LB.

249. Prius timuit, deinde mersit formidinem; qua *mersa, fiducia,* qua nulla est *melior* ad hortandum vulgus, *prosilit*. LA. *fiducia*) quae melior [4]) est ad hortandum vulgus. BC. VOSS.

250. Ponit orationem Caesaris ad suos milites; et est iucundissima, quam non ponit Celsus [5]) in hac forma, sed Lucanus multa interserit. VC. Haec sunt eius verba: *o miles, domitor mundi,* qui es *fortuna meorum* etc. LA. *domitor*) noluit se transferre ad femininum, ut domitrix diceret. BC.

253. Ante vos *habetis, quantus sit Caesar* futurus, ac si diceret si hos viceritis, fiam magnus, aliter ero opprobrium. Vel aliter: *in manibus vestris habetis* illa, per quae potestis me magnum facere, scilicet per gladios. LA. *In manibus*) in potestate vestra est, [6]) ut Caesar aut omnibus imperet, aut sit [7]) extremus omnium. BC. VOSS.

254. Hanc diem promiserunt ei *ad undas Rubiconis,* promittendo se omne subire periculum, et facere civile bellum. *Spe cuius* diei *movimus arma,* et *in quam* diem *distulimus* recuperare illos *triumphos,* quos Pompeius denegavit nobis, redeuntibus a Gallia. LA.

255. *memini*) ubi dixit: [8]) *Utendum est iudice bello*. VC.

256. *remeare*) recuperare. LP. *triumphos*) ut modo triumpharemus, qui [9]) post victoriam Gallorum non [10]) sumus permissi triumphare. BC. VOSS.

259. *fato quae teste*) Ut ait Cicero in Caesarianis: [11]) *Nunc melior ea iudicanda est, quam etiam dii adiuverunt*. VOSS. [12])

260. *victum*) vel me, vel Pompeium. BC.

261. *pro me*) argumentum a maiori. BC.

1) Voss. *Sensus hic est. M.*
2) *ant.* non est in Voss.
3) Voss. *b. fuisse f. n. metuebat.*
4) Voss. habere videtur *est aptior.*
5) Caes. B. C. III, 90.
6) Voss. *habetis ut a. C.*
7) Voss. *fiat.*
8) I, 227.
9) Voss. *quia.*
10) Voss. I. *G. s. prohibiti;* II. *non p.*
11) Ligar. 6.
12) Schol. La. et Lc. (non Lb.) vide T. II, p. 513.

262. Nunc [1]) dicuntur gladii nostri in culpa, et ab hac *exsolvite* eos, quod facietis vincendo. La. *exsolvite*) vincendo probate vos iustius [2]) arma sumsisse. Bc. Lc. Voss.

263. Nam nisi absolveritis, iudicabimini ab ipso hoste fuisse in culpa; et hoc aequipollenter *nulla manus*. La. *iudice*) Sensus hic est: nos quidem probamus rite [3]) factum, quod bella suscepimus, sed damnabitur hoc factum, si de nobis non nos, sed alter [4]) coeperit iudicare i. Pompeius victor. [5]) Nam si ego victor probabo quod factum est, purus ero et innocens. Bc. Voss. quia me victo omnes eritis nocentes. Bc. *(m. al.)*

264. Maxime ideo debetis facere, quia non pro me, sed pro vobis pugnatis. La. *Non mihi*) suasoria oratio. Bc.

265. Nam *ut ius habeatis in omnes*, volo singuli uti vita; et ideo efficite hodie, ut regnetis, *mea invidia* inde existente causa; [6]) q. d. quod ipsi, invidentes mihi, vetuerunt triumphum, per [7]) illud ad hoc venistis, quod potestis regnum adipisci. La.

267. *plebeia toga*) i. cucullo. [8]) Bp. ex equestri enim ordine fuit. Bc. Voss. *modicum*) modico [9]) viventem, ut ait Sallustius: [10]) *Modico quoque et eleganti imperio percarus fuit.* Bc. Ld. Voss.

268. *recuso*) quasi cogatur ut dux sit, [11]) dum illis imperium conferre desiderant. Bc. Voss.

269. *Invidia*) ut, dum omnes in me invidiam conferunt, quod affectaverim regnum, vos teneatis imperium; i. quod pugnatis, [12]) mihi imputetur, et vobis quod vincitis prosit. Bc. Voss. *multo*) non [13]) multum laborabitis mundum occupare; ignavos enim habemus inimicos. Bc. Voss.

270. Et potestis facere sine effusione sanguinis, cum magis se exercuissent in studiis ludendi. La.

1) La. *Nec.*

2) Voss. *iuste;* Lc. non habet *vinc.*

3) *rite* non est in Voss.

4) Voss. *alius.*

5) Bc. *ultor*; Voss. pro seqq. *Si hodie victi erimus, satis apparet, quod omnes simus nocentes et non habuerimus iustam causam; si ego nunc vicero, pur.* etc.

6) Eadem Lc., sed *singulari* pro *singuli.*

7) *per* addidi ex Bp., in quo fere eadem.

8) Cf. Adelung. T. II. p. 814.

9) An *modice?* Voss. addit *cum modo.*

10) Fragmentum incognitum; in Voss. II. scribitur *immodicoque et elegantum p. f.*

11) Bc. *ill. dum i. c. desiderant.*

12) Voss. *pugnatur;* Bc. *m. impetretur.*

13) Voss. *nec m. laboratis ut m. o. possitis.*

271. *Gymnasiis*) studiis literarum. Vc. argumentum a minori. [1]) Bc. Voss. Gymnasium locus erat, ubi nudi exercebantur; [2]) γυμνὸς enim Graece, Latine *nudus* dicitur. Bc. *ignava*) quae propter studium palaestrae usum nesciat proeliorum. Sed ingeniose dictum, ut per palaestram ignavi sint, cum inde fortes esse deberent. Bc. Voss. *Palaestra* autem est luctatio, dicta a verbo Graeco παλαίω [3]) i. luctor. Bc.

272. Et hoc quoque proderit [4]) vobis, quod alter non intelliget alterum; et ideo solo clamore tubarum exterrebuntur. La. Bp. [5])

274. *latura*) intellectura. Lb. i. vix [6]) clamor eorum in noto agmine audietur. Bc. Voss. *civilia*) pauci enim cives nostri sunt, ceteri peregrini. Bc. Voss.

275. Mundus est aggravatus multa faece, a qua hodie alleviabitur; [7]) et ab ipsa [8]) multitudine obterentur, qui post essent futuri hostes Romanorum; et hoc aequipollenter: et *magna pars obteret Romanum hostem*. La. *pars*) ut multitudinem populi minuat, quia hic orbis praegravatur; *levabit* ergo leviorem facit accipimus exitio plurimorum. Bc.

276. *Romanum* [9]) *hostem* h. e. Romanorum hostem; nam in hoc civili bello multi extranei moriuntur, qui poterant contra Romanos bella suscipere, sive sumserunt. Bc. Guelf. Voss.

277. *famosa*) i. malae famae. Bc. Voss. ironice. Lb. quae famosum illum fecerunt. Bp.

278. Et quia tales sunt, ut dixi, non oportet vos pugnare, sed solummodo ire interficiendo. La. *mundum*) ex diversis partibus mundi collectos. Bc.

279. *duxit*) Hoc dicit: probate gentes istas, quas duxit [10]) Pompeius multis triumphis in urbem, ita esse exiguas et [11]) parvas, ut omnes in unum collectae [12]) unum triumphum facere non possint plenum; [13])

1) Voss. *facili.*
2) Eadem apud Papiam.
3) Bc. παλῶ, nisi vis πάλλω, ut ap. Ioann. de Ian.; illud est ap. Serv. ad Virg. Aen. VI, 642.
4) Bp. *Pr. q. quod* et in fine *terr.*
5) Schol. Lc. vide T. II. p. 524.
6) Voss. *c. e. in toto a. vix aud.*
7) La. *alleviabitis;* nostrum in Bp.
8) La. *ipsis;* nostrum in Bp.
9) Voss. pro his *nam hoc — morientur;* Guelf. *Sive Romanum hostem Pompeii militem accipimus, sive Rom.* addit; desunt *sive sums.*
10) Voss *m. t. in u. P. indux.*
11) *et p.* non sunt in Voss.
12) Bc. *collecti.*
13) Voss. *pl. f. n. possent, hoc est.* Priora fere iisdem verbis habet Lb.

i. semel de omnibus triumphare non debuit, de quibus singulis toties triumphavit. Bc. Voss.

280. Et ostendatur hodie, quod Pompeius vincendo omnes illas gentes non promeruit unum solum triumphum, cum tamen multos habuisset; et hoc est quod dicit *sit palam gentes non esse unius triumphi, quas* etc. La.

281. Hoc quoque hortetur vos, quod non curant [1]) Armenii, qui sit Romanus princeps; et in tantum non curant, quod nec parum sanguinis vellent amittere, ut Pompeius vinceret; et hoc aequipollenter *Armeniosne movet* hoc scilicet, *cuius ducis sit Romana potestas?* Non certe; nam *quisquam barbarus* non *vult praeponere Pompeium rebus Hesperiis* cum *minimo sanguine* suo. La. *movet*) sollicitat ipsa potestas. Bc. Pertinebit, [2]) inquit, aliquando ad Armenios, qui dux Romanorum totam habeat potestatem, i. [3]) ego an Pompeius? Negat ergo fieri posse, ut pertineat. Bc. Voss.

282. *emtum*) i. redemtum. Bc. *minimo*) ut parvo suo sanguine et minimo Pompeium omnium Romanorum rebus faciat imperare; [4]) et hoc negat quemquam barbarorum esse facturum. Bc. Voss.

283. *praeponere*) dominum facere. Bc.

284. *Gravantur dominos* i. graviter ferunt, quod prius habuerunt dominos. La. *Romanos*) ac per hoc nec [5]) Pompeium, qui Romanus est, fideliter adiuvabunt. Bc. Voss. *gravantur*) odio habent. Lp. eos dominos [6]) gravius ferunt, quos noverunt, i. Pompeium, qui victis [7]) imperavit. Interim hoc egit, ut [8]) primum externae gentes utrumque odissent, et Pompeium et Caesarem; nunc facit, ut Pompeium magis videantur odisse. Bc. Voss.

285. Pompeium nec intelligere possunt, nec diligunt; *me* autem *Fortuna commisit* talibus, quos bene cognosco; et hoc exsequitur: *cuius non militis ensem* etc. La. *Fortuna*) suasoria oratio haec est. Bc.

386. *testem*) ut testimonium illis feram. Bc.

287. *ensem*) adulationis genus est. Bc.

288. *lancea*) q. d. cum video lanceam, bene scio quis eam misit. Lc.

1) La. *curavit.*

2) Voss. *An pert.*

3) *i.* non est in Voss.

4) Voss. addit *aut, ut velit ullus barbarus guttam sanguinis perdere propter Pompeium ea causa, ut ille regnet super Hesperios.*

5) *nec* Bc. post seq. *est* habet.

6) Voss. addit *inquit.*

7) Voss. *subactis his.*

8) Voss. *pr. ut exterae* sine seq. *et.*

289. *non fallar*) certum dicam, [1]) etsi non videam illum iaculatorem. VOSS.

290. Bene dico *ite per ignavas gentes*, quia vincitis i. victoriam in manibus habetis; quod dico, si ea, quae in vobis video, non me decipiunt, scilicet truces facies etc.; et *videor spectare* etc. LA.

291. *Conspicio*) dicit se in eorum [2]) vultibus videre, eos futuros esse victores. BC. VOSS. *videor*) i. mihi videtur; ac si diceret videor videre. BC.

294. *Corpus*) quasi unum corpus sit totus senatus. BC.

295. Et possem dicere multa de probitate et strenuitate vestra, *sed moror mea fata*. LA. *moror*) i. videre [3]) haec iam videor, et vos loquendo detineo. BC. VOSS. ego exhortor vos ad pugnam, sed *moror mea fata*. BC. *(m. al.)*

296. *Date veniam trahenti bella*, mihi dico *trepido spe*, ac si dicat sicut ex nimio timore trepidat aliquis, ita et ego ex nimia spe victoriae commoveor interius. LA. *trahenti*) moranti. BC.

297. Et merito spero, [4]) quia nunquam *vidi Superos daturos tam magna*. LA. *trepido*) Facit [5]) me ipsa spes trepidare, quia [6]) magna est; i. spe celer sum, licet protraham vos vocibus. *Trepido* ergo [7]) nomen. BC. VOSS. i. festino, quasi festinanti. BC.

298. *Tam prope*) nunquam, inquit, vidi Superos tam prope me, ad [8]) quorum usque felicitatem ego pervenerim, aut qui ad me propius [9]) steterint ad iuvandum. [10]) BC. VOSS.

299. *votis*) a victoria [11]) nos separat campus, ubi hostes sunt constituti; nam votum Caesaris victoria erat. BC. VOSS. *peracta*) nunc praemia promittit. BC.

300. Et ita secundum voluntatem meam *licebit* mihi omnia *dare*. LA.

301. Et unde concessum est hoc Thessaliae, [12]) ut det mihi haec talia? an concessum est aliqua motione ipsius firmamenti? an ab aliquo planeta? ac si

1) Eadem BC.
2) VOSS. *in v. torvis eor.*; BC. *se interius v.*
3) VOSS. *haec v.*
4) LA. *supero.*
5) VOSS. aliter locum constituit, sic: *vel spe — voc. vel facit m. s. tr. est.*
6) BC. *quae.*
7) VOSS. *autem.*
8) VOSS. *i. e. aut visuros qua e. felicitate*; MSS. *quos usus*; an *gavisuros?* OUDP. BC. habet *i.* ante *ad.*
9) VOSS. *proxime.*
10) VOSS. *ad adiuv.*
11) VOSS. addit *hic brevis*, omissis *nam vot.* etc.
12) LA. *Hesperiae.*

dicat *permittitis* haec, polo haec ostendente in motione sua, aut aliquo planeta haec ostendente, vertendo cursum suum praeter solitum. LA. *ne*) pro an. LB.

302. *Thessalicae*) Miratur Caesar, qua ratione permiserint Superi hoc fieri in Thessalia. BC. *tantum*) ut fatum de exitu belli populo Romano constituat Thessalia. VOSS. ut fiat civile bellum. LB.

303. *Aut merces*, ac si dicat *licebit*, nam necesse est, ut *aut merces aut poena* paretur; sed *poenam* vobis etiam [1]) parate, et hoc dicit *poena paratur*. Nam haec *poena: spectate* [2]) poenas paratas Caesariensibus. LA. *paratur*) i. hodie aut hic victoriam comparamus, aut vincimur, quod nobis in Thessalia praeparatur. BC.

304. *Caesareas*) quibus vult hostis Caesarem infigere. BC. VOSS.

305. *Spectate* hoc, quod minantur *hoc caput* dare *rostris* avium, et videte illos circa vos fusos; et hoc est quod dicit *et clausi proelia campi*. LA. *caput*) spectate in Campo Martio me sparsum, sicut Sulla fecit legionibus sex. BC.

306. Supra [3]) dixit: *Et miserae maculavit ovilia Romae*. Illud dictum nunc respicit, quia Sulla affidatos [4]) multos conduxit in Campum Martium, et ibidem septos trucidari fecit. VC. *Septorumque*) in Campo Martio, ubi comitia habebantur. VOSS. Hoc dicit: videte quid de me facturus sit [5]) Pompeius, et ipsa respicite; nam Pompeius, qui in [6]) partibus Sullae fuit, haec, quae fecit Sulla, facturus est. [7]) Nam *septa* locus [8]) erat in Campo Martio, ubi inclusas legiones sex [9]) Sulla iussit occidi. BC. VOSS. *proelia*) h. e. nefas septorum. BC. ad bestias tractabimur, ut cum eis pugnemus. VOSS. 1.

307. Et potestis hoc sperare, quia pugnatis cum Sullano duce; et sicut Sulla pepercit nulli, sic nec iste. Tangit hoc, quod Pompeius fuit Sullae discipulus. LA. *Sullano*) Supra [10]) enim dixerat Caesar Pompeium esse Sullae discipulum. BC.

308. *Vestri*) pro vobis timeo. BC.

1) La. *et.*
2) An *spectare?*
3) II, 197.
4) i. commendatos; cf. Adelung. T. I. p. 121.
5) Voss. *est.*
6) Voss. *P. de S. p.*; addidi *in.*
7) Voss. addit *et quae fecerit, dicit, quod hic imitabitur.*
8) Voss. *in urbe loc. est, u. i. s. l.*
9) Scrib. IV ex Valerio [IX, 2, 1.]; v. Freinshem. ad Flor. III, 21, 24. OUDP.
10) I, 335.

309. Ideo non est mihi cura mei, quia inveniam mihi honestam mortem, scilicet interficiam me, antequam videant me victum; et hoc aequipollenter: et *cernet me fodientem mea viscera, qui nondum* retrospexit me hostem victum; ac si aperte dicat antequam secundum conflictum incipiam, si videro male evenire, interficiam me, quod non omnes poteritis facere. Tangit illud, quod inprimis scindunt acies per medium, deinde revertuntur, tertio aut vincunt aut perdunt. [1]) LA.

310. *nondum*) Sensus hic: si quis nondum victo hoste respexit, i. e. ut se in fugam det retrorsum adspiciens, videbit quemadmodum me ipse occido, dolens quod ipse, qui respicit, non intentus sit in proelium. VOSS. *respexerit*) intuitus fuerit. BC.

311. *Dii, quorum curas* etc.; ac si dicat pugnate, [2]) et dii faciant illum vincere, qui ad utilitatem reipublicae pugnat; et hoc dicit ille *vincat*, qui *non putat* hoc esse utile, vindicare se *in victos* interficiendo eos. LA. *Dii*) i. qui, cum de coelo tantum cogitare debeatis, tamen [3]) propter laborem Romanorum, ea [4]) cogitatione dimissa, sollicitudinem habere [5]) de terrenis coepistis. BC. VOSS.

313. *in victos*) ille, inquit, vincat, qui pius est animi, ut victis debeat [6]) ignosci. Hanc clementiam Caesari in [7]) Caesarianis assignat et Tullius: [8]) *Scelus tu illud vocas, Tubero. Cur? isto nomine* [9]) *illa adhuc causa caruit: alii errorem appellant, alii timorem.* Et hic ergo sic sensit, quod scelus non debeat nominari. BC. VOSS. *destringere*) evaginare. BC.

315. Et ille etiam *vincat, qui non credit suos cives fecisse nefas* ideo, quia *tulerunt signa* contra eum. Quod Pompeius putabit, sicut apparet in priori bello apud Epirum; nam nulli tunc pepercit; et hoc aequipollenter *cum* Pompeius *tenuit* ex omni parte *vestra agmina*. Et non mirum, quia virtus tunc fuit *vetita moveri* etc. LA. *nefas*) Ordo est: ille, *qui non credit suos cives fecisse nefas, quod signa adversa tulerunt, non putat saevum ferrum distringere in victos.* BC. q. d. non puto eos fecisse nefas, quod [10]) Pompeium secuti sunt, et

1) An *pereunt?*
2) La. *pugnante et d. faciunt;* correxi ex Bp.
3) *tam.* abest a Voss.
4) Voss. *R. l. eadem.*
5) Voss. *d. t. hab.*
6) Voss. *debere credat.*
7) Voss. *C. a. T. in C.* Seqq. absunt a Bc.
8) Ligar. 6.
9) *enim* vulgo additur. OUDP
10) Voss. *qui.*

ideo non iudico eos post victoriam occidendos. Bc. Voss.

317. *tenuit*) h. e. cum nos oppresserit Pompeius, virtutem vestram movere prohibens, quanta facturus est, *cum tenuit* i. quando tenuerit accipimus. Possumus et sic accipere: scitis, quanta crudelia supra fecerit, cum vos Pompeius oppresserit. Pugnam dicit, quam habuit cum Torquato. Voss. *ferrum*) i. scitis, quanta caede grassatus sit in vos Pompeius, cum tenuit agmina vestra in arto loco. Reducit enim haec, quae supra passi sunt in illo loco, ubi Scaeva occisus est, ad memoriam, dicens Pompeium nescire misereri, ut eos duriores efficiat et insuperabiles. Bc.

318. Et quamvis praecedentia illius facta expeterent, ut nunquam eis parceretis, *tamen vos oro* ut parcatis. La.

319. Quicunque *fugerit,* illi parcatis ut civi; sed *dum* [1]) steterint, etiam *parentes* habeatis ut hostes. La. *terga*) i. [2]) fugientem nullus occidat, sed qui fugerit civis habeatur. Bc. Voss. q. d. non simus immisericordes sicut Pompeius. Bc.

322. *Vultus,* qui essent digni veneratione alibi, illos *turbate gladio;* ac si aperte dicat nec patribus parcatis. Ille non violat pignus consanguinitatis cum vulnere, qui interficit non [3]) cognatos. La. *verendos*) quibus reverentiam habere [4]) debeatis, h. e. parentum vultus. Bc. Voss.

325. Si *quis in pectora* cognatorum *ibit, imputet iugulum* illius *tanquam scelus ignoti hostis.* La. *scelus*) i. non putet se fecisse maius scelus, quam si interfecisset hostem. Lc. Ordo est: *imputet scelus tanquam iugulum ignoti hostis. Scelus* autem dicit occisionem parentis; q. d. illud quod homines scelus putant, i. occisionem parentum, sic aliquis vestrum imputet quasi iugulum ignoti hostis. Bc. *hostis*) Sensus hic est: sive quis [5]) interficiet parentem suum sive extraneum, mortem extranei sic mihi [6]) imputet quasi parentis; tanquam maiora his daturus sit [7]) praemia, qui parentes perimerent. Potest [8]) sic accipi: ignoti iugulum tanquam scelus imputet hostis, si vel [9]) ille,

1) La. *tum.*
2) Voss. *hoc ait.*
3) *non* in litura.
4) Voss. *q. r. d. h. e. parentium,* sine reliquis.
5) Bc. *qui;* Voss. *interficit.*
6) Voss. *inp. mi.*
7) Voss. I. *quamquam est.*
8) Voss. addit *et,* omissis *ign. — host.*
9) Voss. *sive — perimit.*

qui parentem interimit, vel ille, qui extraneum, sic habeat, tanquam scelus sit ignoti hostis iugulum ferire. Hortatur ergo, ut in parentes suos magis saeviant. BC. VOSS.

326. Ego dico ite, sed tunc hoc praemisso: *sternite iam vallum*, ut non dividatur *acies* in exeundo, sed simul omnes exeatis; et ubi nunc sunt inimicorum castra, castra [1]) ibi ponatis, habita vestra victoria. LA. *sternite*) ne spes sit fugiendi. BC.

328. *Parcite*) diruite vestra castra. BC. *castris*) i. etiam castra diruite; ibi enim tentoria figetis [2]) vobis, unde nunc periturus venit [3]) exercitus. BC. VOSS. *tendetis*) tentoria figetis [4]) in illo Pompeiano vallo. Virgilius: [5]) *Hic saevus tendebat Achilles.* BC. VOSS.

330. Quisque, prout munus [6]) ei iniunctum in destructione castrorum, ita complet; et hoc dicit *quemque trahit suum munus;* et in facto capiunt arma et Cererem. LA. *munus*) promissum a Caesare. BC. LC. *raptim*) velociter; et [7]) frumentum singuli et arma portarunt. [8]) BC. VOSS.

331. Quod duo *raptim capiunt* [9]) est bonum omen belli; adhuc enim dicitur [10]) bonum esse omen, si omnia arma cito concurrunt. *Ceres* ideo dicit, quia solent [11]) deieiunare, antequam intrarent bellum. Vel aliter, ut solummodo ad Cererem referamus: accipiebant tunc panem, sicuti nunc communionem. LA. *praesagia*) a se incipiunt; nam sua [12]) castra subvertunt. BC. VOSS. quia, sicut prostraverunt castra eorum, ita et acies et castra hostium prosternenda erant. VOSS.

332. *ordine*) i. non structa acie. BC.

333. Ideo quia *capiunt praesagia belli* in transglutiendo, [13]) etiam non fuit opus *arte ducis.* LA. Iulius Celsus [14]) dicit, quod Caesar maxima arte struxit acies suas; nescio quare sic Lucanus dicat, nisi quod magno ardore pugnaverunt. VC.

334. Nunc si omnes essent soceri Pompeii, sicut et erat Caesar, vel omnes quaererent regnare, ut Caesar quaerebat, non magis animosi essent in Magnum; et hoc aequipollenter *si locasset totidem* etc. LA. *Si*

1) Bis scripsi *castra.*
2) Voss. *facietis.*
3) Voss. addit *Pompeianus.*
4) Voss. *i. e. t. habebitis ut Virg.*
5) Aen. II, 29.
6) La. *fun.*
7) *vel et* non sunt in Voss.
8) Voss. *sumserunt.*
9) La. *raptim* (bis) *c. et b.*
10) La. *dictum — sed o.*
11) An *solebant?* De v. seq. vid. Adelung. T. III. p. 54.
12) *sua* abest a Voss.
13) Cf. Adelung. T. VI. p. 615.
14) Caes. B. C. III, 89.

totidem) Si Caesar tales in acie locasset, ut sic in Magnum saevirent, tanquam omnes eius soceri essent; i. si totidem soceros Magni haberet, quot milites habet. Bc. et est sensus: [1]) Si Caesar tales in acie locasset, qui [2]) sic in Magnum saevirent, quasi omnes [3]) eius soceri essent; i. qui si [4]) contra ipsum animo Caesaris dimicarent, [5]) non tam animosi, [6]) nec tam audaces ad bella venissent. Bc. Voss. Witt. *petentes*) i. qui singuli sibi hoc bello imperium urbis exspectarent, ut nunc facit Caesar. Bc.

336. *ruerent*) festinarent. Bc.

337. Hoc Caesar; [7]) quod cum *Pompeius* vidisset, torpuit; et hoc dicit *vidit ut hostiles* etc. Prius erat solitus videre eum ire ad rapiendas segetes, nunc *in rectum* i. contrarium. La. *in rectum*) i. recto itinere contra se. Bc.

338. *Committere moras bello* nihil est aliud quam differre bellum. La.

339. *diem*) quo omnia perderentur. Voss. *gelato*) ut Virgilius: [8]) *Coit in praecordia sanguis.* Bc.

340. Et quod timuit *arma,* quae nunquam fuit solitus *timere,* hoc fuit malum *omen.* La. *timere*) quia timebat [9]) Pompeius bella, vir talis ac tantus, omen malum erat; significabat enim eum perditurum victoriam. Bc. Voss.

341. *premit*) dehinc se timere dissimulat. Voss. deinde; fingebat enim se laetum esse. Bc.

342. Et quamvis timeret, tamen ostendit se non timere, hortando alios hoc modo: haec est illa dies, *quam virtus vestra* desideravit, et *finis adest.* Quare *effundite vires;* nam *superest extremum opus,* scilicet *opus ferri,* et quia haec *hora trahit* nos omnes. La.

344. *effundite*) ostendite. Lp. oportet, [10]) inquit, hodie fortiter dimicare, quia hodie est [11]) extremus dies dimicandi. Bc. Voss.

346. Ideo qui [12]) *quaerit patriam* etc., acquirat eam hic cum *ense.* Ideo dicit et *patriam* et *penates* etc.

1) Voss. et Witt. pro his *quot milites.*
2) Voss. et Witt. *ut.*
3) Voss. et Witt. *s. e. o. fuissent.*
4) Voss. et Witt. *ut.*
5) Witt. addit *et omnes vellent fieri reges.*
6) Bc. *animo n. t. animi au.*
7) In La. lacuna; an voluit *fecit?*
8) Aen. X, 452.
9) Voss. *P. v. t. ac t. b. tim. pro omine e. i. s. eum.*
10) Voss. *fort. i. h. dimicate.*
11) Voss. *h. iam finis est dim.*
12) La. *quia.*

posita esse in *campo* illo, quia aut ibi amittent, aut ibi acquirent. LA.

347. *sobolem*) Virgilius: [1]) *Coniugis esto quisque suae tectique memor.* BC.

348. *campo*) ut Virgilius: [2]) *Illo quaeratur coniux Lavinia campo.* BC.

349. Praeterea est aliud: habetis iustiorem causam, et ideo dii iuvabunt vos. LA. *melior*) iustior. BC. *secundos*) quia bonam causam habemus, ideo prosperum [3]) sperare debemus eventum. BC. VOSS.

350. *regent*) dirigant. BC.

351. Ideo dicit *sancire leges*, quia [4]) scit Caesare regnante non esse *leges* in suo statu. LA. *sancire*) firmare. BC. *sanguine*) ut firmitatem Romanae leges Caesaris sanguine consequantur. BC. VOSS. Apud Romanos mos erat, ut, ubi foedus fiebat, ibi porca occideretur. Hic autem Pompeius sanguine Caesaris leges confirmandas dicit. VOSS.

352. Et revera volunt sanciri *leges;* nam si vellent ut perderem, prius me destruxissent; et hoc inde patet, quia *non est deorum* ut me servent ad hoc, ut occasione mea irascantur *populis* et *urbi*. LA.

353. *fatis*) ut morbis [5]) perissem, et nunc solus superesset Caesar ad regnum. BC. VOSS.

354. *Non*) Ordo est: *non iratorum deorum est me urbi* et *populis servare*. BC. Nam si irascerentur, olim me [6]) perire iussissent, ut omnia Caesar invaderet. BC. VOSS. q. d. bene apparet per hoc quod ego vivo, quod dii non irati *populis* nec *urbi*. LC.

355. Hoc potest vos hortari, quod habemus fere totum mundum; et hoc aequipollenter *contulimus quae possunt vincere*, scilicet *clari viri sponte* etiam *subiere* haec *pericula*. LA.

356. *Omnia*) i. ad [7]) apparatum militarem nihil deest. Superius [8]) dixit, quod dii sibi faverent, nunc dicit, quod et praeclarum ducat exercitum, et sit duplex causa victoriae. BC. VOSS. *clari*) i. senatores, qui hunc sequuntur. BC.

357. *antiquus*) veteranos suos [9]) dicit, qui iam emeriti et accepta missione [10]) iterum sub Pompeio

1) Aen. X, 280.
2) Aen. XII, 80.
3) Voss. *sp. d. p. e.*
4) *quia* etc.; eadem in Lc.
5) Voss. addit *consumtus essem et p.*
6) *me* abest a Bc.
7) Voss. v. *ad* omisso punctum post *app.* habet.
8) Voss. *subiere.*
9) *suos* abest a Lb.
10) Ld. *remiss. s. P. it.*; in Lb. *et ac. mis.* non exstant.

militabant. VOSS. LB. LD. Per hoc quod dicit *sacra imagine* notat emeritos milites. LA. hypallage i. sacer antiqua imagine. LC. *miles*) Cato, vel pro militibus potius. NORIC. non virtute sed exemplo subiit; *(et m. al.)* adest. BC.

358. Et non mirum, si isti boni sunt nobiscum, cum etiam essent nobiscum, quotquot fuerunt ab initio mundi, si hodie viverent; et hoc aequipollenter *si fata* dedissent his *temporibus* etc. LA. *Curios*) isti nobilissimi fuerunt. BC. *reducesve*) non hic [1]) reduces, sed tunc post exsilium Romana signa referentes, [2]) ut Virgilius: [3]) *Et referentem signa Camillum.* [4]) BC. VOSS.

359. *Deciosque*) nam ambo se pro victoria Romanorum ad mortem obtulerunt, cum sic iussisset oraculum. BC. VOSS. *Voventes* fatis ideo dicit, quia alter dedit se in Samnitico bello, alter in Gallico, ut exercitus vinceret suus. [5]) LA.

360. *Hinc*) in nostris partibus [6]) etiam ipsi starent, ut Virgilius: [7]) *Iupiter hac stat.* BC. *primo*) Ordo est: *gentes* [8]) *excivere manus in proelia, quantas nunquam.* BC. VOSS. *Oriente*) [9]) prima parte Orientis. BC. VOSS.

361. Et orientales *gentes* sunt nobiscum, et *innumerae urbes* sunt hic, [10]) tantae scilicet, *quantas manus* alii [11]) duces *nunquam excivere in proelia.* LA.

363. Nam *utimur toto orbe,* et hoc ostendit per illos remotissimos, scilicet qui sunt sub aliqua parte Zodiaci, et qui sunt sub Septemtrionem; et hoc aequipollenter *sumus* hic *quicquid hominum* pressum est sub *limite signiferi* poli, scilicet *quicquid hominum* est *sub Nothon et sub Boream, movemus* hic [12]) *arma.* Signiferum polum vocat Zodiacum, et illam eandem partem notat per *Nothon.* LA. Per *signiferi* notat Zodiacum. BC. *(m. al.) coeli*) omnes enim partes, [13]) sub quibus homines sunt, sub Zodiaco circulo sunt [14]) constitutae. Ordo est: *quidquid hominum sumus* i. quot homines sumus. BC. VOSS.

1) Voss. *n. modo.*
2) *R. s. ref.* absunt a Bc.
3) Aen. VI, 826.
4) Voss. addit *vel resuscitatos.*
5) La. *suos.*
6) Eadem Voss.
7) Aen. XII, 565.
8) Voss. *primo oriente g. coactae et innumerae urbes e. tantas m. ad p. q. n. antea.*
9) Voss. addit *i. e. de.*
10) Cod. *hinc.*
11) Ita Bp., sed La. *aliqua.*
12) La. *haec.*
13) Voss. *zonae;* et ab initio addit *quidquid hominum sumus.*
14) Voss. *co. sunt* reliquis omissis.

364. Nothus est ventus, qui venit a meridiana plaga; et nota quod nos non sumus sub Zodiaco. Per *Borean* notat Septemtrionem. LA. *Borean*) i. septemtrionales et australes; haec enim sunt duo principalia climata. BC.

365. Et quandoquidem tot sumus, *nonne* circumfusis *cornibus* colligemus eum *in medium?* LA. Confirmat animos suorum per unum, quod promittit se facturum de multitudine ista; unde nota quod, sicut Celsus [1]) dicit, Pompeius cogitavit intercludere exercitum Caesaris cum equitatu, quo longe plus praevalebat. Sed Caesar hoc praecogitavit et evitavit; nam posuit Germanos, pedites magnos et velocissimos, in medio inter equitatum suum et aciem militum; et hi fuerunt causa victoriae, quia sustinuerunt viriliter impetum equitatus Pompeii. Et illum in fugam posuit, unde nihil cogitavit Pompeius. VC. *collectum*) cingendo eos. LB. circumdatum. BC.

366. Et paucos de nostris oportebit pugnare, cum ipsi tam pauci sint. LA. *paucas*) non multi, [2]) inquit, de vobis necessarii sunt ad faciendam [3]) victoriam; pauci enim sunt inimici, [4]) quos occidamus; cetera caterva voce tantum pugnabit. BC. LD. VOSS.

368. *non sufficit*) i. non est tantus in [5]) numero, ut illum omnis noster debellet exercitus. BC. VOSS.

369. Adhuc est istud, quod maxime debet vos *hortari, credite* vos *hortari matres, senatum,* filios. LA.

370. *hortari*) vos, [6]) ut fortiter dimicetis. BC.

371. *vetitumque*) illos credite vobis supplicare de patribus, quos [7]) aetas vetuit his interesse proeliis. BC.

373. *domini*) sc. Caesaris, qui urbi desiderat imperare. Generaliter tamen [8]) accipimus Romam omnem dominum pertimescere [9]), eo quod ipsa sit domina constituta. BC. LD. VOSS. *metuentem*) nomen est et genitivo iungitur; i. credite Romam occurrere vobis metuentem domini. BC.

374. Etiam isti, qui nunc sunt, ideo vos rogant, quia volunt in libertate mori; illi, qui sunt in lumbis patrum, ideo vos rogant, quia volunt in libertate nasci. LA. *futurum*) qui postea nascetur, [10]) liber nasci vult; praesens vult liber mori. VOSS.

1) Caes. B. C. III, 93.
2) Ld. et Voss. *n. m.* (V. *multum*) *s. nec. d. v.*
3) Voss. *conficiendam.*
4) Ld. et Voss. *q. o. i. ceterum catervae v. t. pugnabitis.*
5) Ita Voss. II., sed I. sine *in.*
6) Bc. m. al. *vel nos.*
7) Voss., qui eadem habet, *q. senectus v. h. p. i.*
8) Voss. non habet *tamen.*
9) Voss. *extim. quia.*
10) Eadem Bc.

375. *haec*) turba; *(et m. al.)* quae adhuc futura est. Bc.

376. Et ego etiam rogarem, si *locus* esset relictus precibus; nam postquam maiores rogant, non habet minor locum rogandi. La. *Haec*) Quia dixit *populus, qui nunc* [1]) *est*, de illo repetit *haec vult turba libera mori*. De populo futuro dicit *haec vult turba libera nasci*. Bc. *pignora*) post eos, quos dixit militibus supplicare. Bc.

377. *locus*) scil. ad rogandum. Virgilius: [2]) *Si quis precibus locus*. Bc. *est*) esset. Lb. q. d. *si quis locus* esset *Pompeio* deprecandi adhuc *post tanta pignora* i. post eos, qui vos sic precantur, libenter facerem, si dignum esset. Lc.

378. *liceret*) i. si maiestas permitteret. Bc.

380. Et hoc debet vos commovere, quod ego, quae *vester pudor*, [3]) *exul* ait, *deprecor* i. refuto *ultima fata*, i. quae deteriora sunt in senectute, scilicet ne [4]) serviam. La. *Ludibrium*) i. ut a Caesare ludibrio habear, *vester* tamen *pudor* erit hoc. Bc.

381. *Deprecor*) i. refuto. Bc. Lc. i. renuo. Lp. Extremum cardinem vocat tempus senectutis. La. *cardinis*) ultimi temporis; *(et m. al.)* cardinem accipit hic tempus senectutis. Bc.

383. Ilis dictis *animi* [5]) militum *flagrant* propter vocem *ducis* etc. La. *flagrant*) i. irascuntur. Bc.

384. Et *placuit mori, si timeret vera*, i. si sciret ita evenire, sicut evenit, scilicet quod ad tantam miseriam deberet venire Pompeius. La. *placuitque*) placuit omnibus mori, si vera erunt, [6]) quae Pompeius dixerat se timere. Bc. Voss. Insolitum erat, ut ille talem timorem haberet, ut Caesar vinceret. Voss. *si*) i. siquidem. Lb. Figurata locutio, i. placuit mori, ne verum esset, quod timebat. Bc.

385. Dixit superius: [7]) *Si locasset totidem Magni soceros* etc., et dixit de Pompeianis *animi flagrant* etc.; et inde infert: ab utraque parte *pari* cursu *procurrunt*, quia aeque ex voluntate pugnabant. La. *utrimque*) ex omni parte. Bc.

386. *Pari motu;* nam *hos*, i. Pompeianos, *metus* irarum Caesaris *excitat;* nam timebant servitutem; *illos*, scilicet Caesarianos, *excitat spes* regnandi. La.

1) Bc. *nam.*
2) Aen. IV, 319.
3) La. corrupte *fui* pro *pudor.*
4) Addidi *ne.*
5) La. *autem m. fragrant.*
6) Voss. *erant q. P. diceret.*
7) vs. 334.

hos) Pompeianos, qui iras Caesaris timebant. [1]) BC. VOSS. II. *illos*) i. Caesarianos. VOSS. II. LB.

387. Et quia ita animosi erant, ideo *facient* id, quod non corrigetur in longa aetate. LA. *aetas*) Tantum hominum peribit in [2]) hoc proelio, quantum non possunt [3]) multa secula reparare. BC. VOSS.

388. *annis*) Tanti peribunt, ut omne genus hominum omnibus seculis reparare non possit, etiamsi [4]) alia bella non habeat, quibus aliquas possit amittere gentes. BC.

389. *Ut vacet a ferro,* i. si non pugnet usque ad longum tempus. *Aetas* expleret, si illud damnum restauraret. LA. *Ut*) etiamsi; *(et m. al.)* pro quamvis. BC.

390. Ideo non explebit, quia non solum illi, qui nunc sunt, morientur, sed etiam qui in alio seculo deberent nasci; et hoc dicit: auferet *populos aevi venientis in* aliud aevum. Aevum accipit remotissimum, et *orbem* accipit hic tempus, mundum vel volubilitatem annorum. LA.

391. Tunc eripitur natalis alicui, cum is interficitur, qui [5]) deberet esse pater suus futurus. LA. *natale*) i. genitore; *(et m. al.)* pro natali. LB. nominativus pro ablativo. LC. *feret*) auferet. BC. LB. *βεβιασμένως* dictum; i. [6]) et populos aetatis in orbem venturae auferet, eripiens his natalem; scilicet [7]) ut pereant, antequam nati sint. [8]) BC. VOSS. nam interfectis parentibus, non erit, unde alii procreentur. VOSS.

392. Quomodo auferet, ostendit *tunc omne nomen* etc. Tunc est *nomen*, cum res subiacet ei; tunc [9]) est *fabula*, cum non habet rem suppositam. LA. *Fabula*) quia exstinguetur omnis posteritas, et si quis audierit Latinos fuisse, fictum credet ut fabulam, quoniam [10]) eorum sobolem non videbit. BC. VOSS. *Gabios*) nomina civitatum Romanorum. BC.

393. Et revera fabula; nam *vix poterunt* notari illae nobiles civitates; et hoc dicit *ruinae vix poterunt* etc. *Gabios, Veios, Coram* sunt nomina civitatum. LA. *vix*) Illae civitates vix fundamenta sua monstrabunt

1) Voss. *extimescebant.*
2) *in* abest a Voss.
3) Voss. *possint s. m. r.*
4) *etiamsi* et sqq.; eadem Voss.
5) La. *quod.*
6) Voss. *est.*
7) *scil.* abest a Voss.
8) Voss. *sunt.*
9) *tunc* etc.; eadem in Le., unde correxi *non hab.* pro *haec.*
10) Voss. *quia.*

sine habitatore. VOSS. *properant*) festinant, inquit, ruinae, ut has civitates demonstrent scil. post occasum earum, quae quidem ruinae *vix* erunt *tectae;* nam et ipsae sunt occasurae, et non erit quo tegantur, cum nec populus ipse sit remansurus. VOSS. II. Ordo: *ruinae tectae pulvere vix poterunt monstrare Gabios* et *Veios* et *Coram;* i. ita ruent usque ad solum, ut vix signum satis earum videri queat. BC.

394. *Albanos*) *vix poterunt* desertum *monstrare ruinae.* BC.

395. Albanum dico *rus vacuum; vacuum* ideo, quia senatus non inhabitat, nisi quando consules eligebantur. Fiebant ibi sacrificia quatuor diebus et quatuor noctibus; quod constituit Numa Pompilius, et ideo dicit *coacta nocte.* LA. *vacuum*) epexegesis. [1]) Hae urbes, i. Alba et Laurentum, [2]) Romana sacra custodiunt, quae [3]) civitates post ruinam suam erunt *rus vacuum.* BC. VOSS.

396. *Invitus*) ad sua tempora respexit poeta, cum hoc diceret. BC. *Numam*) Mittebantur enim senatores [4]) in Laurentum et Albanum, ut per noctem illic celebrarent [5]) sacra, quae Numa instituit. In hoc ergo rure non habitabit, [6]) nisi per [7]) noctem senatus. BC. VOSS. *iussisse*) habitare ibi aliquem senatorum semper. BC.

397. *Ruinae vix poterunt monstrare* illa loca; et [8]) hoc non ex antiquitate veniet, sed ex civili bello; et hoc aequipollenter *non aetas etc.* LA.

398. *Videmus tot vacuas urbes* etc., quod est *civile crimen.* LA. BP.

399. *vacuas*) Haec [9]) omnia oppida post bella [10]) civilia perierunt. BC. VOSS. *quo*) ad quid. BC.

402. Pauci sumus et iidem ita devastati, quod oportet nos uti officio boum, scilicet ut iungamur aratro; et hoc est quod dicit *iuncto fossore* etc. LA. *vincto*) ligato. BC. sive propter servos compeditos hoc dicit, sive quod propter inopiam [11]) agricolarum vincti cultores de ergastulis colere [12]) messes cogantur Italicas. BC. VOSS.

1) *epex.* abest a Voss.
2) Voss. *Laurentium s. R.*
3) Voss. *hae.*
4) Voss. *in L. et in A. sen.*
5) Voss. *sa. cel.* omisso *prius.*
6) Voss. I. *habitant.*
7) Voss. *p. coactam n. s. invitus.* Vide ad V, 402. OUDP.
8) *et hoc* etc.; eadem in Lc.
9) Voss. addit *enim.*
10) Voss. *per bellum civile interierunt.*
11) Voss. *cultorum in. vinculati.*
12) Voss. *exire c. Italiam.*

403. *segetes*) pro terras. Virgilius: [1]) *Quid faciat laetam s. q. s. t.* BC. *tectis*) q. d. veteres domus putres sunt et cadunt super alias, quia pauci sunt in urbe. LC. *avitis*) antiquis; *(et m. al.)* i. ab avis factis. BC.

404. *In nullos*) homines, quia non sunt habitatores. VOSS. quia deerunt homines. Alii *in nullos;* [2]) hoc melius. Hinc Iuvenalis hoc queritur dicens: [3]) *Nos urbem incolimus tenui fidicine fultam.* BC. BENEDICT. Petrarcha: [4]) *Tempus adhuc veniet, quo vix Romanus in urbe civis erit verus, sed terras lecta per omnes faex hominum* etc. VC.

405. *Romam*) quippe illic, interemtis hominibus, [5]) post bella civilia iam nullus habitat. [6]) BC. VOSS. *repletam*) externis et ignobilibus, qui in orbe ultimo, velut *mundi faece,* [7]) remanserunt. BC. VOSS.

406. Et enumerat alias clades, quae propter eandem causam evenerunt; et hoc notat, ubi dicit *dedimus eo cladis,* i. ad id cladis, *ne civile bellum possit geri tanto corpore,* i. [8]) tanta multitudine hominum, cuius rei *Pharsalia* est *causa.* LA. *Cladis eo*) usque ad id cladis adduximus; *(et m. al.)* i. ad tantam cladem; h. e. ad id. BC. *corpore*) i. ne deinceps tot coadunari possint. BC.

407. *Iam*) perierunt enim omnes, et Roma iam non habet cives. BC.

408. Bene dico *tanti mali*; nam istud malum superat illa omnia, quae prius ex nimia magnitudine noluerunt [9]) scribere in annalibus libris; nunc vero scribuntur illa, et istud non; et hoc dicit *Cannae cedant* huic malo, *Cannae* dico, quondam *feralia nomina.* Ibi pugnavit Hannibal cum Romanis, et ex annulis habuit quinque modios, cum tunc soli nobiles portarent annulos. LA. *cedant*) vult enim [10]) illic minora belli discrimina fuisse, ideo dictum *cedant.* BC. VOSS. *Cannae* autem vicus est Apuliae, ubi maximus Romanorum exercitus deletus est ab Hannibale. BC. *feralia*) quae sunt feralia [11]) nomina. BC. VOSS.

409. *diu*) i. in perpetuum; sive nunc [12]) usque, donec in Pharsalia pugnaretur. [13]) BC. VOSS. *Allia* est

1) Ge. I, 1.
2) Videtur legisse *in nullas.*
3) III, 193, ubi tamen alia sunt.
4) Afric. II, 305.
5) Voss. *omnibus.*
6) Voss. *habitabat.*
7) Voss. *faeces remanserant.*
8) *i. — hom.;* eadem Lc.
9) La. *voluerunt;* Bp. pro *annalib.* habet *Martilogio.*
10) Voss. *v. i. m. b. f. d.*
11) Voss. *n. fer. et Allia damnata.*
12) Voss. *huc.*
13) Voss. addit *a Romanis.*

civitas et fluvius, [1]) ubi idem pugnavit cum Romanis. LA. *Allia* fluvius est, iuxta quem Senones Galli Brenno duce omnem exercitum populi Romani occurrentem [2]) sibi deleverunt. *Fastis* autem, libris, in quibus annales continentur. Est autem in hoc nomine additum unum L, [3]) causa metri. BC. Isti enim dies funebres in annalibus continentur, quando pugnatum est apud Cannas et Alliam. VOSS.

410. *Cedant* et cesserunt; et hoc aequipollenter *Roma signavit tempora* Cannarum esse *leviorum malorum; hunc diem* nec *voluit*, nec vult adscribi in fastis. LA. *leviorum*) sc. illorum malorum, quae facta sunt in vico, qui dicitur Cannae. BC.

411. *nescire*) mandato Caesaris, qui ad infamiam suam evitandam vetuit. VC. *diem*) i. illos [4]) dies signavit Roma in fastis, quasi levioris [5]) et minoris mali; hunc autem propter nimium nefas noluit ad memoriam reducere. [6]) BC. VOSS. *tristia*) ubique accipimus *hi viri explere possent.* BC.

412. Quo die *tristia fata possent explere aera pestiferum tractu* etc.; qualiter, si posset fieri, ostendit. LA.

413. Nam *hi viri*, qui mortui sunt ibi, *possent* computari pro illis omnibus, qui mortui sunt vel corruptione aeris, vel morbo, vel fame, vel igne, vel terrae motu; et hoc notat, ubi dicit *tremores laturos plena moenia in praeceps.* Quod dicit *tractu*, dicit vel quantum ad partes diversas terrae, vel quantum ad hoc quod, dum trahitur ipse aer, infirmatur homo. LA.

414. *tremores*) i. terrae motus, qui plenas deiecit urbes. BC. Ordo est: timorem, qui *in praeceps* aufert *moenia plena;* scilicet, cum timent deducere moenia plena, decipiunt. [7]) VOSS. ut omnes se praecipitarent de muro timore hostium. WITT.

415. *explere*) Hoc vult dicere: istos omnes, qui uno die perierunt, [8]) tot constat fuisse, ut per infinitas clades, si diversi perirent, satiarent fata, dum multi sunt. Potuerunt ergo sufficere morbis, [9]) in-

1) La. addit *et.*
2) Bc. *occurrente.*
3) Vide de scriptura v. *Alia* Apulei. de orthogr. p. 5, ibique Osanni notata, quibus adde Papiam, Ioann. de Ian. et schol. infra vs. 633.
4) Voss. *nam il. funebres d. nominavit et s. in f.*
5) Voss. *leviores et minores*, sine *mali*, cuius loco in Bc. *malis.*
6) Voss. addit *et praetermisit.*
7) Fort. *se dedunt.* OUDP. imo *deripiunt.*
8) Bc. *pereunt;* Voss. *t. f.* sine *constat.*
9) Voss. addit *et satis esse pesti, fami.*

cendio, deditioni, [1]) qui nunc semel [2]) pereunt. Bc. Voss.

416. *Munera longi aevi* vocat illos, qui ibi sunt interfecti; [3]) nam hi deberent creare alios in aevum. La. *munera*) Dum ea, quae diu praestitit, dinumerat, sic [4]) universa consumit; i. dum probare vult, [5]) quam magnam fecerit Romam, quae sic casura est. Bc. Voss.

417. *aevi*) i. ab antiquo tempore. Bc.

419. Quod ipsi laboraverunt construere longo tempore, illud fuit destructum uno momento; et hoc dicit *Roma, quae tardius possedit orbem, citius* percurrit *per prospera* ad [6]) pessima *fata*. La. *quae*) Roma. Vc. *latius*) quam alia urbs vel monarchia. Vc. *tardius*) Roma [7]) ut cunctis gentibus imperaret, diu factum est et longo tempore. Quod posteaquam consecuta [8]) est, celeriter fata felicia cucurrerunt, i. transacta [9]) sunt, ut ad eius exitium citius veniretur; ac si diceret tarde coepit esse felix et non diu fuit. Bc. Voss.

421. Et quod *tardius*, ostendit, ubi dicit: in omni bello devicisti gentes, et in *omnibus annis*, et totam fere terram acquisivisti; et hoc dicit *Titan vidit te* etc. La. *dedit*) subiugavit; i. in omni bello tibi gentes acquisitae sunt. Bc.

422. *Geminum axem* vocat Septemtrionem et Meridiem. La. *procederc*) exire de Oriente et Occidentem possidere. Bc.

423. Non *multum restabat, ut curreret tibi nox* etc. La. *Eoae*) propter Parthos [10]) dicit. Lb. Voss.

424. Per hoc quod dicit *nox* et *dies* notat solem et lunam, ac si dicat omnes illae terrae tibi subditae erant, quas sol et luna inspiciunt. Et *tibi curreret aether;* et quid per hoc notat ostendit, scilicet *errantes stellae viderent omnia* esse *Romana*. La. *tibi*) in tuum honorem. Bc. *curreret*) nam modo [11]) et his gentibus currit, quae non sunt sub Romana [12]) potestate. Bc. Voss.

425. *Omnia*) accusativus est. Bc. i. omnis [13]) Romana res. Bc. Voss. *stellae*) septem planetae, [14]) qua-

1) Ita Voss. II; sed I. et Bc. *sedit.*
2) Voss. *simul.*
3) Eadem Lc.
4) Voss. *si.*
5) Voss. addit *omnibus.*
6) *ad pess.* in Vc. quoque.
7) Voss. *hoc est.*
8) Bc. *secuta.*
9) Bc. *translata.*
10) Voss. *Indiam.*
11) *modo* abest a Voss.
12) Voss. *p. Rom.*
13) Voss. *omnes r. Romanas.*
14) Voss. *planetas dicit.*

rum nomina dies habent. BC. VOSS. has scimus errare. VOSS. *Errantes* stellas vocat planetas, quae in ipso aere errant; et nota, quod alias quidem stellas notat hic, sed non alias partes terrae. LA.

426. *retro tulit*) Hoc dixit: in peiorem partem, i. retrorsum, abstulit fata tua dies Emathiae funesta, cum illic bellum civile pugnatum est. Quae quidem dies par est [1]) omnibus annis; populi enim, qui tot seculis collecti sunt et instituti, hac una die funditus perierunt. BC. VOSS. *annis*) quia populi, qui tot seculis et tot annis collecti sunt, hos una dies occidit. BC.

427. In acquirendo diu laborasti, sed in perdendo parum; et hoc dicit *sed funesta dies* etc. LA.

428. Et merito *funesta* vocatur; nam de hac die omnem honorem et libertatem perdiderunt; et hoc est quod dicit *hac luce effectum* est, *ut India* non timeat Romanos, et *effectum* est etiam, *ut consul* Romanus non *ducat in moenia* Romanorum, quos vetuit inprimis *errare*. Nam hi faciebant insultum in Romanum imperium, quos devicerant Romani; nunc autem erant rebelles facti. LA. *fasces*) duces, velut [2]) omnibus occisis. BC. VOSS.

429. *Dacos*) nomen gentis Scythiae. BC. *ducat*) i. claudat [3]) in moenia, quos nos vetabamus errare; sed quo [4]) volunt, iam eunt, nullum timentes. BC. VOSS.

430. Et *effectum, ut consul* non *premat Sarmaticum aratrum*. Sarmatici sunt versus Boemiam, quibus *consul* Romanus dedit certum et determinatum finem, quousque inhabitarent. LA. *succinctus*) expeditus. BC. LC. Nam ante [5]) solebat dux consul ad subiugatam gentem coloniam deducere et aratro signare spatium civitatis. BC. VOSS.

431. Et *effectum* est etiam, *quod* Roma nunquam vindicabit Crassum; et hoc est quod dicit *quod semper saevas* etc. LA. *debet*) Hac luce [6]) cruenta effectum est, ut semper tibi [7]) Parthia debeat poenas; nam nec-

1) Voss. *fuit o. seculis, quibus t. p. c. s. Nam quidquid aliis annis suo imperio subdiderunt, hoc uno die perdididerunt.*

2) Voss. *i. ut India postea Romanos d. non timeat oc. om.*

3) Voss. *i. e. nec Dahas includat.*

4) Voss. *iam q. v. eant non t.*

5) Voss. *antea*; de re cf. Schol. Horat. Od. I, 16, 21; adde Donat. ad Terent. Adelph. IV, 2, 44; ad Virg. Aen. V, 755; et Serv. ad Aen. I, 16 et IV, 202.

6) Voss. *cr. luce.*

7) *tibi* abest a Voss., ut seqq. *ex his.*

dum te, o Roma, ex his vindicaveras, occiso Crasso et Romanis signis direptis. BC. VOSS. *poenas*) quia nondum Romana signa vindicarunt Crassum. BC.

432. Et *effectum* est etiam, *ut* illi, qui olim fuerunt servi, nunc sint liberi, et Roma, quae fuit libera, nunc sit ancilla; et hoc aequipollenter et *quod libertas, fugiens civile* bellum, *recessit ultra* etc. LA.

433. Tigris est fluvius in Oriente, et Rhenus in Septemtrione. LA.

434. *vagatur*) a nobis vagatur et deserit Romam. BC.

435. Et *vagatur* nunc ens *Germanum bonum* et *Scythicum*, ac si dicat isti nunc vivunt in libertate. Germania eadem est quae [1]) Suevia. Scythia est alia provincia. LA. *Scythiumque*) apud [2]) ipsos perseverat libertas, a nobis fugata est; ergo *Scythicum* [3]) *bonum* est libertas. BC. VOSS.

436. Et quia ad tantam miseriam pervenit Roma, utinam nec prius venisset ad tantum honorem; et hoc est quod dicit: o *Roma, vellem* ut esses *incognita nostris populis*, ex quo *Romulus* dedit nomen urbi; et hoc aequipollenter *ut primum complevit moenia* etc. LA. *incognita*) ipsa libertas. LP. quia, si non cognita esset, non fieret tantum bellum pro ipsa. LC. Utinam Roma [4]) libertatem nesciret, ne cum tanto dolore eam perderemus. [5]) BC. VOSS.

437. *Vulturis*) Romulus [6]) vulture captavit augurium. BC. VOSS. *ut primum*) i. postquam. LB. *laevo*) sinistro. BC. *dextro*) i. e. prospero. VOSS. I.

438. Complere *moenia* est dare nomen urbi; non enim dabatur nomen, antequam essent finita. *Infami loco* [7]) dicit propter Remum, quem interfecerant milites Romuli, dum contentio esset, in cuius nomine vocaretur civitas. Convenerant enim ut in illius nomine vocaretur civitas, cui melius augurium daretur; et apparuerunt Romulo sex vultures, Remo vero duodecim. Iste pugnavit propter senarium numerum, qui est [8]) perfectus; ille vero propter duplicationem. Quod est nobis laevum, illud est diis dextrum, et ideo ponitur pro bono augurio. LA. *luco*) i. e. populo, quem adducebat ad lucum. VOSS. Cum adhuc

1) *quae* addidi ex Bp.
2) Voss. *nam ap. eos.*
3) Voss. *Germanum b. ipsa l. cpexegesis.*
4) Voss. *l. R. nescisset.*
5) Voss. I. *modo p.*; II. *nunc perdidisset.*
6) Voss. *R. enim vulturis.*
7) An *luco?*
8) La. *quē.*

raritas esset [1]) civium, Romulus omnes nocentes et criminosos in eundem lucum deducebat, [2]) constructo asylo, ibique eos crimine liberatos in numerum civium conferebat. BC. VOSS. Virgilius: [3]) *Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer asylum retulit.* BC. LD. VOSS. Iuvenalis: [4]) *Quisquis primus fuit ille tuorum, aut pastor fuit, aut illud, quod dicere nolo.* BC.

439. *Vellem* etiam, ut servituti esses subdita usque ad hanc ruinam. LA. *Usque*) usque ad bellum [5]) civile, quod in Thessalia gessisti. BC. VOSS.

440. Et quod non servivisti, tunc fuit Brutus causa, qui expulit Superbum Tarquinium; et inde conqueror; et hoc est quod dicit *de Brutis, Fortuna, queror* etc. LA. *Brutis*) quia [6]) libertatem protexerunt, quamvis [7]) nos modo perdituri simus. BC. VOSS. *legum*) h. e. cur viximus in legibus. [8]) BC. VOSS.

441. Agere *tempora legum* est vivere in libertate. Quicquid fiebat in tempore unius cuiusque consulis, notabatur in annalibus libris nomine illius consulis; et hoc tangit per hoc quod dicit *habentes nomen a consule.* LA. *Egimus*) consumsimus vel viximus. BC. *consule*) quando non erant [9]) imperatores, a consulibus anni numerabantur. BC. VOSS.

442. Ideo conqueror, quia illi, qui semper sub domino fuerunt, quodammodo possunt nunc dici *felices* respectu Romanorum; et hoc aequipollenter *felices Arabes* etc. LA. *Felices*) illi enim, quia semper serviunt, [10]) non putant poenam servitutem. BC. VOSS.

444. Et cum *nostra sors*, quae tanta fuit, *est* nunc *ultima*, patet quod *nobis* non *numina;* [11]) nam si numina essent, *secula* non raperentur *caeco casu.* LA. *Ex populis*) de omnibus populis, qui reges et qui imperatores patiuntur, pessima sors est nostra. BC. *ultima*) pessima; subauditur ex illis. BC. vilissima. LP.

445. *pudet*) nos post longam libertatem. BC.

446. *Numina*) nullos deos se habere dicit. BC.

447. Quod cum est, *mentimur Iovem regnare.* Idem

1) Voss. addit *et inopia.*

2) Voss. *induc.* omissis *constr. asylo.*

3) Aen. VIII, 342; Voss. *ut Virg.;* omnes *Hunc;* de re vide ad I, 97.

4) VIII, 274.

5) Voss. *hoc b. q.*

6) Voss. *qui;* V. l. *l. adquisivit q.*

7) Voss. *quam nunc sumus perd.*

8) Voss. *in l. v.*

9) Voss. *q. n. inpositi sunt i. sed consules,* reliquis omissis.

10) Voss. *servierunt po. esse n. p.*

11) *non num.* scripsi pro *minima,* ut paulo post.

valet ac si dicat non est Iupiter; et hoc probat. Nam si esset, vindicaret hoc tantum nefas mittendo fulmen, cum ipse mittat fulmen in silvas, quae nihil promeruerunt; et hoc aequipollenter *spectabit ab alto* etc. LA. *Iovem*) vindicaret quippe [1]) tantum nefas, ut diximus, Iupiter, si fulmine uteretur. BC. VOSS.

448. *caedes*) argumentum ab impossibili. BC.

449. *petet*) i. feriat. BC. Pholoe et Oete sunt silvae. LA.

450. Rhodope est mons. LA. *minantes*) i. quae vetustate [2]) nimia casus minantur. BC. i. in coelum erectas. VOSS. II.

451. *Feriat* [3]) potius *hoc caput* Caesaris, quam *pinus minantes casus.* Vel ut dicat *Cassius* potius *feriat hoc caput* quam Iupiter; et sic praefert Cassium Iovi ipsi. Tangit hoc, quod Brutus eum interfecit cum Cassio in Capitolio. LA. *Casus*) mortem, quia habet fructus saxeos. VC. Irascitur poeta, [4]) quia montes fulminantur [5]) et non homines, qui bella [6]) civilia gerunt. BC. VOSS. *hoc caput*) δειχτικῶς dictum; i. Thessalicum. BC. Caesaris. BC. *(m. al.)* VOSS. *astra*) cum sol a Thebis fugiat, et nox continuata pro die sit. [7]) VOSS. Atreus et Thyestes, cum in dissensione sibi nocere non possent, in simulatam gratiam venerunt. Thyestes cum fratris uxore concubuit, Atreus vero epulandum ei filium apposuit, quae sol ne polluueretur aufugit. Unde Statius: [8]) *Et caligantes abrupto sole Mycenas.* BC. Quod autem dicit *Argos damnavit* [9]) *subitis noctibus,* Mycenas dicere debuit; sed sciendum est mutavisse [10]) illum nomen loci ex vicino, sicut frequentissime apud poetas invenimus. BC. LD.

452. Adhuc ostendit eum non *regnare;* nam cum vindicavit scelus factum a Thyesta, inducendo tres continuas noctes, multo magis deberet vindicare tantum nefas; et hoc est quod dicit *intulit astra* i. noctem *Thyestae, et damnavit Argos subitis noctibus.* LA. *Intulit*) Intro tulit i. abscondit. BC.

453. Illud fecit, et tamen [11]) *dabit diem Thessaliae, gerenti tot similes gladios,* scilicet *gladios fratrum*

1) Voss. *enim t. n. si u. d. I. f.*
2) Voss. habet *vet. pro casus* ad v. *casibus* corrupte.
3) La. *feria.*
4) *poeta* abest a Voss.
5) Voss. addit *et illa loca, quae nihil promeruerunt.*
6) Voss. *g. b. civ.*
7) Errat Schol., confundens duas fabulas. Sol a Thebis non fugit, sed ab Argis. OUDP.
8) Theb. I, 325.
9) Bc. *damnatum.*
10) Bc. *mutuiasse.*
11) La. *tc̃.*

et *patrum*. Tangit de Thyesta, qui interfecit filios Atrei, fratris sui, et dedit ei manducare. Et quia sol noluit videre tantum nefas, ideo continuatae sunt tres noctes. LA. *tot fratrum*) Cum illic duo tantum fuerint, Eteocles et Polynices, et tamen amiserint diem. VOSS.

454. Ego dico *Iovem* non esse, sed quia videor facere contra fidem omnium, qui credunt *Iovem* esse, dicam eum non vindicare hoc nefas, quia non curat *mortalia*. LA.

455. Dii non curant nos, tamen non impune hoc [1]) faciunt; nam hinc procedit quod colimus homines ut deos. Numina dant poenas per hoc, quod sunt causa, quare vindictam de eis sumamus. LA. *curata*) Geminam opinionem tetigit; [2]) nam primo dixit deos non esse, deinde, si sunt, non curant [3]) mortalia. BC. VOSS.

456. *fas est*) haec clades vindictam [4]) tantam de se nobis dabit, quantam fas est, ut dii hominibus exsolvant; nam [5]) pares fient hoc bello coelestibus divi [6]) i. homines. Hoc propter Caesarem dictum, qui consecratus et divus est factus. BC. VOSS.

457. *divos*) intelligit [7]) imperatores hoc loco. BC.

458. *Roma ornabit* recentes animas *fulminibus*, dicendo mittere fulmina; et *ornabit radiis* i. astris, dicendo habere astra, ut Virgilius [8]) introducit Aug. Caesarem dicentem de Iul. Caesare: *Ecce Dionaei procedit Caesaris astrum*. LA. *astris*) Habitu enim Iovis in templo Caesar est constitutus; accepit et radios, sicut [9]) solis habet simulacrum. BC. LD. VOSS.

459. Et quod maius est, *in templis* aliorum deorum iurabunt *per umbras* istorum novorum deorum, et Iulii et Aug. Caesaris. LA. *iurabit*) Dicit [10]) non futurum hunc deum, ut stulti arbitrantur, sed umbram inferni, ut ipse alibi: [11]) *Romanorum manes calcate deorum*. BC. VOSS. *umbras*) Hoc in contumeliam numinum dictum est, ut in omnibus templis non solum in Caesaris per [12]) manes Caesaris iurarent. VOSS.

460. *morantem*) hoc dicit: postquam celeri cursu [13])

1) La. *s;*.
2) Voss. *ponit pr. deos.*
3) Voss. *curare.*
4) Voss. *n. de se* (Cort. bene *diis*) *v. d. t.*
5) Voss. *n. p. h. b. f.*
6) Voss. I. *c. hom.;* II. *superi i. hom.*, malc. OUDP.
7) Bc. *i.*
8) E. IX, 47.
9) Voss. *ut sol. esset s.*
10) Voss. *Hoc dic.*
11) VI, 809.
12) *per m. C.* et in Bc.
13) Voss. addit *ad se venientes.*

illum locum, qui eos medius a bello prohibebat, consumserunt i. cursu mutuo transierunt. [1]) BC. VOSS.

461. *diremti*) separati. BC.

462. *Quo sua*) super quos pila iaciant. BC. *quam* i. a quibus vulnus metuant. BC. ad quem locum, vel in *quo*. LC.

463. *Inde*) ex alia parte. VC. *spectant*) i. exspectant. LP.

464. *Facturi*, inquit, tempus commisso proelio, quo invicem cognoscerent, quanta [2]) forent ipsis portenta. BC. VOSS. *monstra* vocat ipsum belli conflictum. BC.

465. *adversis*) oppositis. BC. Exponit illa monstra: *videre parentes* etc. LA. *Quaerunt cognoscere, quae monstra, vultus* scilicet Romanos, *forent facturi*, quia non erant scelera ista, sed *monstra*. VC.

466. Et quamvis noluerunt *mutare locum, tamen* aliquantulum dubitaverunt pugnare, et ideo tenuerunt *pila* extentis *lacertis*. LA. *libuit*) i. cum acies [3]) esset disposita, ut concurrentes filii [4]) parentibus, fratres fratribus, nemini licuit locum mutare, scilicet de loco ad [5]) locum transire, ut unusquisque parenti suo, aut fratri non staret adversus. BC. VOSS.

468. *coit*) congelatur. BC.

470. Exclamat contra Crastinum, qui fuit primus inceptor huius belli. Celsus [6]) laudat istum, quia fuit bellicosus; et ex quo bellum erat committendum, nolebat piger esse ad arma, et anno superiore fuerat primipilus. VC. Incertum est, ex qua parte fuerit ille, qui bellum commisit. BC. *poena*) quae [7]) mors communis poena est omnibus. BC. VOSS.

471. Omnes *tenuere* praeter te, Crastine, [8]) et ideo *dent tibi* diversam *mortem* ab aliis, scilicet ut anima tua post solutionem animae et corporis puniatur; et hoc est quod dicit: o *Crastine, dii dent tibi non* illam *mortem;* at [9]) potius *dent sensum tuae morti*, i. separationi tuae, *post fata* i. post solutionem animae et corporis. Et tangit illud, quod quidam dixerunt animam simul

1) Voss. *transmiserunt*. Schol. La. vide T. II. p. 450, ubi scribe *sp. me. id. c. finiverunt;* in Cod. enim *finierunt*.

2) Voss. *essent ipsi q. p.*

3) Voss. addit *ita*.

4) Voss. *parentes filiis adversi essent fratrib. fratres, neminem delectavit;* V. I. *nemini licuit*.

5) Voss. I. *in l.;* II. *de eodem loco ad aliam aciem*.

6) Caes. B. C. III, 91.

7) Voss. *i. e. mors, q. o. hominibus c. p. e.*

8) La. *Crastinum*.

9) La. *et*.

cum corpore mori. Et optat iste ne hoc fiat, sed potius maneat anima et puniatur inde; et vocatur haec imprecatio. LA. *sensum*) ad longiora tormenta. VOSS. *post fata*) i. non finias dolorem morte, sed post mortem remaneat tibi sensus, quo [1]) te mortuum cognoscas et esse in poenis. BC. VOSS. Hoc dixit propter hoc, quod supra ait: [2]) *Aut nihil est sensus animis a morte relictum, aut mors ipsa nihil.* BC. *Crastine*) Proprium nomen est illius militis, qui primus tela iaculatus est, ut ait Titus Livius: [3]) *Primus hostem percussit nuper pilo sumto primo Gaius* [4]) *Crastinus.* VOSS.

474. Nunc dolendo dicit poeta *o rabies praeceps*, nam *prima tinxit Thessaliam* etc. LA.

475, Crastinus primus misit; *tunc stridulus aer* etc. LA. *Inventa*) quae tela dirigeret, antequam Caesar. BC. *stridulus*) sonorus. BC.

476. *Elisus*) percussus tubis. BC. *concepta*) i. coacta; *(et m. al.)* simul coepta. LC. i. simul capta; h. e. ut signum darent; et cornua et classica sunt pariter comprehensa. VOSS. *Classica* vocat illum sonum, qui concipitur in *cornu.* LA. voces tubarum. Virgilius: [5]) *Classica iamque sonant. Classicum* autem dicimus et tubam ipsam et sonum; est autem classicum flexibilis tuba. Sed iste, volens significare voces tubarum, inquit *conceptaque classica cornu.* BC.

477. *Tunc fragor tendit* usque ad *aethera;* et ille *fragor* ivit usque ad illos montes, qui circumdant Emathiam. Et cum reversus est ille *fragor*, tantus fuit quod *expavere;* et hoc aequipollenter *irrumpit convexa* poli; a quo Olympo *nubes* sunt *procul*, et a *quo* Olympo non *durant tonitrua.* Tangit hoc quod adeo est altus mons, quod non veniunt *nubes* usque ad summitatem, et *tonitrua* non habent ibi vigorem. LA.

478. *convexa*) montis ultimam partem. BC. *Olympi*) mons Macedoniae. VOSS. Sensus hic est: ad Olympum montem Macedoniae [6]) fragor tubarum pervenie-

1) Voss. *quod.*

2) III, 39.

3) Livii locus interiit, una cum deperditis libris; quare hoc fragmentum huic Scholiastae debemus. An vero *nuper* scripserit Livius, dubitari potest, quia nunc iam *evocatus* erat; cf. Caes. B. C. III, 91. OUDP. Fragmentum Liv. ex lib. CXI.

4) MS. *Gráius; Γάϊος* Plutarcho. [Caes. 44.] OUDP.

5) Aen. VII, 637, ubi Serv. eadem habet, quae sequuntur.

6) Voss. *mont. sonitus t. et frag. P. quo t. n. pe. po.*

bat, ad quem tonitrua pervenire non possunt, cum sint procul nubes. [1]) BC. VOSS.

479. *procul*) Unde illud: [2]) *Nubes excedit Olympus.* LC. iuxta Virgilium: [3]) *Sera procul l. v. d. i. t.* VOSS. *durant*) perveniunt. BC.

480. Et ab illo monte receptus est clamor ille in *vallibus* Haemi, deinde geminatus est in Pelio. [4]) Ordinem tantummodo notat, quomodo de monte in montem ivit clamor. LA. *resonis*) per echo resonantibus. BC.

481. *geminare*) iterum resonare sc. clamorem. BC.

482. *resultant*) Hi omnes montes sunt Thessaliae. BC.

484. *Expavere*) milites ipsi, qui clamabant in omni parte sui. BC.

485. Clamore facto *spargitur missile* etc.; et haec sunt illa vota diversa: *pars optat vulnera* etc. LA. *diversis*) Exponit, quare dixerit *diversis votis*, ideo quia pars optabat vulnera, pars figere tela terrae. BC. *Missile* est omne quod mittitur de manu, scil. tela, hastae et cetera huiusmodi. [5]) BC.

487. *rapit*) Sensus est: licet quidam vulnera optarent, quidam vellent servare puras manus, tamen casus egit res, [6]) et Fortuna fecit nocentes quos voluit, i. nulli proprium votum servavit, sed qui nolebat interficere, interfecit, et qui volebat, frustratus est. BC. GUELF.

489. *quota*) i. minima; *(et m. al.)* i. magna. LC.

490. *Spargitur missile*, sed tunc maior *pars caedis* peracta est ensibus et maxime a civilibus, tamen non [7]) aequaliter ab utraque parte; et hoc dicit aequipollenter ostendendo sic [8]) se habuisse utriusque acies; et hoc notat, ubi dicit *Pompeii densis* etc. LA. *ensis*) i. ensibus perierunt. BC.

492. *Pompeii*) Hucusque generaliter de utroque narravit, nunc specialiter. VOSS.

493. *in seriem*) i. in unum tractum et ordinem. VOSS. *arma*) propter densitatem [9]) iunctorum militum. BC. VOSS.

1) Voss. addit *quibus tonitrua concitantur.*

2) II, 271.

3) Aen. III, 383, ubi tamen est *longa.*

4) La. *proelio.*

5) Similia in Gloss. Priscian. p. 303. Lindem.

6) Bc. *vires*; an *vi res?*

7) La. *si.*

8) Addidi *sic.*

9) Voss. *pr. multitudinem et d. m.*

495. *timebat*) ne iuncti nimium se invicem vulnerarent. VOSS.

497. *densos*) illos [1]) constitisse dicit, hos currere. BC. VOSS.

500. Non solum ibi non erant loricati, sed etiam *hac* parte, ubi erant, *perventum est ad viscera* Pompeianorum, [2]) scilicet *quisque ferit per tot arma* illud, *quod extremum est* scilicet corpus; nam id *extremum est*, quantum ad arma. Vel possumus vocare *extremum* ipsa vitalia. LA. *Hac*) i. per loricam. BC. VOSS.

501. *Extremum*) Unusquisque *ferit*, quod *extremum est; (et m. al.)* i. extremum corpus agminis. BC. Transfigebantur [3]) enim et arma, cum corpus [4]) esset solum, quod uniuscuiusque vulneribus petebatur. BC. VOSS. Illud enim *extremum* est, quod oppositis rebus occultatur; ergo corpus *extremum* est, dum tegitur armis. BC. *Extremum*) mortale, quamvis esset tanta defensio. *(et in marg.)* Vocat extremum corpus interius, quantum ad arma exteriora. VC. Et faciunt soli Caesariani; et hoc aequipollenter *civilia bella* etc. LA.

502. *Una*) Pompeii; *altera* Caesaris. VOSS.

503. *nocens*) ex affectu utentis. BC. *Caesare*) i. Caesaris parte. BC.

504. Et hoc Fortuna faciente; et hoc est [5]) quod dicit: et *Fortuna*. [6]) LA. *Fortuna*) non [7]) est morata Fortuna in evertendis tot rerum ponderibus. BC. LC. VOSS.

505. *Abstulit*) distulit. VC. *fato*) felicitate Caesaris transcurrente. VC. *torrente*) i. praecipiti. VOSS. *ruinas*) belli huius. VC.

506. Exsequitur illud, qualiter *Fortuna abstulit. Ut Pompeianus eques deduxit cornua* per extremas partes, *confudit* ille [8]) cornua bellatorum Caesaris; ut hoc fuit, *levis armatura* i. milites Pompeiani insequuntur. LA. *Ut primum*) h. e. cum Pompeiani diductis cornibus Caesarienses circumdarent, *insequitur* cum eis *levis armatura* i. sagittarii et velites, qui equitibus per cornua immixti Caesarianos maxime infestabant. LB. *cornua*) quia Pompeius multitudine fidit [9])

1) Voss. *hoc d. c. illos autem c.*
2) Eadem in Lc.
3) Bc. *Transigeb.*
4) Voss. *corpore, ut ess. s. q. unusquisque v. petebat.*
5) Addidi *est.*
6) Reliqua vide T. II. p. 483, ubi addatur *et* ante v. *tulit.*
7) Lc. *n. diu m. est;* seq. *fort.* abest a Voss. et Lc.
8) La. *illa.*
9) Bc. Guelf. *sui.*

exercitus, id agit ut includat pauciorem [1]) militem Caesaris. Sed casu factum est, ut invaderetur [2]) ipse, postquam spargendo rarum suum agmen effecit. Bc. Guelf. Voss. *Cornua* vocantur extremitates exercitus, quod intortae sint. [3]) Bc.

507. *ultima*) i. per ultimas partes campi; et *fudit* ipse Pompeianus eques. Bc. *fudit* aut fusa est. *Belli* autem *ultima* fallaciam dicit; nam si in se nihil comminus egissent, tunc debuerant fraude pugnare. Possumus autem et sic distinguere *bellique per ultima frudit. Sp.* i. fudit eques cornua; et qui sequitur versus separatim legendus est. Voss.

508. *armatura*) Levem armaturam sagittarios vel quorumcunque telorum iaculatores non immerito accipimus; comparatione enim ceterorum armorum haec levis armatura est. Bc.

510. *miscet*) quippe diversa arma [4]) sunt diversis gentibus. Bc. Voss.

511. Et *cunctis* [5]) Pompeianis *petitur Romanus cruor.* Istud totum, quod nunc dicit, fecerunt Pompeiani. La. *Romanus*) hoc dicit: Caesariani de auxiliis non laborant; sed tantum Romanos, Pompeii socios, interficiunt, sive ut hoc intelligamus: diversae quidem gentes mittunt tela diversa, sed hoc agunt, ut Romanos interficiant. [6]) Voss. Sensus est: cum extraneae gentes, quae erant ex parte Pompeii, non bene tela regerent, etiam hos [7]) Romanos, quibus prodesse debuerant, occidebant. Bc.

512. *solutae*) dissolutae per reverberationem caloris; sed hyperbolice loquitur. Vc.

513. *liquefactae*) Assidua rotatio [8]) liquefacit plumbum et solvit. Bc. Ld. Voss. nam glandes massae plumbeae sunt. [9]) Bc. Ld.

514. *Ituraei* sunt populi. Per hoc quod dicit *soluti* ostendit eos pugnam incipere. La. *soluto*) Epexegesis. Omnes hae gentes in dirigendis sagittis meruere doctrinam. Vel *soluti* i. locum discurrendi habentes. Bc. qui sine imperatore sunt liberi. Voss.

1) Voss. *m. C. pauc.*
2) Voss. Guelf. *invadatur.*
3) Bc. *intorta sit,* ut ap. Isidor. Orig. IX, 3, ubi tamen *extremitas.* Quae dedi leguntur ap. Ioann. de Ian.
4) Voss. *s. arma.*
5) Ita pro *attentis* ex Bp.
6) Posterior expositio procul dubio unice vera est, et per se patet. Oudp.
7) An *hae?*
8) Ld. et Voss. *a. enim vertigo pl.;* Voss. *incendit.* Cf. Serv. ad Virg. Aen. IX, 588. et Schol. ad Stat. Theb. X, 527. ibique Itpp.
9) Fere eadem Ioann. de Ian.

515. *rexere*) in rectum misere. Lc. non dirigebant [1]) in hostem, sed in altitudinem aeris; et inde casura vulnus inveniunt. Bc. Voss.

516. Et hi omnes non direxere *sagittas*, sed tantummodo in altum proiiciebant, et multos interfecerunt [2]) hoc modo, sed tamen non cives suos; et hoc est quod dicit *sed* non *maculant* extraneum *chalybem* ullo *crimine sceleris* i. sceleroso crimine, quod fit tantum inter cives. La. *imminet*) supereminet. Bc.

517. *mortes*) non tela, sed certus interitus. Bc. Voss. *nullo*) quia non [3]) erant Romani. Bc. Voss. sine crimine ergo et innoxii ferrum suum externum adversariorum sanguine polluebant. Voss.

518. *Externum chalybem* dicit arma externarum gentium. Bc. *coactum*) collectum. Bc.

519. Qui cives, erant circa pilum; et ideo fit ibi scelus; et tot proiiciebantur hastae, [4]) quod fecerunt obscuritatem nocti similem; et hoc notat, ubi dicit *noxque* [5]) *super* etc. La. *pila*) i. circa illos, [6]) qui pila portabant; hi enim Romani erant, et hi tantum cum [7]) crimine dimicabant. Bc. Voss.

520. *Nox*) obscuritas. Lb.

521. Ut hoc fuit, *tunc Caesar*, timens *ne prima* acies sua deficeret *incursu* Pompeianorum, tenuit quosdam retro, qui invaderent illos, quos Pompeius dimiserat in [8]) suas acies. La. *metuens*) i. timens Caesar, ne exercitus eius, qui in prima fronte erat, deficeret, his dimissis, qui hostibus resisterent, quosdam latenter a tergo reduxit, et lateri hostilis exercitus immisit. Bc. Voss. *labaret*) titubaret. Lc.

524. Illa tamen cornua non retraxit, quae iam direxerat contra Pompeianos; et hoc notat, ubi dicit *non motis cornibus*. La.

525. Illi sunt timendi, quos pudet fugere; sed [9]) barbaros non puduit fugere, ideo nec timendi fuerunt a Caesarianis; et hoc notat, ubi dicit *nulloque pudore timendi palam fecere*. La. *Immemores*) barbari, qui cum Pompeio erant. Bc. *pudore*) i. nulla verecundia timoris. Bc. *timendi*) qui non erubescebant [10]) timere. Bc. Voss. non sunt digni, ut timeantur. Vc.

1) Voss. *Non in aliquem mittuntur h. s. tantum in a. al. diriguntur, ut i. c. v. inveniant.*
2) Ita ex Lc., qui eadem habet; La. *interficiant.*
3) Voss. *q. R. n. e.*
4) La. *fasti q. fecerant.*
5) La. addit *et.*
6) Voss. *Hi e. R. er. q. p. gestabant.*
7) Voss. addit *sceleris.*
8) Addidi *in.*
9) La. addit *que.*
10) Voss. addit *se.*

526. *Praecipites*) fugientes. BC.

527. *barbaricis*) [1]) Externi, qui auxilium tulere Pompeio, pugnae immemores, repente [2]) et nullo timoris pudore fugientes palam fecerunt, [3]) non rite commissa barbaricis catervis civilia [4]) bella. BC. VOSS.

528. Quod hinc patet; postquam equus, percussus in pectore, proiicit equitem, retro tunc omnes fugiunt. LA. *transfixus*) figurate. BC.

529. *effusi*) cadentis. LB. Regentem [5]) vocat ipsum equitem. LA.

530. *nubes*) collectionem [6]) multitudinis equitum *nubem* appellavit. BC. VOSS.

531. Per hoc quod dicit *ruit in sua agmina*, ostendit barbaros nondum omnes venisse ad pugnam. LA. *ruit*) et sic fecerunt fragassum [7]) de suis fugiendo. VC.

532. *modum*) i. sine modo [8]) et sine mensura occidebantur; et postea [9]) non fuit ulla pugna, quia Pompeiani in fugam versi sunt. BC. VOSS.

533. *hinc*) de parte Pompeii, qui [10]) occiduntur. BC. VOSS. *hinc*) [11]) de parte Caesaris, quae occidit. BC. VOSS.

534. *Nec valet*) Tanta Pompeianorum [12]) erat multitudo, quae fugiens occidi poterat, ut ad occidendum Caesaris non duraret exercitus. BC. VOSS.

535. Et quia [13]) hic notat eos cito effugisse, et quia tot moriebantur, optat poeta quasi futurum esset, ut vel hi soli moriantur, vel, [14]) si non potest remanere quin Romani moriantur, parcatur istis; et quare hoc optet causam addit, ubi dicit *nam post civilia* etc. LA.

536. *cruor*) i. barbarorum tantum. BC. *barbara*) Adhuc enim Pompeiani pereunt, sed barbari, non Romani. Quos Romanos [15]) hic optat non occidi, si potest Pharsalia barbarorum cruore satiari. BC. VOSS.

540. *Syrique*) quia [16]) et ipsi post civilia bella in-

1) Voss. addit *Hi.*
2) Voss. *derepente.*
3) Voss. *fecere.*
4) Voss. *b. c.*
5) La. *Pergentem.*
6) Voss. *nub. glomeratam collectam e. multitudinem dicit.*
7) i. tumultum; vox nova.
8) Voss. *Ex illo omnes s. m. caesi sunt.*
9) Voss. *n. f. p. certamen aliquod* sine *et.*
10) *q. o.* absunt a Voss.
11) Voss. *ex p. C.* sine reliquis.
12) Voss. *t. e. P. turba q. o. f.*
13) La. *qui.*
14) *vel* et seq. *addit* adieci.
15) Voss. *q. h. iam o. n. oc. sed ut P. b. c. satietur;* Bc. *sanari.*
16) Voss., qui haec in fine scholii habet, *nam p. b. c. i. c. R. q. hi q.*

cipient esse Romani; quia qui nunc sunt funditus interibunt. Ergo [1]) si vis, o Pharsalia, Romanorum sanguine compleri, istis gentibus parce, quae extraneae sunt. BC. VOSS.

543. *Omnis eques cessit campis;* quo facto *timor it in omnes*, et fata, [2]) scilicet dii, pugnant ibi ex parte Caesaris; et hoc notat, ubi dicit *cursus datus est fatis pro Caesare.* Ideo hoc dicit, quia non videretur verisimile, [3]) ut tam pauci tot vincerent. LA.

544. *fatis*) i. invenerunt [4]) cursum, ut Caesari faverent, ut fatorum cursus ad Caesaris [5]) felicitatem duceretur; sive ut, cum deberet laborare Caesar, pro illo sua fata certarent. BC. VOSS.

545. Extranei cito fugerunt; sed postquam *ventum* est ad ipsos Romanos, forte [6]) debuit flecti *Fortuna Caesaris.* Nisi dii hoc fecerint, *haesit;* non enim erant ibi extranei, sed soli Romani agunt bella. LA.

547. *constitit*) moram passum [7]) est. BC. *haesit*) morata est vel detenta. LC.

548. *auxiliis*) ibi iam non auxiliarii [8]) pugnabant, sed ipsi Romani de parte Pompeii. BC. VOSS.

549. *rogatae*) i. conductae. VOSS. I. NORIC. non illic movere ferrum rogatae [9]) manus, scilicet quarum Pompeius rogarat auxilium. BC. VOSS.

550. Et quia fratres et patres et filii ibi pugnabant, ideo, o *mens, fuge hanc partem belli*, et *relinque* hoc ignorantiae, scilicet ut nullus per te sciat tantum nefas; et hoc est quod dicit: et *nulla aetas discat, me vate tantorum malorum, quam multum liceat*, pro licuit etc. LA.

551. *Caesar*) quia Romani a te hic occiduntur. [10]) BC. VOSS.

552. *Hanc*) verba ex parte [11]) poetae. BC. VOSS. *tenebras*) ignorantiae. BC. LB. *relinque*) dum videre detrectas. VOSS.

555. Non discant; *ah potius pereant lacrimae,* quae concitarentur per scripta mea. *Pereant* dicit quasi non fiant. LA. *Ah*) interiectio dolentis. BC. *pereantque*) Dicente enim me, quae gesta sunt, quisquis au-

1) Voss. *Si v. inquit, R. o. Ph.*
2) La. *futura s. diu.*
3) Addidi *veris.;* in Bp. *ne v. incredibile.*
4) Voss., qui *inv.* — *fav.* in fine habet, *et invenirent.*
5) Voss. *f. Caes.*
6) La. *fert d.*
7) Bc. *passus.*
8) Voss. *auxilia.*
9) Voss. *m. rog.*
10) Voss. *nam h. a te Romanus occiditur.*
11) Voss. *v. poet.*

diet flebit; tacente, nulla erit causa lacrymarum. BC. VOSS. ne fiant. BC. *(m. al.)*

557. Post excusationem revertitur ad Caesarem, volens dicere qualiter se habuerit. Sed nimis obscure pertransivit Lucanus istud bellum relatione aliorum, quae supra posuit; sed excusatur; nam ante ipsum nullus alius aperte hoc descripsit, forte ratione pietatis; et similiter [1]) qui interfuit confuse hoc bellum narravit. VC. Et quia videt Fortunam suam haerere, ideo *vagus circum agmina. Rabies* sui *populi;* nam faciebat insanire. LA. *Hic*) pro tunc. BC. *rabies*) Epexegesis; definivit [2]) quid esset Caesar, *rabies populi stimulusque furorum.* BC. VOSS.

558. *Ne qua*) i. ne alicubi geri [3]) a militibus bellum civile cessaverit. BC. VOSS.

559. *animisque*) quod ait Cicero: [4]) *Currentem, ut dicitur, occupavit.* VOSS. *addit*) i. ardorem voluntatis ardentibus ad bellum. BC.

560. Et hoc modo *adde ignes,* singulos notando, cuius ensis in summitate tantum sit cruentus. LA. *natent*) quia plures occiderunt. BC.

561. *niteant*) qui nunc primum coeperint vulnerare. BC. *mucrone*) acumine. BC.

562. Quod *manus* tremit *presso ense,* hoc fuit signum firmiter teneri ensem. *Quis ferat languida tela,* et *quis contenta* i. firmiter prehensa [5]) *inspicit.* LA. *presso*) in vulnera misso. BC. *languida*) inertia. BC.

563. *contenta*) Stricta vel deficientia vel extenta. LC. districta; dictum a contendendo i. extendendo. BC. *contemta*) non curando feriri. [6]) VC.

564. *iuvet*) delectet, etiam [7]) Caesare non iubente. BC. VOSS.

565. *mutet*) i. tristis efficiatur cive prostrato. BC. VOSS. ubique scil. conspicit. BC. *obit*) circumit. BC. LB. VOSS. *Obit* [8]) idcirco *ipse* sua *cadavera,* et *premit opposita manu,* ne cruor exeat. LA.

567. *vagatur*) discurrit. BC.

568. Ita vadit ipse hortando, sicut soror Martis hortatur; et hoc dicit *quatiens sanguineum flagellum.* Et ita contraxit paventes, [9]) sicut Mars, *si* forte *sti-*

1) Significari videtur Celsus i. Iul. Caesar.

2) Voss. *Definit q. sit C. rub. epex.* sine reliquis.

3) Voss. *a. m. suis g. b. c. cessarit.*

4) An Phil. III, 8, ubi tamen est *c. u. d. incitavi?*

5) La. *penea;* v. *insp.* addidi.

6) Vc. *ferire.*

7) *et.* abest a Voss.

8) Ita pro *Et.*

9) La. *pavenes sic M.*

mulet turbatos etc. Per hoc notat, quod fortitudo sine sapientia parum valet, quod est Palladis. LA. *Bellona*) dea belli, mater Martis. BC.

569. *Bistonas*) Thracas, [1]) quorum Mars deus est. BC. VOSS.

570. *aegide*) lorica. BC.

571. Ingentem noctem *scelerum* vocat spissitudinem telorum. LA. *instar*) similitudo. BC.

572. Et tanti erant *gemitus*, quod videbantur *immensae* voces; et tantum erat pondus, quod ex ipso *pondere sonant* arma. LA. *immensae*) definit *gemitus* quid sit; magnitudo et similitudo immensae vocis. BC.

574. Et quamvis ipsi per se satis facerent, tamen *ipse subiicit* et *ministrat* propria *manu gladios ac tela*. LA. *subicit*) exacuit vel subministrat. BC. si [2]) *subicit* ministrat; si *subigit* exacuit, [3]) ut Virgilius: [4]) *Subiguntque in cote secures*. BC. VOSS.

576. *Promovet*) abegit, longe minat. [5]) BC.

577. Et si quis voluit fugere, versa hasta verberat eum. LA. *cessantss*) a pugna scil. BC.

578. *In plebem*) non plebeios iubet occidere. [6]) BC. VOSS.

579. *cruor*) ubi sanguis imperii sit. BC. VOSS. *viscera*) membra [7]) scilicet in senatu. BC. VOSS. *rerum*) i. divitiarum. BC. *(m. al.)*

580. *Scit quis cruor sit imperii* acquirendi, i. quo cruore effuso possit habere imperium; et hoc exponit, ubi dicit *unde* [8]) *petat Romam*. LA. *petat*) scil. *scit*; per sanguinem senatorum. BC.

581. Quod dicit *quae* sint *viscera regum*, ostendit, ubi dicit *scit, quo loco steterit ferienda ultima libertas mundi*. Ultimam libertatem *mundi* vocat senatores, quibus mortuis destructa esset libertas. LA. *permixta*) equitum Romanorum iunctam nobilitatem dicit. [9]) BC. LP. VOSS.

582. Et hoc exponit, scilicet *quo loco* sit *nobilitas permixta secundo* ordini, scilicet equestri ordini. Nobilitatem vocat senatores, qui in primo ordine erant,

1) Bc. *Thracias;* Voss. *Th. dicit q. d. e M.*

2) Voss. *si est.*

3) Voss. addit *intelligimus.*

4) Aen. VII, 627.

5) i. e. ducit; cf. Adelung. Gloss. T. IV. p. 679; adde Ioann. de Ian. et Voss. de vit. Serm. IV, 13.

6) Voss. *interfici, sed senatores.*

7) Voss. *ubi m. rerum.*

8) La. addit *ut non.*

9) Lp. et Voss. *i. e. cum equitibus* (Lp. addit *tunc*) *Romanis iuncta nobilitas.*

equites in secundo, populus in tertio. LA. *nobilitas*) Ordo: *nobilitas urguetur*. VOSS. equester [1]) ordo permixto scil. senatu. BC.

583. *Monstrat* eis, et tunc *veneranda corpora urgentur* etc. LA. *Urgentur*) cruciantur. BC. *Lepidos*) Lepidi et Metelli familiae erant [2]) Romanorum, ab eo qui primus Lepidus et Metellus; similiter Corvini et Torquati. BC. VOSS.

584. *Nomina regum* dicit [3]) quantum ad hoc, quod vocatus est ille rex proprio nomine, unde sumserunt initium; vel qui digni essent tali dignitate. LA.

585. *duces*) caedunt; qui saepe duces fuerunt. BC. *remoto*) h. e. qui omnium eras summus; *te remoto* i. tui comparatione. VOSS. nam tu, o Magne, [4]) omnium primus es, ut ait Virgilius: [5]) *Excepto Laurentis corpore Turni*. BC. VOSS.

587. Duces caedunt, et, *o Brute*, te cecidissent, nisi arma mutasses; et hoc est [6]) quod dicit *o Brute, quod ferrum tenebas* etc.; q. d. insidiatorium gladium *tenebas*. Nam ad hoc taliter se induerat, ut melius posset insidiari Caesari. LA. *quod*) i. quale. LB. cuiusmodi, quia meditabatur interficere Caesarem, si potuisset. Laudat Brutum, quem omnes vituperant praeter Tullium. VC. Ille enim postea Caesarem interfecit. BC. *tenebas*) i. continebas; non enim pugnabat latens habitu plebeio. BC. Quia in primis [7]) dicit, quod neque vellet hostis esse Pompeii, neque Caesaris, sed quisquis victoriam adquireret, quod illius hostis vellet esse. Ideo non cognoverunt eum, quia modo ferrum tenuit. [8]) VOSS. I.

588. Supremam spem ideo vocat, quia tandem interfecit eum in Capitolio. LA.

589. Et per hoc quod dicit *extremum nomen*, notat ante quidem fuisse alium Brutum ultorem patriae, scilicet qui Superbum Tarquinium expulit; sed post istum nullus erat talis. LA. BP. *Extremum*) Hic Brutus ab illo Bruto originem duxit, [9]) qui propter Lucretiam expulit [10]) ab urbe Tarquinios. Ideo autem dictum *extremum nomen*, [11]) quia post quingentos annos

1) BC. *equestris*.
2) Voss. *Romanae er.*
3) LA. addit *in*.
4) *o Mag.* absunt a Voss.
5) Aen. VII, 650.
6) Addidi *est*.
7) Cf. supra II, 283.
8) Falso id ait Schol.; nam ibidem in fine orationis excitatum eum a Catone ad bellum canit Noster. OUDP.
9) Voss. *ducit*.
10) Voss. *T. u.* (V. I. *ab u.*) *e.*
11) Voss. add. *per secula*.

hic natus est Brutus [1]) et Caesarem interfecit. Bc. Voss. ut ait Tullius: [2]) *Fuerit ille L. Brutus, qui et ipse dominatu regio rempublicam liberavit, et stirpem prope quingentesimum annum propagavit.* Voss.

590. *rue*) irruas. Bc. *temerarius*) praesumtiosus. Bc.

591. *Nec ante* tempus *admoveris Philippos*, i. acceleres *tibi* tandem *fatales;* notat [3]) illud, quod ibi fuit interfectus ab Aug. Caesare. La. *Philippos*) postea enim cum Macedoniam obtineret, quae est in Thessalia, ab Augusto est [4]) superatus et occisus in Philippis. Bc. Voss.

592. Et tunc suus fuit; nam non sub aliquo militabat, quod tunc faciebat. La. *tua*) in Thessalia, inquit, periture tu, *tua;* nam illic obtinebat imperium. Bc.

594. Quid [5]) vocet *arcem iuris* ostendit, ubi dicit *et humanum columen* etc. La. *columen*) monarchiam; sc. et nondum egressus. Bc. Dicitur a columna *columen*, i. virtus; hinc et incolumis i. vigore vel potestate permanens. Lc. *premuntur*) reguntur. Bc.

596. Nihil proficis nunc, quia Caesar *egressus meruit a fatis tam nobile letum*, [6]) scilicet ut a te interficeretur. Et ideo *vivat et regnet, ut procumbat* etc. La.

597. *Hic*) rursus [7]) redit ad descriptionem belli. Bc. Voss.

598. *Patricium*) pro patriciorum. Bc. *non mixta*) i. ignobilis; *(et m. al.)* quia tantum [8]) nobiles ibi occisi sunt. Bc. istos enim solos supra Caesar iussit occidi. Voss.

599. Et quamvis multi nobiles ibi jacent, *tamen* inter omnes magis fuit notabile corpus *Domitii;* et hoc aequipollenter *mors tamen eminuit* etc. La. *tamen*) et quamvis multi nobiles occubuissent. Bc.

600. Iste fuit Domitius, qui prius obstitit Caesari, postquam transivit undam Rubiconis; quem praefecerat Pompeius illis, quos Caesar remiserat illi de Gallia. La.

1) Voss. *est* (V. II. *Brutus*) *et C. occidit.*

2) Phil. I, 6; scripsi *L. Br.* pro *licet Br.*

3) La. *nov.*

4) Voss. *sup. e. et in Ph. oc.*

5) La. *Quod nocet arare.*

6) La. *ferum.*

7) Voss. *re. rurs.*

8) Bc. *tanti.*

601. *sine illo*) nam [1]) ubicunque Magnus victus est, ibi et [2]) Domitius pariter cum illo. BC. GUELF. VOSS.

603. *Libertate*) nam et supra victus [3]) in Corfinio a suisque traditus non rogavit; et est dimissus a Caesare. BC. GUELF. VOSS. *laetus*) voluntarius ad suscipienda vulnera. BC.

604. *Labitur*) moritur. BC. Cui tamen donavit vitam, cupienti mori. Quod quia nunc non fecit, gaudet; et hoc notat, ubi dicit *ac venia gaudet* etc. LA. *secunda*) prius enim ignovit Caesar Domitio in Corfinio. BC.

605. *crasso*) spisso. BC.

606. *increpitans*) i. frequenter increpans. BC.

607. Successorem vocat Magni, quia ubique diiudicabat [4]) causam Pompeii iustam esse. LA. LC. *succentor*) i. e. fautor; vel *successor*. VOSS. *εἰρωνικῶς* dictum, [5]) i. qui sperasti mihi succedere. BC. VOSS. vel *succensor* legitur, quia eum instigabat ad bellum; [6]) ecce enim sine te dimicatur. VOSS.

608. *Caesar* ita increpuit eum; at ille contra (quamvis vix posset [7]) loqui; et hoc dicit *ast illi suffecit spiritus in vocem*) ita dicens: o *Caesar*, ego *adspiciens non potitum te funesta mercede scelerum, sed* [8]) potius *dubium* de eventu, et adhuc *minorem genero*, qui [9]) est, *liber et securus* vado *ad umbras*, *Magno* adducente *duce*. LA. *suffecit*) subministravit. BC. sive satis fuit, sive duravit, ut Virgilius: [10]) *Nec sufficit umbo*. VOSS.

609. *resolvit*) aperit ad loquendum. BC.

610. *Non te*) Sensus hic est: non te iam adspiciens [11]) victorem, sed adhuc in exitu dubio constitutum, et adhuc [12]) minorem Pompeio. BC. VOSS.

612. *Stygias*) Alii *patrias*, i. ubi sunt parentes. VOSS. II. *Magno*) qui adhuc dux est. BC. *liber*) i. non tibi subditus. BC.

613. Et hac de causa etiam vado *liber*, quia, quamvis *moriar*, tamen *licet sperare te subactum* etc. LA.

1) Voss. *hoc est u. v. e. M. p. D. vincebatur*; Bc. haec in fine scholii seq. habet.
2) Bc. Voss. *scilicet*.
3) Voss. *sup. in C. a s.* (Bc. *suis*) *deditus* (Bc. *trad. est*) *n. r. sed est*.
4) La. *dividebat* (Bp. *iudicabat*) *c. Pompeius ita esse*.
5) Voss. addit *est*.
6) Voss. II. *eadem arma succendebat ad arma civilia*.
7) La. *prisor*, corrupte.
8) La. *si*; Lc., qui eadem habet, *sed*.
9) La. *quia*.
10) Aen. IX, 810.
11) Voss. *v. ad. morior*.
12) Voss. *P. adh. m*.

615. *Cum*) quamvis. VC.

616. *densaeque*) utpote mortis. BC. *pressere*) Virgilius: [1]) *In aeternam clauduntur lumina noctem.* VC.

617. *Impendisse*) [2]) Ex persona sua poeta dicit, quod se pudet [3]) exsequi universa, quae gesta sint, [4]) cum sint tam crudelia. BC. VOSS. *in funere*) Hic [5]) dixit *impendere in hac re* ablativo iungens; alibi *in hanc rem* accusativo iungens: [6]) *In ventos impendo vota fretumque.* BC.

618. Mos est poetarum, ut dicant qui moriantur in bello, et qualiter moriantur. Et inde excusat se iste, quare hoc non fecit; ac si dicat [7]) tantum fuit istud nefas, quod non sufficeret ut *singula* dicerem digne; q. d. quod scripsi bellum expeteret, ut *singula* persequerer, ut alii faciunt; sed *pudet* et *impendere* et *impendisse lacrimas innumeris mortibus* habitis, ubi mundus funeratus est. LA. *fata*) singulas mortes. BC.

619. Et quomodo impendunt *lacrimas* ostendit: et *pudet* me *sequentem singula fata quaerere, per cuius viscera exierit letiferum vulnus* etc. Per hoc impendit *lacrimas,* quia scribendo esset causa alii, ut [8]) lacrimaretur. LA.

620. *quis*) per singula accipimus, *quaerere pudet.* BC.

621. *adverso*) opposito. BC. i. in ore adversi. LB. *dimissum*) eiectum. VOSS.

622. *Pudet* dicere [9]) *quis moriens expulerit anima,* i. per sanguinem, *ensem demissum* [10]) in fauces; et hoc per adversum os. LA. BP. *Expulerit*) ut egrediens sanguis *ensem* expellat *faucibus dimissum.* BC. *anima*) sanguine. Virgilius: [11]) *Purpuream vomit ille animam.* BC. *corruat*) dum pars corruit, quae vulnus accepit. BC. VOSS.

623. *cadunt*) dum viscera corruunt. BC.

624. *Transmittat*) ultra mittat, [12]) ut ait alibi: [13]) *Superest telo post vulnera cursus.* BC. LD. VOSS.

625. *emissis*) solutis vel incisis. BC. *perruperit aera*) flumina sanguinis per aerem sagittando. BC.

626. Et quis ita strenuus esset, ut *in arma sui*

1) Aen. X, 745.
2) Voss. addit *Hoc.*
3) Voss. *pudeat.*
4) Voss. *sunt, c. s. tantum.*
5) Bc. *hoc.*
6) V, 491; Bc. *expendo.*
7) *ac si — lacrim.;* eadem Lc.
8) Addidi *ut.*
9) Absunt a Bp.
10) La. *dimissum.*
11) Aen. IX, 349.
12) *ul. mi.* absunt a Ld. et Voss.
13) III, 468.

hostis cadat. LA. *cadat*) dum moritur uterque. Ordo: *quis cadat in arma sui hostis.* BC.

627. *Caedat*) feriat. BC. *Et quis mittat caput longe* ad hoc, *ut possit* eum *spoliare.* LA. BP. *notum*) ne sit magnum crimen spoliare cognitum corpus, ideo abscidit [1]) caput et longe mittit, ne cognitum sit, quem occisum spoliet. BC.

628. *Abscisum*) Ideo abscidit caput, ut non sit tale crimen, si nesciatur an fratris sit, cum hoc spoliat; et ideo longe mittit, ne de proximo, cuius fuerit, appareat. VOSS. *ora*) vultus. BC.

630. Et non dicam quis sit ille, qui interfecto patre probet non suum esse patrem. LA. *non esse*) Acute dictum est; nam licet pater sit, quem occidit, persuadet tamen *patrem* eius [2]) *non esse,* dum illum tam crudeliter occidit. BC. VOSS. *mors nulla*) Hypallage est, i. nulla querela est digna sua morte. BC. *querela*) i. acerbiores fuerunt mortes quam querelae, et suarum [3]) acerbitatem lugere mortales non possunt. BC. VOSS.

631. Et ideo *pudet* me haec dicere, quia *nulla mors* i. nullius populi mors *digna est* etc. LA. *sua*) propria. LP. i. singulari. LB. *lugere*) digne aliquem lugere non possumus. BC. VOSS.

632. *partes*) modos. LC.

633. Et quod *non habuit* tales *partes pugnae,* ut ceterae clades, ostendit. *Illic,* i. in aliis bellis, *Roma perit per* viros, nunc *per populos;* ac si dicat pro singulis viris, alibi mortuis, possumus hic populum numerare; et hoc notat per hoc quod sequitur *quod militis illic* etc. LA. *Aliae*) Apud Aliam flumen Senones Galli omnem Romanorum exercitum deleverunt occurrentem sibi. Est autem in hoc nomine antepenultima brevis; et hoc loco secundum naturam positum, licet Virgilius [4]) unum L causa metri addiderit, sicut et iste paullo ante: [5]) *Et damnata diu Romanis Allia fastis.* Dicit ergo quod non iuxta Aliam fluvium tantum nefas fuerit, quantum in Pharsalia; nam iuxta Aliam viri, i. fortes, in Pharsalia totus populus periit. BC. *fata*) i. solummodo fortes perierunt. BC.

634. *populos*) i. omnis populus perit. BC.

1) Ita Guelf.; sed Bc. *abscondit.*

2) *eius* non est in Voss.

3) Voss. *q. harum acerbitates possint lug.*

4) Aen. VII, 717, ubi vid. Serv.

5) Supra vs. 409, ubi vide notata; MS. add. *ut.*

635. Bene dico *hic gentis;* nam multae gentes sunt ibi mortuae. Et enumerat quasdam: *hic sanguis* etc. Achaia patria. LA. *gentis*) Maiores, inquit, [1]) in Pharsalia *pugnae partes,* quam in [2]) provincia alia; nam alias singuli milites occiduntur, hic populi prostrati sunt. BC. VOSS. *Achivus*) Graecus. BC. LB. gens ab Achaia. VOSS.

636. *haerere*) Hoc dicit: illarum gentium sanguinem vetabat sanguis [3]) Romanorum stare in campis, quem impellens faciebat in morem fluminis fluere. [4]) BC. VOSS.

637. *Romanus sanguis,* habitus ad modum torrentis, *vetat* ceteros *cruores haerere,* scilicet *vetat consistere* in *campis;* et per hoc patet, quod irreparabile damnum hic passi sumus. Et hoc est quod dicit *populi,* qui interfuerunt bello, *maius vulnus habent ab hac acie, quam* possent ferre [5]) illi, qui in illo loco fuerunt. LA.

638. *Maius*) i. a [6]) Caesaris exercitu maiora vulnera acceperunt populi, quam quanta vix [7]) inferre potuerunt ea secula, quibus iidem populi esse coeperunt; hoc est plures uno die perierunt quam omnibus seculis. [8]) BC. VOSS. II.

639. Et revera *maius* [9]) *vulnus;* nam *quod perit* maius *est quam vita* et *salus,* quod omnes illi, qui nasciturі sunt usque ad magnum tempus, erunt in servitute. [10]) Possent perdere sanitatem, si truncarentur, et non vitam. LA. *plus est*) i. [11]) plures perierunt quam remanserunt. BC. VOSS.

640. *prosternimur*) pereuntibus [12]) tot non erit, unde alii procreantur. BC. GUELF.

641. *aetas*) in perpetuum enim [13]) prosternimur, quia his victis omnes nos posteri sumus servituri, et ita erit ac si superati simus. BC. VOSS.

642. Et qui nihil promeruerunt, ibi passi sunt damnum; ideo poeta subiungit *proxima quid suboles* etc. LA.

1) Voss. addit *sunt.*
2) Voss. Guelf. *in aliis provinciis, nam alibi;* Bc. *pr. aliae n. aliae,* quae correxi
3) Voss. *vet. in c. st. s. amplior, qui eum.*
4) Voss. I. *inundare;* II. *habundare.*
5) La. *forte.*
6) Voss. *C. ab ex. m. ceperunt.*
7) Ita Guelf., sed Bc. *vis,* Voss. *iis.*
8) Voss. *secutis.*
9) La. addit *q.*
10) Nonnulla deesse videntur, fortasse *Vita, quia* etc.
11) Voss. *quia p. de omnibus periere, q. remanserant.*
12) Bc. *pereuntes;* in Guelf. deest *tot.*
13) Voss. addit *aevum.*

643. *Nasci in regnum* intelligit nasci in servitutem. LA. BP. *In regnum*) ut servire cogamur. BC. *pavide*) Sensus est: ita servimus, quasi pavide arma gessissemus, aut tegissemus iugulos occultantes nos [1]) sub armis aut fuga, sicut hi, [2]) qui in bello victi sunt? Ergo non debuimus nasci, quia pro poena alieni timoris servimus. BC. VOSS. aut hoc debuisses concedere, Fortuna, ut bellum potuissemus facere. VOSS.

645. *In nostra*) i. in nobis, [3]) qui post bella nascemur. Nam cum alii oppressi sint, etiam cervices nostrae iugum accipient servitutis. BC. VOSS.

646. *Si dabas* nobis *dominum*, saltem dares nunc proelia, ut possemus vindicare nos in libertatem. LA. *dedisses*) dare debueras. BC.

647. Dixit superius extraneos omnes fugisse, [4]) et dixit etiam *caedunt Lepidos* etc.; quibus factis *Magnus* deos dimisisse suam partem [5]) et *Romana fata* esse adnihilata sensit. LA. *transisse*) ad Caesarem [6]) scilicet, ut Virgilius: [7]) *Ferus omnia Iupiter Argos transtulit.* BC. alii transisse. VOSS. II.

649. Damnavit *fortunam suam*, i. a se removet priorem felicitatem. LA. *Fortunam*) hoc dicit: consuetus prospera bella conficere, etiam nunc, cum vinceretur, vix [8]) potuit de nota felicitate diffidere. BC.

650. Ut hoc sensit, ascendit monticulum, ut posset videre mortuos, quos non poterat videre obstantibus ei illis, qui pugnabant. LA. *latebant*) non enim apparebat, quantus militum numerus occubuisset, [9]) cum adhuc dimicaret exercitus. Ideo ergo ascendit [10]) aggerem, ut videre posset, quanti [11]) perirent. BC. VOSS.

652. *Stetit aggere campi*, et quamvis *vidit* mortem suam *peti* ab omnibus, tamen non ita se habuit, ut ibi vellet mori, et per hoc etiam ceteri *secum* morerentur, quod est miserorum. LA.

653. *Ac se*) exercitus [12]) enim corpus est imperatoris, ut Virgilius: [13]) *Pugnatum est toto corpore regni.* BC. VOSS.

1) *nos* abest a Bc.
2) Voss. *hic.*
3) *in nob.* non leguntur in Voss., qui in seqq. *nascimur.*
4) La. *fuisse.*
5) La. *pariter.*
6) Eadem Voss. II, sed praeposito *transire.*
7) Aen. II, 326.
8) *vix* etc.; eadem Voss., qui bene *de nota* pro *donata.*
9) Voss. *occidisset.*
10) Voss. *conscendit.*
11) Voss. *quot perierint.*
12) Voss. *Nam ex. est c.*
13) Aen. XI, 313; Voss. *ut ait V. t. certatum est.*

654. *miseris*) qui volunt omnia secum perire. Lp.

655. Qualiter intelligat *secum trahere* ostendit, scilicet non *iuvat miscere gentes suae ruinae;* nam ipse caderet, ceteri ibi morerentur. La. *iuvat*) nec eum [1]) delectabat, quod miseros solet [2]) delectare, ut cuncta cum his pereant. Bc. Voss.

656. Ideo noluit hoc facere, *ut* saltim aliqua *pars* Romanorum remaneret, quae libertatem vindicaret. La.

657. Et quia hoc noluit ideo, et Fortuna ad hoc impelleret, [3]) ut non crederet deos posse placari aliquibus votis, tamen tenuit hoc sursum *etiam nunc credere* etc. La. *Sustinuit*) Passus, [4]) inquit, deos etiam nunc [5]) dignos suis votis; i. [6]) cum iam nunc contra eum dii essent, credidit dignos, quibus haec sua vota committeret. Bc. Voss.

658. *volvit*) vovit. Lc. *vovit*) i. optavit; vel *no vit;* vel *volvit.* Voss. l. [7]) *solatia*) [8]) quae essent solatia, si solus occumberet. Bc. Voss.

659. *Parcite;* nam si ideo facitis, ut Magnum destruatis, satis *potest* ipse *miser esse,* manente aliqua parte Romae. La.

661. *Si* autem per sola *vulnera* vultis Magnum destruere, moriatur et *coniux* et filii. La. *iuvant*) delectant deos. Bc.

662. *Dedimus pignora fatis,* [9]) in quibus possent fata se vindicare. La. Bp. *Est mihi*) Proprie dictum *est mihi coniux,* ut Virgilius: [10]) *Est mihi namque domi pater, est iniusta noverca.* Et alibi: [11]) *Est mihi nata domi.* Sicut enim Augustinus [12]) docet, male dicimus *habeo coniugem vel natam* et similia, cum ad habitum haec maxime pertinere possint. Bc. *pignora*) in quae saeviant, si meo non [13]) delectantur sanguine. Bc. Voss.

664. *remoto*) a morte liberato. Bc. per interrogationem accipiendum. Voss. Ac si diceret parum-

1) Bc. *enim.*

2) Voss. *d. consuevit* (V. I. *solet*) *ut c. h. c. p.* (V. II. *moriantur*); Bc. *delectari.*

3) La. *impellet — credet.*

4) Voss. *P. est.*

5) Voss. *d. e. n. s. v. committere.*

6) Voss. *hoc est c. i. co. e. ess. d. dig. habuit, quos suis c. votis.*

7) Schol. La. vide T. II. p. 493, ubi nil mutandum est.

8) Voss. *Optavit sol. q. ei ess. s. so. occumbat.*

9) La. addit *et.*

10) Ecl. III, 33.

11) Aen. VII, 268.

12) Nescio quo loco.

13) Voss. *si m. s. del*

ne est me cum stirpe procumbere, si orbis removeatur ab [1]) exitio? BC. VOSS.

665. Quae [2]) satis sufficiunt ad sumendam vindictam; et ideo *quid* ceteros *laceras?* LA.

666. Per hoc quod dicit: o *Fortuna, nihil est meum,* ostendit illum se ipsum deposuisse ab honore omni mortis, [3]) i. omni genere mortis. LA. *nihil est*) Sensus est: si propter me tot populos in cladem duxisti, debes iam quiescere, cum iam nil me habere confiteor. BC. LD. *meum*) facta enim sunt cuncta victoris, scil. Caesaris. VOSS.

667. *morte*) omni [4]) genere mortis. BC. VOSS.

668. *Et revocat ruentes in matura fata* i. in subitaneas mortes. LA. *revocat*) ut hoc diceret: non sum ego tantus, ut pro me omnes perire debeatis. VOSS. *matura*) accelerata. BC. VOSS. *ruentes*) ruere volentes. BC. VOSS.

669. Et *negat se tanti* pretii esse, ut tot debeant mori pro se. LA. *tanti*) i. [5]) negat se tantum valere, ut pro se tot mori debeant. BC. VOSS. Hic auctor videtur excusare Pompeium de fuga. BC. *(m. al.)*

670. Nunc poeta defendit eum a segnitie. *Revocat,* tamen non *deerat* ei *robur* etc.; *sed* ideo fecit, quia *timuit, ne miles non fugeret,* et sic morerentur omnes illo *strato;* et hoc est quod dicit *orbis procumberet* etc. LA. *letum*) excusat cur fugerit. BC.

672. *Non fugeret*) causas fugae, ne segnis videretur esse Pompeius, duas posuit; tertiam addidit de uxore. [6]) BC. VOSS. Haec prima illum excusare [7]) fecit, ne exercitus se offerret exitio. BC. *supra*) pariter cum duce. BC.

673. Aut ideo fugit, quia noluit videri mortuus a Caesare; et hoc aequipollenter *aut voluit subducere* i. removere etc. LA.

674. Ideo dico *nequicquam,* [8]) quia tamen videbit te mortuum. Tangit illud, quod repraesentatum est ei caput. LA. *Nequicquam*) inutiliter; quia non potuit. BC.

675. *Praestandum*) ut sit maior invidia, si ipso praesente moriaris. VOSS. i. non poteris effugere. BC. Non solum supradicta fuerunt *causa fugae, sed* et *tu,*

1) Voss. *rem. exitium.*
2) La. *Quod.*
3) La. *morte.*
4) *omni* abest a Voss.
5) Voss. *scil. pretii esse ut pro se omnes m. d.*
6) Voss. *ad. uxorem.*
7) Guelf. *causa ire coegit.*
8) La. *nequaquam.*

coniux, et tua pulchritudo. Et istud etiam fuit *causa fugae*, scilicet *te praesente mori*, i. ut moreretur *te praesente*,[1]) quod erat *negatum* istis eventibus Thessalicis; nam tunc erat apud Lesbum insulam. LA.

676. *vultus*) tua pulchritudo. BC. *negatum*) subintellige nisi. VOSS. IV. In Lesbo enim insula erat Cornelia, quando Pompeius in *Aegypto occisus est*. BC. Fugit ergo, et haec[2]) maior causa fugae, quod mori te praesente cupiebat, quod quidem negabatur a fatis. BC. VOSS. In hoc, quod postea uxore *praesente* fuit[3]) interfectus, poterat videri a *fatis* esse dispositum, quod non[4]) deberet mori nisi ea *praesente*. LA.

677. His causis habitis *sonipes aufert* eum *a bello non paventem tela* a *tergo*; ira enim nondum decreverat. Dicit postea eum timuisse.[5]) LA. *concitus*) stimulatus; velox enim equus fugit. BC.

678. *paventem*) Magnum; quia non propter timorem fugit, idcirco non timebat, ne[6]) aliquis eum a tergo vulneraret. BC.

679. Et tulit *ingentes animos* usque *extrema fata*; nam in ipsa morte non timide se habuit. LA. *ingentes*) fortes. BC. *fata*) in novissima pericula. BC.

680. *Ingentes animos*, quod hinc patet: *non gemitus* erat etc. Ita deberet verenter dolere, ut non videatur honor deprimi; quod esset, si muliebriter se haberet; et hoc notat, quod dicit illud pondus.[7]) Iam potest hic[8]) considerare *laeta tempora*; nam, dum homo est in laetitia, non diiudicat[9]) quanta res sit. LA.

681. *maiestate*) quia facies in adversis velut in prosperis immutata fuit. VOSS. *decebat*) i. talem dolorem habuit, qualem decebat illum habere pro Romanis rebus. GUELF.

682. Talis erat *dolor, qualem, o Magne, decebat* etc. *Decebat te*; nam *adspicis Emathiam vultu non impare* tibi i. tali, *qualem te decebat* habere. LA. *impare*) non diviso. BC. i. mutato. LB. *vultu*) i. non mutavit vultum. BC.

683. Quis vultus sit ei par subiungit: *nec te videre*

1) Eadem in Lb.
2) Voss. *Fuit e. et hoc Magno c.*
3) La. *fugit.*
4) La. addit *tim* corrupte; an *tum.*
5) La. *p. extimuisse.*
6) Voss., qui eadem habet, *ne se a t. aliquis v.*
7) An *salvaque verendus?*
8) La. *hoc.*
9) La. *diu at* literis in medio non apparentibus; addidi *sit.*

etc. LA. *nec te*) Virorum fortium est non erigi prosperis, nec deiici adversis. GUELF.

685. Et utrumque ostendit in parte, ubi dicit: et in quantum *Fortuna fuit minor* illi *laeto* [1]) *per tres* etc.; ac si dicat sicut in prosperitate non dimisit Fortunam extollere [2]) eum, sed potius sub pedibus habuit, sic [3]) et nunc non dimisit Fortunam eum deprimere, sed habuit eam sub pedibus. LA. *Quamque*) Quantum. BC. Per *tres triumphos fuit infida Fortuna*, quippe cum [4]) eum nunc deseruit et oppressit. BC. VOSS.

686. *Iam pondere fati* i. regno *deposito*. Istud ad hoc respicit, quod superius dixit [5]) *iam nihil est, Fortuna, meum*. LA. *misero*) Sic *misero* [6]) Pompeio *minor* fuit ipsa *Fortuna*, i. in malis suis infra se habens Fortunam, eam [7]) despiciebat. BC. VOSS.

687. *Deposito*) Onus enim fati erant [8]) bella civilia et imperium suum, quae omnia iam [9]) deposuerat. BC. LD. VOSS. ut ait Cicero: [10]) *Quod nimis magna procuratione liberatus modicis regni terminis uteretur*. VOSS. *tempora*) quae ante duxisti. BC.

688. Et cum depositum pondus illud sit laetitia, ideo potest nunc retro laetus inspicere, quia *recessit* ab eo *nunquam implenda;* q. d. quam *nunquam* [11]) ulterius credidit habere, ac si dicat desperavit. Vel aliter: *spes recessit*, cuius haec est natura, ut *nunquam* soleat aliquem derelinquere; liquit nunc Pompeium. LA. *spes*) quae *nunquam* possit impleri, [12]) et quae *nunquam* se satiaret continuis [13]) laetis rebus. LD. *recessit*, i. sine spe esse coepisti, quae in te tanta erat, ut non potuisset inpleri, adeo multum sperabas. VOSS.

689. Ab his *securus*, et ideo *licet nunc scire, quid fueris* etc. LA. *Quid*) nam quando in eadem potestate iam non fueris, [14]) nunc potes intelligere, quid fueris. BC. VOSS.

690. *perstet*) supersit. BC. h. e. non [15]) propter te iam sanguinem fundere, qui proelia reliquisti. BC. VOSS.

1) La. *illo loco.*
2) La. *excellere.*
3) La. *sicut.*
4) Voss. *q. quae n. eum* omissis prioribus.
5) vs 666.
6) Voss. *mis. i. e. P.*
7) *eam* non est in Voss., qui addit *d. atque calcabat*; Bc. *d. Cato.*
8) Voss. *f. id est b. c. sustinebat;* Ld. *O. f. e. civ.*
9) Voss. *nunc.*
10) pro Deiot. 13.
11) La. in marg. *alterius i.*
12) Eadem Lc. et Bc.
13) *c. l. reb.;* eadem Voss.
14) Voss. *es.*
15) Voss. *iam non pro te.*

691. Quod nunc moriuntur in bello, non pro te moriuntur, cum iam deposuisses fati pondus. Non tibi moriuntur, sicut [1]) nec illi, qui post mortem tuam morientur in Africa, et apud Mundam, et in Aegypto; et hoc est quod dicit *ceu Africa* fuit *flebilis damnis* sine te, *et Munda nocens* sine te, et *clades*, quae *a Phario gurgite* sunt flebiles sine te; sic et illi, qui nunc in Thessalia morientur, non tibi moriuntur. LA. *ceu*) quemadmodum in [2]) illis, inquit, et in aliis locis bellum non tua voluntate commissum est, sic et [3]) in hoc loco nec tuum est, quod tanti moriuntur te fugiente. BC. VOSS. *flebilis*) ibi enim Cato occisus est. BC. i. quae semper damna sua fletura est; [4]) et hic autem post Pompeii mortem dimicatum est. BC. VOSS.

692. *Munda*) civitas Hispaniae; in hac civitate adversus Magnum, [5]) Pompeii filium, dimicatum est. BC. VOSS. *Phario*) ibi enim occisus est Pompeius. BC.

693. *Thessalicae*) post fugam tuam non ad te pertinebit. VOSS.

694. Et repetit locum per alia verba. *Nomen Pompeii non iam* divulgatur *per orbem*, quantum ad hoc ut dicatur regimen, *nec studium belli* Pompeius, *sed* potius *erunt* pugnantes inter se *Libertas et Caesar, quod par habemus*. LA. *populare*) omnibus populis cognitum. BC.

695. *par*) aequalitas; *(et m. al.)* pugnando invicem. BC. hoc vult, [6]) ut contra Caesarem dimicet Libertas, non Pompeius. BC. VOSS.

696. Quod non Pompeio moriantur, sed sibi ostendit, ubi dicit *teque fugato* de Thessalico bello *ostendet* etc. LA. *Libertas*) i. ut nunquam libertas a Caesare vincatur; [7]) propter libertatem in senatu occisus est. BC.

698. *Libertas et Caesar semper* pugnabunt; cuius rei finis esset, si in Thessalia esses mortuus, cum ceteri tecum essent mortui; et ideo *nonne iuvat* dedisse locum? LA.

699. *Perspectasse*) perspexisse, sive usque [8]) ad finem spectasse. BC. VOSS.

1) La. *sic.*
2) Voss. *inq. in il. l. post mortem tuam bell.*
3) Voss. *etiam n.* (V. II. *iam non*) *in h. l. t. e. q. ta. te f. m.*
4) Voss. *sit — p. m. Po.*
5) *Magn.* abest a Voss.
6) Voss. *hoc v.* non habet, et in seqq. *lib. d. n. Pompeium.*
7) Guelf. addit *nam.*
8) Eadem Lc.

700. *Respice*) o Pompei, non corpore, sed animo; unde congruum verbum addidit *respice*, quasi post te vide. BC.

701. In hoc misertus est *soceri*, quod, si ibi remansisset, maius nefas esset commissum. Et opus est ut miserearis; nam *quo* animo poterit *Romam* petere? LA. *miserere*) noli imprecari malum. LB. ne ei crimen amplius augeas. LP. utpote miseri, propter quem facta sunt haec. BC. quia vincit. VOSS. *pectore*) conscientia. BC.

702. *felicior*) ut sibi videtur. LB.

705. *Miserere* illius, et pone omnem spem tuam in diis; et hoc dicit *crede diis, quicquid* etc. Et cum Fortuna bene erga te egisset, hucusque *crede favori* illius, [1]) scilicet quod adhuc restituet te. LA. *crede*) vel committe; [2]) i. commenda. VOSS. *longo*) perquam diu floruisti. VOSS. quasi haec ad favorem pertineant. BC. VOSS.

706. In hoc *erat* ei *peius vincere*, quia maius nefas esset commissum. LA. Et hoc quoque debes facere, ut nec alios patiaris tristari; et hoc est quod dicit *prohibe lamenta* etc. LA. BP. *peius*) sc. quam perdere; *(et m. al.)* tot a te, ut per eum perierunt. BC. Dicit Tullius [3]) in epistolis suis, quod tantae crudelitatis erant aliqui patricii Pompeiani, quod propter vindictam peius fecissent, quam Sulla vel Marius, si habuissent victoriam. VC.

707. *remitte*) dimitte. LC.

708. *Mundus adoret*, i. veneretur, *tam mala Pompeii;* ac si dicat ita te miretur in adversitate, sicut miratus est in prosperitate. LA. *Tam mala*) et [4]) adversa, inquit, tua venerentur, ut [5]) prospera consuerunt. BC. VOSS.

709. Et, ut hoc fiat, *adspice securus reges* etc. LA.

710. *possessas*) quas tu ante possederas. BC. VOSS. *donata*) dicit Pharnacen, cui Mithridatis, patris eiusdem, donavit imperium, Ptolemaeum et Iubam. VOSS.

711. Quod dicit *elige Aegyptum morti* tuae, hoc dicit poeta quantum ad hoc, quod post evenit. LA.

712. *Vidit*) narrat iter Pompeii fugientis. BC.

1) La. *illi.*
2) Idem Bc. et Lc.
3) ad Div. VII, 3.
4) *et* abest a Voss.
5) Voss. *sicut.*

VOSS. [1]) *Larissa*) inde [2]) Achilles fuit; est enim civitas Thessaliae. BC. VOSS.

713. *illa*) Larissa, quae eidem [3]) obtulit auxilium totius civitatis. BC. VOSS.

714. *moenia*) per plateas civitatis seu per muros. BC.

715. *laeto*) quasi laetus esset Pompeius. BC. *munera*) i. auxilia. NORIC.

717. *Multum superest de* illo *nomine;* nam *te solo minor;* q. d. maior quidem fuisti, quam nunc sis, sed tamen nondum super te habes maiorem. LA. *immenso*) magno. BC. *multum*) supererat ex fama nominis eius. BC.

718. *Teque*) ex persona civium haec dicta sunt. BC. *minor*) i. tu, o Pompei, qui nullo minor es nisi te solo; nam Caesare maior es. BC. qui tantum te minor factus es, tamen maior Caesare; si vis tantummodo, omnes potes cogere ad bella. VOSS.

719. *in fata*) priora, ut ait supra: [4]) *Iam pondere fati deposito securus abis.* BC. VOSS.

720. Ait: [5]) vos promittitis, *sed quid opus* est *victo?* conferte vos ad victorem! LA. BP. *inquit*) verba Pompeii. BC. VOSS. *victo*) sc. praestare fidem. BC.

721. *tu*) verba poetae. BC. VOSS.

723. Discessus Pompeii a Larissa; et recessit cum XXX equitibus sibi fidis, ut dicit Celsus. [6]) VC.

724. *gemitus*) [7]) Larissaeorum. BC. VOSS.

725. *Plurima convicia populi* fiunt in deos, quorum permissione [8]) haec facta erant. LA.

726. *favoris*) quem quaesisti. BC. Duobus vitiis laborabat [9]) Pompeius; nam et favoribus multum gaudebat, ut in primo ipse dicit: [10]) *Famaeque petitor multa* [11]) *dare in vulgus totus popularibus auris impelli.* Et vitio superbiae quodammodo tangebatur; nam uno digito caput scalpebat, quod est superbiae indicium. BC. VOSS. LINDENBR. Unde Martialis [12]) de eo in Epigrammate: *Magnus, quem metuunt homines digito caput uno scalpit, quid dicas, hunc sibi velle virum?*

1) Schol. La. vide T. II. p. 437; adde *et hoc notat, ubi dicit illa effudit omnibus civibus* etc.

2) Voss. *civ. est Th. unde A. f.*

3) Voss. *ei.*

4) vs. 686; Voss. *nam* pro *ut.*

5) Bp. *V. quidem* sine *ait.*

6) Caes. B. C. III, 96.

7) Voss. addit *scil.*

8) La. *promissionem.*

9) Voss. et Lindenbr. *P. lab.*

10) vs. 131.; Voss. et Lindenbr. *Lucanus* pro *dicit.*

11) Bc. *multum — totusque.*

12) Imo L. Licin. Calvus; cf. Senec. Controv. III, 19; deest *Mart.* ap. Lindenbr. ad Terent.

Quidam autem luxuriae esse [1]) vitium dicunt uno digito caput scalpere, ut Iuvenalis: [2]) *Nunquam pathicus tibi deerit amicus stantibus et salvis his collibus; undique ad illos conveniunt et carpentis et navibus omnes, qui digito scalpunt uno caput.* [3]) BC. LINDENBR.

727. Ideo dico, quod nunc poterit vere cognoscere favorem, quem semper desideravit, quia, dum homo in felicitate est, *nescit se amari.* LA. Tunc enim fides amantium esse probatur, cum adversa oriuntur. VOSS. *felix*) cum felix, inquit, esses, utrum [4]) te amaret aliquis nesciebas, quia illud obsequium felicitati solere offerri putabas, non tibi, Magne; at nunc miser factus quod te [5]) omnes dilexerunt recognoscis. Sed hoc generaliter [6]) a poeta dictum accipimus. BC. VOSS.

728. Hoc Pompeius fecit; *Caesar* autem, *ut vidit* sufficere, *permisit* eos vivere, ac si essent viles animae. Vel potest ad hoc iungi, quod dixit superius *monstrat senatum*, et ipsi *caedunt Lepidos.* Quod *ut vidit* sufficere, *permisit agmina vitae* etc. LA. *satis*) sufficienter. BC.

729. *parcendum*) Et hic, dum parcit, [7]) expressa est crudelitas, si [8]) ideo ignoscit, quia non vult suos in occidendo laborare [9]) diutius, non quia miseretur inimicis. BC. VOSS. II.

730. *frustra*) sine utilitate, sine causa, quasi nihil sibi prodesset, si perirent. BC.

732. *Ne revocent*) ne Pompeiani in castra redeuntes nocte interposita timere desinant. BC. VOSS.

733. Vitam quidem *permisit* eis, *sed* tamen non *castra;* et hoc aequipollenter *sed protenus statuit succedere vallo*, ne [10]) illi colligerentur, et assumtis viribus restaurarent bellum. LA. *vallo*) ut ipse occuparet hostium castra. BC.

1) Lindenbr. *vit. esse.*

2) IX, 130, ubi Schol. Voss. Calvi versus Martiali quoque adscribit, Cramero id non monente.

3) In meis Codd. non plura ex tam insigni Scholiastae loco comparent, quam usque *superb. indic.* Cetera supplevi ex MSS. doctissimorum virorum Lindenbrogii et Scriverii, qui ad Terent. [Phorm. II, 2, 1] et ad Martial. Spectac. Fragm. [p. 29 sq.] haec protulerunt, ubi omnino videndi. OUDP. Adde quae habet Burm. ad Anthol. Lat. II, 47. T. I. p. 215 sq.

4) Voss., *utr. — illud* omissis, *f. of. ob. p. s. n. Magno;* Bc. quoque *Magno*, quod correxi. In seqq. *quia* pro *qui* ex Guelf.

5) Voss. *q. ante o. te dilexerint, te c.*

6) Voss. *p. g. dixit.*

7) *d. parc.* non sunt in Voss.

8) Voss. *c. parcit sed id.*

9) Voss. *d. lab.*

10) *ne* etc.; eadem Lc.

734. Hoc facite, *dum Fortuna calet* i. apud vos prospera est, et *dum* illi terrentur. LA. *calet*) vincit. BC. *terror*) dum recens hic vicit, et illi sunt victi. BC.

735. Ipse hoc fecit, *non veritus ne grave foret;* ac si dicat scivit bene suos hoc praeceptum velle adimplere, etsi essent fessi. LA. *Non veritus*) Hoc dicit: Caesar iussurus militi suo, ut Pompeianorum invaderet [1]) castra, non verebatur, ne iam milites sui [2]) fessi graviter ferrent hoc sibimet imperari. Nam gratum [3]) hoc erat illis futurum, quia mittebantur [4]) in praedam. BC. VOSS. *subactis*) fatigatis; nam licet vicerint, tamen fatigati erant. BC. i. e. defatigatis scil. illis Caesarianis, sive cum iam Pompeiani subacti proelio viderentur. VOSS.

736. *hortamine*) persuasione. BARTH. [5])

739. Ideo dico *monstrare* tantum, quia non est aequum, ut vocem illud *donare*. LA. *vocabo*) renuam, vacuum putabo. BC.

741. *dabit*) rapiendo scil. BC. *en*) pro ecce. BC. Per hoc detrahit Pompeio, quod dicit eum raptu accepisse Romae ea, quae ibi habuit. LA.

742. Per hoc quod dicit *tentoria premunt* ostendit magnam ibi copiam esse. LA. *premunt*) continent. BC.

743. *coacta*) coadunata. BC.

744. *praecedere*) prior in castra ingredi. BC.

745. Inde dicit [6]) Pharsaliam recepisse opes illas suas, quia quodammodo dicitur locus causa victoriae, ubi victoria facta est. LA. *Quos*) i. Pompeianos, quos fugavisti [7]) sequens, transi; scilicet ut prior ingrediaris castra. BC. VOSS. *Pharsalia*) in qua vicisti. BC.

749. Non mirum, si *super cadavera* iverunt *cupidine auri;* nam *quae fossa, quis agger sustineat petentes pretium belli?* LA. *quae fossa*) i. nulla res valet retinere properantes, sed cuncta perrumpunt. BC. VOSS.

751. *ruunt*) i. festinant nosse, propter quas opes bella [8]) civilia gesserunt, dum plurima rapere volunt crudeles. BC. VOSS. Dicit Celsus, [9]) quod captis castris Caesar ibi dimisit fessos et vulneratos, et cum recentibus persecutus est fugientes ad montes, in quibus obsessi sequenti die se dediderunt, quia abstulit

1) Voss. *invaderent.*

2) *sui* non est in Voss.

3) Bc. *ignarum.*

4) Voss. *in pr. m.*

5) ad Stat. Theb. V, 103.

6) La. *Pharsalicam*; addidi *dicit.*

7) Voss. *fugans sequeris — in. castra.*

8) Voss. *gesserint b. c. omissis reliquis.*

9) Caes. B. C. III, 97.

eis aquam Enipei; et demum regressus divisit butinum [1]) inter milites. Vc.

752. Petunt [2]) *castra plena metallis*, et ita inveneruntut dixi; et hoc est quod dicit *invenere pondera massae, congestae in sumtus bellorum.* La.

753. *in sumtus*) quae [3]) Pompeius collegerat ad belli auxilia necessaria. Bc. Voss.

754. Illud *non explevit mentes* illorum; nam *ut rapiant, quicquid fodit* Hispanus populus, et *quicquid auri Tagus extulit*, tamen non impleret illorum *mentes.* La. *non implevit*) quia promiserat saccomannum [4]) urbis Romae. Vc.

755. *fodit*) per venas terrae rimatur. Bc. *Tagus*) fluvius Hispaniae, arenis aureis copiosus, et ideo ceteris Hispaniae fluviis praelatus. [5]) Bc. fluvius Hispaniae, ubi aurum nascitur, vel solet inveniri. Voss. *Tagus* et *Arimaspus* sunt fluvii, in quibus abundat aurum. La.

756. *Arimaspus*) Hi barbari sunt, qui crustas [6]) auri colligunt, et singulos oculos habere dicuntur. Bc. Voss.

757. Et quod *non implevit* ostendit, ubi dicit *putabunt hoc scelus* pretio *parvo venisse*, i. [7]) venditum esse. La. *ut*) i. quamvis. Lb. *rapiant*) ut haec [8]) omnia rapiant, parvo se credunt sua scelera vendidisse. Bc. Ld. Voss. i. si haec omnia rapuerint. Bc. Ld. *venisse*) ab eo quod est veneo. Bc.

758. *desponderit*) promitteret. Bc.

759. *Cum promiserit* eis *omnia spe Romanae praedae,* ubi dixit [9]) *non enim donare vocabo* etc.; ita praecepit eis hoc accipere, ut, si forte vincerent Romam, omnia haberent. La. *spe*) eorum, i. quantum ad eorum spem. Lb.

760. *Decipitur*) in fraudem se existimat incidisse. Bc. Voss. Miles *decipitur* in hoc, quod capit castra, quia nihil plus habuit; vel Caesar *decipitur; nam* rapiendo praedam in castris meruit amittere speratam praedam Capitolii. Bc. *(m. al.)* Ad exaggerandam illorum nequitiam subiungit *capit impia proles* etc.,

1) i. praedam; cf. Adelung. Gloss. T. I. p. 857. Vc. *buctinum.*

2) La. *peterent*, et lacuna ante v. *pet.*

3) Voss. *quos — necessarios.*

4) i. e. depopulationem.

5) Eadem leguntur ap. Isidor. Orig. XIII, 21.

6) Voss. *fragmenta a. c. qui.*

7) Addidi *i.* ex Bp.

8) Voss. et Ld. addunt *inquit.*

9) vs. 739.

i. iacuerunt *in toris fratrum;* sed tamen non impune; et hoc aequipollenter *quos agitat vesana* etc. LA.

761. *patricio*) in his locis quiescunt Caesariani milites, in quibus intra castra Pompeiani [1]) quiescere senatores consuerant. BC. VOSS. *caesum*) exstructum; vel *vacuum*. BC. *caesum* vel *cassum* i. vanum, vel *vacuum*. VOSS. II.

763. *fratrum*) ubi fratres eorum iacuerunt. BC.

765. *miseri*) miseri ipsi versant; si *miseris*, quies versat. VOSS.

766. *invigilat*) hoc [2]) vident in somniis, quod per diem fecere crudeliter. BC. VOSS.

768. *Ingemuisse*) i. gemitum dedisse. BC. *putes*) pro putaret aliquis. BC. [3])

769. *Inspirasse*) spiritum dedisse, ut animae spiritum terrae dederint. BC. Occisorum animas ad Superos venisse, [4]) qui excitarent eos, a quibus fuerant interemtae. GUELF. VOSS. *infectum*) vel *confectum;* commixtum. BC.

770. *Superam noctem* vocat nostram *noctem*, quae datur a Superis; [5]) et haec videbatur infecta esse *Stygia formidine*. LA. *noctem*) scil. infectam esse. VOSS.

771. Subiicit [6]) causam, quare haec apparuerunt, ubi dicit *exigit a meritis* etc. LA. *Exigit*) i. ipsa victoria poenas sumebat a victoribus. BC. VOSS.

772. *Sibila*) scilicet ut agitari Furiis videretur. [7]) BC. VOSS.

773. *quemque*) singuli singulos vident. BC.

776. Cuique apparuit imago illius, quem interfecerat; in Caesare vero omnes, qui mortui fuerant. LA. LC. *omnes*) singuli, inquit, singulos videbant manes; [8]) Caesar universos. BC. VOSS.

777. Nunc similitudines subiicit. Non apparuerunt aliter Caesari, quam olim Oresti, antequam purgaretur, et quam apparuerunt Pentheo et Agavae; et hoc dicit *Pelopeus Orestes* non *vidit alios vultus* etc. *Oresles* nepos Pelopis, qui in insaniam incidit propter matrem, quam interfecit. LA. *ara*) scil. ab Diana. Orestes furens in Taurica regione a sorore Iphigenia, Dianae Scythiae sacerdote, sanatus asseritur. Nam in

1) Voss. *requiesc. P. consueverant sen.*

2) Voss. *hoc enim in s. v. q. p. d. admisere c.;* Bc. *somnis.*

3) Schol. La. vide T. II. p. 528, ubi lege ex Cod. *posses.*

4) Voss. *remeasse, quae exercitarent — interemti.*

5) Eadem Lc.

6) La. *subiecit;* correxi duce Bp.

7) Voss. *viderentur.*

8) Voss. *vid. C. autem u.*

Aulide [1]) Iphigenia sublata est, cum in locum eius esset cerva supposita. VOSS. II. [2])

778. *In Scythica ara* dicit, quia inde venerat simulacrum Dianae in Tauricam provinciam. Cuius simulacri fuit sacerdotissa soror Orestis. LA. *Pelopeus*) a Pelope originem ducens. BC. Orestes matrem suam Clytaemnestram interfecit, eo quod interfecerat [3]) patrem suum Agamemnonem de bello Troiano revertentem. Unde Furia agitatus ad Tauricam regionem venit, ubi soror eius Iphigenia sacerdos Dianae erat. Quem cum cognovisset, consilio inito, noctu ambo fugerunt; quo facto pristinam sanitatem recepit. Haec est Iphigenia, quam immolaverunt Graeci Dianae pro cerva illius, quam interfecerant apud Aulidem. BC. LP.

780. Pentheus fuit filius Agavae, qui voluit turbare sacrificium Bacchi; quem mater interfecit capta insania. LA.

781. *desisset*) i. insaniisset occidens filium suum Pentheum. LB. i. desipuisset vel fureret. LC. scil. insanire. VOSS. Acute [4]) dictum *cum desisset Agave;* maiorem enim furorem habuit, cum resipuit, quia tunc se parricidium fecisse cognovit. BC. VOSS.

782. Et non solum illi *gladii premunt* eum, sed etiam illi, qui postea interfecerunt eum in *senatu.* LA. LC. *dies*) diem [5]) illum dicit, quo in senatu a Bruto [6]) et Cassio et ceteris senatoribus Caesar occisus est. BC.

783. *infera*) infernalia. BC.

784. Et cum, eo *vivente,* tot monstra apparent ei, *quantum poenae* post mortem Pompeii imperatur ei; et hoc est ubi dicit *et quantum misero* etc. LA. *quantum*) admirando. VOSS. *mens*) Hoc loco ostendit poenam nocentibus non extrinsecus nasci, sed de propria mente descendere. VOSS. nam ipsa est, quae edicit insanire, ut ait Cicero pro Roscio: [7]) *Suae malae cogitationes conscientiaeque animi terrent. Hae* [8]) *sunt impiis*

1) MS. *illo.*

2) In primo alia multa habentur, sed manu recentiore adtexta. OUDP. Videntur eadem fuisse, quae ad vs. seq. leguntur in Bc. et Lp. In Lb. exstat locus Serv. ad Virg. Aen. II, 116 inde a vv. *Cum Graeci* usque ad vv. *Concordiae templum,* interpositis nonnullis quisquiliis.

3) Bc. *interfecerit.*

4) *Acute* abest a Bc., *Agave* a Voss.

5) Voss. *Dic. ill. d*

6) Voss. *occ. e. a B. et C. et reliquis multis s.*

7) Amer. c. 24.

8) Voss. et Bc. *Haec.*

assiduae domesticaeque Furiae. [1]) BC. VOSS. Hinc Iuvenalis: [2]) *Se iudice nemo nocens absolvitur.* BC.

786. Quamvis haec omnia deberent eum terrere, ut saltim tunc cessaret, *tamen* illi, *passo omnia,* non *revocat* oculum [3]) *facies loci* a *feralibus arvis.* LA. *Pompeio*) nam peiora pateretur etiam, si Pompeii umbra ad eum venisset. BC. VOSS. si ante mortem Pompeii verebatur pro occisis Romanis, multo plus post mortem Pompeii. BC. *(m. al.)*

789. *Haerentes*) intuentes. BC. h. e. Caesar [4]) cum crudele spectaculum videret, non horrebat. BC. VOSS.

790. Tot mortui erant, quod ipsa *corpora* adaequabant valles ipsis montibus. LA.

791. *sidentes*) putrescentes. BC. LC. VOSS. desidentes. VOSS. *acervos*) cumulos. BC.

792. Et quod abominabile est, inter ipsa corpora facit parari convivium; et hoc notat, ubi dicit *epulisque paratur* etc. LA. *numerat*) in cadaveribus scil. BC. VOSS. numerare potest. Dicit Iul. Celsus, [5]) quod ex parte Caesaris ducenti mortui sunt et XXX fortissimi centuriones, ex parte vero Pompeii XV millia, et XXIIII millia capta. VC.

794. Et delectat eum hoc, quod tot erant mortui, quod *non* poterat videre *terram;* sed potius *iuvat* eum *lustrare oculis campos* etc. LA. *nunc cernere*) quia scil. ibi vicit. VOSS. II. *(m. rec.)* Si *non cernere* legimus, [6]) i. ut videri terra non possit, cum sit tecta corporibus, hoc sequenti versu est exsecutus. BC. VOSS. *terram*) nudam. LB.

796. *Fortunam*) felicitatem. BC. [7])

798. Et quod abominabile fuit magis, nec sepeliri, nec comburi permisit eos; et hoc dicit *invidet miseris igne,* pro [8]) igni, *rogi;* et inde corruptus in Thessalia aer. *Coeloque nocenti;* per hoc notat ipsum aera. LA. *coeloque*) ut sidera videant crimen admissum de morte tantorum. BC. VOSS.

799. Hoc fecit ipse, quod Hannibal, gravissimus hostis Romanorum, non fecit; et hoc aequipollenter *Poenus non compellit* eum, *ut servet ritus hominum in hostes,* scilicet in Pompeianos. Hannibal apud Cannas interfecit Paulum Consulem, et delevit ex toto Romanum exercitum. Paulum humavit per se, cete-

1) Voss. *ferae.*
2) X II, 3.
3) La. *eum.*
4) Voss. *Caesaris — videre n. horreret.*
5) Caes. B. C. III, 99, ubi in ultimis variatur.
6) Voss. *si — leg.* non habet.
7) Schol. La. vid. T. II. p. 453.
8) La. *miseros i. per i. rogo.*

ris dedit communem rogum. LA. *Poenus*) Poeni, [1]) licet hostes essent, sepelierunt tamen cadavera principum Romanorum i. Pauli consulis, qui, Punico bello occisus, ab hostibus est sepultus. BC. VOSS.

800. *Consulis*) Pauli. GUELF. NORIC. *Libyca*) Tib. Gracchus [2]) consul, in Lucania interfectus [3]) a Poenis, ab Hannibale est sepultus, cum adhuc eiusdem Gracchi armatus [4]) staret exercitus. Hic autem a Flavio [5]) quodam Lucano, hospite suo, per colloquium est proditus Poenis. BC. VOSS.

801. *compellunt*) Ordo: *non illum compellunt.* BC. *hominum*) nam ritus hominum est, ut nullus sepulturam neget. BC. *ritus*) consuetudinem. BC.

802. Non imitatur Hannibalem, *sed* potius hoc fecit: *nondum meminit suos esse cives,* cum tamen *ira* satis esset *saturata* [6]) *caedibus,* et sic iam deceret misericordia commoveri et recognoscere *cives esse;* quod faceret, si daret eis rogum. Vel aliter: *sed meminit esse suos cives, ira nondum saturata,* et est ironice dictum, ac si dicat quod minime fecit. LA. *caedibus*) i. quamvis ira caedibus satiari non possit. BC.

803. *Cives*) ut haec causa [7]) sit non donandae sepulturae, quod scit eos suos cives fuisse, non hostes solummodo. BC. VOSS. *petimus*) Verba poetae, quasi pro mortuis rogantis. [8]) BC. VOSS.

804. Nunc introducit poeta ipsa corpora, rogantia saltim communem rogum; et per hoc exaggerat illius nequitiam, quod tantum nefas facit, quod etiam ipsa corpora compulit ad preces. Et vocatur haec figura Sarcasmus, [9]) cum inanimatam rem facimus loqui; ac si ipsa corpora dicant *petimus non singula* etc. LA. *unum*) commune. BC.

805. *interpositis*) separatis. BC.

806. Hoc facias aut ideo, quia cives sumus, aut si ideo non vis facere, facias ideo, ut magnum dolorem ingeras Pompeio. Quod feceris, si magnam *flammam* instruxeris, quam possit videre de ipso mari; et

1) Voss., qui haec in fine seq. scholii habet, *Vel aliter: P. cum e. h. t. s. c. R. P. et aliorum*, reliquis omissis.

2) Nihili sunt, quae de Gracho hic ait Scholiastes. OUDP. confudit eum cum Aemil. Paulo.

3) *interf.* non est in Bc.

4) Voss. *ex. a. st.*

5) Voss. *Fulvio;* Bc. *apud fluvium quendam a L.;* cf. Liv. XXV, 16.

6) La. *sata.*

7) Voss. *s. c.* et post *civ. suos* sine v. *solummodo;* Bc. *non ut haec.*

8) Bc. *rogamus.*

9) Voluit *prosopopoeia.*

hoc aequipollenter *aut si generi poena iuvat* etc. LA. *exstrue*) coaduna. BC.

807. *silvas*) i. magnos rogos. LB.

808. *ab aequore*) ut haec sit poena Pompeii, si in longinquo positus videat suos concremari. VOSS. Rogales ignes navigantibus visi tempestatem significant, sicut Aeneae in quarto [1]) libro contigit. Virgilius: *Sequar atris ignibus absens.* BC.

809. Ideo dico nihil agis hoc modo, quia, quocunque modo fiat, necesse est ut vertantur in cineres. LA. *Nil agis*) ut tanto cruciatu adficiatur corpus, cum iacuit insepultum. VOSS. *tabes*) putredo. BC.

810. *refert*) non distat. BC. LB.

811. *debent*) h. e. postquam interemta fuerint, nihil requirunt, an [2]) ipsa sibi finem afferant, cum tabescunt. BC. VOSS.

813. Sequitur Empedoclem Lucanus, qui dicebat, quod erit adhuc diluvium ignis, qui mundum confundet in massam; et non loquitur de die iudicii, ut dicunt aliqui. VC.

814. Adhuc ostendit, quomodo nihil agat hoc modo; nam *superest communis rogus*, scilicet qui miscebit *astra ossibus*, qui *uret* nos aequaliter. Hic tangit diem iudicii. LA. *Communis*) ἐκπύρωσιν, [3]) incensionem dicit futuram orbis et coeli. BC. VOSS. *astra*) i. ut coelum cum terra ardeat, ubi [4]) ossa sunt. BC. VOSS. Intellexit enim in fine mundi cuncta incendio peritura, sicut in diluvio perierunt. BC.

815. *Quocunque Fortuna vocabit tuam* animam, *vocabit* et nostras; nam et *sunt hae animae.* LA. *quocunque*) ad quemcunque locum. BC. *vocabit*) Hoc [5]) dicit: in morte nulla discretio est, sed [6]) omnes animae similem sortem retinent; unde tibi omnes pares futuros post mortem scito. BC. VOSS.

816. Et quod eundem teneat locum exsequitur: [7]) *non altius ibis* etc. Tangit hic diversas opiniones poetarum, qui adeo dicebant, quod omnes animae ibant in coelum, repetentes materiam suam, et corpora in terram, et umbra in infernum. Et hanc

1) vs. 384, ubi vide Serv., ex quo haec hausta sunt; sed significatur initium Aeneidos, quod cum fine lib. III. conferas. Bc. *quinto.*

2) Bc. et Voss. *at — afferunt;* Guelf. *ferant.*

3) Bc. ἐνπύρασιν; Voss. non habet *incens.*

4) Voss. addit *hominum.*

5) Voss. *Et hoc.*

6) Voss. *est*; *o. a. simili sorte retinentur* reliquis omissis.

7) La. *exe* cum lacuna.

sententiam tangit, ubi dicit *non altius ibis in auras.* LA. *altius*) q. d. [1]) non tu quietiorem locum accipies. Dicunt philosophi Elysios campos in planetarum consistere circulis, ideoque dictum est *non altius ibis in auras.* Quam rem Felix Capella [2]) pleniter prosequitur. BC. VOSS.

817. Alii vero dicebant, quod animae descendebant ad inferos, et hoc tangit, ubi dicit *non meliore loco.* Vel dicit quantum ad naturam; nam pro merito quisque meliorem obtinet. LA.

818. *Non altius*, nam *mors Fortunae est libera.* LA. Dicit Homerus quod Achilles traxit corpus Hectoris; et dicit: [3]) *Terram surdam verberat iratus.* Potius fit iniuria vivis. VC. *Libera*) i. Fortuna liberos faciens, quia nec divitibus nec pauperibus parcit. LC. *Fortunae*) a Fortuna. VOSS. Fortunae mors non est obnoxia, cunctis quippe [4]) est communis; nam vita fortunae, a qua regitur, mancipata est. BC. VOSS.

820. *poenas*) quasi persolvuntur. BC.

821. Iuvat te nos ita tractare, sed non impune facies; nam fugaberis a nobis; et hoc aequipollenter *sed tabentes populi* iam *eripiunt Pharsalica rura* etc. Et revera *eripiunt;* nam *fugis*, et cur *fugis?* Bibe *has* foetidas *aquas* etc. LA. *cladem*) putredinem cadaverum. BC. *olentes*) foetentes. BC.

822. *trahe*) i. bibe aquas, quae sanguine plenae sunt. BC. *coelo*) i. aere foetido. LC.

823. *tabentes*) tabe deficientes. BC. [5])

826. Bistonia est prope Thessaliam; Pholoe est silva in extremitate Thessaliae. LA. *Bistonii*) Thracii, quia Mars illic colitur, sub [6]) cuius tutela sunt lupi. BC. VOSS.

828. Ursos vocat obscenos quantum ad naturam, quia, cum nascuntur, videntur esse ossa carnis. LA.

830. *Non sanum* [7]) ideo, quia motus erat aer ille foetore cadaveris. LA. *non sanum*) putridum. BC. *motum*) corruptum. BC.

831. Et etiam *volucres* illuc *conveniunt*; cum *volucres* sequuntur castra, videntur significare interfectionem. LA. *volucres*) ubicumque exercitus est, ibi sunt volucres. VOSS.

1) *q. d.* absunt a Voss.
2) An II, 9 sq.? Voss. *plen. F. Cap.*
3) Il. XXIV, 54.
4) Voss. *est quip.*
5) Schol. La. ad vs. 825. vide T. II. p. 396, ubi lege ex Cod. *ostend. aeris foetorem* pro *odorem* et *ad haec* pro *adhuc.*
6) Voss. *in — lup. ursae et ursi.*
7) La. *tantum.*

832. Et etiam grues venerunt, quamvis *serius* ceteris venissent. *Mutare hiemes Nilo* est dimittere *hiemes*, et ire ad Nilum. LA. *vos*) Ordo: *vos, aves, quae Nilo mutare soletis.* BC.

833. Auster est ventus calidus, et venit a meridiana plaga. LA. *serius*) tardius. BC. LP. solito. LC. dum praedam de cadaveribus exposcitis. BC. VOSS.

834. *aves*) Grues dicit, quae [1]) initio hiemis a Thracia in Libyam veniunt. Quae Libya non longe a Nilo et Aegypto separata est. BC. VOSS. *vulture*) Singularis pro plurali, i. tantis vulturibus. BC.

837. *sanguineis*) ut Virgilius: [2]) *Spargit rapida ungula rores sanguineos.* BC. LD. VOSS.

838. *Saepe*) dictum est hoc quasi ob vindictam. BC.

840. Et quia tot confluxerant animalia, [3]) inde fuit hoc, quod non omnia ossa visa sunt ibi; nam alii portabant hinc brachium, alii caput etc. LA. LC. *deiecit*) proiecit. BC.

841. *Non solum* per lupos, sed etiam *sic* i. per volucres evenit hoc, quod *non omnis populus pervenit ad* hoc, ut *ossa* sua ibi videret etc. Repetit locum, ubi dicit. [4]) LA. *Sic quoque*) cum ab avibus manderetur. BC. VOSS. [5])

842. *curant*) sc. sorbere avidae. BC.

845. *Fastidita*) invidiose dictum, cum [6]) canes et volucres fastidiant cadavera Romanorum, nec sic tamen accipiant sepulturam. BC. VOSS.

846. *Longior*) aestivus scil. BC. *miscuit*) i. in cineres resolvit et terram fecit. BC.

847. Et quia amplitudo terrae quodammodo causa fuit tantae interfectionis, nunc habet poeta locum invehendi in eam, ita dicens: o *infelix Thessalia* etc. LA. Finit epilogum querelis. BC. VOSS. Ordo: *Thessalica tellus.* BC.

848. In hoc laesit *Superos*, quia fiunt imprecationes in deos pro illo scelere, cuius causa fuit Thessalia. LA.

849. *sufficit*) succedit vel subministrat. LC. *aevum*) i. etiam illud aevum, quod memoriam praetereat, non valet donare damna belli. BC.

850. Num *vetustas sufficit* ad hoc, *ut donet* i. re-

1) Voss. addit *in*.
2) Aen. XII, 339.
3) Priora absunt a Lc.
4) Verba Lucani exciderunt.
5) Schol. Lb. vide T. II. p. 494, ubi lege *vel non* pro *i. non*.
6) Voss. *ut f. c. et aves.*

stauret illa damna? LA. *Immemor*) i. etiam immemor? BC. *damna*) obliviones. BC.

851. *Quae seges* etc.? Ad hoc respicit, quod superius dixit *ut te tot mortibus.* LA. *infecta*) corrupta[1]) tabe vel sanguine. BC. VOSS.[2])

852. Per hoc, quod dicit *quo vomere non violabis*, notat in omni parte Thessaliae esse factam illam tantam interfectionem. LA.

853. Ideo dico: quae aetas poterit damnare illa damna? nam ante fient aliae interfectiones ibi, quam campi sint siccati hoc sanguine; et hoc est quod dicit *ante novae* etc. Per hoc notat illud,[3]) quod Antonius et Brutus et Cassius fecerunt cum Aug. Caesare. LA. *Ante*) quam[4]) aut vetustas tibi haec belli damna edat, aut seges non infecta nascatur.[5]) Postea enim in Macedonia bellum civile gesserunt Brutus et Cassius. BC. VOSS. Virgilius:[6]) *Bis sanguine nostro Emathiam et latos H. p. c.* BC.

856. *stantes*) adhuc manentes. BC. *vetusta*) quos vetustae[7]) arbores dissiparunt. BC. VOSS. Caprificus[8]) nascitur in sepulchris mortuorum. BC. *(m. al.)*

858. *Plus*) Hoc dicit: *plus cineris* quam pulveris habere coepit Thessalia; et est ordo:[9]) *Haemoniae sulcis cineris plus aratur quam telluris.* Aut sic accipimus: plus cineris aratur in Thessalia, quam possint urnae[10]) habere maiorum. VOSS.

859. *Pluraque*) scil. quam in omnibus sepulcris maiorum inveniamus. GUELF. *dentibus*) i. aratris. BC. rastris. LC.

860. Et quia tantum nefas fuit ibi commissum, quantum diximus, spreta esset ab omnibus et abominabilis, si solummodo in illa tantum nefas esset perpetratum; et hoc aequipollenter *nullus navita religasset* etc. Religare inde tractum est, quod nautae invol-

1) Voss. *scilicet de t. et s.*

2) Schol. La. ad h. v. vide T. II. p. 483, ubi corrige *proprie*, ut est in MS.

3) Scil. *damnum.*

4) Voss. *antequam a. v. tabe h. b. d. caedat.*

5) Voss. addit *novae venient acies. P. e. apud Philippos in;* et in fine *contra Augustum.*

6) Ge. I, 491.

7) Voss. *quas innatae;* V. I. *surgentes.*

8) Similia habent Lb., Papias et inde Ioann. de Ianua; vide Schol. Horat. Epod. 5, 17. Schol. La. vide T. II. p. 537, ubi adde *i.* ex coniectura ante v. *quamvis;* deinde scribe auctoritate Cod. *ponebantur — quaedam arb. quae.*

9) *est ord.* addidi ex Bc. et Guelf., qui *et — tell.* habent, sed *plus H. s. c. q. t. ar.*

10) Voss. I. *umbrae.* Unice vera est prima explicatio. OUDP.

vunt funem circa palum vel scopulum, cum ad [1]) litus veniunt. LA. *religasset*) nullus ad te accessisset navita. BC. *σύγχυσις*. VOSS. Totus hic [2]) pendet sensus usque ad illum versum *si non prima nefas belli,* [3]) *sed sola tulisses.* BC. VOSS.

862. *bustum*) ipsam terram *bustum* dixit [4]) populi Romani. BC. VOSS.

863. *campos*) in quibus umbrae habitant. BC.

864. Et *nullus pastor auderet permittere,* pecoribus scilicet, *vellere herbam, surgentem de nostris ossibus.* LA. *auderet*) eripere. BC.

865. *Vellere*) i. abrumpere. BC.

866. Et ex ipso peccato ita esset deserta, sicut est perusta zona vel frigida zona. Deserta esset *non* ideo, quia *prima* esset, *sed si sola;* nam Roma prius praecesserat in hoc peccato, cum Marius et Sulla fecerunt civile bellum; et tamen propter principalitatem peccati non iacuit deserta. LA. *solis iniqui*) plagam [5]) dicit, quae est inhabitabilis, aut illas duas frigidas, quae et ipsae inhabitabiles asseruntur. [6]) Talis, inquit, haberetur et [7]) Thessalia, si sola esset civili maculata crimine. BC. VOSS.

868. *Si non*) Sensus et [8]) ordo est: nullus ad te accessisset navita, [9]) nullus arasset et cetera nullus fecisset, nisi de hoc minus fugienda videreris, [10]) quia non te solam macularant bella, [11]) sed primam. BC. VOSS. *tulisses*) Ordo: *si tulisses nefas belli non prima, sed sola.* Etenim prima, sed non sola nefas belli tulit; multum enim distat, utrum primi an soli aliquid faciamus. BC.

869. Ego dico *non sola,* et utinam tu *sola tulisses;* et hoc dicit *o Superi, liceat* habere odio has *terras,* scilicet totam Thessaliam, ac si dicat non fiat ulterius civile bellum. Quod tamen fiet; [12]) cur fit? et hoc aequipollenter *quid premitis* et *solvitis orbem?* Quod in alio loco fit civile bellum, solvit alium locum a perpetuo odio. Quidnam haberetur, [13]) si omnia loca vellemus habere odio, in quibus sunt civilia

1) Addidi *ad.*

2) Voss. *p. hic;* Bc. *versus.*

3) Voss. *.etc* reliquis omissis.

4) Voss. *dicit R. imperii.*

5) Voss. *Κεκαυμένην d. pl. q. in. a. ill. quae frigidae sunt.*

6) Voss. *sunt.*

7) Voss. *hab. Th. si s. c. e. m. certamine.*

8) Voss. *Sens. et* non habet.

9) Voss. *acc. aut ar. et reliqua.*

10) Bc. *videris.*

11) Voss. addit *civilia.*

12) Fortasse *et* addendum.

13) La. *habetur nam.*

bella facta? LA. *Superi*) Apostrophen facit ad deos; nam [1]) vos omnes nocentes facitis, sed omnes non possumus odisse. Ergo paucas nocentes facite, quas liceat odisse. BC.

870. *absolvitis*) dum enim totum [2]) nocentem facitis, crimen eius absolvitis, quia ubique pollutus [3]) est. BC. VOSS. Hinc alibi: [4]) *Quicquid enim a multis peccatur, inultum est.* BC. *solvitis*) i. perditis. [5]) VOSS. I.

871. Et quod solvunt ostendit [6]) enumerando alia civilia bella: *Hesperiae clades* fecerunt hoc, quod Philippi habentur puri. *Hesperies clades* vocat illas, quae apud Mundam fuerunt factae, ubi Cn. Pompeius fuit mortuus. *Flebilis unda Pachyni;* per hoc notat illud civile bellum, quod fecit Sext. Pompeius cum Agrippa. Pachynus est promontorium in Sicilia. LA. *Pachyni*) promontorii Siciliae. BC. in Sicilia enim adversus Sext. Pompeium, Pompeii filium, dimicatum est. BC. VOSS.

872. Per Mutinam notat illud bellum, quod fecit Augustus cum Luc. Antonio. *Leucas* est promontorium, ubi pugnavit Aug. Caesar cum Cleopatra. Per Philippos notat bellum Emathiae. LA. *Mutina* civitas Italiae, [7]) ubi adversus [8]) Gn. Pompeium dimicatum est. [9]) BC. VOSS. *Leucas*) in Actiaco adversus Antonium. VOSS. ibi contra Antonium pugnatum est. BC. *puros*) copulata [10]) societate sui criminis. BC. VOSS.

1) Voss., qui *nam — odisse* habet, *n. eos o. f. n.; facitis ut o. n. possimus od.*
2) Voss. addit *orbem.*
3) Bc. *pollutum.*
4) V, 260; Bc. *Quid.*
5) Quod non intelligo. OUDP. est pessum datis.
6) Addidi *ostendit.*
7) Deest in Voss. I.
8) Voss. *adversum;* Voss. II. addit *G. P. Pompeii filium.*
9) Turpiter haec ita leguntur in Scholiaste; vel enim scribendum *adv. Antonium*, vel forsan olim Schol. legit *Munda*, delendumque foret *Italiae.* OUDP. Confudit Schol. *Mundam* cum *Mutina.*
10) Voss. *so. s. scilicet cr. cop.*

SCHOLIA AD LUCANI LIB. VIII.

1. *Sonipes aufert Magnum a bello*, et primum venit ad Larissam, et iam venerat super ipsos montes; et hoc dicit *Magnus agens cornipedem iam super Herculeas* etc. LA. *Herculeas* vocat, quia Hercules divisit illos montes, et exire fecit aquas. LA. LC. *fauces*) inter montes Ossam et Pindum, quos Hercules aperuit vel separavit. BC. VOSS. *Tempe*) amoena loca Thessaliae. BC.

2. Compendium vocatur brevitas cum utilitate; et videtur inde esse tractum, ubi simul multa tractamus, et quod melius est eligitur. *Dispendia* vero contrario modo accipitur, ubi non est brevitas vel utilitas. LA. *dispendia*) itinera. BC. longitudinem. LP. loca difficilia transitu. VC.

3. *exhaustum*) lassum. BC. LB. fatigatum. LC. *negantem*) qui [1]) etiam stimulis agitatus cursum negabat. BC. VOSS.

4. *Agens equum super Herculeas fauces turbat* se per *incerta vestigia fugae;* vel *turbat*, pro turbatur, per *incerta* etc. LA. *Turbat vestigia* suae *fugae*, quia incerta sunt sequentibus; vel [2]) *turbat vestigia* suae *turbae* i. post eum fugientibus. BP. *turbat*) Hypallage, pro turbatur [3]) incertis vestigiis fugae. BC. VOSS.

5. Ideo turbatur per huius modi *vias*, quia etiam fragorem nemorum timet; qui [4]) fragor post eum venit. LA. *Implicitas*) pro implicitis errore viis turbatur. BC. *fragorem*) Dixerat supra, quod non pavebat a tergo tela; modo autem dicit, quod etiam fragorem nemorum motorum ventis paveret. Sed tamen possumus excusare, quod in proelio, utpote vir fortis, non timuisset; modo autem pavebat, ne vivus captus hosti traderetur. Quidam autem illum hoc

1) VOSS. *et. st. urguentibus agitatum c negantem.*
2) BP. *et.*
3) VOSS. *turbatus.*
4) LA. *quia.*

loco vituperant, quod dixerit modo illum timere, quem supra timere negavit. BC.

6. *ventis*) Virgilius: [1]) *Nunc omnes terrent aurae, sonus excitat omnis suspensum.* BC. VOSS.

7. *redit*) venit. BC. LB. compositum pro simplici. LB.

9. *Nondum*) scit adhuc pro gloria ab hostibus accipi, si iam miser factus Pompeius tamen esset occisus. BC. VOSS.

10. *Pavet* ideo, quia, [2]) etsi sit expulsus, tamen *scit* Caesarem aeque remunerare velle eum, qui [3]) hunc decollaret, sicut et ipse faceret, qui obtruncaret Caesarem; ac si dicat aeque [4]) est gravis vita Pompeii Caesari, sicut vita Caesaris Pompeio; et hoc est quod dicit *scit nondum vile pretium esse sui sanguinis*, et *memor fati credit se adhuc habere iugulum tantae mercedis, quantam* mercedem etc. Hoc *scit* ipse, licet sit *lapsus de summo culmine.* LA. *fati*) cuius fuit ante bella civilia. BC. VOSS. *habere*) credit se ab hostibus pro gloria occidendum fore. BC.

11. *quantum*) i. sciebat suam mortem tantae mercedis esse apud Caesarem, quantam daret ille pro avulsa Caesaris cervice. BC.

13. Ipse *turbat vias implicitas errore*, sed tamen *clara facies viri non patitur* eum latere. LA. *patitur*) i. quia erat notus [5]) omnibus, latere non poterat. BC. VOSS.

14. Et quod non [6]) latuit, et quod clara esset facies viri; utrumque notat, ubi dicit *multi Pharsalica castra* etc. LA.

15. *ruinas*) nesciebant [7]) Pompeium adhuc esse superatum. BC. VOSS.

16. *vertigine*) i. mutatione. LB. BP. i. mutata rerum conversione. LC.

17. *Ipse* non *erat* illis *fidelis auctor;* ac si dicat nec sibi credebant ipsi, quod de tanto culmine cecidisset. LA. *vix*) cum ipse fugiens videretur, vix ei credebatur fugisse [8]) Pompeium. BC. VOSS. adeo miraculo excluserat veritatem. BC. *ipse*) ipsemet non credebat. VC. *fidelis*) credulus. LB.

1) Aen. II, 728.
2) Addidi *quia* ex Bp.
3) La. *velle per hoc c; decollare;* meliora dedi ex Moc.
4) *aeque — Pompeio;* eadem Lc.
5) Voss. *omn. cognitus.*
6) La. *cur l. ostendit;* Moc. *Et quare latere voluit.*
7) Voss. *nescientes scil. ad. P. e. s.*
8) Voss. *quod fugisset.*

18. Et quamvis *auctor* esset aliis, tamen, si quis alius dicebat eum perdidisse, graviter ferebat. LA. *gravis*) pudorem incutit Magno, quicunque novit Pompeium esse, qui [1]) ista patiatur. BC. VOSS.

19. *ignotus*) *Cantabit vacuus.* [2]) VC.

20. Et quia ad tantam miseriam venerat, quod etiam *fragorem nemorum* timebat, ideo vellet *ignotus esse gentibus;* nam *tutus* transiret *per urbes.* LA.

21. *Mallet ignotus esse* et latere, *sed* non potest Fortuna hoc faciente, quae solet premere *adversas res;* ac si dicat cuius est deprimere et exaltare. LA. *poenas*) dum [3]) praeteritae reminiscitur felicitatis. BC. Tantum ei [4]) nocuit Fortuna adversa, quantum ei prospera praestitit. BC. VOSS.

22. *pondere*) quod nobilem hominem graviter [5]) consuevit affligere. BC. VOSS.

23. *urguet*) ut sibi aequet miseriam felicitas antecedens. BC. VOSS. revocando ei priora ad memoriam. LB.

24. Quomodo urgeat eum per priora fata subiungit *nunc festinatos* etc. LA. *festinatos*) quos puer meruit, ut ad felicitatem citius [6]) perveniret; nam de Domitio et Clupeanis [7]) annos natus decem et octo [8]) triumphavit; et ideo *nimium festinatos* dixit. BC. VOSS.

25. *Sullana*) in Sullanis enim castris fuit, ut ipse in primo ait: [9]) *Et docilis Sullam scelerum vicisse magistrum.* BC. VOSS. [10]) Vel sic *acta Sullana* vocat *acta* eius adhuc iuvenis similia actibus Sullae. LC.

26. Et illa *acta* enumerat. *Nunc et Corycias;* per hoc notat victoriam, quam habuit de piratis. LA. Corycos est civitas in Cilicia, de qua fuerunt piratae. LA. BP. *Corycias*) in Corycia [11]) enim, civitate Ciliciae, piratas, quos illic vicerat, colere rura praecepit. [12]) BC. VOSS. II. *Corycos* civitas est Ciliciae, in qua antrum illud famosissimum est, paene ab omni-

1) BC. *quod.*

2) Iuvenal. X, 22.

3) Voss. *sive d.* etc. coniuncta cum schol. v. *urguet.*

4) Voss. *Fort. ei n. a. q. secunda* (V. I. *prosp.*) *praest.*

5) Voss. *gravius.*

6) Voss. *velociter.*

7) BC. *Cleopianis;* Voss. *Clepianis fugitivis;* unde Oudp. *Africanis.*

8) Voss. *XVIII* (XXIV leg. OUDP.) *n. tr. id. dictum n. f.*

9) vs. 326.

10) Schol. La. vide T. II. p. 538, ubi corrigas *hoc* pro *haec.*

11) Voss. *Coryco e. c. pir.;* BC. non habet *pir.*

12) Errat Schol., cum Corycus sit mons et promontorium Ciliciae, in cuius mediterranea loca Cilicas compulit Pompeius. OUDP. errat ipse Oudp. cf. Stephan.

bus celebratum; unde Virgilius: [1]) *Corycium vidisse senem memini.* BC. *Pontica*) i. Mithridaten, [2]) regem Ponti, quem ipse superavit. BC. VOSS. *Et piget* illum *deiectum meminisse Pontica signa;* per hoc notat victoriam, quam de Mithridate habuit. LA.

27. *Deiectum*) depositum. BC. *sic*) dicit homines multitudine dierum miseros fieri. BC.

28. Non mirum, si istum elevatum tandem depressit, cum in ceteris potentibus simili modo soleat fieri. LA. *Destruit*) destituit. LC. ut fecit in Magno, [3]) qui perdito imperio vixit. VOSS.

29. *summa*) ultima. BC. ut unusquisque tunc pereat, cum eius [4]) felicitas terminatur. BC. VOSS.

30. *Adfuit*) pro adsit. BC. VOSS. Si hoc est, quod non finiatur cum vita honor, vel si non finiuntur simul, saltem cito sequatur mors post honorem perditum; et hoc est quod dicit: et ni *praevertit tristia* etc. LA. *praevertit*) praeoccupat. LB. removet. LC. antevenit, ut Virgilius: [5]) *Cursusque pedum praevertere ventos.* BC. VOSS.

31. *Dedecori*) maior enim est [6]) pudor a summis ad extrema venire. BC. VOSS. *quisquamne*) nemo fortunatus debet dici, nisi postquam perierit; nam viventibus fortunatis possunt adversa contingere, ut [7]) incipiant non esse felices. BC. VOSS. Et quandoquidem *Fortuna est dedecori,* ni amittatur cum vita, ergo nullus debet dicere se beatum per Fortunam, ni videat mortem praesentem, cum ita sit instabilis; et hoc dicit *quisquamne* etc. LA.

33. Dixit superius [8]) *turbat incerta vestigia fugae;* et *contigerat* Peneum flumen, qui *exibat in aequor,* ita ut *iam rubens* de *Emathia clade,* ac si dicat usque illuc perveniat cruor interfectionis. Et per hoc notat magnam fuisse illam caedem, et [9]) etiam longitudinem temporis. LA.

35. Minor erat navis illa, quam vel venti [10]) vel fluctus expeterent. LA. LC. *trepidum*) legitur et *magnum.* BC. VOSS. I. II.

36. *vix tuta*) quae etiam ratis [11]) propter brevita-

1) Ge. IV, 127, ubi Serv. eadem habet.
2) Voss. et Bc. *Metrid.*
3) Eadem Bc.
4) Voss. *vitae.*
5) Aen. VII, 807; Bc. *cursusq. p. p. mentes.*
6) Voss. *p. est.*
7) Voss. *et incipient.*
8) vs. 4.
9) Addidi *et.*
10) Lc. *q. ven. et fl.*
11) Voss. *et. in v. l. p. br. suam vix t. e.* sine *ratis.*

tem sui vix in vadosis locis tuta esset. Bc. Voss. *vadis*) i. in fluminibus. Bc.

37. *Cuius* Pompeii *remis;* [1]) ac si dicat quamvis in tam vili nave esset, tamen adhuc habuit multas naves. La. Lc. *Cuius*) i. sub cuius imperio. Bc. ratis. Guelf. *quatitur*) i. qui navigio sociorum suorum tot terras adhuc tenebat. Bc. *Corcyra*) terra Phaeacum. Bc. *Corcyra* est insula vel portus. La.

38. *Leucadii*) montis Epiri. Bc. *dominus*) Pompeius, qui eos vicerat. Bc. *Liburnae*) Liburni ipsi, Rhaetii Vindelici, [2]) saevissimi admodum populi, contra quos missus est Drusus. Hi autem ab Amazonibus originem ducunt. Virgilius: [3]) *Regna Liburnorum.* Bc. Liburni sunt populi, quos Pompeius devicit, qui parvis utuntur navibus. La.

39. *Vector* dicitur et qui vehit, et qui vehitur; [4]) hic autem accipitur qui vehitur, nam de Pompeio dicitur. La. *Vector* qui portat et qui portatur, sicut hospes et alumnus. [5]) Vc. *Correpsit;* per hoc notat illum inclinum [6]) stetisse in navi, et hoc ex nimia parvitate navis evenit. La. *correpsit*) conscendit. Lb. rector intravit naviculam. Bc.

40. *In litora conscia curarum;* i. in quae verterat omnes suas curas propter Corneliam; et hoc notat, ubi dicit *qua tunc tellure* etc. La. *Lesbi*) ibi [7]) enim erat Cornelia ipsius uxor. Bc. Voss.

41. *qua*) Ordo: [8]) *qua tunc tellure latebas, Cornelia, moestior, quam si in mediis campis Emathiae stares.* Bc. Voss.

43. *praesagia*) ut Virgilius: [9]) *Praesaga mali mens.* Bc. Voss.

44. *Exagitant*) fatigant. Guelf.

45. Omni nocte videbatur in somno esse Thessalia; et die apparente, omni die ante adventum Pompeii veniebat ad litus; et si qua navis aliunde *illuc* veniebat, timebat *quaerere de fatis* Pompeii; *et hoc* notat, ubi dicit *tenebrisque remotis* etc. La. *habet*) per

1) Priora absunt a Lc.

2) Bc. *videlicet;* sed cf. Serv. ad Virg. Aen. I, 244, ubi eadem leguntur.

3) l. l.

4) Cf. Serv. ad Virg. Aen. IV, 72; repetit eadem Papias.

5) Cf. Serv. l. l. ad VI, 298; VIII, 532. et Agroet. p. 2270. Putsch.

6) Ita Bp.; La. *inclivum;* cf. Adelung. Gloss. T. IV. p. 165.

7) Voss. *ubi C. u. eius ex. constituta.*

8) Voss. *O. est q. te tunc;* Bc. *quia.*

9) Aen. X, 843; Be. *me, ma.*

totam noctem bellum Thessaliae intuebatur. [1]) Bc. Voss.

46. *abruptae*) excelsae. Bc.

49. *Quaerere*) ne contraria nuncientur. Bc. Voss.

50. Nunc dicit poeta: tu consideras naves, *en ratis, quae tendit* etc. La. *En*) pro ecce. Bc.

51. *Summa pavoris* ideo, quia nunquam magis timebat, quam *nunc* de hac re. La.

53. In hoc perdebat *tempora luctus*, quia nunc, cum licebat ei *flere*, non flebat; nam praesente Pompeio non licuit tantum. La. *luctus*) i. tempus est, ut *fleas;* alii *fletus*. Bc.

54. *times*) flere. Vc. *timor* [2]) de incertis est malis; luctus vero de certis. Bc. Voss.

55. Dixit superius *en ratis;* qua *propinqua tunc prosiluit*. La. *Prosiluit*) de rupe descendit Cornelia. Bc. *Crimen* deorum vocat, quod [3]) passi sunt tantum virum ad tantam devenire miseriam. La. *notavit*) circumadspexit, ut ait Cicero: [4]) *Notat et designat oculis*. Bc. Voss. Hoc autem dicit: adspexit crudele crimen deorum. Voss.

56. *Deformem*) i. Pompeium tam humilem revertentem. Bc. Voss. *prementem*) i. cooperientem; in omnibus subaudimus *notavit*. Bc.

58. *Obvia nox miserae;* [5]) per hoc notat eam diu esse in ectasi. La. *nox*) tristitia. Bc. *lucemque*) caliginem enim animi repentino dolore toleravit. Bc. Voss.

59. *nervis*) viribus. Bc.

61. *Spe mortis*, quia speravit et voluit mori. La. *decepta*) [6]) deiecta. Bc. Voss. I. putabat enim se perire, quod exanimata est. Bc. Voss.

62. *lustrat*) adspicit. Bc.

63. *Quem postquam* cognoverunt *famulae, non ultra permiserunt sibi*, Corneliae, *lacessere fatum*, i. provocare mortem, per *tacitos gemitus*. La. *videre*) iam Cornelia [7]) exanimata eum videre non poterat. Bc. Voss. *fideles*) vel priores. Guelf.

64. *Non ultra*) Hoc dicit: [8]) famulae sibi non permisere amplius de fatis queri, saltem tacito gemitu;

1) Voss. *contueb.;* Guelf. *recordabatur.*

2) Voss. *tim. enim de m. i. est; l. v. d. c. et manifestis.*

3) Ita ex Bp.; La. *qui.*

4) Catil. I, 1.

5) La. *miseris.*

6) Voss. addit *vel.*

7) Voss. *iam enim ex. domina vid.*

8) Voss. *dixit f. s. n. a. p. cum* (MSS. *non*) *f. q. quam t. v.*

flere enim idcirco nolunt, ne dolentem dominam vehementer affligant. BC. VOSS. *tacitos*) sed non apertos. VC. *incessere*) inferre, provocare. [1]) BC. *fatum*) Omnes palam provocabant mortem, vel permiserunt Corneliae, ut palam provocaret mortem. VC.

66. *heram*) ab eo quod est herus, hera. BC.

68. *Coeperat sentire manus Pompeii.* Tangit illam physicam, quod sanguis circa interiora prae nimio dolore fugit, et tunc non sentit; [2]) cum vero incipit *reverti*, tunc sentit. LA. *sanguine*) i. coeperat sanguis Corneliae ad extrema usque membra revocatus Pompeii sentire contactus; [3]) nam sanguis se timore ad interiora collegerat. [4]) BC. VOSS. Virgilius: [5]) *Frigidus Arcadibus coit in praecordia sanguis.* BC.

70. Tunc succumberet *fatis*, i. adversitatibus, si ita doleret, prout erat Fortuna adversa. LA. *succumbere*) deiici. BC.

71. *immodicos*) valde nimios. BC. *castigat*) increpat. BC.

72. Ordo: *cur nobile corpus*, vel *robur frangis.* VOSS. *vulnere*) damno. LB.

73. Titulos accipit pro gloria, quia titulis scribebantur ea omnia egregia, quae quisque fecerat. Primum vulnus *Fortunae* vocat, quod in Thessalia prodidit. LA. *titulis*) ex titulis, ex memoriis vel triumphalibus statuis. BC. *avorum*) quia fuit de genere Corneliorum et filia Scipionis, licet sint qui dicant, quod fuit filia Metelli, et male. VC.

74. Nunc *aditum habes*, scilicet *miser coniux est unica materia laudis in hoc sexu;* ac si dicat si qua diligit coniugem, dum est miser, maximam adipiscitur famam. *Coniux* est *materia;* nam *nec cura legum, nec arma* sunt *materia laudis.* Et quia hoc modo potes laudari, ideo *erige mentem.* LA. *habitum*) i. speciem. BC.

75. *Laudis*) famae; i. laudabilis. BC. *non legum*) Sensus hic [6]) est: habes, unde in perpetua laude verseris, i. [7]) coniugem miserum; nam in [8]) femina non armis aut legibus custoditis comparatur gloria, quia sexus infirmus est; sed tantum si maritum dilexerit, cum sit factus infelix. BC. VOSS.

1) Idem Vc.
2) La. *sentire.*
3) Voss. *manus.*
4) Voss. *colligit;* Bc. *colligerat.*
5) Aen. X, 452. Bc. *Fr. a corporibus* et super *pori* script. *dib;* Guelf. *Arcad.*
6) Voss. *hic* non habet.
7) *i.* deest in Bc.; Guelf. *in p. l. unde venereris maritum m.*
8) Voss. *a*, et post *gl. comp.*

76. *Unica*) *Quem servare potest mulier galeata pudorem*, dicit Celsus. [1]) VC.

77. Fata volunt te deprimere, sed virtus tua repugnet; q. d. debes me amare, *quod sum victus.* LA. Nam *maior gloria nunc* erit *tibi* hinc, si me amas, quam quondam, dum *senatus* et reges sequebantur me. LA. LC. *fatis*) ut quem [2]) illa deiecerunt, tu diligas. BC. *ipsum*) ut paene videar invictus, [3]) si in eodem apud te, [4]) quo semper fui amore, duravero. BC. VOSS. Sive ut vincas fata, si amorem tuum nihil inminuat mutata fortuna. VOSS.

78. *victus*) sive quia cito ad te remeans, sive quia amorem [5]) mereor ex miseratione maiorem. VOSS. ut habeas materiam maioris amoris. BC. *maior*) ipsum se gloriam [6]) maiorem esse dixit uxoris, quod eum sit sola secutura, ab omnibus derelictum. BC. VOSS.

81. *Dolor summus;* quem vocet summum subiungit, scilicet qui *vetitus* est *augeri;* iste talis *dolor deformis* est *marito adhuc vivente;* ideo *deformis,* quia *ultima fides debet esse lugere virum;* ac si dicat in morte mariti maior affectio *debet* ostendi, et ideo maior luctus. LA. *deformis*) inhonestus. BARTH. [7]) *adhuc*) hoc cum indignatione dictum est; cum adhuc vivat [8]) maritus, tu moeres et squales. BC. VOSS. i. quae me tuente deformitati te contrahis. BC.

82. *Summus*) nam tunc [9]) *summus dolor* fit, cum maritus amittitur; tu sic [10]) doles, me vivente, ut nihil addere [11]) ad moerorem valeas, cum fuero mortuus. BC. VOSS. generaliter dictum accipimus. BC.

83. *fides*) certitudo. BC. Tunc vir lugendus est, cum iam nihil aliud possit accidere, scilicet cum periisse constiterit, non cum adhuc vivit. [12]) BC. VOSS.

84. Quare *deformis* sit, adhuc subiicit causam, ubi dicit *tu nulla tulisti* etc. LA.

85. *quod defles*) Invincibile argumentum. BC. i. si me vivente, sed [13]) misero non desinis lugere, Cornelia, constat te non [14]) hucusque Pompeium amasse,

1) Imo Iuvenal. VI, 252.
2) Bc. *quae.*
3) Voss. *non vict.*
4) Voss. *eod. q. s. a. ap. te f. durabis.*
5) *amor.* etc.; eadem Bc., sed praepos. *ideo quod.*
6) Voss. *m. gl. dicit.*
7) ad Stat. Theb. X, 327.
8) Voss. *mar. viv.*
9) Voss. *n. cum s. sit.* (ut in Bc.) *ille d.;* Guelf. *nam* non habet.
10) Voss. et Guelf. addunt *modo.*
11) Voss. *ad. moerori valeas c. f. interemtus;* Bc add. *posse.*
12) Voss. *adh. sit in incertum.*
13) Guelf. *sic.*
14) Voss. *huc non — affectam.*

sed fortunam meam, quam nunc plangis afflictam. Bc. Voss.

86. *correpta*) castigata. Bc. Voss. increpata. Lc.

88. *O utinam issem;* ac si dicat quare, quod [1]) mea mala fortuna est adversa maritis, sicut patuit [2]) in Crasso et nunc in Pompeio, utinam essem iuncta Caesari, et hoc idem evenisset ei. La. Lc. *Caesaris*) non quod [3]) Pompeio Caesarem praeferat, sed idcirco vult [4]) Caesari nupsisse, quia infelix ipsa Caesari posset talem fortunam afferre. Bc. Voss.

89. *laeta*) i. boni ominis. Bc. primo [5]) enim in matrimonio Crassi fuerat, qui occisus fuerat [6]) apud Parthos. Bc. Voss.

90. *Bis*) quia [7]) semel morte Crassi, nunc fuga Pompeii; haec meo fato mundus patitur. Bc. Voss. *pronuba*) ut Virgilius: [8]) *Et Bellona manet te pronuba.* Bc. Voss. Sensus est hic: malo omine tibi nupsi; nam non Iunone pronuba, sed Furia et Crassorum umbris tibi iuncta sum, ut talia patiaris, qualia Crassi passi sunt. Bc. Cum Iuno deberet esse *pronuba, Erinnys* potius fuit *pronuba.* La.

91. Et *umbrae Crassorum* interfuerunt ad hoc, ut illa copula esset mala. La. *devota*) exsecrata. Lb.

92. Et quod male fuit ominata copula per effectum ostendit: ego, *devota illis manibus,* illud malum omen, quod contigit Crasso, *tuli in civilia* bella; nam *dedi populos praecipites* etc. La. *Assyrios*) Parthicos. Bc. Lb.

94. *A causa*) a parte Pompeii, qui iustius dimicavit, [9]) cuncta numina propter me recesserunt. Bc. Voss.

95. *indigne*) sic accipimus, [10]) non quod haec melior sit, sed quod Pompeius indignus sit in tantum venire discrimen eius fato. Bc.

96. *In tantum*) q. d. propter me factus es infelix. Bc. i. in te, ut per me fieres infelix. Bc.

97. *Accipe poenas,* non qualescunque, *sed quas* ego libenter patiar. Ideo hoc volo pati, ut cetera

1) Priora absunt a Lc.
2) La. *patet.*
3) Voss. *quo.*
4) Voss. *C. n. vult q. ip. in. t. f. C. p. ad.*
5) Voss. *prius.*
6) Voss. *est ad P.*
7) Voss. *i. e. orbis h. p. m. f. prius in Crasso, modo in Pompeio;* Voss. II. ut Bc.
8) Aen. VII, 319; *ut* deest in Voss.
9) Voss. *dimicabat, p. me c. n. r.*
10) Bc. *accipiamus;* seq. *sit* deest in Guelf.

pareant et obediant; et hoc est quod dicit *quo sit tibi* etc. LA.

98. *quo sit*) me, inquit, occide, ut prospera [1]) consequaris iam omnia. BC. VOSS.

100. Vel si non vis interficere, saltim *sparge mari*. LA. *mallem*) scilicet [2]) ut tunc periissem, cum adhuc felix [3]) esses, et nunc tu eadem felicitate fuisses. BC. VOSS.

101. Ego volo ut nunc facias, quod tamen *mallem* fecisse, dum fuisti in prosperitate. *Lustra* i. purga *tuas clades*, i. purgationem erga deos facias [4]) de his cladibus, quae tuae sunt. Nam *ubicunque* illi iacent, qui erant sustentamen tuum, sicut senatores, ibi tu *iaces* quasi mortuus; [5]) et hoc dicit *ubicunque iaces*. LA. *lustra*) expia, [6]) me peremta. BC. LP. VOSS.

103. Nunc vertit se ad Iuliam, ut dicat, ut se vindicet in ipsam, et parcat suo Pompeio; et hoc est ubi dicit *nostros ulta toros* etc. LA. *pellice*) ad satisfactionem hoc [7]) Iuliae posuit, quod se negat uxorem fuisse, sed pellicem i. concubinam. BC. VOSS.

107. Et quamvis Magnus non posset flecti ad fletum, tamen ista commovit eum ad hoc, quod non potuit facere Thessalia; et [8]) hoc dicit *siccaque Thessalia* etc. LA. LC. *duri*) fortis. BC.

108. *Siccaque*) h. e. qui non flevit in Thessalia, flevit in Lesbo. BC. LB. VOSS. *Thessaliae* adverbialiter. GUELF.

109. Mitylenaeum vocatur a Mileto filio Apollinis. LA. *Mitylenaeum*) Mitylene civitas est Lesbi. BC.

111. *servasse*) quod hic Corneliam incolumem custodivimus. BC.

112. Haec sunt verba illorum: si nos in hoc reddidisti famosos, quod dignatus es committere uxorem tuam, *oramus* hoc quoque, ut digneris habitare muros nostros saltim *una nocte;* et *fac* deinceps omnes positi in arto habeant nobis fidem. Quod erit, si hic remanseris; et hoc notat, ubi dicit *secula revisent* etc. LA.

113. *dignare*) dignos habeas, in quibus vel una nocte moreris. [9]) Alii sic distinguunt: [10]) *vel una*

1) Voss. *o. iam p. con.*
2) Voss. *i. e.*
3) Voss. *eras felix* (ut Lp., qui eadem habet), *et in e. f. n. mansisses.*
4) La. *facies.*
5) La. addit *est;* an *esses?*
6) Voss. add. *scilicet.*
7) Voss. *haec p. — ux. sed p.*, omissis *i. conc.* ut in Guelf.
8) *et* etc. non sunt in Lc.
9) Guelf. *remor.*
10) Voss. addit *dignere vel — fac*, reliquis omissis; Guelf. *revisent.*

nocte tua fac, Magne, locum, quem cuncta revisant secula, quod melius est. BC. VOSS. II. *vel*) i. etiam. LC.

114. Et si quis *Romanus* huc venerit, [1]) *adoret* i. veneretur hanc terram pro tanta fide. LA.

117. Et [2]) hac de causa debes manere, quia hoc fecisti, quod cetera loca *possunt sperare* veniam a Caesare; et hoc notat *favorem;* ac si dicat ut eis faveat Caesar. LA.

118. *Haec* loca *iam habent crimen* de retenta Cornelia. Alia causa remanendi, nam haec terra tuta est; et hoc est quod dicit *quid* dicam inde, *quod iacet insula ponto?* LA. *Haec iam*) hoc dicit: omnes aliae civitates infidae tibi [3]) sunt, quae adhuc veniam possunt promereri; haec ideo fida est tibi, quia offendit Caesarem, et [4]) apud eum tanti criminis est, quod tuam coniugem suscepit et te. BC. VOSS.

119. *eget*) ab opportunitate loci sumta persuasio. BC. VOSS. Figurata locutio, i. quantamcunque [5]) partem ponti haec insula tenet, non poterit Caesar invadere, quia non inveniet naves. BC. *procerum*) multi principes [6]) ad te venient, cum te in his locis cognoverint. BC. VOSS. Praeterea est alia causa, quia te hic sciunt habere uxorem, ideo certi te hic esse veniunt huc. LA.

120. Et adhuc aliud; melius potes in *noto* [7]) loco renovare bellum, quam in non *noto*. LA. *noto*) propter Corneliam. BC. ubi qui fueris potest sciri, et ideo ad te libenter adcurrent. VOSS. *fatum*) prosperitas. BC.

121. Illi dicenti non habere, restaurare unde [8]) posset, respondent *accipe templorum* etc. LA. *Accipe*) sc. si ille forte diceret, non habeo sumtus; at illi responderunt *accipe t.* BC.

122. *iuventus*) Accipe iuventutem. VOSS.

123. *utere*) et in terra et in mari. BC.

125. *Hoc crimen* aufer a nobis, ne hoc dicatur, quod in prosperitate habuisses nobis *fidem,* in adversitate vero non; [9]) et hoc est quod dicit *ne videare* et

1) La. *evenerit.*

2) La. addit *ex;* an *etiam?*

3) Voss. *inf. sunt, et p.° pr. v. sed h. quae t. f. e. o. C.*

4) Voss. *et iam a. e. criminosa est, quia c. t. recepit.*

5) Ita Guelf. sed Bc. *quantam.*

6) Voss. *m. ad te pr. revertentur, c. — loc. quae sciunt esse cognoverunt;* Bc. *invenerint.*

7) La. *tuto.*

8) La. *n.*

9) Eadem in Lc. et Bp.

felix secutus nostram fidem et miser damnasse nostram fidem. LA. *detrahe*) pelle. LP.

126. *secutus*) [1]) apud nos tuam coniugem relinquendo. BC. VOSS. ne tantum in felicitate posito [2]) videamur tibi fidem servasse. BC.

127. *miser*) in miseria positus. BC.

128. Gaudet *esse fidem in nomine mundi*, i. in aliquo loco, ubi mundus nominaretur; non enim credebat *esse fidem* in aliqua parte mundi. LA. *laetus*) vel ita: *laetus in adversis esse fidem*, i. quod etiam *in adversis* servaretur sibi fides, et ideo *gaudens nomine mundi*, i. quod tantum favorem adhuc haberet in mundo. LB. *nomine*) quia fama erat, quod ubique diligebatur. VC. Pro omnibus hominibus laetabatur, aliquos [3]) mortalium fidem servare, quod iam in terris deficere [4]) videbatur. BC. VOSS.

129. *Esse*) fidem servari sibi per famam diffusam. VC.

130. Quod commisi *vobis* uxorem meam, *ostendi* me *non* habere aliquam terram gratiorem. LA.

132. *Affectus*) amores. BC.

134. *Cum, fugiens iram Caesaris, non ante dedi puppem* etc.; per quod *ostendi* me magnam affectionem habere erga vos. LA.

135. *meritam*) ream. LP.

136. *Materiam veniae* vocat Corneliam; nam si eam tradidissent Caesari, possent promereri ab eo *veniam*. Et quamvis hoc scivissem, *non* sum *veritus* eam *committere vobis*. LA. *Non veritus*) non timui. BC. Sensus hic est: commendando [5]) vobis meam coniugem feci, ut Caesar vobis iratus sit; verum tamen tantum confido de vobis, ut ad vos venire maluerim, cum possitis [6]) hodie me occiso iram Caesaris mentemque placare. BC. VOSS. *committere*) credere. BC.

137. *Materiam*) coniugem meam, vel me ipsum magis. BC. ironice. LP. *nocentes*) Cum enim uxorem commendavi, feci ut vos Caesar noxios iudicaret. Hoc fecisse sufficiat. VOSS. commendando vobis meam coniugem. [7]) Nunc ad vos venire non debeo, ne no-

1) Voss, qui haec cum schol. vs. 122 coniunxit, *securus* habet pro *secutus*; deinde *c. t. relinquenda*.

2) Bc. *positum*.

3) Voss. *f. s. m. aliq.*

4) Guelf. *difficile* (ut Voss.) *invenitur*; Bc. *videtur*.

5) Voss pro his *Uxorem vobis dereliqui, ob hoc i. est v. C. tant. ergo conf* etc.

6) Ita Guelf., sed Voss. *c. h. me o. possetis*; hoc cum Bc.

7) Voss. priora non habet.

centiores vos [1]) faciam me recepto apud Caesarem. BC. VOSS.

138. Vos hortamini me multis modis hic remanere; *sed* sufficit hoc, quod tantum feci vos *nocentes*, et ideo agitabo fata *per orbem*. LA. *per orbem*) omnium populorum animos explorare vult, quales [2]) sint erga se. BC. VOSS.

139. *Heu*, quod ad hanc [3]) miseriam deveni. *Felix* es, sive alii imitentur te in fide, quod erit, si Pompeium receperint; et si [4]) hoc non erit, tamen *felix* es, quia *praestas fidem*. LA. LC.

140. Ideo dico *populos* et *reges; nam certum est* mihi *quaerere*, in quibus *sit scelus*. LA. *doces*) prima enim me recipiendo das aliis exemplum, ut me recipiant. BC.

141. *Seu praestas*) In utroque, inquit, es gloriosa, sive dum [5]) me sola recipis, sive dum aliis das exemplum me [6]) recipiendi. BC. VOSS. *sola*) si contrario alii me non receperint. BC.

142. *in terris*) i. ubi [7]) iustitia adhuc perseverat. BC. VOSS. *scelus*) ubi se civitates [8]) ad Caesarem contulerunt. BC. VOSS.

144. Et quia talem te ostendisti erga me, ideo, o *numen*, hoc maxime precor, ut des tales *populos*. Ego dico *numen, si quod adhuc mecum est*. LA. *similes*) tales, quales sunt in Lesbo. BC.

145. In hoc *similes*, ut dimittant *intrare* et *exire*, ut isti fecerunt; et hoc dicit aequipollenter *qui Marte subactum* etc. LA.

146. *exire*) nam intrare etiam inimici patiuntur, ut capiatur. [9]) BC. VOSS. infesto Caesare. BC. *(m. al.)*

147. *putares*) pro putaret aliquis. BC. VOSS. pulchra locutio de tertia ad secundam. BC.

149. *Plangitur*) impersonaliter. LC. *infestae*) pro ipsi infesti. BC.

150. *Populus Pompeium cernens ingemuit quidem*, sed *minus*, quamvis adversa eius *fortuna moverat dolorem;* at de ista multo magis; et hoc dicit [10]) *cernens illam descendere, quam videre ut suam civem toto tempore*

1) Voss. *no. f. a. C. me rec.*
2) Voss. *circa s. q. sint.*
3) Lc. *tantam.*
4) La. addit *ex;* an *etiam?*
5) *dum* abest a Voss., qui pro seq. *dum* habet *et.*
6) Voss. *ut me recipiant.*
7) Voss. *ibi ad. i. p. ubi fuerit ipse susceptus;* Bc. *ubi* non habet, sed Guelf.
8) Voss. *ibi scelus, ubi se ad C. co. civ.;* Guelf. *contulerint.*
9) Voss. *capiant.*
10) La. addit *est.*

belli Emathiae, tunc valde *ingemuit.* LA. *fortuna*) infelicitas. BC.

152. *discedere*) melius est *discedere;* in navem enim *ascendimus,* in terram *descendimus.* BC.

154. Et ostendit tantam dilectionem habuisse erga eam, quod, etiamsi rediret ad Pompeium entem victorem, *vix* dimitterent eam *siccis oculis.* LA.

155. Ego dico *vix,* et possum dicere non *poterant* mittere *siccis oculis;* et cur tantam affectionem haberent in eam, subdit causam, ubi dicit *tanto devincit* etc. LA.

156. *Hos* i. aliquos *pudor devinxit, hos* i. alios *probitas devinxit*; et *quamvis* [1]) *adhuc* ens *stantis fati,* tamen *vixit, quasi* maritus esset iam victus. LA.

157. *submissa*) i. humilis. BC. *gravis*) i. omnibus hospitalis vel [2]) grata. BC. VOSS.

158. *vixit*) [3]) Cum adhuc Pompeio fortuna esset incolumis, tam humilis omnibus hominibus [4]) obsecuta est, quasi iam maritus eius superatus esset a Caesare. BC. VOSS.

159. *Imposuit moestam comitem carinae.* Et determinat tempus, quando hoc fuit, scilicet cum solis rotula diuturna a nobis recesserit; et hoc est quod dicit *Titan iam demissus* [5]) in *pelago* usque *ad medios ignes,* i. ad medietatem rotulae. Ideo dicit *ignes,* quia secundum [6]) quosdam homines aliae [7]) planetae refundunt ignem in solem, et hic dicitur inferior omnibus planetis, Luna excepta. Secundum [8]) Platonem vero et Virgilium est Sol in medio; et ita ordinantur: Saturnus, [9]) Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna. Et cum dies accepissent inde nomina, videntur hac ratione ita esse ordinata. Quia Sol dignior est, prima dies vocatur dies Solis; et quia post Solem dignior est Luna, secunda dies vocata est dies Lunae; tertia dies a proxima planeta super Solem, scilicet a Marte, dies Martis; quarta dies a proxima super Lunam, a Mercurio, dies Mercurii; quinta a secunda super Solem, a Iove enim, dies Iovis dicitur; sexta a secunda super Lunam, a Venere, dies Veneris dicitur; septima a suprema, nam vocabatur

1) La. *quam.*
2) Voss. *fuit* pro *v. grat.*
3) Voss. addit *Cornelia.*
4) Voss. *hom* non habet; in seqq. *eiusdem.*
5) La. *dimissus.*
6) Addidi de meo.
7) Ita in Nostro.
8) Ita pro *Et hoc;* seq. *et* addidi.
9) La. addit *i.*

olim dies Saturni. Ideo *ad medios*, quia nec ex toto discesserat a nobis, nec ex toto erat apud antipodes. LA. *Iam*) tempore, quando sol occidit. BC.

160. Ita dico, si qui sunt antipodes; et hoc aequipollenter *nec si quibus* etc. LA. *exserit*) aperit. BC. Bene addidit [1]) *si;* est enim dubitantis coniunctio, quia de antipodibus sola fabula est. Est autem sensus: nec totus erat, quibus exserit orbem, si tamen sunt, [2]) quibus exserat orbem a nobis recedendo. BC. VOSS.

161. *Totus*) Sensus [3]) est: iam sol Occidentem [4]) petens medius erat mersus in fluctus, et nec apud nos erat totus, quibus occidebat, nec apud antipodas, quibus nascebatur, quippe medius [5]) eius orbis absconditus, medius apparebat. BC. VOSS.

162. Et quia erat tale tempus, ideo cura coepit urgere eum, ad quas urbes vel ad quos reges iret. LA. *Nunc*) Haec omnia sibi Pompeii animus fingit dispositione [6]) curarum. BC. VOSS. *adeunt*) cogitando. BC.

163. *Nunc* etiam *adeunt* illae *curae invia arva mundi iacentis*, i. depressi; *mundi* dico *superhabentis* [7]) *nimios calores* et *Austrum*. Per hoc notat remotissimam partem meridialis plagae. LA.

164. *super*) ultra. LB. *nimios soles*) Plagam aequinoctialem dicit, ubi ferventissimi sunt dies. Hinc quoque Auster flat. Ordo: *super nimios soles mundi iacentis super Austrum*. BC.

165. *labor*) ipse laborans. LB. quem Pompeius est passus; qui labor semper ob curas moestus est et odit omnia, quae futura sunt. VOSS. *labor curarum* semper *moestus* est. BC. *odiumque*) in infelicitate aliquis positus odium futuri habet, timens semper ventura peiora. BC.

166. *fessos*) moestos. GUELF. propter nimios cogitatus. BC. *aestus*) fluctus cogitationum. BC.

167. Nunc introducit eum quaerentem e magistro navis de astronomia; et hoc ideo fecit, ut hoc modo posset removere curam a pectore suo. Quod dicit *de cunctis astris*, hoc dicit de illis, quae nautae solent habere signum. LA.

1) Voss. *si ad. est en. in dubio, an aer* (MS. *more*) *habeat antipodas. Est enim tensus*, reliquis omissis; corrupte.

2) Guelf. *si t. q. e. o. r. a n; orbem* abest a Bc.

3) Voss. *hic* addit.

4) Voss. *occidens med. cr. in maris fluctu sed n.*

5) Voss. *q. absconditur* (ut Guelf.) *o. med., (totus) app.*

6) Bc. *dispositio cur*, ab initio scholii posita.

7) La. *habeuntis.*

168. Quaerit per quae [1]) *terras notet,* scilicet Africam, Europam, Asiam; et quia hoc posset notare non per aquam, ideo quaerit quae signa sequantur secando ipsum mare; et hoc aequipollenter *quae sit mensura secandi aequoris in coelo.* LA. *mensura*) qualitas. BC. i. unde mare cognoscat prosperum futurum. GUELF.

169. Exponit quod dixit *unde petat* [2]) *terras,* ubi dicit *quo sidere* etc. Duae Syriae sunt, Syria Palaestina, quae est iuxta Hierosolymam, et Syria Sobah, [3]) quae est ultra Hierosolymam. LA. *sidere*) i. quae stella in Septemtrione cursum navium mittat ad Libyam. BC. VOSS.

170. Et quaerit etiam *quotus ignis in plaustro bene dirigat* eum in *Libyam.* Ideo dicit *quotus,* quia non omnes stellae ad eandem ducunt terram. LA. *quotus*) in septemtrionali etenim polo multae sunt vicinae stellae, quibus ad diversas septemtrionales gentes navigatur; unde dicit *quotus ignis in plaustro.* BC. *ignis*) i. stella. BC.

171. Tacitum Olympum vocat noctem, quia tunc omnia silent. LA. *taciti*) non sibi, sed aliis. LB. i. e. magni, [4]) ut Virgilius: [5]) *Luminibus tacitis;* alibi: [6]) *Tacitae per amica silentia lunae;* et: [7]) *Tacitum obsedit limen amatae.* VOSS. *servator*) observator, custos et inspector iudicans. BARTH. [8])

172. *fluunt*) currunt vel occidunt occidentia. Hoc dicit: stellas, quae currente coelo occidunt, non sequimur, sed eas, quae occidere nequeunt vicinitate poli. BC.

173. Quare dicat *labentia* subiungit, ubi dicit *nunquam stante polo;* ac si dicat *non sequimur* illa signa, quae sunt posita in alia parte coeli, sed [9]) quae sunt in plaustro; et hoc est quod dicit *non sequimur* illa, *sed* potius *axis regit puppes* etc. LA. *Nunquam*) Septem enim stellae sunt, quae motu axis feruntur errantes; has nauta non sequitur. GUELF. VOSS. *stante*) iugiter namque movetur. BC. *miseros*) proprium epitheton nautarum. BC.

174. Ne intelligeretur *inoccíduus* quantum ad hoc, ut nunquam moveretur, subiungit *inoccíduus* ideo,

1) La. *quas t. notatur.*
2) La. *pecat;* nisi malis *notat.*
3) Bp. *Sobath.*
4) male; tu vide potius, lector, quae scribit Serv. ad Virg. III. Aen. 515. OUDP. et infra ad IX, 355.
5) Aen. IV, 364.
6) Aen. II, 255.
7) Aen. VII, 343.
8) ad Stat. Achill. II, 28, qui pro corrupto *iũns* legit *iugis.*
9) La. *ne.*

quia nunquam *mergitur undis;* nam cetera sub terra volvuntur, praeter ea quae sunt in ipso cardine. LA. *mergitur*) iste est polus arcticus, quem dicimus tramontanam. [1]) VC.

175. *Axis*) accipitur hic pro spatio, quod interiacet minorem Ursam et maiorem. LC. *Arcto*) Helice [2]) et Cynosura; Helice enim maior Arctos, Cynosura minor. BC. VOSS.

176. Quomodo *axis* regat *puppes* subiungit: *hic axis cum surgit mihi semper in altum,* i. magis et magis in altum. Et ne de toto axe intelligatur, hoc subiungit, scilicet *cum minor Ursa instabit summis ceruchis.* LA. *regit*) dirigit. BC. ut non casu sed ratione hoc contingat. VOSS. *altum*) in antennarum summitatem. BC.

177. *Surget*) mirabili arte rem naturalem expressit; nam versus Septemtrionem navigantibus videtur Arctos accedere, [3]) et contemplanti ceu arboris summitati instare; ea vero, quae a tergo habemus, recedere ac deprimi videntur. BC. *ceruchis*) cornibus; nam [4]) cornua antennarum Graeco modo sic vocantur. BC. VOSS.

178. *Spectamus Bosphoron,* scilicet *Pontum curvantem litora Scythiae.* LA. *Scythiae*) tunc versi ad Aquilonalem partem navigamus. BC.

179. Quanto [5]) aliquis magis appropinquat versus Septemtrionem, tanto magis videtur super eum esse Ursa; sicut lumen in monte si esset positum, quanto magis aliquis [6]) appropinquaret, tanto magis videtur esse altius; si discederet, [7]) tunc minus altum. Ceruchi vocantur cornua antennarum. Bosphorus mare vocatur, ubi Io transivit, mutata iu bovem. LA. *quicquid*) quantumcunque; navigantibus enim ad Austrum videtur Arctos descendere ab arbore mali et elongari. [8]) BC. VOSS. Haec omnia non secundum rei [9]) veritatem, sed secundum intuentium dicuntur phantasiam. BC.

180. *Quicquid descendit,* i. quantumcunque *descen-*

1) Cf. Adelung. Gloss. T. VI. p. 611.

2) Voss. *Helicen et Cynosuram dicit;* (ut Lb.) *H. arcturus m.*

3) Guelf. *occidere — summitate* sine *vero.*

4) Voss. *c. mali mei; antennae c. s. v.*

5) La. *Quot.*

6) Addidi *aliquis.*

7) La. *descenderet* et *Ceruchae.*

8) Voss. pro his *ab orb. v. d. in fluctus, cum inferior efficitur.* De v. *elongandi* vide Adelung. T. III. p. 284.

9) *rei* ex Guelf.

dit Arctophylax etc. *Arctophylax* est quaedam stella iuxta Plaustrum, non tamen aliqua de his, quae sunt in Plaustro; quae videtur descendere, cum ipsa [1]) removetur a Septemtrione. Et in tantum *descendit Cynosura*, quod videtur esse *propior mari*. Cum hoc fit, tunc in partem Syriae fertur navis. Helice vocatur maior Ursa; *Cynosura* minor Ursa. LA. *Arctophylax* dicitur custos Plaustri i. bubulcus. BC. Ipse est Arcturus, i. e. Bootes, dictus ideo, quod ab Arctis non recedat, sed eos custodiat. VOSS. *propiorque*) Sicut enim ad Septemtrionem navigantibus elevari videtur Arctos, sic e contrario deprimi tendentibus in Austrum. BC.

181. Et de Syria *excipit* [2]) nos *Canopos stella*, illa, dico, *timens Borean*, quia nunquam in hac plaga nostra apparet. LA. *Canopos*) nomen [3]) est stellae in Austro positae. BC. VOSS.

182. *vagari*) Quoniam in Australi parte posita non accidit ad Borean, ideo et *timens* [4]) dicta est; non enim a nobis videtur. BC. VOSS.

183. Quae stella [5]) non ducit tantum per partes Syriae, sed etiam usque ad mare, quod est ultra *Pharon*, ita tamen, ut habeas illam in *sinistra* parte. LA. *illa*) i. Canopo existente. BC. *(m. al.) sinistra*) i. in sinistra parte dimissa. BC. i. si per sinistram [6]) illius stellae pergas, ad hanc regionem venies. BC. VOSS.

184. *Pharon* est turris in Aegypto, [7]) posita in Casio monte. Illuc ducet, sed tamen cautela adhibita; et hoc notat, ubi dicit *in medio tangit* etc. LA. *Syrtim*) loca vadosa in mari. BC.

185. Multa possem adhuc dicere de stellis, sed non plus in hoc immorandum; nam dico potius, in quam partem *iubes vela* etc. Pedem vocat ipsos funes, quibus flectitur velum, in quamcunque vult navigator. [8]) LA. *pedc*) i. fune; funis enim est in navi, ut ait Virgilius: [9]) *Una omnes fecere pedem*. BC. pes est lignum, cum quo velum regitur. LB.

187. Quia [10]) nondum diiudicaverat secum, quo [11])

1) Deesse videtur *arbor* vel *navis*.
2) La. *accipit*.
3) La. *proprium n. st.*
4) Voss. *tim. Borean d. e.* reliquis omissis.
5) La. addit *i;* post *tam* habet.
6) Voss. *sinistrum i. p. st.*
7) Eadem in Lb.
8) La. *navim*.
9) Aen. V, 830; vide supra ad V, 428. Voss. habet tantum *funis in nave*.
10) La. *Que*.
11) In La. lacuna; apparet o pro *quo*.

vellet ire, ideo respondet ut *hoc solum* servaret, ne Italiae appropinquaret. La.

188. *Emathiis*) nec vult [1]) ire ad Emathiam, ubi est Caesar [2]) et bellum; nec ad Italiam, quia pudet illum venire superatum. Bc. Voss.

189. *Et relinquas Hesperiam* et *pelago* et *coelo*, i. in quantum posset notari in *coelo* et in *pelago*, devita [3]) Italiam. La.

190. *Cetera*) i. cetera committe [4]) ventis, ut, ad quascunque terras duxerint, eamus. Bc. Cetera sic age, ut te ventorum facile flatus inpellat. Voss.

191. *Depositum*) commendatum Lesbo. Bc. ut alibi: [5]) *Depositum, Fortuna, tuum.* Voss. *tunc*) non recepta coniuge. Voss. cum ad Lesbon amore [6]) Corneliae transirem. Bc. Voss. *vellem*) sc. contingere. Voss. Ideo cave, quia iam recepi Corneliam, quae fuit prius causa, quare certum peterem litus. La.

193. *At ille* detorsit *vela pendentia iusto* [7]) *modo;* nam pendebant *aequis cornibus; et* flexit navim *in* sinistram partem. La. *Iusto*) Hoc secundum oeconomiam dictum videtur; nam *vela iusto modo pendentia* torsit, quia [8]) in contrarias terras ea deflexit, i. in Aegyptum. Bc. *cornibus*) capita antennarum, quae cornua vocantur. [9]) Guelf.

195. Et, ut ire posset in Asinam [10]) et Chium, alteros *rudentes* laxavit *in proram*, et alteros traxit versus puppem; et hoc est quod dicit *utque secaret* etc. Asina [11]) et Chius insulae. La. *Asinae*) nominativus singularis est. Bc. Asine castellum est Spartanorum. [12]) Bc. Guelf. Voss. Chius promontorium est, in cuius parte est Phanaeus mons, vitibus consitus; de quo Virgilius: [13]) *Tmolius assurgit quibus et rex ipse Phanaeus.* Bc. *asperat*) asperas facit. Bc.

196. *tenet*) retrahit in posteriorem partem. Lb. *rudentes* vocat hic funes velum tenentes. Lb.

197. Ideo dico quod aliter secabat pelagus, quia

1) Voss. *ad E. v. ire*, ut Guelf.; sed Bc. *venire.*

2) Voss. *C. et b. est*, omisso in seqq. *illum* cum Guelf., qui haec aliter collocata habet.

3) La. *devitare.*

4) Guelf. *v. com.* sine *cet.*

5) II, 72.

6) Voss. *C. am. properabam.*

7) La. *in isto.*

8) *quia* et seqq. *ea defl.* non sunt in Guelf.

9) Cf. Schol. Horat. Epod. 16, 59 et Isidor. Orig. XIX, 2.

10) La. *Thessaliam;* paulo post *Sasina.*

11) Huc transtuli, quae infra vs. 199 post v. *mare* legebantur.

12) Eadem Lb. et Lc., qui addunt *vel insula.*

13) Ge. II, 98.

prius ibat navis recto itinere, nunc versa in sinistram partem. LA. *senserunt*) per poeticam phantasiam dat sensum inanimatae rei. BC.

198. *idem*) neutrum est, sc. intelligitur *idem pelagus*. BC. *spectante*) ecbasis. BC.

199. *Mutavere sonum*, quod vel minus vel magis pulsaverunt ipsum mare. Et ut ostendat cautelam illorum, subiungit: *non* aliter, et ut plus dicam, *non sic moderator equorum cogit currus accedere metae*, quae inoffensa debet esse; tunc *cogit, cum circuit* sinistrum *axem* cum dextra *rota*. Ex una parte est praecipitium, ex altera parte sunt infixi gladii; et hoc est ibi [1]) tantum, ubi debet vertere currum; nam in ipso cursu periculum non est. LA. *Mutavere*) sc. ipsa aequora. GUELF. i. aequora conversione navis [2]) aliter sonare coeperunt. BC. VOSS. *moderator*) auriga. Sensus est: ille, qui currum regit, non sic cogit currus accedere, ut non incurrat metam, quando a dextera in laevam reflectitur, sicut iste moderatus est navem mutando cursum. Videmus namque in convertendis plaustris, quomodo rota unius partis circumeat axem alterius. BC.

200. *Laevum axem* vocat quantum ad ipsum aurigam. Ideo dicit quod dextra *circuit*, quia in ipsa reflexione latiorem gyrum facit dextra quam sinistra; et notat quod ad eandem metam revertatur, sed non eadem via. LA.

201. *inoffensae*) i. [3]) in quam non offendere vult. BC. VOSS. *metae*) in Olympico certamine. BC. VOSS.

202. Postquam praeteriit illas duas insulas, dies adest, et tunc occurrerunt ei multi; sed in primis [4]) filius. Ideo dicit *a litore Lesbi primus*, quia, antequam ad Lesbum veniret, multi venerunt ad eum. Ideo dico quod *turba procerum*, scilicet senatorum, secuta est eum, quia *Fortuna* nondum ita presserat eum, quod abstulisset *reges;* et hoc est quod dicit: illi [5]) *deiecto* a *fatis* et *fugato* tamen non abstulit etc. LA. *texit*) maiore luce operuit. BC. VOSS.

203. *sparsus*) remotus. LB. *procella*) consuetudo poetarum [6]) est bellum incendio et procellis comparare. BC. VOSS. *quicunque*) de parte Pompeii. GUELF. VOSS.

1) La. *ita.*
2) Voss. I. *navium.*
3) Voss. *Huic accedere declinavit in q.*
4) La. *impius.*
5) La. *illuc.*
6) Voss. *auctorum*, ut Guelf.

205. *natus*) Sextus Pompeius Pompeii [1]) filius. Bc. Voss.

209. Et hoc, quod habuit *reges* sibi obedientes, hoc in parte per effectum ostendit, ubi dicit *iubet ire* etc. Deiotarus rex fuit, *qui legit vestigia ducis*, scilicet Pompeii. La. *Deiotarum*) regem Gallo-Graeciae, [2]) qui eum secutus est. Bc. Deiotarus fuit rex minoris Armeniae, amicissimus Pompeio in tantum, quod difficillimum fuit reconciliari Caesari, quamvis Tullius orasset pro ipso. Vc. Ne miraremur, unde in his terris Deiotarum invenerit, hoc poeta disserit: *qui sp. d. vestigia leg.* i. qui inter ceteros fugientes vestigia Pompeii est secutus. Voss. *legit*) collegit. Bc. Lp.

211. *Ait:* o *fidissime regum*, quoniam quidem est *amissus orbis* in *Emathiis cladibus*, in quantum *erat* in potestate Romanorum, *superest* hoc, ut tentes Orientales, illos dico remotissimos; et hoc notat per *Euphraten et Tigrin;* nam propiores interfuerunt bello. La. *Quando*) pro quoniam, ut Virgilius: [3]) *Quando haec te cura remordet.* Bc. Quoniam [4]) pro Emathia clade amisimus orbem, qui sub ditione erat Romana. Bc. Voss.

212. *Qua*) in quantum. Guelf.

213. *Eoam*) Parthos dicit et ceteros [5]) Orientis populos. Bc. Voss.

214. *securum*) qui nondum sentit [6]) Caesaris iniurias. Bc. Voss.

215. *pigeat*) sc. te, [7]) o Deiotare, Pompeio fata quaerentem. Bc. Voss.

216. Scythia est inter Orientem et Septemtrionem. Per hoc quod dicit *recessus* notat remotiores partes. [8]) La. Bp.

217. Et non *pigeat* te *mutare* solem. Non ideo dicit, quin sit ibi idem sol; sed quia nulla signa apparent ibi, quae apud nos apparent; ideo videtur esse quasi alius sol. La. *diem*) i. totam partem diei, quasi ab Occidente in Orientem. Bc. *superbo*) e contrario; nobili. Bc.

218. Arsacides erat rex Parthorum. Et ut [9]) re-

1) Voss. *Magni.*
2) Voss. *Gallogr. r.*
3) Aen. I, 261.
4) Voss. *Q. quidem per Emathias clades — q. er. s. dit.*, haec cum Guelf.
5) Voss. *ceteras O. gentes.*
6) Voss. *C. ini. sensit.*
7) Bc. *i.* pro *scil.*; Voss. *o Dei.* non habet.
8) *part.* et antea *per hoc* absunt a Bp.
9) La. *et repraesentat.*

praesentet ei, pronunciavit illa omnia beneficia, quae olim fecit ei, cum maxime indiguit: *si foedera manent* iurata a me *per Latium* Iovem. LA. *Arsacidae*) Arsacus rex Parthorum fuit, [1]) a quo Arsacidae Parthi dicuntur, ut ait supra: [2]) *Plus illa vobis acie quam creditis actum est, Arsacidae.* BC. *foedera*) ostendit [3]) secum his iniisse societatem. BC. VOSS.

219. *mihi*) pro a me foedera. BC. *iurata*) In quibus iurandis [4]) ego per Latialem Iovem iuravi, a vobis [5]) autem stricta sunt per vestros magos. *Magos* autem Chaldaeos dicit, qui in Parthia sunt. BC. VOSS. hos daemonas dicunt. BC.

220. Quamvis multos habeant deos, tamen magis venerantur magicam artem; et ideo dicit *adstricta per vestros magos.* LA. *adstricta*) firmata. BC. confirmata. LC.

221. Armenii et Getae sunt populi sub Parthis; et hoc notat, ubi dicit *Armeniosque arcus* etc. LA. Getae sunt [6]) populus, qui de nervis humanis facit arcum. LC.

222. Alia causa, quare debent eum iuvare: *o Parthi, si, cum peterem Caspia claustra* etc. Caspium mare vocatur a loco. LA. *si vos*) commemoratio est beneficii. BC. Ordo: [7]) *si vos, o Parthi,* nolui inquietare, cum vexarem Alanos et *claustra* [8]) *Caspia,* nunc mihi reddite vicem auxilia dirigendo. BC. VOSS. *Caspia regna* Armeniae fines [9]) ait. Virgilius: [10]) *Iam nunc et Caspia regna responsis horrent divum.* BC.

223. *duros*) indomabiles. LC. Alani sunt populi, qui diu restiterunt Romanis; et ideo dicit *aeterni Martis.* LA. gens ultra Danubium, ab [11]) Alano fluvio nominata. BC. gens in Ponto, quae perpetuis proeliis inquieta est. GUELF. VOSS.

224. Quamvis illos devicissem, tamen *passus* sum *vos decurrere Achaemeniis campis,* et non *coegi* vos *in Babylona,* quod vos timuistis. LA. LC. Achaemenii populi. Babylon prius fuit regnum per se, et Achae-

1) Voss. tantum *Hic Arsaces* (MS. *Arsaces*) *r. Pa.* (Voss. I. *Persarum*) *f.*

2) 1, 108; Bc. *o Ars.*; Guelf. aliter disposuit.

3) Voss. *Hic o. se so. c. h. in.*

4) Voss. *firmandis.*

5) Voss. *vob.* (sine *a*) *aut. s. adstr.* (ut Guelf.) *p. m. v. scil. Ch. q. in.*

6) Lc. *Getees.*

7) *Ordo* deest in Voss., qui postea *inq. nolui.*

8) Voss. *Caspianos.*

9) Voss. haec sola habens *fin. Arm.*

10) Aen. VI, 799.

11) Addidi *ab;* similiter Papias.

menia, et Armenia, et multa alia regna; quae omnia regna devicerunt Parthi, et contulerunt in suum regnum. LA. *Achaemeniis*) ab Achaemene, [1]) rege Persarum, sunt dicti. BC. VOSS.

225. *coegi*) i. si non [2]) vos fugavi. BC.

226. Non coegi, cum tamen bene potui fecisse; et hoc aequipollenter: iens [3]) *super arva Cyri* et *super ultima* regna *Chaldaei regni*, scilicet *qua rapidus Ganges* etc. LA.

227. *Ganges et Hydaspes* sunt fluvii. *Nysaeus* vocatur a Nysa civitate vel patria. Cyrus rex fuit Persarum. Chaldaei sunt populi. LA. *Hydaspes*) fluvius est [4]) ex Nysa, monte Indiae, descendens, et inde *Nysaeus* dicitur. BC. VOSS.

228. Et veniens *ab igne surgentis Phoebi*; ac si dicat ab oriente *iam eram* inter Sericam [5]) et Persas. LA. *pelago*) ad pelagus [6]) iter tendunt. BC.

229. *propior*) h. e. ego eram propinquior flammis [7]) orientis solis, quam Persae qui iuncti sunt. GUELF. VOSS. *Persis*) gentile est, i. aliquis de Persia. BC.

230. *Sustinui*) passus sum. BC.

232. Et quamvis tunc possem nocere et mihi subiungere, tamen passus sum te aequalem mihi solum; et hoc notat, ubi dicit *Parthus adit me ex aequo;* q. d. foedere habito inter nos. LA. *Ex aequo*) quippe non victus aequalis est mihi. BC. VOSS. *munere*) h. e. nec semel tantum [8]) meo sunt beneficio liberati. BC. VOSS.

233. Adhuc alia causa, cur debeant eum iuvare, ubi dicit: etsi non *semel stant munere* meo, quod revera est; nam effeci, quod mortuo Crasso non miserunt Romani contra eos. Nam quis alius fecit? et hoc est quod dicit *quis enim post vulnera* etc. LA. *vulnera*) quae nos pertulimus [9]) illic, non quae vos passi estis. BC. VOSS.

234. *Latii*) Hoc dicit: [10]) mortem Crassorum, quae in Parthia facta est, senatus voluit vindicare, sed Pompeius obstitit. BC. VOSS.

235. Hucusque debet legi suspensive, ut ita di-

1) Bc. *Achaemenio.*
2) Guelf. *nunquam.*
3) La. *ens.*
4) Voss. *fl. ex N. I. m. d.* reliquis omissis.
5) La. *se et Perses.*
6) Bc. *pelagi*; Guelf. *i. t. ad p.*
7) Voss. *o. s. f. eg. er. p.* Similia Lc., qui ad v. *iuncti* bene addit *amicitia vobis.*
8) Voss. *s. t. m. b. lib.*; Bc. addit *Parthi* post *sunt.*
9) Voss. *illic passi sumus, n. q. v. pertulistis.*
10) Voss. *dixit*, et post *vol. Sen.*

cat: si hoc est et hoc est, *Parthia*, debita mihi *tot meis meritis, excedat ruptis* etc. LA. *obstricta*) acquisita. BC.

236. *claustris*) i. terminis sibi positis. LB.

237. Et *excedat Zeugma Pellaeum. Zeugma* est nomen [1]) castri, quod Alexander posuit cis terminum, ultra quem non procederent. Et vocavit *Pellaeum* a nomine suo; nam Alexander dictus est Pellaeus a Pella civitate, ubi natus fuit. Etiam [2]) nunc Zeugma dicitur ad superiora vel inferiora, cum unum verbum construitur cum diversis nominibus et e converso; nam ibi est quaedam arctatio. LA. *Zeugmaque*) Magnus Alexander [3]) Pellaeus victis Parthis finem posuit, quem nunquam excederent, Eufraten fluvium et civitatem Zeugma, quae in eius est ripis. BC. VOSS. *Pellaeum*) quia Alexander de Pella civitate fuit. BC.

238. *Roma volet vinci* a vobis, ita tamen ut *Pompeio* vincatis. LA. *volet*) i. optabit a vobis vinci, si mihi victoriam conferatis. [4]) BC. VOSS. *regem*) Deiotarum. LB. VOSS. Ad historiam poeta redit. BC.

239. Ipse praecepit hoc, et rex paruit ei in omnibus; et hoc est ubi dicit *non piguit* illum Deiotarum *parere Pompeio iubenti ardua*, et deposuit regales vestes, et *indutus amictus*, quos rapuit cuidam famulo, *egreditur*. LA. *aulae*) domus regiae. BC.

240. *amictus*) i. simulavit se mendicum. BC.

241. *tyranno*) i. regi; quod nunc Deiotarus fecit. BC.

242. *Quanto*) Sensus est: si iste, qui rex erat, se [5]) pauperem simulavit, ut securus *in dubiis* esset, *quanto securius agit aevum verus pauper*. BC. *aevum*) tempus vitae suae. BC. [6])

243. *Verus*) nam hic simulatus est. VOSS.

244. *Rege* Deiotaro *dimisso in litore, ipse* Pompeius *relinquens* etc. Icaria et Ephesus sunt insulae. LA. *Icariae*) insula Asiae, ubi Icarus occidit. VOSS. insula est in Icario mare. BC. Icaria insula est una de Cycladibus, quae Icario mari nomen dedit. Haec inter Samum et Myconum [7]) procurrentibus saxis inhospi-

1) La. *noña*; post *procedent.*
2) La. *Et tñ.*
3) Bc. et Guelf. *A. Macedo Pellaeum vicum*, et addunt *et* ante v. *Euf.*
4) Voss. *comparatis.*
5) Guelf. *paup. se.*
6) Schol. La. vide T. II. p. 587, ubi *in* ante v. *mult.* scripsi pro *i.*
7) MSS. *Mycenum*; correxi ex Isidor. Orig. XIV, 6, qui eadem cum Papia habet.

talis est et nullis sinibus [1]) portuosa. Dicitur autem Icarus Cretensis ibi naufragio interiisse, et de exitu hominis nomen [2]) loco impositum. BC.

245. Colophon et Samus sunt insulae. LA.

246. *Sami*) Samos insula est in mare Aegaeo; ibi nata est Iuno; ex qua fuit Sibylla Samia et Pythagoras Samius. *Coos* insula est una ex Cycladibus. BC.

247. Et *fluens aura spirat de Coo litore.* Coos est insula, unde Horatius [3]) dicit Coum vinum. Gnidos insula est, et Rhodos, in qua colitur Apollo; et ideo dicit *claram sole.* LA. *fluens*) exiens. BC. *Cnidon*) insula est una ex Cycladibus, unde Ovidius: [4]) *Piscosamque Cnidon gravidamque.* BC. *fugit*) celeriter deserit. BC. *claram*) famosam. BC.

248. *Sole*) Apolline, qui ibi iuxta fuit nutritus. BC. *Rhodos* insula est una ex [5]) Cycladibus iuxta Delon. Unde addidit *claram Sole,* quia Latona fuit enixa Apollinem et Dianam in Delo, cui Rhodos proxima est. Rhodus autem et insula et civitas est. BC. *Telmessidos*) insula [6]) in Asiatico mare. BC. VOSS. Telmessus est insula, ubi Apollo dat responsa; et ibi fuit periculosus locus, si quis recta linea voluit ire, sed breve iter; si autem secare, oportuit circuitionem magnam facere. Et his duobus trutinatis, tenuit medium mare; et hoc totum notat, ubi dicit: et *compensat magnos sinus* etc. LA.

249. *Compensat*) cogitando commemorat; [7]) vel compendium sibi facit itineris. LC. abbreviat. LP. i. dividit medium tenens pelagi. LB. i. leviter transit. GUELF. coaequatur. BC. h. e. flexum illum non [8]) circuit tanti sinus, sed per altum recto itinere contendit, habiturus grande compendium ipse [9]) Pompeius. BC. VOSS. *Pamphylia*) provincia Asiae minoris. BC. *Pamphylia* est civitas, cuius habitatores venerunt ei obviam. LA.

251. Phaselis est civitas, in quam ideo intravit, quia maior turba erat suorum, quam ibi esset; et hoc est quod dicit *nam te metui* etc. LA. *Phaseli*) civitas Pamphyliae, [10]) ubi usus navis illius inventus est, quam phaselum dicimus. VOSS.

1) Guelf. *finibus* cum Papia, et post *Icarius.*

2) Guelf. *im. n. loci est.*

3) Sat. II, 4, 29. La. *orau dicens Choniuniu.*

4) Met. X, 531.

5) Guelf. *de* et post *enixa est.*

6) Voss. *in A. mari sinus nomen.*

7) Lc. *commemorant;* an *compensando comm.?*

8) Voss. *t. s. non c.*

9) *ips. P.* desunt in Voss.

10) Eadem Bc.

252. *nam te*) causa, cur non metuat. BC.

254. *quam*) scilicet plures fuerunt in nave Pompeii, quam in tuis moenibus erat civium multitudo. VOSS.

255. Taurus est mons, in quo nascitur Dipsas flumen. LA. BP. *Taurus* et mons et fluvius in Cilicia est. BC. *Dipsanta*) nomen [1]) fluvii, veluti ab undis sitientibus appellatum; hic autem de Tauro [2]) monte profluit. BC. VOSS.

256. Per quod mare ideo securus ibat, quia ipse prius fecerat ibi pacem, [3]) cum devicit piratas; et quod unquam ipse illa pace indigeret, minime credidit; et hoc interrogando dixit *crederet hoc Magnus* etc. LA. *Crederet*) Quando, inquit, credere posset hoc [4]) Magnus, quod pacem undis commisit, et ad nullam voluit accedere civitatem, etiam sibimet profuturum? Nam populis proderat ad victoris iram, quod Pompeium nemo susceperat, et huic tamen proderat, quod erat tutus in fluctibus. VOSS. i. numquid poterat [5]) Pompeius credere hoc quandoque profuturum sibi, quod piratas devincendo pacem tribuit mari? non utique. BC.

257. Quomodo consuluit ostendit, *Cilicum per litora* etc. Cilicia est patria. LA. *Et*) etiam. LB. *consultum*) i. utile. LB.

258. In quo loco venit ad eum maxima *pars senatus*, etsi fugeret; et tunc, scilicet illis habitis, solvit *moesta ora* in *parvis Synedris*. Synedra sunt portus. LA. locus [6]) in Cilicia, ubi consilium Pompeius habiturus est. BC. VOSS. insulae sunt. BC. *(m. al.)*

260. *Quo portu*, scilicet apud Synedras, dimittit *rates*, quia citius et tutius potuit ire pedes, et postea recepit eas in Selinis, ubi et portus erat. LA. *Selinis*) civitas. BC. insula. GUELF.

261. *moesta*) pro ipse moestus. BC.

263. *Instar patriae;* nam [7]) cum video vos, videor mihi videre patriam. LA. LC. *instar*) similitudo; i. qui de vobis magnitudinem civitatis adfertis. BC. *armis*) nullum habens exercitum. BC. VOSS. Quod dicit

1) Voss. et Guelf. *n. est fl.*; Voss. II. addit *ab undis sitientibus appellatum*; uterque pergit *qui de T. m. pr.*; quibus male subdidit V. II. *aut in fluvium Taurum decurrit.*

2) Bc. *Cancro*; an *Caucaso*?

3) La. *patere.*

4) An *Magn. hoc.*

5) Guelf. *Po. potuit.*

6) Voss. haec ad v. *Selinus* habet.

7) Lc. pro prioribus *Et.*

nudum litus, et dicit se non habere ulla arma, hoc dicit respectu illo, quo olim habuit. LA.

265. *Quamvis* ergo quasi derelictus *consultem*, et *quaeram* qualiter possim revocare res meas, tamen *praestate ingentes animos;* et debetis praestare, quia *non* ex toto *cecidi in* Emathia. LA.

266. *Ingentes*) Praeposuit *quamvis* et non subiunxit *tamen*. BC. VOSS. est enim hoc secundum Anacoluthon. BC.

269. A minori ostendit, quod potuit *excutere clades;* nam Marius excussit, qui magis fuit [1]) depressus, Libycis hoc facientibus; et hoc est quod dicit *an Libycae Marium* etc. LA. *Excutere*) a me summovere. BC. *ruinae*) cum apud Carthaginem latuit. BC. VOSS.

270. Quod dicit *plenis fastis*, notat hoc, quod expulsis Sullanis fecit se laudari [2]) in consulem. LA. *fastis*) fuit enim septies consul; ideo *plenis fastis*, h. e. [3]) ipsius nomine signatis. BC. VOSS.

271. Quod sit pulsus *leviore manu*, hoc ostendit se multum habere adhuc; quod notat, ubi dicit *mille meae puppes* etc. LA. *leviore*) minori infelicitate, quam Marium pulsaverit. [4]) BC.

272. *Mille*) finitus numerus pro infinito. BC.

273. Non debet hoc dici perdi, quod Emathia mihi fecit, sed tantum *sparsit*, qui poterunt colligi. LA. *sparsit*) non enim obruit, [5]) sed fugavit. BC. VOSS.

275. Et non solum haec fiducia est mihi, quia et puppes adhuc sunt mihi, *sed* etiam *fama rerum*, quas res gessi, *potest me tueri*. LA. *nomen*) Magni; hoc poterit me tueri. BC.

276. *pendite*) i. aestimate [6]) et considerate, cuius virtutis et fidei sint regna, quae ad nostrum evocemus auxilium, quia sine virtute parum nobis fides valet, sicut sine fide parum virtus. Commemorat autem regna, quae pendere debeant, Libyam scilicet, Parthos, [7]) Pharon. BC. *regna*) quae fortia et fidelia sunt. LC.

277. *Viribus atque fide*) His enim duobus modis aestimantur imperia; i. e. vos pendite, an adhuc integrum meum sit regnum, cum et vires nobis det Libya, Parthi et Alexandria, et fidem integram cu-

1) La. addit *e.*
2) i. e. eligi; cf. Adelung. Gloss. T. IV. p. 348.
3) Voss. *in ip. n.* sine *sign.*
4) *puls.* abest a Guelf.
5) Guelf. *n. subvertit.*
6) Guelf. *existimate.*
7) Guelf. addit *et.*

stodiant, quam mihi debent. VOSS. *Pharon*) Alexandriam dicit, quod ibi primum Alexander Pharum fecit. [1]) BC.

278. *Vos* trutinate *regna*, in quibus sint maiores vires et maior fides; pensate, quem istorum *deceat succurrere nobis;* nam aliquem horum decet. LA. *succurrere*) hoc scil. pendite. BC.

279. Nunc vult duos removere; *vos pendite, ast ego* dicam, quid mihi videatur. LA.

280. *vergant*) i. mergant. LD. i. in quam partem sit [2]) inclinata mea sententia. BC. VOSS.

281. Ptolemaeus est mihi suspiciosus propter pueritiam; et merito ideo, *quippe fides ardua exigit robustos annos*, qua ardua fide nos indigemus. LA. *Niliaci*) Ptolemaei, regis [3]) Alexandriae, qui adhuc puer erat. BC. VOSS.

282. *Ardua*) sive quae [4]) semper difficilis est, sive quae vix servatur in rebus adversis. BC. VOSS.

283. Nunc de Iuba. *Hinc sollertia Mauri terret* me, quae maxime est *anceps*, cum videt aliquem in dubiis positum rebus. Ideo *terret* me, quia dicitur quodammodo esse Carthaginensis, quam nostri destruxerunt; et ideo *memor* idem *imminet* Italiae. LA. *dubii*) infidelis. LB. dolo pleni. LC. *sollertia*) i. astutia. BC. LB. *Mauri*) i. Iubae, regis Mauritaniae, qui semper infidus est astutia fraudis. [5]) BC. VOSS.

284. *generis*) Iubam dicit, qui de sorore Hannibalis est natus. [6]) BC.

285. Et ostendit, quomodo sit *proles* Carthaginensis, quia quodammodo est affinis Hannibali, et ideo recordatur eius saepe; et hoc est quod dicit *Hannibal est multus*, i. frequens, *in vano pectore* illius. LA. *Imminet*) invidet. LC. i. meditatur malum. LB. insidiatur. BC. *multus*) totus; vel *multus* pro multum. BC. *vano*) instabili. BC.

286. *Qui* Hannibal *maculat regnum*, i. afficit et attingit regem istum; et hoc *obliquo* [7]) *sanguine*, i. remotissima linea consanguinitatis. Per hoc quod dicit *obliquo*, notat quidem non legitime attingere illum. LA. *obliquo*) mixto. BC. i. transversali. VC. Iubae

1) Guelf. *Pharon* et addit *dictum.*
2) Voss. *m. s. incl.;* in Guelf. desunt *m. sent.*
3) Voss. *P. q. a. p. est r. A.*
4) Voss. *quia*, ut post.
5) Voss. *fraudulenta.*
6) Guelf. *n. est.*
7) La. *oblito*, ut post.

obliquo sanguine, quia a sorore descenderat; nam rectus ille est, qui de viris nascitur. [1]) VOSS.

287. Et ille Hannibal coniungit *Numidas avos*, unde est Iuba, et tamen comparebat [2]) esse propinquus suus. LA. *Numidas*) qui instabiles [3]) interpretantur. BC. *avos*) maiores [4]) Numidarum cognatione scilicet contingit. BC. VOSS. *Varo*) Varus, qui in hoc bello Africam tenuit, [5]) ut ait Cicero: [6]) *Varus imperium se habere dicebat, sed fasces certe habebat.* Hic est, qui cum Curione pugnavit, et ab eo fugatus Iubae auxilium quaesivit. BC.

288. Et hoc quoque *terret* me, quia *iam intumuit Varo supplice*, et tunc [7]) vidit *Romana* fata *secundo loco*, i. post sua fata. Tangit hoc, quod Curione adveniente, quia Varus non suffecit, rogavit auxilium Iubae. LA. *secundo*) ipse etiam [8]) Iuba, qui habuit supplicem Varum, intellexit se esse [9]) potiorem et secunda omnia esse Romana. BC. VOSS.

289. Et quia in utroque horum est periculum, *igitur* [10]) *agite* hoc, scilicet *properemus* ad Parthos. LA.

290. Nunc ostendit terram illam aptam ad hoc, ubi dicit *dividit Euphrates* etc. Ingentem *mundum* vocat nostrum *mundum*. LA.

291. Caspium mare vocatur a loco. LA. *Caspiaque*) [11]) Montes sunt, qui orbem nostrum claudunt ad Oceanum, ubi est Caspium mare, quos [12]) *Caspia claustra* dicit. BC. VOSS. *seducunt*) separant. LP.

292. *Et alter polus vertit* et *dies Assyrias* etc. Ex [13]) nimia remotione locorum dicitur ibi esse *alter polus*. LA.

293. Nunc ostendit etiam, quod [14]) per mare est ita terra munita, quod nil poterit obesse Caesar. *Mare* illorum est separatum a *nostro* mari, et *unda* illorum est *discolor;* per hoc notat mare rubrum. Et est aliud praeter illud, quod *est abruptum* a *nostro* mari. LA. *nostro*) mari; mare scil. illorum. BC. Absolute di-

1) Voss. II. *erit a nobis*; fere eadem Lb. et Helmst.

2) La. *comparabatur.*

3) Cf. supra ad IV, 746.

4) Voss. *hoc est et maiore N. c. cont.*

5) Eadem in Voss.

6) pro Lig. 7.

7) La. *tn.*

8) Guelf. *enim*; Voss. *Quia, inquit, hab.*

9) Voss. *se p. et s. esse o.*

10) La. *cur.*

11) Voss. *Coatrae Idepani m. — claudant;* corrupte an *Choatr. Hyrcani?*

12) Voss. *vel di cl. Ca.*

13) La. *Et n. remotionem loca.*

14) La. *qui*, ut post.

ctum est; i. [1]) divisum est mare illorum a nostro mari. Bc. Voss. i. ablata sunt nomina, quod mare rubrum dicitur; ideo autem *discolor unda*, quia mare rubrum est. Bc. *(m. al.) discolor*) scil. rubrum. Voss. Epexegesis i. explanatio superioris sensus. Bc.

294. Et ut ostendat nec per Oceanum esse ei iter, ideo addit: et habet proprium Oceanum. La. *Oceanus*) est illis Orientalibus. Bc.

295. Adhuc alias causas, cur debeant illuc ire; nam pugnaces [2]) sunt et habent instrumenta ad pugnam; et hoc est ubi dicit *celsior in campis* etc. La.

297. *a nulla*) vel [3]) senis, vel pueri. Bc. Voss.

298. Et quod non sunt segnes ostendit: nam hi primi [4]) devicere Alexandrum; et hoc aequipollenter: fregerunt *Pellaeas sarissas*. Sarissae lingua Macedonum dicuntur hastae; [5]) et vocat eas *Pellaeas* ab ipso, qui hoc nomine designatur. [6]) La. *Primi*) Parthi. Voss. *sarissas*) hastas [7]) Macedonum, quasi diceret Macedones. Bc. Voss.

299. Bactria est civitas, ubi caput est Medorum. Et fregerunt *superbam Babylona* in *muris*, et fregerunt *Assyrias domus*. La. *Bactra*) nomen est civitatis Medorum; [8]) subaudimus *primi fregerunt*. Voss. *muris*) muros enim [9]) habuit Babylon de testa coctili. Bc. Voss.

300. Et plus dicam, [10]) timent quidem nostra arma, sed non multum. La. Lc. *Assyrias*) Definit quid sit Babylon, [11]) Assyriae domus. Bc. Voss.

301. *audentque*) [12]) ideo audent, quia experti sunt sagittas suas nocuisse Romanis. Bc. Voss.

303. Non confidunt in *solo ferro*, *sed* potius implent *veneno*, et ideo *parva vulnera nocent*. La. *Spicula*) sagittas. Bc.

305. Mors *est in summo sanguine*; q. d. exeunte prima gutta sanguinis, statim adest mors. La. *fatum*)

1) Voss. *est d. m. a.*
2) La. *pugna esses*; addidi postea *hoc*.
3) *vel* deest in Voss.
4) La. addit *fecere*; an *fregere i. d.?*
5) Cf. Lutat. ad Stat. Theb. VII, 269. et Fest. p. 481. Dac.
6) La. *quod — designantur*.
7) Voss. *q. d. Macedonas; sarissae autem sunt hastae Macedonicae*.
8) Bc. male *civitas Macedonum*.
9) Voss. *m. autem de t. c. h. B.*
10) Priora absunt a Lc., et seq. *quidem*, pro quo La. *qui*.
11) Voss. addit *scil.*
12) Voss. *Et id.*; Bc. *sagittis suis*.

i. mors. Bc. *summo*) ipsum sanguinem, [1]) qui iuxta cutem est, dixit summum. Bc. Voss.

306. Et quia parum *timentur nostra tela* ab illis, *utinam non tanta fiducia esset mihi in* illis; et hoc est quod dicit *utinam non tanta* etc. La.

307. Repetitio loci, ubi dicit *fatis nimis* etc. Quod optat, hoc ideo facit, ut maiorem animum det Romanis illuc eundi, commendando eos in viribus. La. *fatis*) adversis. Lb. *aemula*) invida. Lc.

308. *Medos*) qui similes sunt Romanis, non [2]) dispari fortuna. Bc. Voss. Praeterea est aliud, cur illuc sit eundum; nam multum in diis abundant. La. *multumque*) multitudo. Voss. *deorum*) sunt enim religiosi per [3]) Chaldaeos circa deorum sacrificia. Bc. Voss. II.

309. Alia causa ad idem: et ibi potero alias gentes congregare. La.

310. *Immittam* dicit ad Caesarem, vel quantum ad hoc, quod ibi ceteros congregavit. La. *immittam*) hoc dicit: aut *immittam ortus suis sedibus excitos,* i. Mediam, quae in Oriente est, excitabo. Bc. producam et immittam contra Caesarem. Voss.

312. *Si* autem deceperint *nos,* inde *Fortuna feret* nos ad ignotas gentes; quod dico futurum, [4]) *si nos Eoa fides* etc. *Supra commercia,* i. ultra illos, qui aliquo foedere vel more aliquo sunt nobis iuncti. La. *supra*) ultra [5]) confinia. Bc.

313. Ideo ad extraneos, quia non decet ut precer illos, quos [6]) in regimine posui. La. Bp. *Naufragium*) illo, inquit, naufragium meum Fortuna compellat, ubi me [7]) nullus agnoscet, ultra commercia vulgati mundi, i. supra eam partem, qua [8]) mercatores ire consuerunt perviis et cognitis [9]) regionibus. Bc. Voss.

314. *feci*) quae victor dedi. Bc. *Non precabor,* sed potius *feram solatia magna,* si utrumque erit, si nec *cruente* fecerit in me, nec *pie* condonando vitam. La. *Solatia,* [10]) inquit, mortis habebo, si in orbe

1) Voss. *q. i. c. est ip. sang. dicit s.*

2) Voss. *fort. n. disp.*

3) Bc. *post*; Voss. *cir. sa. celebranda.*

4) Ita pro *ferat* ex Bp.

5) Idem in Voss.

6) *quos* deest in La.

7) Voss. *nul. me. cognoscet,* omissis *ultra — mun. i.*

8) Guelf. *quam.*

9) Bc. *incogn.*; Voss. *p. r. et cogn.*

10) Guelf. *Solatium — habeo*; Voss. *Hoc i. h. solatium in o. a. iacens; nec crudeliter aliquid in m. f. poterit C. nec pie h. e. nec p. — habebit.*

alio iacuero, dum nil crudele in me Caesar facere potuerit, nec pium; i. ut nec parendi, nec [1]) puniendi in me habeat potestatem. BC. VOSS.

316. Istud, scilicet quod nolo precari *regna, quae feci,* et quod solatium erit mihi alibi iacere, hortatur me illuc ire; sed istud maxime, scilicet quod, vol. vens omnia prospera mea, [2]) *semper venerabilis fui* in *illa parte.* LA.

318. Quod *venerabilis* fuit, hoc in parte ostendit, ubi dicit *quantus Maeotida supra* etc. Maeotis est palus in Oriente. LA. *Maeotida*) i. in Septemtrione. BC.

319. Tanais est fluvius. LA. *toto*) tantus fui; *(et m. al.)* cognitus. BC.

320. Nec in alio loco fui famosior, nec aliunde redii cum tanto [3]) *triumpho.* LA.

321. *abit*) vadit. BC.

322. Et debes favere *coeptis,* quia nil *laetius* contigit *unquam tibi, quam* committere *tantam gentem,* scilicet *miscere* illorum mala cum *nostris*; quae commixtura fiet, *si* geram *civilia bella, Partho milite* nobis adiuncto. LA. *unquam*) argumentum a necessario. BC.

324. *Quid* [4]) *enim tibi laetius unquam praestiterint, quam tantam consumere gentem,* Parthorum [5]) scilicet, ut et ipsa pariter opprimatur. BC.

325. Ideo nil *laetius,* quia necesse est ut vel vincatur Caesar, Parthis iuvantibus, vel, si perdidimus eos, vindicabitur Crassus [6]); et hoc aequipollenter *cum arma Caesaris concurrent* etc. LA. *arma*) causam exprimit cur. BC.

326. *Medis* ponit pro Parthis. LA.

327. In hoc, quod non clara voce loquebantur, *sensit* non placere eis [7]) consilium suum. LA. *aut Crassos*) me vindicabunt, [8]) si Caesarem vicerint [9]) Parthi; Crassos, cum a Caesare fuerint victi. BC. VOSS. dabunt enim poenas, quod Crassos occiderunt. BC.

329. Ipsa virtus et nobilitas compulit eum taliter respondere. *Virtutis* bene dico, nam *tulit voces dignas* eo paulo ante *consule;* nam in priori anno huius turbationis fuit *Lentulus* consul. LA. *dolendi*) plus enim

1) *nec — me* desunt in Guelf.
2) La. *mee;* an *mecum?*
3) La. *tro itu.*
4) Guelf. *q. l. pr. t. Superi,* omissis *quam — gent.*
5) *Parth.* etc.; eadem in Voss., sed *Parthiam ut;* Guelf. *opp. par.*
6) Eadem Lc.; ex quo *eos* addidi.
7) La. *eius.*
8) Voss. *Vindicet me si v. C. P. Vindicet Cr. si v. a C. f. P.*
9) Guelf. *vindicent P. et vindicet Cr. si a C.*

ceteris [1]) doluit hanc Pompeii suamque fortunam. Bc. Voss.

330. *modo*) quasi paulo ante. Bc. modo dignas; nam fuit postmodum in republica plurimum turbulentus. Voss.

331. *Siccine*) interrogative. Bc. Nunquam ita ce cidisti, ut nisi per hostes non possis restitui. Bp.

332. *Una dies damnavit fata* totius *mundi secundum Emathiam*, i. iuxta hoc, quod contigit [2]) in Emathia? vel *secundum Emathiam* i. post *Emathiam*. Vel *secundum Emathiam:* an tantam litem intulit Emathia, ut, quod unus vult, alter nolit? La. *secundum*) propter. Lb. pro apud Emathiam. Bc. pro Emathiae *lis tanta datur?* Litem dare praetor dicitur, pro quo sententiam profert; sed hic ἀλληγορικῶς dictum. Totumne Emathiae crimen adscribatur, cum tu sis ubique superatus? Voss.

333. *iacet*) an, sicut in Emathia mala usi sumus Fortuna, ita et in omnibus locis utemur? Voss.

335. Nondum ad hoc redegit te *Fortuna*, quod oporteat te osculari *pedes Parthorum;* quod [3]) necessario facies, si illuc iveris. La. *Parthorum*) i. e. a quibus opem supplices. Voss. *pedes*) fugam pedum, vel ut osculeris illos. Vc. ad [4]) invidiam commovendam humile verbum posuit, i. [5]) *pedes;* quod quasi in terram prostratus auxilium precetur. Bc. Voss. *transfuga*) Invidiose dictum, quod in ultimas ire [6]) vult terras *mundi transfuga*, tanquam a mundo fugere possit, dum futurus sit intra mundum. Bc. Voss.

336. Quod omne consilium iaceat, quantum ad illum, ostendit, ubi dicit: tu factus *transfuga mundi*, scilicet *perosus* totam terram et *coelum*, cur *quaeris* et alienos? etc. Ex ipsa remotione videtur ibi esse aliud *coelum*, quasi necessario essent ibi duo poli et *aliena sidera*. La.

337. *Adversos*) remotos. Bc. Witt. Iste locus dissuasoria oratione [7]) plenus est. Bc.

338. Et revera coles illorum deos, et ritus illorum sacrificiorum; nam eris *famulus*. La.

339. *Amor libertatis obtenditur* esse *causa in his armis*, i. pro libertate tuenda dicis *sumsisse te arma;*

1) Guelf. *dol. cet.*
2) La. *cū g in Emathiam.*
3) La. *os.*
4) Voss. *Interim ad.*
5) Voss. *pe. scilicet, quos amplexus esset petens aux.*
6) Voss. *vult ire* et post *sit fut.*
7) *orat.* deest in Guelf.

et cur hoc dicis? LA. *obtenditur*) i. festinatur vel contenditur. LD. defenditur. LP. attribuitur. BC. quid honesto nomine in nos hostem excitamus libertatis amore? Haec enim est causa. Vel cur arma libertatis causa sumta esse dicuntur? VOSS.

340. Dixit superius: [1]) *Deprecor ultima fata, ne discam senex servire;* et contra hoc dicit *miserum quid decipis* etc. LA.

341. *Decipis,* inquit, *orbem,* cum eum vis liberum facere dimicando, si iam ipse servire contentus es. VOSS. *orbem*) i. homines, in orbe [2]) habitantes; q. d. non nos suspensos teneas, quasi de te fiduciam habentes, si servire potes. BC.

342. *horruit*) scil. Parthus. VOSS. *auditu*) quid si vidisset? BC. VOSS.

343. Hyrcania et India sunt provinciae. LA. BP. Ordo est: *ab Hyrcanis silvis et ab Indo litore.* VOSS.

344. *Videbit te* proiectum *fatis* etc.; et *humilem, quem* ita *vidit* potentem; minime decet. LA.

345. *Extollet*) i. parvi pendet *orbem Latium.* LB. *vesanus*) qui tam impossibilia speret, [3]) ut speret se Italiam possidere posse, cum te sibi [4]) supplice metiatur, se Romanis esse meliorem. [5]) BC. VOSS.

346. *Extollet* ideo, quia metietur [6]) *se et Romam,* videndo te *humilem, quem* olim *vidit* maiorem Romanis. LA. *mensus*) quis maior sit. BC.

347. Quapropter non dicere poteris *dignum tuis* prioribus *fatis;* et hoc ostendit: nam ipse, *ignorans* tuam linguam, tandem cogit te *ut lacrimis* ores. LA. *Nil*) Non poteris apud eos tale aliquid loqui, quod [7]) dignum sit. Nam cum illi Latinam nesciant linguam, necesse est te solas lacrimas deferre, quibus possint intelligere se rogari. BC. VOSS.

350. Alia causa, cur non debeat ire, quia non decet, *ut* ipsi prius *clades* in Romanos faciant, *quam Roma vindicet* Crassum; et hoc est quod dicit *patimurne* [8]) etc. *Vulnus* vocat mortem Crassi, quia magnum intulit eis pudorem. LA.

351. *Hesperias*) quas Pompeius inflixit. [9]) BC. VOSS. *suas*) i. Parthiae, [10]) ubi perdidit Crassos. BC. VOSS.

1) VII, 380.
2) Guelf. *terra.*
3) Priora absunt a Voss., *speret ut* a Guelf.
4) *sibi* deest in Voss.
5) Guelf. *potiorem.*
6) La. *mentierunt.*
7) Voss. addit *te et iis.*
8) La. *patimurve.*
9) Voss. *P. infelix accepit.*
10) Voss. *de Parthis.*

Et *ut Roma* prius *vindicet* hoc, tuum est praevidere,[1]) quippe *elegit te* principem in *civilibus armis*. La.

352. Hucusque latuerunt *clades* nostrae, quas inter nos fecimus, quas nunc vis patefacere. La. *nempe*) pro certe. Bc.

353. *latentes*) ignotas illis. Lb.

354. Praeterea est aliud, cur non debes ire; nam auferes magna *solatia* Romae. Nam haec sunt eius *solatia*, ut, si alicui debet servire, malit[2]) ut civis dominetur, quam extraneus; et hoc dicit aequipollenter *solatia tanti* etc. La. *transire*) i. ut ultra Parthos eant nostrae[3]) clades, quas antea nec ipsi Parthi scire consueverant.[4]) Bc. Voss.

355. *Perdit*) Habere, inquit, posset Roma hoc solatium in hac calamitate, quod non ab exteris regibus[5]) occupata sit, sed civi suo[6]) Caesari serviret. Hoc tu eripis excitando populos[7]) tam remotos contra Romam. Bc. Voss. *nullos*) Exponit, quae sint solatia tanti mali; nullos admittere reges solatium est tanti mali, quod perdet Roma, si exteros reges admiseris.[8]) Bc. Et haec sunt illa *solatia: nullos admittere* etc., quod tu vis auferre; et hoc est ubi dicit *iuvat ire per orbem* etc. La.

358. Quando interfecerunt Crassum, retinuerunt *signa* Romanorum, quae *signa* nunc vis sequi. La. *Signa*) quae fuerunt ante Romana. Bc. *sequentem*) scil. iuvat te. Bc.

359. *solus*) Sensus hic[9]) est: ille, ad quem favor Pompeii pervenire non potuit, antequam bella civilia fierent, num quid deserto victore Caesare modo illi adhaerebit? Bc. Deus prohibuit, ne ipsi faverent nobis; et hoc dicit *qui solus* de omnibus regibus *defuit Emathiae, fato celante nobis favorem* illorum. La. *celante*) Sensus hic est: populus ille, *qui solus* non venit in Emathiam, *celante fato regum favorem*, i. e. dum eos celant fata geri bella civilia, ut nulli Parthi reges faventes auxilia declinarent, hic iam venturus est contra victorem i. Caesarem. Voss. Vel sic *fato* etc. i. cum dubium esset an tibi, an Iulio faverent fata. Bp.

1) La. *pudere;* correxi ex Bp.
2) La. *mavult.*
3) Voss. *clad. nostr.;* eadem in Guelf.
4) Voss. *consueverunt.*
5) Guelf. *regionibus* sine *ab;* Voss. *occ. est.*
6) Voss. *i. e. C. servit;* Guelf. *suo servit i. e. C.;* Bc. *servire.*
7) Voss. *t. r. c. R. popul.*
8) Ita Guelf.; Bc. *admiserit.*
9) *hic* abest a Guelf.

360. *lacesset*) provocabit. Lc. noluit auxiliari cuiquam, ut supra dixit: [1]) *Contentus fecisse duos* etc. Vc.

362. *Non* eis tanta *fiducia*, ut relinquant victorem, et adhaereant victo. La. Lc. *fiducia*) negat hos [2]) habere virtutem, et hoc exsequitur. Bc. Voss.

363. Et quod non sit fiducia illi genti ostendit, et unde hoc sit etiam, ubi dicit *clementia coeli*, [3]) scilicet quod nimius calor est ibi, nec [4]) moderatum frigus. *Emollit* illas gentes, *quicquid* gentium *labitur ad Eoas* etc.; nam qui ita in Septemtrione, sunt indomiti etc. Et est probatio ista praemissa, quasi per contrarium. La. Destruit rationem Pompeii, quae [5]) dicebat, quod Parthi sunt optimi in bellis ex [6]) ratione naturali. Et est sententia Aristotelis libro [7]) Politicorum: Optimi sunt bellatores in locis frigidis, quia habent copiam sanguinis, sed inopiam capitis atque sensus; qui vero nascuntur in calidis locis, sunt contra qualificati. Vc. *Arctois*) in septemtrionali plaga. Bc.

365. *Eoas*) ubi sunt Parthi, quos [8]) dicit ignavos. Bc. Voss.

366. *clementia*) tepor. Bc.

367. *Emollit*, quod in ipsis vestibus apparet. Ubi dicit *fluxa virorum velamenta*, notat hoc, quod [9]) portant capita cooperta panno, sicut mulieres. La.

368. *vides*) Sive tu videbis, sive *vides* ad personam Pompeii dictum est, sed more narrantium. Bc. Voss. *Medica rura* vocat Medorum *rura*. La.

369. *plano*) in planum locum effusa. [10]) Bc.

370. Tigris est fluvius, iuxta quem est magna planities. Et quia potest fugere, insuperabilis est ibi, *sed* [11]) si forte ad montem venerit vel ad obscuritatem, *debilis* est *incerto arcu*. La.

371. *Libertate*) a nemine illic [12]) vinci potest libertate fugiendi, ubi [13]) plana sunt loca; sed ubi colles fuerint, non potest dimicare, sed vincitur. Bc. Voss. *tumebit*) elevatur in tumulos. Bc.

373. *tenebras*) umbras nemorum dicit. Bc. *incerto*) detractio Parthorum; [14]) bene *incerto*, cuius ictus in-

1) III, 266, ubi tamen *contenti*.
2) *hos* deest in Guelf.
3) Eadem in Lc.
4) La. addit *in*.
5) An *qui*?
6) Vc. *et*.
7) VII, 6.
8) Bc. *hos*.
9) Quae sequuntur eadem in Lc.
10) *eff.* abest a Guelf.
11) *sed* etc.; eadem Lc.
12) Voss. *ille*.
13) Voss. *quia et patentia ibi et plan.*, et post *fuerunt*.
14) *detr. P.* in fine scholii habet Voss.; absunt a Ld.

certus est, quippe fugientis. [1]) Bc. Ld. Voss. ut Virgilius: [2]) *Fidentemque fuga Parthum.* Bc.

374. Et *nando* non *franget amnem* etc. La. Lc. *nando*) natando. Bc. *violenti verticis*) Ὑπαλλαγή; pro *amnis violenti verticem*, ut Virgilius: [3]) *Palmas Eliadum Epiros equorum*, pro *Epirotarum equarum.* Bc.

375. Alia causa, cur non debes illuc ire, quia, postquam sunt vulnerati, nec una die contigua possunt pati calorem; et hoc est quod dicit *nec exiget*, i. non finiet, *aestivum sub pulvere perfusus membra sanguine in tota pugna* a mane usque ad noctem. La. *tota*) tota die non potest dimicare. Voss. *perfusus*) figurate dictum. Bc. Si, inquit, aliquis [4]) se leviter vulneratum senserit, illico a pugna recedit. Bc. Voss.

376. *Exiget*) sustinebit. Lc.

377. *aries*) i. non valent munitiones capere. Bc.

378. Nec instrumenta sunt; [5]) si forte insequitur, quaelibet sepes est tibi pro muro contra illos, et ideo *pugna* illorum est *levis.* La.

380. *levis*) Sic [6]) pugnat, ut fugere videatur. Bc. Voss. Virgilius: [7]) *Et missa Parthi post terga sagitta;* sic supra: [8]) *Sparsa per extremos levis armatura maniplos.* Bc.

381. Et praeterea est aliud: in fugiendo melius valent, quam contra stando; [9]) et hoc aequipollenter *et miles* ille *melior cessisse loco* etc. La. *cessisse*) non enim hoc agit, ut loco depellat [10]) inimicum, sed ut suum deserat locum, et versus in fugam tutius dimicet. Bc. Voss. Virgilius: [11]) *Fidentemque fuga Parthum.* Bc.

382. *Illita*) inficiunt enim sagittas venenis. Bc. *cominus*) prope, quasi cum manibus. Bc. *dolis*) i. venenis. Voss.

384. Tantummodo *permittere vulnera ventis*, i. casui dant omnia, quod non est virtus; [12]) nam *ensis habet vires, et quaecunque gens est virorum*, illa *gerit* etc. La. *velint*) sc. ipsi venti. Voss. *permittere*) ut in illum vulnera veniant, in quem ferre [13]) voluerint venti. Bc. Voss.

1) Voss. *fugientium.*
2) Ge. III, 31.
3) Ge. I, 59.
4) Guelf. *i. vel l. s. se v.*
5) La. *instrumentis.*
6) Voss. *S. enim pugnant ut f. iudicentur.*
7) Imo supra I, 230.
8) VII, 508.
9) Eadem Lc.
10) Voss. et Guelf. *pellat.*
11) Ge. III, 31.
12) Eadem Lc.
13) Voss. *ve. perferre vol.*

385. *Ensis*) i. illi melius pugnant, qui ense utuntur, sicut Romani et Bavarii [1]) vel Norici. BC.

386. Non gerunt *bella gladiis; nam* in primo congressu exarmantur, et evacuatis pharetris redeunt. LA.

387. *Exarmant*) sagittis enim [2]) iactis, quas gerebant, inermes fiunt in prima parte certaminis. BC. VOSS. *iubent*) Medos. VOSS. bene autem addidit [3]) *iubent*, ut necesse sit [4]) his redire de certamine antequam finiatur. BC. VOSS.

388. Non contenti solo ferro, sed veneno conficiunt. LA. *manus*) genitivus singularis est. BC. *veneni*) fiducia, quia sagittas toxicatas habent, in quibus maxime confidunt. VOSS.

389. *discrimina*) pericula. BC.

390. Ideo *pudendum est tentare auxilium tanti* periculi; vel aliter *est* tibi *tanti* pretii *tentare?* etc. LA. *ferro*) solo, nisi habeant venenum secum? LB. Ferro enim adiungitur venenum. BC. VOSS. scil. nisi adiungant venenum. GUELF.

391. *tanti*) Cum invidia pronuntiandum est [5]) *tanti*, i. tanto pretio cupis pudenda tibi auxilia rogare Parthorum, ut illic debeas mori. [6]) BC. VOSS. periculi vel tanti pretii, quantus est Pompeius. BC. *(m. al.)*

392. Aliud, cur non debes ire; nam viliter sepelieris procul *a tua terra;* et quamvis *vilia, tamen invidiosa,* cum Crassus adhuc sit inhumatus. LA. *Invidiosa*) quae invideat tibi Crassus. BC. *Crasso*) Crassus autem illic [7]) iacuit insepultus; missus est enim in Euphraten. BC. VOSS.

395. Et quia sensit Pompeium non commoveri, addit: haec, quae dixi, patieris tu, sed tamen longe tibi melius erit, quam Corneliae. Quod dicit [8]) per hoc, mortem esse ultimam poenam, hoc [9]) dicit, quantum ad illos, qui dicebant animam finiri [10]) cum corpore, vel nihil pati post solutionem. LA. *melior*) levior quam uxoris tuae Corneliae. BC. VOSS. Ordo: *ultima poena mors est.* BC. *poena*) ultima [11]) pars,

1) Bc. *Bavuvarii.*

2) Guelf. addit *inter se;* post *fient.*

3) Voss. *additum;* Guelf. *autem* non habet.

4) Voss. *his sit r. de proelio.*

5) Voss. *pron. tanti est tanto;* Guelf. non habet *est* et seq. *tibi.*

6) Voss. addit *toto a tua terra orbe divisus.*

7) Voss. *ibi,* et post *nam miss. est.*

8) La. addit $\overline{n}$.

9) *hoc* etc. in Lc. quoque.

10) La. *finire* sine *cum.*

11) Voss. *i. e. mors q. p. t. ultima erit* et post *certe* ante v. *sors.*

quam tu patieris, tibi haec erit poena; quae quidem mors aut pars est ultima viventium, aut sors ultima. GUELF. VOSS.

396. *Tua sors* erit *melior* ideo, quia interficieris; *at Cornelia non* interficietur, sed patietur stuprum; *num barbara vobis* etc. LA.

398. *Venus*) libido. BC. *Quae Venus* est nefandissima; et hoc est quod dicit *quae ritu ferarum* etc. LA.

399. In hoc *foedera polluit*, quia tot habet, et in hoc [1]) *leges*, quia eas habet, quas [2]) interdicit ei lex, scilicet matres et sorores; [3]) et hoc aequipollenter *regia vesana epulis* et *mero non horret concubitus* etc. LA.

400. *secreta*) dicit, quia adulteria palam exercent. LC.

401. *nurus*) per *nurus* multitudo ostenditur filiorum, ac per hoc uxorum numerositas; vel *inter mille viros*, quia publice concumbunt. BC.

402. *non ullis*) sed multis. VC. *exceptos*) prohibitos. BC. LP. *audet*) i. licere sibi credit et filias et sorores stuprare, [4]) quae lege prohibentur. GUELF. VOSS. Si *audit*, sic intelligimus scil. *non audit*; si *audet*, audet etiam illicitos concubitus, quia pro se nullis excepti sunt legibus. VOSS. II.

403. Et in hoc tanto scelere est immoderatus; et hoc aequipollenter *tot femineis* etc. LA. *horret*) aut [5]) ideo *non horret concubitus*, quia apud eos non excipiuntur ullis legibus; aut si apud aliquos [6]) excipiuntur legibus, non tamen horrent illi. BC.

405. *pignora*) τὸ αὐτό. BC. *Sorores* et *matres* iacent secum, quae deberent esse *sacra pignora*. LA.

406. Et merito voco eum insanum propter supra dictum peccatum; nam Oedipus damnatur pro consimili scelere, etsi inscius fecisset, et quod maius est, ipse locus inde damnatur; et hoc est quod dicit *infelix fabula apud gentes damnat Thebas sceleris non* tamen *peracti sponte*. Laius fuit pater Oedipi, et responsum erat ei, quod deberet interfici a filio; et ideo, nato Oedipo, praecepit ut interficeretur; at [7]) mater, timens peccatum, suspendit in silva pedibus. Quem adhuc viventem transivit quidam rex, Polybus, et acceptum nutrivit pro filio. Post longum tempus con

1) La. *tot in hoc hab. leg.*
2) Addidi *quas* ex Bp.
3) Eadem in Lc.
4) Voss. *stuprasse, quod l. prohibetur.*
5) *aut* non est in Guelf.
6) Guelf. *quosdam.*
7) La. *et — suspendi.*

tigit, quod Laius ibat ad Parnassum montem quaerere responsa, et iste qui nutrivérat Oedipum. Habita discordia in civitate, ut solet fieri, interfectus est Laius ab Oedipo. Quo facto iuxta Thebas et [1]) devicit et accepit matrem suam [2]) uxorem, et inde habuit Eteoclem et Polynicem. Et cum postea per cicatrices pedum inventus esset filius, effodit sibi oculos, et fecit sibi foveam subterraneam. Et instituit, ut unus filius regnaret uno anno, et alius exiret de patria; et derisus ab illis maledixit eis. Polynices cum primo anno exularet, [3]) contigit quod Adrastus rex dedit ei filiam, aliam Tydeo, fratri Meleagri. In secundo anno mandavit fratri, ut dimitteret eum regnare; quo interdicente venit; et pugnaverunt, et tandem uterque sunt mortui. LA.

407. *Oedipodionias* vocat ab Oedipo. [4]) LA. quia concubuit cum matre, ut patet in tragoedia Oedipi. VC. *Thebas*) unde Oedipus fuit. BC. Damnatur apud gentes, [5]) quia per ignorantiam Oedipus cum Iocasta matre sua concubuit, et [6]) in fabulam missus est, cum hoc non fecerit voluntate. BC. VOSS. q. d. non est damnandum illud, quod Oedipus per ignorantiam fecit, [7]) si Parthi hoc sponte peragunt. BC.

408. Quod non habetur pro peccato apud Parthos; nam rex illorum taliter *nascitur*, scilicet multoties *nascitur sanguine sic mixto*. Arsacides [8]) vocant hos Parthorum reges. LA.

409. *fas*) qui [9]) hoc sibi licere aestimat, gravidare [10]) matrem. BC. VOSS.

410. Cornelia, quae fuit filia Scipionis ex filia Metelli Cretici. [11]) VC.

411. *Non* timebit *letum*, nam potius *millesima* erit [12]) *coniux;* et hoc est quod dicit *proles tam clara* etc. LA. *Stabit*) hoc iam non uxoris est, sed pellicis. BC. VOSS.

412. Ne hoc pro nihilo haberetur, quod dixit *millesima*, [13]) subdit: ego dico *millesima, quamquam*

1) Vel *Sphinga* legendum, vel desunt nonnulla.
2) La. addit *et;* an *in?*
3) La. *cularet.*
4) *Oedipo* ex coniectura; in litura apparent *pto.*
5) Priora absunt a Voss. ut seq. *sua.*
6) Guelf. et Voss., *et* omisso, *fabulas.*
7) Guelf. *fecerat.*
8) La. *Sarc. vocantur.*
9) Voss. addidit *inquit.*
10) Voss. *quod putaturus sit non licere?* Guelf. *grav. matr.* cum Bc.
11) Cf. supra ad vs. 73.
12) La. corrupte *et uix.*
13) La. addit *per;* an *pellex?*

non ulli [1]) etc. La. *Quamquam*) pro quamvis. Bc. Ordo est: *regia Venus non ulli plus vacabit, stimulante saevitia*, quam Corneliae. [2]) Hoc ad dolorem Pompeii pertinet, [3]) quod dicit, cum ipsa in primo [4]) regem esse concubiturum. Bc. Voss.

413. Ideo hanc magis habebit, quia *sciet hanc* non tantum tui [5]) *fuisse*, sed etiam *Crassi*. La. Lc. *titulisque*) sc. stimulantibus Pompeii et Crassi. Bc. ut hinc libido eius plus [6]) exardescat, cum considerat eam tam potentum [7]) virorum tenuisse matrimonia. Bc. Voss.

415. *et*) etiam; scil. non solum tuam. Bc. Et ideo *trahitur captiva vetustae cladis, ceu* ex longo *debita Assyriis fatis;* et ideo in hanc ita insanibit, *quo plura* [8]) *portenta iuvent Parthum*. La.

416. Ideo dicit *captiva vetustae cladis*, quia devicto Crasso omnia illius decet sua esse lege belli. La. *cladis*) quam prior maritus Crassus accepit. [9]) Sic ergo trahitur, tanquam olim iam esset devota. Bc. Voss.

417. Alia causa, cur non [10]) debeat ire; nam [11]) *vulnus* illud iam dolet, quod non ultra posset vindicari Crassus, et ideo *haereat* potius. La. *Haereat*) quiescat animo. Lb. i. retardetur. Guelf. Sensus est: ut remaneat vindicta, quam debemus inferre Parthis, non solum turpe est, ut petamus ab eis auxilium, sed etiam quia ante civile bellum gessimus, quam eis pugnam intulissemus. Bc.

420. *Pudebit* ideo, quia nihil potestis facere, quod magis sit criminosum apud populum, quam si [12]) vindicta Crassi per vos [13]) non fiat. Hoc honestum esse tamen patet; nam [14]) potius deberetis denudare Romanum imperium, ut vindicaretur Crassus; et hoc aequipollenter *cuncti debuerant incurrere in Bactra*. La. *perit*) Nam cum ferre tibi [15]) auxilium coeperint Parthi, iam de his Crassorum mors non poterit vindicari; et

1) La. *q. nulli.*
2) Voss. *Cornelia.*
3) Priora et in Guelf.; *P. corrigit q. dicat* Voss.
4) Voss. *ips. prima — cubiturum.*
5) Lc. *hanc f. t. et Cr.*
6) Voss. *magis ardesc.*
7) Voss. *potentium v. i. Pompei et Crassi t. m.*
8) Lacuna in La.; apparent *h plora portente.*
9) Ita scripsi duce Guelf., qui eadem sed *postquam* pro *prior* habet; Bc. et Voss. *excepit.*
10) Addidi *non.*
11) *nam — Crassus;* eadem Lc.
12) La. *quasi.*
13) Ita pro *cr* in lacuna; an *crimen?*
14) *nam — Crassus;* eadem Lc.
15) Voss. *aux. tibi;* seq. *iam* non habet.

hoc nefas est, ut, cum arma nobis [1]) gerant, inulti sint Crassi. BC. VOSS.

423. *Bactra*) civitas Parthorum. BC. Et etiam, *ne* aliqua *arma vacarent* illo nondum vindicato, *debuerant* etiam *Arctoum latus imperii nudare* a *Dacis* et a *catervis Rheni;* ac si dicat istos etiam deberetis illuc ducere. LA.

424. *vel*) i. etiam. LB. Daci sunt populi in Septemtrionem. Bactra civitas Medorum. LA. *Rheni*) iuxta Rhenum habitantibus. BC.

425. *nudare*) Sensus hic est: tanti erat auferre exercitum, qui nunc prohibet Dacos, et *nudare* his *latus imperii* nostri, dum tantum omnes ad expugnandos Parthos colligerentur. VOSS. *Susa*) civitas Parthorum vel Persarum. BC. VOSS. Susa est civitas, ubi ipse Crassus fuit interfectus. LA.

427. Finis pacis est bellum; nam aliter non finitur, nisi [2]) illud succedat. LA. LC. *finem*) Finis pacis discordia est, i. initium discordiae; nulla enim res, finis alterius, non [3]) alterius initium fuit. BC. ut in Parthiam, inquit, [4]) bella moveantur, hoc petimus. BC. VOSS.

428. *Et si*) i. et [5]) si in Thessalia bellum civile peractum est, contra Parthos victor veniat movens bella. BC. VOSS.

429. *unica*) sola. BC.

430. *De qua*) Opto Parthiam tantum vincat Caesar; et nullam aliam regionem. BC.

432. *senis*) Crassi. BC.

433. Et hoc etiam debet te dehortari; nam *umbra* illius adhuc inhumata occurret tibi, [6]) dicens haec verba *tu quem post funera* etc. LA. *tu quem*) Verba umbrae Crassi. BC.

434. *nudae*) insepultae. BC.

436. Et *occurrent tibi monumenta cladis,* scilicet *moenia;* quae *moenia duces* truncata *cervice lustrarunt,* i. sanguine illorum purgaverunt. LA. *Occurrent*) Ante oculos tuos versabuntur [7]) cuncta, quae gesta sunt. BC. VOSS. *moenia*) monimenta. BC.

438. Et illa loca *occurrent,* in quibus Euphrates obruit tanta nomina, et in quibus *Tigris detulit* [8]) *ac reddidit.* LA. LC. Per hoc notat, quod tot fuerunt

1) Guelf. et Voss. *vos geratis.*
2) La. *ni.*
3) Guelf. *in. n. f. alt.*
4) Guelf. *inquit* omisit.
5) Voss. *si in Th. iam civilia bella completa sunt, c. P. ve. m. b vi. scil. Caesar.*
6) La. *ubi;* eadem in Bp.
7) Bc. et Guelf. *versabunt.*
8) Lc. *retulit et obruit.*

mortui ibi, quod non poterat currere aqua, ni illis proiectis, et post undam recepit. LA.

439. Bene dicit *detulit ac reddidit*, quia *Tigris* modo subducebat corpora, modo eructabat de terra. LD. Et ideo *si potes* ferre et [1]) videre illa, *potes* istud quoque facere, ut proiiciaris ante pedes Caesaris *in media Thessalia* ad hoc, ut places eum. Quod scio nullo [2]) modo te posse facere; et hoc est ubi dicit *ire si potes per ista* etc. LA. *ire*) si potes transire per illas terras amicus, tunc [3]) facilius impetrabis amicitiam a Caesare. VOSS. LD. *Si potes*) Argumentum ab impossibili. BC.

441. *Thessalia*) ubi caedes vides. BC. *quin*) quin potius. BC. Ut Virgilius: [4]) *Quin potius pacem aeternam pactosque Hymenaeos exercemus;* sic [5]) et hic ait *quin respicis orbem?* Persuasum est, ne iret ad Parthos; nunc persuadetur, ne eat ad Africam, sed ad Aegyptum. BC. VOSS. Et quia ibi sunt tanta incommoda, *quin*, i. potius, cur non *respicis* aliquem sub Romano imperio? LA.

443. Lagus fuit pater Ptolemaei. LA.

444. Et commendat Aegyptum, et quantum ad munitionem terrae, et quantum ad divitias; ad munitionem, ubi dicit *Syrtibus hinc* etc.; in divitiis laudat, ubi dicit *terra suis contenta* etc. LA.

445. Nilus dividitur in septem partes, et inde terra munita. LA. *septeno*) Nilum dicit, cuius ora septem [6]) sunt. BC. VOSS. *summovet*) separat. BC.

446. *non indiga*) ut nil aliunde illuc advehatur, sed propriis bonis abundet. BC. ut aliquid illuc deferatur, sed omnibus haec abundat. VOSS.

447. Per hoc quod dicit *aut Iovis* notat non indigere temperie, Euris. LA. *Iovis*) i. pluviae. [7]) Virgilius: [8]) *Tum pater omnipotens coniugis in gremium laetus descendit.* Horatius: [9]) *Iacet sub Iove frigido venator.* Nam Iuno est aer, et Iupiter aether; sed interdum Iuno pro terra, et Iupiter pro aere ponuntur, sicut in illo Virgiliano exemplo habetur: *Tum pater* etc. BC.

448. Aliud est, cur debeas illuc ire potius; nam

1) Addidi *et.*
2) La. *nullum.*
3) Ld. pro his *quo si ire poteris, f.*
4) Aen. IV, 99.
5) *sic — orbem* desunt Voss.
6) Voss. *septena dicuntur.*
7) Idem Voss., qui addit *quia Iupiter est aer.*
8) Ge. II, 325, ubi cf. de his Serv.
9) Od. I, 1, 25.

dedisti ei regna, et commissus est tibi a patre; et ideo solum nomen timebit. LA. *puer*) Vult probare hoc Pompeio [1]) prodesse, quod puer erat Ptolemaeus. BC. VOSS.

449. *Tutelae*) Post mortem enim [2]) patris Ptolemaei Pompeius obtinuit regnum [3]) hoc, donec huic imperium traderetur. BC. VOSS. mortuo patre in tutela Pompeii Ptolemaeus remansit. BC. *aetas*) puerilis. BC.

450. Alia causa est; nam haec *aetas est innocua;* et hoc per contrarium ostendit *nec speraveris iura veteris* regis et *fidem veteris aulae,* i. [4]) non speraveris illam veterem aulam habere respectum deorum; non vero *pudet* eos, postquam sunt assueti in malo. LA. *nec iura*) hoc dicit: nec [5]) speraveris esse iura et fidem, et respectum deorum in regibus veteribus; hi enim diuturnitate regnandi sine [6]) pudore cuncta committunt. BC. VOSS.

451. *Respectum*) ut de diis curent. BC.

452. Ista est notabilis sententia, quam philosophus [7]) etiam approbat secundo rhetoricorum: *Iuvenes non habent malitias nequitiales* [8]) *sicut senes et inveterati.* Et tales philosophus dixit, quod nihil erat gravius tyranno sene et inveterato, qualis [9]) fuit Azolinus de Romano et dominus Ioannes de Olegio; senes in vitiis antiquati fronte carebant. VC. *mitissima*) necesse est [10]) placidi sint et mites, qui primum coeperint imperare. BC. VOSS.

453. Novum regem vocat puerum regem; et est ibi illi [11]) quasi a contrario, ubi dicit *mitissima sors est* etc. LA.

454. Et quia praevaluerunt verba huius, ideo dicit poeta *ultima spes rerum, quantum libertatis* dat loquenti contra illum, qui est positus in ultima spe, sicut dedit isti contra Pompeium. Quidam vocant ultimam spem rerum orationem istius; nam solet ultima oratio saepe habere effectum. LA. *quantum*) conqueritur. VC. i. multum; cum admiratione pro-

1) Voss. *pr. P.* et post *p. est imperator.*
2) *enim* deest Guelf.
3) *hoc r.* Voss. et Guelf.
4) La. *et.*
5) Voss. *ne;* post *vet. reg.*
6) Voss. *cu. si. pud.*
7) Aristotel. Rhet. II, 12. 13.
8) Vox nova.
9) Ita pro *quis.*
10) Voss. addit *ut;* et in fine habet *regnare.*
11) La. *quasi illo.*

nunciandum i. etiam [1]) Lentulus Pompeio imperavit quid [2]) faceret, quia in ultimis rebus omnis [3]) liber est ad loquendum. BC. VOSS.

455. Multum *libertatis;* nam *victa est sententia Magni.* LA. *Libertatis*) quia ex desperatione sumit libertatem homo in extremis, ut hic Lentulus, qui privatus erat. VC.

456. Hac oratione habita, dimiserunt [4]) *solum Cilicum,* et immiserunt *rates citatas* [5]) a *Cypro;* ac si dicat voluerunt diverti ad Cyprum, cui Cypro dea *memor undae Paphiae* etc. Saturnus abscidit testiculos Coelo patri suo, et ceciderunt inter Paphum insulam et Cyprum; et de spuma illa nata est Venus. LA. *Cypro*) insula est iuxta Assyriam. BC.

457. *nullas*) quam sedem omnibus aliis praetulit templis. VOSS.

458. *memor* [6]) *undae*) i. ideo, quod in mari nata est, hanc insulam diligebat. BC. VOSS. ut ait Virgilius: [7]) *Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam posthabita coluisse Samo.* VOSS. Dicunt fabulae, quod Venus nata sit ex mari, amputatis a Saturno virilibus Coeli patris et in mare proiectis. BC.

459. Ego dico *nasci, si credimus* aliqua *numina nasci.* LA. *coepisse*) i. non semper fuisse; nam si coepit, et desinet. BC.

460. *Haec ubi deseruit, vix tetigit infima litora Aegypti,* et a Cypro *vertitur aestu* contrario illis; et hoc notat per *transverso.* LA.

463. Iuxta Casium *montem* erat periculosus locus; et ideo, ut nautae scirent sibi cavere, ponebatur ibi ignis; et hinc vocat eum *gratum.* LA. *montem*) Pharon mons est Aegypti, in quo [8]) turres ligneae fiebant, quae in adventum navium incendebantur. VOSS. I. NORIC. *Chimaeram* [9]) dicit montem Ciliciae, qui nocturnis aestibus ignem exhalat, sicut [10]) in Sicilia Aetna, et Vesuvius [11]) in Campania. Hic enim no-

1) Guelf. *idem;* Voss. pro prioribus *cum a. pr. est exclamatio poetae,* quae in fine scholii leguntur.

2) Voss. *quod;* Guelf. *qd. fac.* non habet.

3) Voss. addit *homo,* et in fine *et necessitas, dum sibi consulit, libere loqui compellit.*

4) La. *et miserunt.*

5) La. *civitatis;* post *noluer.*

6) Voss. *m. huius u. est q. in m. hoc n. hanc.*

7) Aen. I, 15.

8) Noric. *qua* et in fine *accend.;* antea *Pharus.*

9) Voss. cum praecedd. coniunctim *Aliter. Chimaera mons est in Cilicia.*

10) *sicut — Camp.* desunt Voss.

11) Guelf. *Vesevus;* seq. *enim* deest.

cturno lumine gratus est, quia navigantibus iter praestat. BC. VOSS. I.

464. *Infima*) extrema. BC. LC. *pugnaci*) resistente; contrarius namque ventus erat. BC.

465. Ibi tetigit, *qua maxima dividui Nili*, scilicet *septimus amnis decurrit* etc. LA. *maxima*) hic est Nili pars maxima, septimus fluvius. VOSS.

466. Pelusium est oppidum, unde adiacens mare nominatur. LA. *Pelusio*) Pelusium oppidum est Aegypti. BC. *septimus*) Nilus dividitur [1]) in septem ostia, quorum septimum maius est. BC. septimus ramus et maior, qui dicitur lo caligine. VC.

467. Nunc [2]) describit tempus, quo illuc venit Pompeius [3]) in Aegyptum, dicens autumnale fuisse aequinoctium; et hoc ideo, ut notet tali tempore eum illuc venisse, quod prius poterat exercitum colligere, quam Caesar haberet aptum tempus illuc veniendi. Venit, et eo tempore venit, quo sol est in Libra; et tunc sunt pares [4]) dies et noctes. LA. LC. Examinare est quasi trutinare. LA. *examinat*) dividit. Aequinoctium autumnale significat, [5]) ut Virgilius: [6]) *Libra die somnique pares ubi fecerit horas.* BC.

468. Quod dicit: et *rependit nocti solatia verni* damni, tangit illam naturam, quod, dum sol est in Ariete, crescunt dies; et hoc est in Martio; cum vero est in Libra, tunc incipiunt crescere noctes, quod fit circa festum S. Michaelis. LA. *aequa*) Omne enim [7]) aequinoctium una [8]) die est; nam aut maior est, qui antecessit et erit brevior, qui sequitur; aut si fuerit [9]) minor, incipit esse maior. Est ergo [10]) ordo: *non plus uno die aequa.* BC. VOSS. *lux*) i. dies. BC.

469. *solatia*) ut quod spatium [11]) vere perdidit, hoc compenset autumno. BC. VOSS.

470. *Vix tetigit litora;* et *ut comperit* Ptolemaeum esse in *Casio monte, flectit* illuc *iter;* nondum enim nox venerat, nec venti deerant. LA. *Casio*) Casius mons est Aegypti. BC.

471. *Phoebus*) diem describit nondum exactum

1) Guelf. *in s. o. divisus est.*
2) La. *Hõc;* deest Lc.
3) *Pomp. — aequin.* desunt La., ut seq. *eum.*
4) Lc. *d. p. et n. t. s.*
5) *ae. au. sig.;* eadem Voss.
6) Ge. I, 208. Guelf. *Hora dies.*
7) *enim* abest a Guelf.
8) Voss. *uno.*
9) Bc. *fuerat;* Voss. *si m. ante f. iam ma inc.*
10) *ergo* deest Guelf., *ordo* Voss.
11) Bc. *spatii.*

esse, cum adhuc nec sol, nec vela sunt labore lassata. Bc. Voss. *languent*) i. [1]) fatigata sunt. Bc. Voss.

474. Quamvis breve *tempus erat* ad consilium; *tamen* non defuerunt *monstra*. Consiliarios suos vocat *monstra*. La. *monstra*) consiliarii; primores omnes *monstra Pellaeae domus* dicit. Voss. propter mores homines dixit monstra Pellaeae domus; propter nigredinem. Bc.

475. Pella est civitas in Aegypto, ubi natus fuit Alexander. *Inter quos* consiliatores *Achoreus fuit, prima vox consilii*. La. *coiere*) convenere. Bc.

476. Et prius commendat eum et per aetatem et per locum, unde fuit, et per culturam deorum. Maiorem aetatem notat per hoc, quod dicit *fractis annis* quasi per senium. La. *fractis*) exhaustis vel transactis. Bc.

477. *crescentis*) stagnantis. Bc. [2])

478. *Memphis*) civitas [3]) Aegypti, per quam currit Nilus; ideo [4]) dicta est *custos Nili*, eo quod [5]) ab ipsa continetur. *Vana* autem, [6]) quia plurima monstra colunt. Bc.

479. *Lustra*) sacrificia. Bc. Incertum an cubilia, an quinquennalia sacra. In lustrationem Phoebes i. Lunae haec sacra celebrantur. Voss. Refert Solinus, [7]) quod *inter omnia, quae Aegyptus* [8]) *habet digna memoratu, praecipue bovem mirantur, quem Apim vocant, insignem macula albae notae, quae,* [9]) *dextro lateri eius ingenita, refert corniculatae* [10]) *lunae faciem*. Hunc Aegyptus instar numinis colit, eo quod [11]) de futuris det quaedam manifesta signa; apparet enim [12]) in Memphi. *Cui statutum aevi spatium est; nam immersus profundo sacri fontis necatur, ne diem longius trahat, quam licebit. Mox alter sine publico luctu requiritur; hunc enim* [13]) *centum antistites Memphim* [14]) *prosequuntur.*

1) Bc. addit *nec.*

2) Schol. Lc. et La. vide T. II. p. 420 sq., ubi dele *** *f. inferiori;* non adest lacuna; deinde lege Codicis auctoritate *vexarat — interponebant* (imo *bat*) *— ente* pro *vixar. — impon. — ante.* Locus Augustini est de civ. XVIII, 5.

3) Guelf. *regio.*

4) Guelf. *unde.*

5) Voss. *quia Nilus per eam fluit sive quia ab eadem cont. V. scil. q. p. colit m.*

6) *autem* deest Guelf.

7) c. 45, ubi nonnulla variantur.

8) Guelf. *Nilus.*

9) Bc. *quem — ingenitam.*

10) Guelf. *f. c. l.*

11) Guelf. *quia.*

12) Bc. *etiam;* Codd. post *Memphis.*

13) Bc. *etenim.*

14) Bc. *Memphis;* deest Guelf.

Et repente, velut lymphatici, praecinunt. *Dat omina manifestantia de futuris, illud* [1]) *maximum, si de consulentis manu cibum capiat.* Huius capitis imaginem sibi in Eremo Iudaei fecerunt. [2]) BC. *Phoebes*) Isidis, quia eadem Isis, quae Luna; Osiris, qui Sol. VOSS. *vixerat*) contigerat. LP. vel duxerat. GUELF. *Apis*) Taurus est, [3]) qui singulis annis immolatur, cum alter in grege inventus fuerit. Sed nunc hoc dicit, hunc Achoreum [4]) tam religiosum fuisse, ut non tunc unus Apis esset in templo, sed multi. BC. VOSS.

480. *vox prima*) Achoreus, inquit, [5]) *vox prima* fuit *consilii;* nam primus hic est locutus. *Meritum* et *fidem* Pompeii dixit, et *foedera,* [6]) quae cum patre Ptolemaei inisset; et suasit, ut reciperetur. BC. VOSS. [7])

481. *iactavit*) commemoravit vel ostendit. BC. [8])

482. Iste non habuit effectum, etsi melius [9]) diceret; sed Pothinus habuit effectum, *melior suadere malis* etc. LA. *melior*) qui [10]) malis hominibus doctus esset nefaria [11]) persuadere, et qui sciret animos regum [12]) ad scelera proniores. BC. VOSS. Hoc loco *meliorem* pro astutiorem [13]) accipimus. BC.

484. *Ius*) Si fuerit [14]) *ius et fas* servatum, ut recipiamus Pompeium, qui nobis est familiaris, apud offensum Caesarem habebimur nocentes. [15]) BC. VOSS. Vel hoc modo *faciunt nocentes;* nam si fidelis aliquis est, laudatur quidem, [16]) sed *sustinet poenas,* si recipit depressos a Fortuna. LA.

485. *Dat*) Eundem [17]) sensum repetit; quod si laudari fidem tuam [18]) voluerint recipiendo Pompeium,

1) *illud* etc. desunt Guelf.

2) Similia in Lb. et ap. Papiam ex Isidor. Orig. VIII, 11. et Augustin. de civit. XVIII, 5.

3) Guelf. *T. q. s. i. a.;* Voss. *ann. sing. immolabatur Isidic. ing. f. alter inv.*

4) Voss. *Achorea.*

5) *inq.* deest Guelf., ut seqq. *primus — locut.;* Voss. pro his *Prior est haec l. m. fidemque sc. P. et quae c. P. f. comparasset.*

6) Guelf. *f. Pompeii c. p. P. numerans et.*

7) Schol. La. vide T. II. p. 403, ubi lege ex coniectura *dicat et repraesentavit etiam.*

8) Schol. Lb. et Lc. vide T. II. p. 403.

9) La. *et similem.*

10) Guelf. *quia;* Voss. *omnibus.*

11) Voss. *etiam nef.;* Guelf. *nefanda sua.*

12) Voss. *reg. an;* Guelf. addit *esse* post *scel.*

13) Guelf. *astutiore.*

14) Voss. et Guelf. addunt *inquit.*

15) Voss. *pro nocentibus.* Schol. La. vide T. II. p. 505, quibus praeponas *Haec sunt illius verba.* Quae in fine leguntur, supra sunt rectius constituta.

16) La. *quod.*

17) Voss. *Ipsum.*

18) Voss. *suam voluerunt — essent a C.;* Bc. *voluerit.*

sint a Caesare puniendi. Bc. Voss. *sustinet*) i. cum eos fides sustentat, quos Fortuna iam deprimit. Bc. Voss.

486. Et ideo *accede* ad prosperos eventus et ad deos; quare [1]) ad Caesarem, cum quo sunt dii. La. *deisque*) ut hoc ames, quod dii adiuvant, ut Tullius: [2]) *Nunc melior ea iudicanda est, quam etiam dii adiuverunt.* Bc.

487. *cole*) dilige. Bc. *fuge*) non dixit persequere, sed desiste [3]) comitari. Bc. Ideo dico *fuge miseros*, quia, etsi sit rectum et isti [4]) *utile*, tamen adeo differunt, sicut *sidera* a *terra* et *flamma* a *mari*. La. *recto*) q. d. rectum est, ut recipiatur Pompeius; sed utilitas sequenda est, i. utile est, [5]) ut non recipiatur. Bc. Sic distat utilitas ab honestate, nec potest esse coniuncta. Voss.

489. *Cole felices;* nam aliter vis facere, *tota vis sceptrorum* etc. La. *Sceptrorum*) calidissima [6]) persuasio. Bc. *pendere*) considerare. Bc.

490. Si habes [7]) respectum ad honestatem, convertitur potestas. La.

491. Ideo te hortor ad scelera, quia haec una res *tuetur* hodie *regna*, [8]) quantumcunque sint *invisa*, et si quis non habet modum in *gladiis, tuetur regna*. Haec tuentur regna, si assiduus eris. La. *scelerum*) i. regna semper ideo habentur, et sine scelere nequeunt libera esse. Guelf. Seneca: [9]) *Ista mundi conditor posuit deus, regnum atque odium.* Vc.

492. *Sublatus*) ablatus. Lp. i. si [10]) sine modo saevit; sic enim fient regna firmiora. Bc. Voss. *saeve*) i. crudeliter aliquid facere nunquam licebit, [11]) nisi semper feceris. Bc. Voss.

493. *Non* [12]) *licet impune facere omnia,* ni *cum facis,* i. ni sis assiduus in faciendo. Ideo taliter exponitur, quia praesens verbum significat contiguitatem. La. *exeat*) relinquat regimen. Bc. linquat imperium. Guelf.

494. Et quia *non licet* in taliter, ideo, *qui vult*

1) La. *cur.*
2) pro Lig. 6; Bc. *meliora i. et quae iam adiuvarunt.*
3) *des. com.*; eadem Voss.
4) i. Pompeio.
5) *est* non legitur in Guelf.
6) Guelf. *callida.*
7) La. *hc̃.*
8) La. *regem.*
9) Locus me latet.
10) Voss. *ut s. m. saeviant; hinc dicit r, esse firm.*
11) Voss. *licet.*
12) La. *Nam,* et postea *meum* pro *ni cum.*

esse pius, exeat aula. LA. *virtus*) bonitas. BC. *potestas*) malitia plena est ista persuasio. BC.

495. *coeunt*) conveniunt. Semper timet, qui saeva facere contemnit. BC.

496. Praeterea est aliud, cur non sit recipiendus; nam contemsit *tuos annos.* Nunc vertitur in eum: *non impune tuos contemserit annos* etc. LA. *impune*) sine poena. BC. *contemserit*) i. contemnendos putaverit. BC.

497. *Qui te*) Ordo est: [1]) *qui putat te nec posse victos arcere a nostro litore.* BC.

498. *sceptris*) Totus iste locus plenus est callidissima persuasione. BC. *privaverit*) privare cupiat. [2]) BC.

499. *Pignora*) parentelae. BC.

500. Quid vocet *propiora pignora* ostendit, ubi dicit [3]) *redde damnatae sorori.* Pater moriens praecepit, ut dividerent regnum aequaliter, si nollet eam ducere pro uxore, quam ipse [4]) tunc incarceraverat. LA. LC. *sorori*) Cleopatrae, iniuste privatae regno. BC.

502. Aliud, cur non sit recipiendus; nam ea omnia, quae erant Pompeii, volet habere Caesar; quae vero non erunt huius, non expetentur; et hoc aequipollenter *quidquid non fuerit* etc. LA. *Quidquid*) nam quidquid ad Pompeii partem visum fuerit pertinere, necesse est post victoriam occupetur a Caesare. BC.

503. Alia causa ad idem; nam expulsus est a *toto orbe,* et ideo *quaerit* nos, ut nos quoque secum cadamus. Quod sit *pulsus* ostendit, ubi dicit *rapitur civilibus armis* etc. LA.

505. *rapitur*) fugatur. BC. vere pulsus; nam fugatur. GUELF.

506. Et merito timet *ora senatus, cuius* maxima *pars saturat* etc. LA. *ora*) vultus. BC.

507. *Cuius*) cuius senatus [5]) cadaveribus in Thessalia prostratis aves ad cibos usae sunt. BC. VOSS.

508. *gentes*) illas dicit, [6]) quae Pompeio auxilium tulerunt. BC. VOSS. *uno*) continuo. BC. Unum sanguinem vocat illam unam interfectionem Thessaliae. LA.

509. *omnia*) scil. agmina. GUELF.

1) Guelf. *O. q. non p. te et v. p.*

2) Guelf. *queat.*

3) Lc. *notat ibi* sine *dicit.*

4) Lc. *ipse* non habet; La. *nunc.*

5) Voss. *quorum cad. aves* etc.

6) Voss. *ill. gentes q. P. auxilia contul.*

510. *Thessaliaeque*) bene dixit *reus Thessaliae*, sicut dicimus *reus mortis*. Bc.

511. Et quia vult perdere *nostrum orbem*, ideo iustam causam conquerendi habemus in eum. La. Lc.

512. *Iustior*) sc. quam habeant illi, quos ad bellum duxit. Bc.

513. Nunc invehitur in eum, ut magis Ptolemaeum commoveat: *quid maculas Pharon sepositam*, et ideo *semper quietam* a *crimine bellorum?* La. *quid*) quasi ad Pompeium praesentem loqui coepit. Bc. *sepositam*) separatam. Bc.

514. *Data est causa querelae*, et hoc exsequitur, ubi dicit *arvaque nostra* etc. La.

515. *suspecta*) sollicita. Bc. odiosa. Guelf.

517. Non debes hoc facere, nam *habemus iam crimen; istud* scilicet *purgandum* est nobis *gladio, quod* [1]) *te suadente* recepimus regnum a senatu; sed tamen, quia suasisti, *fovimus tua arma votis*. Quod hinc patet; *non* enim *tibi, sed victo* paravimus *hoc ferrum*, [2]) et ideo *malueram* in *viscera soceri*. La. *crimen*) Haec [3]) Pompeius prior egit, ut huic traderetur imperium, post patris mortem; postea [4]) Cicero, quae Oratio inscribitur de rege Alexandrino. Dicit [5]) ergo: hoc crimen gladio purgare debemus, ne videamur aliquando [6]) favisse huic, quo suadente senatus imperium nobis dedit. Bc. Voss. Sensus autem [7]) est: o Pompei, scit Caesar senatum dedisse nobis regnum te suadente, ideoque nos odio habet; quod crimen necesse est gladio purgemus. Bc.

519. *votis*) dicit etiam se gratiam reddidisse. Voss. i. voluimus votis, ut vicisses, et non auxilio. Bc.

520. *paravi*) Sensus est: optavi, inquit, te victorem, sed tamen victo paravi ferrum. Ergo quia fata permiserunt te vinci, non mihi imputes, si te occidero. Bc. Guelf.

522. *Rapimur* ad haec facienda, et hoc voluntate deorum; et hoc aequipollenter: *dubitas* hoc scilicet, *an sit necesse mihi*, i. utile mihi, *violare te, cum liceat?* ac si [8]) dicat non esset mihi utile, ni licentia esset

1) *quod* et seqq.; eadem Lc., unde apparet *hoc* delendum esse, quod ante v. *quod* in La. et Lc.

2) La. et Lc. *regnum*.

3) Voss. *P. p. e. hanc causam*.

4) *post. — Alex.* absunt a Bc. Ita et Fortunatian. p. 84. Ed. Capperon.; sed Aquilae p. 154. Ruhnk. audit *de rege Ptolemaeo*.

5) Voss. *Hoc e. d. gl. h. cr.*

6) Voss. *huic al. f. quod nobis hoc suad.*

7) *aut.* non est in Guelf.; Bc. in fine *purgamus*.

8) *ac si* etc.; eadem Lc. sed *q. d.*

mihi data et concessa a diis. LA. *rapimur*) favere cogimur, cum universa sunt subiugata. VOSS. *feruntur*) ad Caesarem scil. BC.

523. Ordo: *dubitasne an sit necesse vialare te, cum liceat mihi?* [1]) Sensus est: numquid dubitas, an sit necessarium et fataliter dispositum me violare te, cum liceat? nisi esset necessarium et fatale, non liceret mihi te violare. LP. *ne* pro numquid? *(et m. al.)* vel *ne* pro an. LB.

524. *Cum*) Ergo si licet, [2]) necesse est. BC. GUELF. *quae te*) vult se invalidum confiteri, dum eius [3]) Pompeius non speret auxilium. BC. VOSS. Et cum videas deos iratos, *quae te nostri* etc. LA. LC.

526. *refugo*) revertenti. GUELF. Ideo *Nilo refugo*, quod [4]) Nilus, postquam Aegypto perfusa sua irrigavit inundatione segetes, tempore statuto revertitur. Ordo: [5]) *vix fodientem arva mollia refugo Nilo.* BC.

527. *Metiri*) unusquisque debet cogitare, quid possit. BC. Ideo dico *fodientem*, quia *decet* quemque mensurare se et *fateri vires.* Vel ut prius legatur: o *Ptolemaee, potes* hanc *ruinam* sustentare; et ne videretur eum deprimere, praemisit *metiri sua regna* etc. LA.

528. *fulcire*) i. e sustentare. VOSS. interrogative [6]) pronuntiandum. BC. VOSS.

529. Et quia *Roma iacet sub* illa clade, decet te *movere*, cum sit sepulta Roma. *Bustum* [7]) notat, quod illud bellum erat iam quasi sepulcrum, per *cineres* ex toto coopertum et tectum; et sunt diversae similitudines ad idem. LA. *movere*) commovere. BC.

531. *nullis*) nec [8]) Pompeii, nec Caesaris nos applicavimus partibus. BC. VOSS.

532. *quae*) castra Pompeii scil. BC.

533. *lacessis*) irritas. BC.

534. Alicui dicenti: non decet te dimittere amicum in *adversis*, respondet: concedo quod *non decet;* sed de illis tantum concedo, qui fuerunt in prospe-

1) Eadem Voss. sed *d. an l. m. te v. c. s. n.*

2) Bc. *scilicet.*

3) Voss. *huius n. s. Magnus a.*

4) Guelf. *quia N. qui campos Aegipti perfusos s. in. irrigaverat in se iterum t.*; Bc. *Aegyptum perfusam — irrigaverit*, quae correxi.

5) Eadem Voss., qui addit *Ideo, quia exit in arva, in se iterum reversurus;* Guelf. *ref. Nil.*

6) Voss. Guelf. *per interrogationem;* Voss. addit *est.*

7) La. *Robustum* et post *sepultum.*

8) Voss. *neque P. neque* (in Bc. deest) *C. p. n. a.*; Guelf. *armis ap.*

ris; [1]) et hoc dicit *sed secutos laeta non decet.* LA. LC. *Adversis*) i. illi debent adfore adversis, qui prospera se ex his [2]) consecuturos sperent. Hoc est tunc pro [3]) aliquo decet inire discrimen, si eum [4]) aliquando prospera Fortuna respicere potest; nam si spes omnis abscisa est, quid prodest ad [5]) adversa properare? BC. quasi aliquis opponeret: oportet in adversis alicui opem ferre; ad haec ille: verum est, decet, sed si et laeti fuissemus secuti. VOSS.

535. Alia causa, quare non est recipiendus; nam nullius *unquam fides miseros elegit amicos;* ac si diceret non est *fides* illa dicenda. LA.

536. *laetatur*) quod liceat illi [6]) occidere aliquem. BC.

538. *sceleri*) occisioni. BC. *delectus*) electus, [7]) ut Pompeium occideret. BC. *Achillas* fuit Aegyptius, qui non interfecit eum, sed quidam Romanus *Achillas delectus* [8]) instituit monstruosis *sociis carinam.* LA.

539. Eo loco *instruit, qua perfida tellus excurrit* de *Casiis arenis;* et ideo sunt ibi *Syrtes.* De Casio monte porriguntur arenae infra mare, quae sunt causa, cur naves non possunt accedere. Perfidam vocat terram quantum ad habitatores. LA. *exaltat* [9]) i. tumet, elevatur. BC. BENEDICT. gaudet arenis, i. habet multas arenas. LB.

540. *vada*) brevia; in illo loco instruxit [10]) carinam, qua deciperet Pompeium, ubi magna navigia non poterant portum habere propter Syrtes, quae ibi erant. BC. *iunctas*) vicinas. BC.

541. *monstri*) Legitur *monstri gladiisque* et *monstri cladisque.* VOSS. II.

542. *O Superi,* an *Nilus et Memphis* potuerunt habere tam audaces *animos* de iis? [11]) ac si dicat minime hoc decuit; et iungitur ad hoc quod dixit *instruit carinam* monstruosis *sociis.* LA. *Memphis*) civitas Aegypti. BC.

543. Pelusium est oppidum ibi. Canopus fuit gubernator Menelai; alii dixerunt Hannibalis, qui ibi

1) Lc. *prosperitate*, reliquis omissis.
2) Guelf., omissis *ex his*, in seq. *sperant.*
3) Guelf. *dec. p. al.*
4) Guelf. *cum* pro *si eum.*
5) Guelf. *pr. adv. perpeti.*
6) Guelf. *il. lic.* sine v. *aliq.*
7) Guelf. *qui* sine v. *elect.*
8) La. *delectans;* an *instruxit?*
9) An *exsultat?* Seq. *tumet* item in Lp.
10) Guelf. *construxit — quo.*
11) La. *oms dies.*

fuit sepultus. LA. *Canopi*) Aegypti, [1]) a Canopo gubernatore Menelai illic sepulto. BC.

544. *Hos*) indignanter. BC.

545. *Sic Romana iacent*, scilicet ut alicui Aegyptio sit data potestas *in istis cladibus*, ut Pompeium interficiat? LA. *Romana*) sc. fata, [2]) ut barbarae gentes hos animos habeant, quae semper fuerunt imbecilles. BC. VOSS.

546. *locus*) ad recipiendum Pompeium. GUELF.

547. O *Superi*, ne hoc fiat; sed potius *servate* hoc ad civilia arma, scilicet *praestate* huic *cognatas manus*. LA.

548. *Cognatas*) ut Pompeius a suo cive interficiatur, i. a Caesare. BC. [3])

549. Non [4]) deberes admitti; nam si ipse Caesar faceret solummodo *ruinam tanti nominis*, deberes metuere, nedum ut tu faceres; et hoc est quod dicit *si meruit tam claro* etc. LA. *Pellite*) depellite. BC. *si meruit*) Sensus hic [5]) est: si Pompeius sui nominis magnitudine hoc consecutus [6]) est, ut victus a Caesare eundem faceret criminosum. BC. VOSS.

550. *tanti*) tu non times tantae [7]) exitium dignitatis, ne tibi obsit, cum sit et victori Caesari nocituram. BC. GUELF. VOSS.

551. *Coelo tonante*, i. Iove regnante, *audes* hoc facere. LA. [8]) *tonante*) contra auguria, diis prohibentibus. VOSS. contraria auguria dante. GUELF.

552. *semivir* i. puer. BC. quippe mollis, ex generis [9]) qualitate. BC. GUELF.

553. Et revera est audacia; nam si non potuit *esse satis* illi *tyranno*, quod ille erat *domitor mundi*, et si non hoc fuit satis, quod *ter invectus* est *Capitolia curru*, saltem hoc potuit *satis esse*, quod *erat Romanus;* etsi hoc sufficeret solum ad hoc, quod deberet timere. Quod fuit multo magis, quod tanta fuerunt in eo. LA.

1) Guelf. omisso *Aeg.* habet *Men. gub.;* de re cf. Serv. Prob. et Philarg. ad Virg. Ge. IV, 287; Serv. ad Aen. XI, 263; Schol. Iuven. I, 26. ibique Cramer. p. 620 et Ioann. de Ian.

2) Guelf. *Sic Romana f. iacent*, et post *fuerant;* Voss. *ut h. a. ha. b. n. q. s. fuere imbecillae.*

3) Schol. Lc. vide T. II. p. 509.

4) La. *Nunc.*

5) *hic* deest Guelf., qui cum Voss. *nom. sui.*

6) Bc. *secutus;* seq. schol. in Guelf. et Voss. cum hoc coniungitur.

7) Voss. *ante;* Bc. *ante excidium;* et in fine *nociturus.*

8) Schol. Lc. vide T. II. p. 510.

9) Bc. *aeris.*

Non domitor) Illud tantum poterat satis esse, quod erat domitor mundi etc. VOSS.

555. Et hoc debuit etiam timere, quod fuit gener Caesaris. LA. *gener*) tanquam et hinc [1]) habeat honorem, cum sit ipse superatus. BC.

556. *poterat*) Sensus est: vel si non satis erat tyranno, quod erat domitor mundi, vel satis esse potuit, quod Romanus erat. BC. *Romanus*) Hoc [2]) apud Ptolemaeum satis esset ad metum, [3]) quod Magnus Romanus est, licet esset victus. BC. GUELF. VOSS. *tyranno*) Declamatio facta est a maiori ad minus. Est autem sensus: Phario tyranno, cui tanta Pompeii dignitas non fuerat, hoc solum sufficere potuit, quod Romanus erat, ne hunc auderet occidere. BC.

558. Vivente Pompeio habuisti testem regni, nunc eo mortuo leviter poteris deponi a Caesare. LA. *Nili*) Aegyptium imperium. BC. *cecidit*) quia civilibus bellis oppressus est [4]) Pompeius, non habes iam auctorem regni tui. BC.

560. Dixit superius *flectit iter* versus Casium montem; et iam fere venerat ad ripam; et hoc dicit *iam vela vento* etc. LA. *vela*) quae deposuerat [5]) litoribus appropinquans. BC. VOSS.

561. Et quia iam ventus deerat eis, ideo navigando volebat illuc venire. LA. *remorum*) remigando. BC. *infanda*) crudelia propter suam mortem. BC.

562. *biremi*) parva navi, quae ducit duos ordines remorum. LC.

563. *Appulerat*) aut se appulerat, aut appulsa fuerat. BC. *scelerata*) quia non eum permisit venire ad litus cum sua navi. BC. *Magnoque*) i. ad opus Pompeii [6]) vacare vel aperta esse. BC.

564. *celsae*) altae. BC.

565. Mare illud, quo postea venerunt in Africam, coniungebatur illi mari; inde *malignum vadis frangentibus aestum* illum; et talis est, *qui vetet externas classes* i. magnas *appellere terris*. LA. *In parvam*) Ideo *in parvam*, ne locus esset, ut simul aut uxor, aut [7]) aliquis ex filiis simul cum eo tolleretur. BC. *litusque*) i. [8]) Pompeii navem dicit ad terras non posse perve-

1) Guelf. *hab. et hinc.*

2) Voss. coniunct. cum schol. vs. 553. *Vel si non satis haec sint, hoc* etc.

3) Voss. *meritum q. R. erat M.*

4) Guelf sine *est* in fine *tui reg.*

5) Voss. *posuerat.*

6) Bc. inter lin. *Magni.*

7) Guelf. *vel.*

8) Guelf. *ideo*; Voss. *dic. P. navim n. p. ad litora perven.*; hoc et Guelf.

nire loci natura prohibente, quo facilius ei persuadeat,[1]) ut ascendat scapham. BC. VOSS.

566. *Incusat*) vituperat. BC. *bimarem*) inter duo maria. BC. accessum vel recessum. GUELF. *frangentibus*) collidentibus inter se. BC.

567. *appellere*) applicare. BC. *externas*) excelsas. VOSS. I.

568. *Quod nisi*) poterat hoc aliquis[2]) malum praesagire, nisi fatorum voluntate mors veniens hunc sensum[3]) omnibus abstulisset. BC. VOSS. *intenta*) deposita. GUELF. *iussu*) i. iussui. LB.

571. Et quamvis hanc causam protenderent, tamen nulli suorum *deerant* signa *sceleris;* quod dico *non deerant,* ni[4]) ab initio mundi erat a fatis hoc dispositum, quod deberet taliter mori; et hoc aequipollenter: ni *leges fatorum* et ni *vicinia miserae mortis,* intenta[5]) in eum *iussu aeterni ordinis,* ni haec *traherent* eum iam *damnatum leto* ab initio mundi a fatis. LA. *deerant*) Systole est,[6]) i. extensio syllabae contra naturam. BC.

572. *Non deerant praesagia;* nam *si fides* esset *pura,* vidissent ipsum *tyrannum futurum cum tota classe.* LA. *Quippe*) Poterant,[7]) inquit, intelligere Magno insidias praeparari, cum[8]) ei unus occurrit. Nam si vera illum[9]) vellent fide suscipere, ipse ei Ptolemaeus cum tota gente obviasset. BC. VOSS.

573. Pompeium vocat auctorem *sceptrorum,* quia et ei et multis aliis dederat regna. LA. *sceptrorum*) qui Ptolemaeo[10]) tradidit regnum. BC. VOSS.

575. Ipse quidem praesensit, *sed* tamen *cedit* fatorum dispositioni; et voluit *letum praeferre*[11]) *timori* i. maluit mori, quam ostendere se timere. LA. *cedit*) locum dat. BC.

576. *timori*) mavult[12]) mori, quam videri sibi timere. BC. VOSS.

1) Voss. *persuaderet.*

2) Guelf. *m. al.;* Voss. *potuit h. m. a.;* Bc. *praesagare;* cf. VII, 187.

3) Guelf. addit *ab.*

4) La. add. *quod.*

5) La. *intensa.*

6) *est, i.* desunt Guelf.

7) Voss. *Potuerunt;* Guelf. in seqq. *magnas.*

8) Voss. *quod;* Guelf. *occurrerat.*

9) Voss. et Guelf. *vera f. susceptus esset;* et Voss. *i. P. c. omni g. ei occurreret.*

10) Voss. *q. t. P. imperium.*

11) Addidi *praeferre.*

12) Voss. *maluit occidi, ne* (V. I. *quam*) *timere videretur;* Guelf. *q. tim. videri;* Bc. *videatur.*

577. Ipse ita se habuit; *Cornelia* autem impatienter tulit, quod non ivit cum Pompeio, et hoc ideo, quia praesagiebat [1]) ei mens clades. LA.

579. Et quod Pompeius scivit se moriturum, ostendit per effectum, ubi dicit *remane temeraria* etc. LA. *metuit*) ideo, inquit, cum eo [2]) vult ire, quia suspicabatur eum adversa passurum. BC. VOSS.

581. *hac*) i. mea. BC.

582. Ipse quidem hortatus est eam, sed ipsa tradidit surdas aures. LA. LC. *Explorate*) quod de me fecerit, [3]) sciatis vos esse passuros. BC. VOSS. *dura*) i. contraria. BC. vel surda. GUELF.

583. *amens*) prae nimio dolore. BC. GUELF.

585. *Nunquam distrahimur omine laeto;* [4]) q. d. sicut male tibi evenit in Thessalia, quod non tecum fui, ita et nunc. LA. LC. *summota*) cum ad Lesbos missa est a marito. BC. GUELF.

586. Merito [5]) *crudelis;* nam *poteras non* venisse, cum sciebas te deserturum me. LA. BP. *poteras*) Hoc dicit: [6]) quid erat necesse, ut me a Lesbo auferres, si non eram tecum ad aliam ventura [7]) regionem. BC. VOSS. Non enim ad Lesbum [8]) ideo veneras, ut ibi maneres, sed ut me inde auferres. BC.

588. *Parabas* nos removere a te in *omnibus terris; tantum* in [9]) pelago *placeo comes?* LA.

589. *in fluitus*) ut tecum sim tantum in mari, et non in terra. BC.

590. Quamvis relicta esset a Pompeio, vel quamvis ita indignata esset, *tamen pendet* in *prima* parte navis. LA.

591. *visus*) unum faciebat pro [10]) desiderio, alterum pro dolore, quod navigantem sine se videre non poterat. BC. GUELF. VOSS.

592. *spectare*) prae iracundia. BC.

593. *eventum*) exspectans quid Pompeius aut pateretur, [11]) aut ageret. BC. VOSS.

594. Non timuerunt de morte illius, sed hoc [12]) tantum ne veneretur *sceptra,* quae dedit. LA. LC.

1) La. *praesagitabat.*
2) Guelf. *cum eo* non habet; Voss. *v. c. eo*; uterque *suspicatur.*
3) Voss. addit *hoc.*
4) Priora non leguntur in Lc.
5) Bp. *Ideo,* et in fine *desideraturum.*
6) Guelf. et Voss. *dixit;* Voss. *de Les. me.*
7) Guelf. *provinciam vent.*
8) Guelf. *Lesbon;* et *auf. inde.*
9) *tantum in;* ita lacunam supplevi.
10) Voss. *prae* utroque loco.
11) Guelf. *faceret aut pat.*
12) *hoc* deest Lc., sed in fine addit *illi.*

595. Dixit superius *obsequitur;* et illum *parantem transire Septimius,* Romanus olim, salutat; nam nunc portabat *arma* Ptolemaei, deposito Romano *pilo.* LA. *parantem*) Pompeium a sua navi in aliam. [1]) BC.

597. *Septimius*) Hic Septimius, [2]) cum esset miles Romanus, contulit se ad Ptolemaeum, et suus [3]) factus est satelles; Romanisque depositis [4]) armis gestare coepit arma Aegyptiaca. BC. VOSS. interiective positum. BC.

598. *pilo*) Romanis armis. BC.

599. Mane dicitur bonum, *immanis* non bonus; *violentus* lentus [5]) et piger in virtute dicitur; *atrox* crudelis. LA.

600. *in caedes*) i. ad caedes. BC. Ordo: *mitior in nulla caede ferarum.* BC. Et quia tantum degeneravit, posset hoc putari, quod in hoc bello fuit subtractus, ut [6]) Fortuna populis parceret; sed potius de hac causa fecisti, ne huic inferretur mors ab extraneo; et hoc notat, ubi dicit *disponis gladios* etc. LA. *quis non*) Sensus hic [7]) est: omnes crederent, quod tu, o [8]) Fortuna, parcere velles Romanis, quae tam crudelem Septimium longius removisses a proelio; sed tu [9]) haec ideo facis, ut, cum hic Pompeium, cum a pugna sit absens, occiderit, gesta [10]) videantur in toto orbe bella civilia. BC. VOSS.

604. Merito dico *pudor Superum,* quia etiam Caesari nunquam deerit *dedecus,* quod Romanus ille [11]) regi Ptolemaeo paruit. LA. *Heu*) vox poetae indignantis. BC.

606. Ideo vocat gladium illius Romanum, non quod *Romanus* esset, sed quia ipse Septimius *Romanus* erat. LA. *paruit*) ut occidat [12]) regem Romanorum. BC. VOSS.

607. *gladio*) quia ipse Magnus dedit imperium Ptolemaeo. VOSS.

1) Ita Guelf. sed Bc. *alterius.*
2) Voss. *Hic c. R. m. esset.*
3) Voss. *et sa. ipsius f.* sine *est.*
4) Voss. *dep. Romanis;* Guelf. *dispos.;* uterque in fine *barbarica.*
5) La. *letus.*
6) *ut* addidi de meo.
7) Voss. *Om. inquit cr.;* Guelf. *S. est.*
8) *o* deest Guelf.; Voss., vv. *quod tu o* omissis, *F. te iam p. velle.*
9) Voss. *id. tu fa.,* omissis in seqq. *cum a — absens.*
10) Voss. *in t. o. g. v.;* Guelf. *civ. bel.*
11) La. *illi.*
12) Voss. *i. e. Septimii sic paruit ut occideret principem R.*

608. *tuo*) vel Romano, vel quia ipse dedit [1]) regna Ptolemaeo. BC. *posteritas*) ipsa posteritas, nata post bellum. BC.

609. Tantum est huius nefas, quod non poterit ei dari nomen, quandoquidem, quod fecit Brutus, vocaverunt *nefas*. De illo Bruto hic dicit, qui in Capitolio Caesarem interfecit. LA.

610. *nefas*) qui actum Bruti dixere nefas. BC. Sensus [2]) est: posteri quid vocabunt, quod Septimius [3]) Pompeium occidit, cum illud scelus vocent, quod Caesarem, tyrannidem [4]) et regnum affectantem, in senatu Brutus occidit. BC. VOSS.

611. *Terminus*) finis Pompei. BC.

612. *Perdiderat*) i. Pompeius [5]) in alterius potestate esse coepit. BC. VOSS. *stringere*) evaginare. BC.

613. *Regia monstra* vocat illos, qui interfecerunt Pompeium. LA.

614. *Involvit*) cooperuit. BC.

615. Tunc corrumperet *famam* suam, quam prius habuit, si vel fleret, vel aliquo modo doleret. Et non solum *pressit lumina*, sed et *continuit* gemitum, *postquam* eum *perfodit Achillas;* et hoc est quod dicit *sed non consensit* [6]) *ad ictum* etc. LA.

616. *animam*) i. flatum. BC. *voces*) turpe namque erat viris fortibus, ut morientes vocem [7]) mitterent. BC.

617. *fletu*) militaris disciplinae est, ut vulneratus a fletu et gemitu se contineat ne hostis audiat. VOSS.

618. *mucrone*) Notandum, [8]) quod hic Pompeius ab Achilla occiditur. BC. VOSS.

619. *consensit*) i. vociferatus est. BC.

620. Et *moriens* ostendit *se* probatum in hoc, quod taliter se habuit; et facit poeta coniecturam, considerans per effectum ea, quae potuit cogitare. LA. *immobile*) sine tremore aut voce. BC.

621. *Seque probat*) virtutem suam explorat, dum moritur. [9]) BC. VOSS. *volvit*) i. apud se cogitat. BC.

622. *Haec volvit: saecula, nunquam tacitura Romanos labores, attendunt* hanc *ratem* per illos, qui tunc ibi erant. Dicit *saecula* attendere eum, cum ipsi sciant per istos. Saeculum est spatium centum annorum.

1) Guelf. *reg. ded.*
2) Voss. addit *hic.*
3) Voss. *P. S. occiderit si il. v. sc.*
4) Voss. - *tyrannum*; Guelf. deest *et.*
5) Guelf. et Voss., vv. *i. Pomp.* omissis, *in a. c.* (Voss. *coeperat in a.*) *c. p.*
6) La. *concessit.*
7) Guelf. *voces emitt.*
8) Guelf. *N. enim est q. P. hic.*
9) Voss. *d. m. expl.*; Guelf. deest *expl.*

Per *sequens aevum* notat remota saecula. LA. *saecula*) Hoc dicit: nunc me respiciunt saecula, quae futura sunt; et quanta patiar, [1]) respiciunt ventura saecula, saepe eadem locutura. Nunc ergo consulemus famae nostrae, ne quid faciamus invalide, unde postera aetas nobis aliquid laudis subtrahere possit. BC.

623. *Attendunt*) vident hoc. BC.

624. Et *attendunt* huius perfidam *fidem*. In hoc consuluit *famae*, quod noluit rogare vitam a talibus. LA. *consule*) o Pompei; se ipsum hortatur. BC. VOSS.

625. *Fata*) Sensus hic [2]) est: semper felix fui, et vitam nunquam in [3]) aerumna duxi; non fuit ergo, ubi possem hominibus meam in adversis probare virtutem, nisi nunc, si me patiar fortiter occidi. BC. VOSS.

626. Et debes consulere; nam quia semper tibi prospere fuit, nescient te *pati adversa*, ni nunc *in morte* ostenderis. LA.

627. Pudor deberet esse a tam vili interfici; et ideo dicit *ne cede pudori;* et ne *dole auctorem* mortis; nam credere debes Caesarem hoc facere. LA.

628. *feriris*) percuteris. BC.

629. *Crede*) propter ipsum esse factum. BC. *licebit*) quamvis. BC.

630. Ideo *felix*, quia non prius perdidi regnum quam vitam, [4]) sed utrumque simul. Nam magna infelicitas est alicui potenti prius deponi, quam moriatur. LA.

631. *deo*) mihi nullus deus potest auferre, [5]) quod sim felix. Talis [6]) est sensus: is, qui felix est, potest miser fieri, si vivat; nam si pereat, dici vel fieri non potest miser, quia [7]) tamdiu vixit, quamdiu fuit felix. BC. VOSS. *vita*) i. in vita. BC.

632. Qui hoc habet, *felix* est; nam sola *morte* nemo *fit miser*, cum finiat omnes labores. LA.

633. Quia videt me filius et uxor, o *dolor, oro, tanto patientius* stringe *gemitus;* et hoc ideo rogo, quia *amant, si mirantur peremtum*, i. si taliter viderint me perire, quod mirari possint. LA. *patientius*) sc. quanto sunt qui vident. [8]) BC.

1) Bc. *patiarim;* an *inde?*
2) Voss. *ipse enim secum loquitur.*
3) Guelf. *S. est s. fui fel.*
4) Guelf. et Voss. *vit. sine a.* (Voss. *aerumnis*) *egi.*
5) Voss. *auf. id m. non p. d. aliquis, q.*; Guelf. *quin.*
6) Voss. *Manifestus.*
7) Voss. *qui quamd. v. fu. fe.*; Guelf. *fel. fuit.*
8) Guelf. *videant.*

635. *Si mirantur*) faciunt enim plurimum [1]) me gloriosum, si mors mea miranda est, non dolenda. Bc. Voss.

636. *habebat*) sic retinebat animos, ne doleret. Bc.

637. Taliter, ut dixeram, constrinxit animum suum in mortem contumacia. [2]) La. Tanta fuit illius patientia; *at Cornelia non* ita *patiens* erat [3]) *cernere* istud *nefas, quam perferre* in se ipsa; nam levius esset ei pati mortem. La. Lc. *patiens*) non tam patiens erat coniugem tam crudeliter [4]) pati videre, quam si ipsa pateretur. Bc. Voss.

638. *perferre*) in se tolerare. Sensus est: [5]) patientius Cornelia tam saevum nefas perferret, quam cerneret. Bc.

640. In hoc, quod deviavit eundo ad Lesbum, credebat Caesarem prius huc venisse. Ideo de illo credebat; *nam cui alii* daretur potestas tanti *sceleris?* La. *avia Lesbos*) ad quam deflexus ipse es ab itinere. Bc.

641. *pervenit*) Sic enim ipsa aestimat. Bc. Dum tu, inquit, ad [6]) me auferendam moraris, praeoccupavit [7]) Aegyptum Caesar. Hoc autem ideo putat factum, quod illuc [8]) veniens Pompeius occisus est. Bc. Guelf. Voss.

642. *alii*) sc. quam Caesari? nullus alius auderet Pompeium occidere. Bc. *quisquis*) nunc ad illum loquitur, qui [9]) Pompeium occidit, ut se ipsam etiam interimat. Bc.

643. Et si es [10]) alius, *immisse quisquis a Superis, in* hoc *caput properas* quidem; sed tamen, o *crudelis, nescis, ubi sint vulnera Magni.* La. Ideo dicit *a Superis,* [11]) quia non videbatur ei, quod aliquis tantam haberet potestatem in eum, nisi a diis esset concessum. La. Lc. *irae*) ne illum [12]) occidat socer, et inde sceleratus habeatur, tu Pompeium interficis; [13]) aut

1) Voss. *me plur.*
2) La. *contra aucia.*
3) Lc. *er. i. p. c. illud;* post *ei esset.*
4) Voss. *crudelia — si haec ip.*
5) Guelf. pro his *i.*
6) Bc. *me ad;* Voss. addit *auf. ab itinere deflectis et m.*
7) Voss. *occ. C. prior A.;* Bc. *praeocc. prior.*
8) *illuc* deest Voss.
9) Guelf. *quod* et post *ut semet int.*
10) La. *ens.*
11) Priora desunt Lc.
12) Voss. *ille o. socerum et scel.;* Guelf. *et scel. postea hab.*
13) Guelf. *interficias a. p. t.;* Voss. *Vel. t. ne.*

tibi prospiciens, ne, si Magnum [1]) susceperis, offendas Caesarem. BC. VOSS.

644. *Prospiciens* sibi, si aliquo odio latenti et privato interficeret [2]) eum; Caesari prospiceret, si causa illius interficeret. LA.

645. *Viscera*) scil. in me. BC.

646. Et quia in me sunt eius *viscera*, ideo *pendat poenas*, quae *non* erunt ei *minores* ipsa *morte*. LA. *votum*) i. ubi cupit Pompeius. BC. *minores*) Sive [3]) *non minores morte pendat poenas*, dum me adspicit interemtam; [4]) sive *non pendat poenas morte* [5]) breviores, quod me incolumem dereliquit. GUELF. VOSS.

647. *Videat caput meum*, nam ego promerui; et hoc dicit *haud ego culpa*. LA. *ante*) quam moriatur. BC. *caput*) Haec omnia ad hoc [6]) tendunt, ut se velit interfici, antequam maritus [7]) interficiatur. BC.

648. Quamvis *reges* timerent eum suscipere, [8]) quia victus erat, tamen ego *recepi;* et ideo digna sum morte. LA. LC.

650. *reges*) Ipsum Pompeium victum ad me recepi, quod facere etiam reges timuere, ut nunc Ptolemaeus, qui eum suscipere timens noluit. BC. GUELF.

651. *Hoc*) i. propter hoc. BC. *in tuta*) non tuta una pars est; [9]) vel revera tuta. BC.

652. *parcebas*) i. pro me [10]) omnia facere dicebas. BC.

653. Tunc moreretur *munere regis* Ptolemaei, si eo praecipiente interficeretur. Et ne *munere regis* peream, o *nautae*, *aut permittite* me praecipitare, *aut permittite aptare tortos rudentes*, ut sint laquei [11]) *collo*, *aut aliquis* me interficiat. LA. *munere*) etiam non [12]) iubente Ptolemaeo. BC. LC. VOSS.

654. *permittite*) tria petit i. aut praecipitium, aut laqueum, aut gladium. BC.

656. *exigat*) extrahat. LC.

657. Nam *potest praestare Pompeio* talis, *quod* [13]) *imputet* etiam se fecisse causa *Caesaris;* et sic faciet,

1) Guelf. deest *Magn.*; Voss. *susc. M. animum victoris off.*

2) La. *interficiam.*

3) *Sive* deest Bc., seq. *me* Guelf.

4) Eadem Bc.

5) Voss. *moriendo* et post *derelinquit.*

6) Guelf. *haec;* post *interfecturam;* an *interituram?*

7) Guelf. *Pompeius.*

8) Lc. *recipere.*

9) *est* non legitur in Guelf.

10) Guelf. *om. pr. me.*

11) La. *laqueum.*

12) Voss. *scil. non;* Guelf. *nec* sine *etiam.*

13) *quod — Caes.*; eadem Lc.

quod utrique placebit. *Pompeio* in hoc placebit, quia, cum anima illius pendeat ex anima istius, quod est amicorum, nolet [1]) sine ea esse; et ideo quia hoc faceret, *dignus comes* esset illius. LA. *praestare*) et *potest* hoc *praestare* beneficium, *quod* aliquis hoc non *imputet armis Caesaris.* Vel alio modo: *quod* hoc *imputet armis Caesaris,* i. beneficio Caesaris. BC. Sensus hic [2]) est: qui me occiderit, duplicem gratiam consequetur. Pompeio enim praestat, quod simul uxorem eius interficit; [3]) et potest hoc Caesari imputare beneficium, quod manu sua [4]) uxorem perimit inimici. [5]) BC. VOSS.

658. Et quia videt non proficere precibus, ideo addit *o saevi, properantem* etc. LA. *o saevi*) Intelligimus hanc se voluisse in praecipitium dare, sed retenta est. BC. *properantem*) festinantem. BC. *fata*) mortem. BC.

660. *Iuris*) adhuc, o Pompei, tu vivis, et iam ego sum in alterius [6]) potestate. VOSS. *arcessere mortem* i. provocare mortem. LA.

663. Et quod nec gemitum misit ostendit: quamvis *terga Magni sonent,* cum percutiebatur, attamen *viri, qui videre* laceratum *caput,* testantur *venerabile decus* mansisse, scilicet *ultima mortis* nil *mutasse,* nec in *habitu* nec in *vultu.* LA.

664. *Permansisse*) ubique subanditur *fatentur, qui lacerum videre caput.* BC.

665. Contra deos habuit *faciem* mutatam, qui tam patientem ita disposuerant. LA. *faciem*) testantur permansisse. BC. *aciem*) oculorum. VOSS. II.

667. Quia superius dixit eum cooperuisse caput, et hic [7]) dicit eos vidisse caput, ad hoc respondet *nam saevus Septimius* etc. LA. Ordo: *in ipso actu sceleris Septimius maius scelus invenit;* quia praecidit caput Pompeii defuncti, [8]) quod tamen illi gestare non licuit. BC.

668. *Maius scelus;* nam retexit *sanctos vultus* etc. Ideo supra transtra posuit et [9]) eum decollavit; *nondum* enim sciebant *rotare caput ense.* Et per hoc datur intelligi, quod iam mores Romanorum dederat oblivioni. LA.

1) La. *nollet.*

2) *hic* deest Guelf.; idem post *consequatur.*

3) Guelf. *interficiat;* Voss. *interfecit.*

4) Bc. addit *Caesar ux. non p.*

5) Guelf. *inim. interfecit;* Voss. *peremit.*

6) Voss. II. *alienigena.*

7) La. *hoc.*

8) Eadem Guelf., sed *P. c. d. pr.*

9) Addidi *et.*

670. *occupat*) invadit vultus. Bc.

671. *languentia*) in morte deficientia. Bc.

672. *frangit*) non praecidit. Bc.

673. *artis erat*) i. illo [1]) tempore adhuc nesciebant semel caput [2]) a cervice amputare. Bc. Voss.

675. Nunc invehitur poeta in illum: tu truncasti caput; *at*, o degener, alius habuit honorem; nam *postquam* decidit *cervix*, *Pharius satelles* etc. La. *Vindicat*) Achillas sibi vindicat, ut ipse [3]) gestaret. Bc.

676. *Degener*) Invectio in Septimium; i. [4]) qui sub alio agis, alterius imperio [5]) obsequeris; ideo dixit *operae secundae*. Bc. Voss. Ideo dico *secundae operae*, quia tu recidis, et alius habet honorem. La.

678. Gestat caput et turpiter; et ideo possum dicere: o *fata summi pudoris; summi* ideo, quia, *dum* adhuc *vivunt vultus* et *os*, et *singultus animae pulsant in murmura*, fixum *est caput* in *Phario veruto* i. veru. La.

679. *verenda*) illa coma comprensa est. Bc.

680. *Regibus*) Ordo est: *ut magnum nosset puer impius, regibus illa verenda coma hirta, et generosa caesaries decora fronte manu comprensa est*. Bc. Guelf.

681. *veruto*) gladio Aegyptio. Bc. Hoc verutum, huius veruti, et hoc veru indeclinabile dicitur in singulari. [6]) Lc.

682. *os*) ut videatur os adhuc [7]) murmura proferre singultu sanguinis. Bc.

683. *animae*) sanguinis. Bc. *nuda*) sine vita. Bc.

684. *Suffixum*) veruto perforatum. [8]) Bc. *iubente*) quin omnes bellarent eo iubente. Bc.

685. *Pax fuit*) Ordo: [9]) *quo bella iubente nunquam fuit pax*. Potestatem, [10]) quam habuit Pompeius, expressit, ut maior [11]) esset indignitas. Bc. Voss. *Movebat leges*, quo voluit, et ea quae in Martio campo agebantur. Per *rostra* notat locum, [12]) ubi res communes agebantur; et *hac facie* fiebat *pax;* et hoc notat *Fortuna Romana* etc. La.

1) Guelf. et Voss. *adh. ill. t.;* Voss. *t. ill.*

2) *caput* deest Guelf.; Voss. *amp. c. a cerv.*

3) *ipse* deest Guelf.

4) Voss., *i.* omisso, *ageret.*

5) Guelf. *ob. imp. op. sec. id. d.;* Voss. *hanc secundam operam appellavit.*

6) Cf. Serv. ad Virg. Aen. I, 212 et Charis. Inst. Gramm. I. p. 23. Putsch.

7) Bc. *adh. in m. proferri;* Guelf. desunt *sing. sang.*

8) Guelf. addit *est.*

9) Voss. et Guelf. add. *est;* Voss. *iub. b. n. p. f.*

10) Voss. *Iubentem potestat.;* Guelf. deest *Pompeius.*

11) Voss. addit *ei facta.*

12) La. *nota illum.*

686. *placebas*) i. tibimet ipsi [1]) blandiebaris. Bc.

688. Et ut Caesar haberet ei fidem de morte Pompeii, reservavit caput. [2]) La. *superesse*) Vult Caesari reservare caput; [3]) superstitem esse, ut fides perpetua permaneat. Bc. Voss.

689. *tabes*) sanies cruoris. [4]) Bc.

690. *putris*) putridus. Bc. *alto*) ab summitate capitis. Bc.

691. Infusum venenum vocat balsamum et ea omnia, per quae servatum est caput, ne putresceret. La. *veneno*) pigmento, balsamo. Lb. medicamine. Bc. Guelf.

692. *ultima*) pessima. Lb. vel vilissima. Lc. Invectio in Ptolemaeum, et est sensus: o Ptolemaee, qui es Lagi proles ultima atque peritura. A Lago enim [5]) nati sunt Ptolemaei, quorum hunc dicit [6]) iam extremum. Bc. Voss.

693. Ideo dicit *incestae sororis*, quia post abusus est ea Caesar, et dedit ei regnum. La. *cessure*) locum dature. Guelf.

694. Et merito *degener;* cum alii reges habeant ibi loca sepulturis, [7]) hunc regem regum *feriunt* ibi *litora*. Per hoc quod dicit *Macedon servatur in antro*, notat Alexandrum. La. *Macedon*) Alexandrum [8]) dicit illic sepultum. Bc. Voss.

695. *Cineres regum quiescunt;* et hoc exponit *cum Ptolemaeorum* etc. Omnes reges Aegypti vocabantur Ptolemaei. La. [9]) *monte*) pyramide. Apud maiores potentes aut sub montibus aut in montibus sepeliebantur; inde tractum est, ut supra [10]) cadavera aut pyramides fierent, aut ingentes columnae collocarentur. [11]) Bc. Guelf.

696. *Ptolemaeorum*) Omnes Aegyptiorum reges Ptolemaei dicebantur a primo Ptolemaeo, sicut omnes Romani Caesares a Caio [12]) Iulio, qui secto matris

1) Guelf. *ipsa.*

2) La. *cap̄.*

3) Priora absunt a Voss., qui in fine habet *permaneret.*

4) Ita Guelf., sed Bc. *san. i. cruor.*

5) *enim* deest Guelf.

6) Guelf. *iam dic.;* Voss. *iam esse.*

7) La. *se pudturis et*, corrupte.

8) Voss. addit *Magnum;* Guelf. *ibi* pro *illic.*

9) Schol. Lc. vide T. II. p. 458.

10) Guelf. *super.*

11) Eadem leguntur ap. Serv. ad Virg. Aen. XI, 849, ubi Noster laudatur, repetita ab Isidor. Orig. XV, 11 et Ioann. de Ianua v. *Pyramis.*

12) Guelf. *Gaio Caesare Iul.* Isidor. Orig. IX, 3: *Qui — exsecto utero eximebantur cae-*

utero in lucem prodiit. Bc. *seriem*) ordinem, [1]) progeniem. Bc.

697. *Pyramides*) Pyramis dicitur fabrica sepulcrorum, quae sic struitur, [2]) ut ab imo lata in cacumen [3]) tenue ex omnibus angulis colligatur. Bc. Guelf. Voss. Solinus dicit [4]) *Pyramides esse turres fastigiatas ultra omnem celsitudinem,* [5]) *quae fieri manu possit. Itaque mensuram umbrarum egressae nullas habent umbras.* Bc. *indigna*) [6]) quibus non merebantur ornari. Bc. Voss. *Mausolea*) sepulcra [7]) ingentia. Guelf. Voss. Mausolea sunt sepulcra seu monumenta regum a Mausoleo [8]) rege Aegyptiorum dicta. Nam eo defuncto uxor eius [9]) mirae magnitudinis et pulchritudinis exstruxit sepulcrum, in tantum ut usque hodie omnia monumenta [10]) pretiosa ex nomine eius Mausolea nuncupentur. Bc. Lp. Voss. Mausolus fuit rex Aegypti; cuius sepulcrum uxor paravit gemmis et auro; et inde post sunt vocata nobilium sepulcra *Mausolea*. La. Artemisia uxor Mausolei insignis pudicitiae fuisse perhibetur. Quae cum esset regina Cariae et nobilium poetarum atque historicorum laudibus praedicetur, in hoc vel maxime effertur, [11]) quod defunctum maritum sic semper amavit ut vivum. Lp. Voss.

699. *Iactatur aquis,* et inde conqueritur *adeone fuit* grave *servare totum* corpus, ut fecere caput? La. *molesta*) tristis. Guelf.

700. *Totum*) Ordo: *totum cadaver socero servare adeone molesta fuit cura?* scil. [12]) ut solummodo caput servaretur. Bc.

701. Tam fidelis fuit ei Fortuna, ut diximus, [13])

sones et caesares appellabantur; quae leguntur ap. Papiam hausta ex Serv. ad Virg. Aen. I, 289; X, 316.

1) Guelf. addit *vel.*

2) Voss. *construitur.*

3) Voss. *acum.;* in fine addit *Alii pyramides volunt esse Alexandriae civitatem;* Voss. II. *in A. civitate.* De Pyramidibus similia sunt ap. Schol. Horat. Od. III, 30, 1.

4) cap. 45 fin.

5) Guelf. *excelsitatem,* ut in Editt.

6) Voss. addit *in.*

7) Voss. *ing. sep.*

8) An *Mausolo?* Eadem leguntur ap. Isidor. Orig. XV, 11; ap Papiam non tamen omni ex parte et Ioann. de Ian., loco Isidori et Nostro addito.

9) Voss. *Ei;* Lp. *Et;* priora omnia absunt ab utroque, pro quibus leguntur, quae infra habes.

10) Voss. *sepulcra;* Guelf. *pret. mon.*

11) Voss. *laudatur;* de re cf. Gell. N. A. X, 18.

12) Bc. *sed,* et in fine *servaret.*

13) Verba *unum — bellum,* quae erant post v. *diximus,* ad finem transtuli; eadem in Bp.

huc usque, quantum ad ea quae olim dedit. Unum diem vocat post Emathium bellum. LA.

703. *in uno*) i. coadunatim; vel *in uno* i. in ipso Pompeio. BC.

704. *Quibus* cladibus *praestitit* multos *annos immunes*. LA.

705. Ideo dico *immunes;* nam *Pompeius* [1]) *fuit* ille, *qui nunquam* miscuit *laeta malis*. LA. *Pompeiusque*) Hoc dicit: Pompeii vita non sic fuit, ut nunc felix esset, nunc variaretur; [2]) sed quamdiu [3]) fuit felix, beatitudinem eius nemo deorum turbavit; cum miser factus est, numinum nemo [4]) eius miseratus est. BC. VOSS.

706. Sicut prius nullus turbavit eum, ita nunc [5]) nullus pepercit ei. LA. LC.

707. *Impulit*, quod in effectu apparet, *pulsatur arenis* etc. LA.

708. *Dilata*) quam longa felicitate distulerat. BC. VOSS.

709. *hausto*) lavato. [6]) BC.

710. *Ludibrium*) unde mare ludat. BC. *figura*) sublato enim capite nulla [7]) figura manet. BC.

711. In hoc solo potest cognosci, scilicet in *iactura*, i. in damno avulsi *capitis*. LA. *Una nota*) in uno damno notus erat, i. in capite amputato. BC. GUELF. Omnia, inquit, membra confusa in hoc tantum notam habent, quia caput est amputatum. VOSS.

713. Quamvis Fortuna ita depressisset eum, tamen dat ei qualecunque sepulcrum, antequam [8]) Caesar veniret; et hoc ideo ne sit, quod nullum habeat, si Caesar iratus erit ei; vel potius ideo, *ne* in *meliori iaceat* contra deorum velle, si forte Caesar condoluerit ei. LA. *raptim*) velociter. BC.

714. *meliore*) i. bono iaceat. BC. *sepulcro*) parvam enim sepulturam ei paravit. BC.

715. Quomodo dedit ei *Fortuna* exsequitur. *Codrus quaestor decurrit pavidus ad aequora*. LA.

716. Qui *Codrus* fuit *infaustus comes Magni ab Icario litore Cinyraeae* [9]) *Cypri* vel *Cenchreae*. Cenchreis fuit uxor Cinyrae, [10]) qui habuit filiam suam Myr-

1) *Pomp.* etc.; eadem Lc., sed coniuncta cum seqq.
2) Bc. *variebatur*.
3) Voss. omnibus, quae prius leguntur, omissis *Cum Pompeius fe. fuit*.
4) Voss. I. *nullus num.*; alter omisit *eius*.
5) Lc. *modo*.
6) An *lavatus?*
7) Guelf., v. *enim* omissa, *membra sunt confusa*.
8) La. *quam*.
9) La. *Cyrinariae C. v. Cenchiee Cenchris*.
10) La. *vox Cynarae*.

rham; et habet nomen ab utroque. Icarium vocat litus ab Icario, filio Daedali, qui ibi cecidit. Et dicemus, quod vel fuit ibi quaestor, missus illuc a Romanis, et cum audivit Pompeium tunc [1]) transire, sociavit se illi; vel quod fuisset in Emathio bello, et cum inde effugisset, ibi tandem coniunctus est ei. LA. *Quaestor*) Hic Romanus fuit socius [2]) Pompeii. Quaestor autem nomen dignitatis est. BC. GUELF. Quaestores dicuntur iudices ab inquirendo causas. BC. *Icario*) i. Icarii maris. BC. *Cinyraeae*) insula, ubi Cinyra regnavit, a rege Cinyra, [3]) qui cum Myrrha filia sua [4]) concubuit, ex quibus Adon est procreatus. BC. VOSS.

717. *Infaustus* ideo, quia male successit ei de morte Pompeii. LA. *Infaustus*) infelix. BC. *umbras*) i. per noctem. BC.

718. Quamvis timeret, tamen pietas, quae habuit in eum, praeponderavit. LA. *victum*) miserans Pompeii fata postposuit formidinem, [5]) quam gerebat. BC. GUELF. VOSS.

719. *Compulit*) eiecit. LC.

721. Non solum luna, quae [6]) tunc lucebat, profuit ei, *sed* etiam hoc, quod *truncus* erat *discolor* a *cano aequore*. Truncum vocat corpus illius. LA. *moesta*) obumbrata. BC. obscura. GUELF. *Cynthia*) luna a Cyntho, [7]) monte Deli, ubi nata est. BC.

722. *discolor*) i. non eiusdem coloris, cuius undae; [8]) nam aequor canum erat crebra undarum collisione. BC. *truncus*) corpus Pompeii. GUELF.

723. *Tenet* strictis amplexibus et *exspectat*, dum fluctus maris veniat et proiiciat ad litus. LA.

724. *Eripiente*) retrahente. BC. *nunc*) tunc. LC.

725. *fluctus*) ut ab ipsis elevetur oppressum [9]) corpus, quibus impulsum [10]) cadaver facilius trahatur. BC. GUELF. Magnitudo corporis ostenditur, quod tam difficulter subduxerat. BC.

727. *Magno*) super Magnum. BC.

1) La. *tñ.*

2) Guelf. *servus* et in fine *est dign.*

3) Voss., qui vv. *ins.* — *regn.* non habet, *Cyniro.*

4) *sua* abest a Voss. Formam *Adon* habet Venat. Fortunat. Carm. VI, 12, 18.

5) Voss. *fortitudinem*, unde Oudp. *sollicitudinem.*

6) La. *quia.*

7) Lc. *Cynthio.* Eadem Papias; similia ap. Schol. Iuvenal. VI, 7. p. 597. Ed. Cram. et Lutat. ad Stat. Theb. II, 239.

8) Guelf. *unda.*

9) Guelf. *oppressus* sine v. *corpus.*

10) Bc. *compulsum corpus*; Guelf. in fine *trahitur.*

728. *obscura*) nube cooperta. BC. quia tempus nubilosum erat. VC.

729. *cumulato*) cumulatim addito. BC.

730. *Tuus*, quia semper prospere evenit sibi, [1]) et fuit quasi filius Fortunae. LA.

731. *fumus*) aromaticus, i. Sabaeus. BC.

732. Et *non petit* hoc, *ut pinguis fumus* de *membris* suis *ferat* [2]) *Eoos odores ad astra*, et *ut* [3]) filii *gestent* eum, quod facerent, si praesentes essent. LA. *colla*) quae feretrum subeant, cum exsequiae celebrantur. BC. scil. ut feretrum eius portent vel subeant; ubique *non petit* subaudiendum est. VOSS. *parentem*) Laudis est, quod *parentem* dixit et non dominum. Sic Iuvenalis: [4]) *Et patrem patriae Ciceronem libera dixit Roma.* BC.

733. *Et non petit ut* ea, quae in triumphis habuit, praeferantur ante eum. Mos erat, ut, mortuo nobili, diu teneretur super terram, saltem per novem [5]) dies; et cum deferretur ad sepulcrum, si quos captivaverat, ducebantur ante eum etc. LA. *Praeferat*) ubique sc. *hoc Pompeius tuus non petit.* BC. *feralis*) celebris. BC.

734. Et *non* [6]) quaerit ut *fora* plangant eum, quod item fiebat in morte nobilium. LA. *cantu*) In exsequiis namque [7]) mortuorum tubae sonabant apud gentiles. BC. GUELF. i. ad tubam deducebantur funera, unde Persius: [8]) *Hinc tuba, candelae, tandemque beatulus albo compositus lecto.* BC.

735. *Proiectis*) Secundum morem lugentium; nam mos lugentium est prioris habitus mutatio, ut Virgilius: [9]) *Teucrique sequuntur Tyrrhenique duces et versis Arcades armis.* BC. *ambiat*) circumeat. BC. ter, ut in funere Archemori memorat Statius. [10]) LD. Et *non* quaerit etiam, *ut totus exercitus* ditet rogum *armis* suis. Tangit hoc, quod milites solebant ire circa rogum et alius proiiciebat scutum, alius frenum, alius aliud. LA.

736. Arcam vocat lectum, quo deferebatur cada-

1) Eadem Lc., sed *ei* pro *sibi*.
2) Addidi *ferat*.
3) La. *non*.
4) VIII, 244; Guelf. *iuvenem*, propter seq. *et*, cuius loco ap. Iuvenalem est *Roma*.
5) Numerus ex male intellecto loco Horat. Epod. XVII, 48, ubi vide Schol.
6) Addidi *non*.
7) Guelf. *namque* non habet; de re cf. Lutat. ad Stat. Theb. VI, 121. Serv. ad Virg. Aen. V, 138. et XI, 192, ubi eadem sunt, quae post leguntur.
8) III, 103.
9) Aen. XI, 93, ubi ap. Serv. fere eadem leguntur.
10) Theb. VI, 217; Ld. *Achomori*.

ver ad rogum. LA. *arcam*) struem. LP. i. lectum; vel *aram* i. sepulcri [1]) capsam. LC. i. pyram. LB.

737. *Quae* arca *effundat* laceratum *corpus in ignes siccos*, i. non inpinguatum [2]) thure et aliis speciebus. LA. *siccos*) sine thure; hoc est quod supra dixit: [3]) *Non pretiosa petit cumulato thure sepulcra.* BC. GUELF.

738. *Robora*) ligna. BC. *ustor*) hoc nomen modo ex officio sumtum est. BC. Ustorem [4]) vocat eum, qui ponebat eum in rogo. LA.

739. Et *sit satis* ad vindictam, *quod Cornelia complexa maritum non imperat facem subici;* quod erat mos coniugis. LA. *Sit satis*) i. sufficiat vobis, [5]) o Superi, tantum deiecisse Pompeium, ut suorum solatio careat, et non invideatis illi vilissimam sepulturam. BC.

740. *facem*) i. ignem. BC. *complexa*) ut simul cremetur; [6]) volens pariter concremari. BC.

741. *Non iacet* hic, *sed* potius *abest* ab *extremo* officio *busti;* et tamen non *longe* hinc. Quod [7]) magis est miserabile, cum sit prope, et tamen non licet ei interesse. LA.

742. *longe est*) quia adhuc prope litus erat Cornelia. BC. ut posset [8]) bene interesse funeri, si, [9]) Fortuna, patereris. BC. VOSS.

743. *ignes*) quibus incendebatur quidam iuvenis. BC.

744. Ideo *vile suis*, quia sine *custode* erat; nam si diligeretur, non ita rogus esset solus relictus. LA. *suis*) sc. propinquis vel sociis. BC. *cremantes*) i. ignes, qui [10]) nescio cuius cadaver urebant, nullo iam [11]) adsistente custode. BC. VOSS. Expressit τὸ αἴτιον; nam corpus ideo vile erat suis, quia sine custode. BC.

745. Et de illo rogo accepit *robora* iam dimidio [12]) usta. LA.

746. *Subducens*) subtrahens. BC. Et quia nefas erat violare alicuius rogum, ideo subdit: o *umbra neglecta, quaecunque es,* et ideo non *cara ulli tuo; neglecta* es, *sed* tamen *felicior Pompeio*, qui [13]) ex toto caret rogo, tu *da veniam, quod* ego violo *bustum!* LA. *neglecta*) quippe desertum fuit hoc cadaver. BC.

1) Cf. de *ara sepulcri* Serv. ad Virg. Aen. VI, 177.
2) i. non conditum; cf. Adelung. Gloss T. IV. p. 146.
3) vs. 729.
4) La. *Lictorem.*
5) Guelf. *nobis.*
6) Eadem Guelf.
7) La. *Quam;* Bp. *Quod.*
8) Guelf. *possit*, qui cum Voss. seq. *bene* non habet.
9) Guelf. addit *tu;* Voss. *pateretur.*
10) Bc. *quia.*
11) *iam* deest Voss.
12) La. *dimidia.*
13) La. *quia.*

747. *felicior*) nam utcunque iam tibi apta est sepultura, [1]) non Pompeio; quia iam tibi rogus agitur, sed non Pompeio. BC.

748. Et debes facere; *iam* enim est *compositum*, quasi perfectum. BA. *hospita*) i. mea. Hic et haec *hospes*, et *hospita* invenimus, sicut ipse supra: [2]) *Hospes in externis audivit curia tectis.* BC. GUELF. Virgilius: [3]) *Bellum, o terra hospita, portas.* BC.

749. Et dabis *veniam;* nam etiam de ipso *rogo* exires, et dares ei locum. Ita dico, *si quid sensus est relictum post* mortem. LA. *sensus*) Hoc loco Epicureos sequi videtur Lucanus, [4]) dicendo dubitative *si quid sensus est* [5]) *post fata relictum.* Nam Epicurei asserunt omnia constare corporibus, animam [6]) nihil aliud esse quam corpus; unde quidam eorum dixit: *Non ero postea, postquam mortuus fuero.* BC. *fata*) mortem. BC.

750. Et quandoquidem illud faceres, *pateris haec damna sepulcri,* quod minus est; et debes pati, nam pudere debet te comburi. LA. *Cedis*) locum das. GUELF. *paterisque*) sc. volens. BC. quippe Pompeium inde gratularis [7]) exuri. BC. VOSS.

751. *pudet*) poenitet. BC. *sparsis manibus* dicit ideo, quia dicebatur anima [8]) versari circum ipsum corpus, antequam sepeliretur. LA.

752. *Plenus sinus,* i. habens [9]) plenos sinus *ardente favilla.* LA. Figurate, [10]) plenum sinum habens. BC. *sinus*) i. gremio; nam non habebat, quomodo aliter prunas ferret, atque ideo additum est *pervolat,* ne vestis exureretur. BC. GUELF. sinum vocat hic gremium. LA.

753. Et quia dimisit corpus pendere in ipsa ripa, ideo fluctus fere retraxerat. LA. *relatus*) reductus. BC. redditus. GUELF. iterum in mare submersus. LC.

1) Voss., qui eadem habet, *n. u. i. adepta e. sepulcrum*, reliquis omissis.

2) V, 11; cf. supra ad III, 43. De genere communi v. *hospes* vide Lutat. ad Stat. Theb. VI, 279. et Priscian. Inst. Gramm. VII, 8, 35. et 12, 65; de v. *hospita* Ison. ad Prudent. Psych. Praef. 63; Serv. ad Virg. Aen. III, 539. et Charis. Inst. Gramm. I. p. 77. Ed. Putsch.

3) Aen. III, 539; Bc. *contra* pro *o terra.*

4) *Lucanus* deest Guelf.; de re cf. Schol. ad Cic. pro Marcell. 9. et Lutat. ad Stat. Theb. III, 98.

5) Guelf. *p. f. r. est.*

6) Guelf. *animal;* seq. *postea* deest.

7) Bc. et Guelf. *gratulatur;* in hoc deest *exuri.*

8) La. *adversari.*

9) Addidi *habens* ex Bp.

10) Deest Guelf.

754. *summas*) i. summas [1]) partes arenae fodit et exiguam scrobem fecit. BC.

755. *lacerae*) laceratae, confractae. BC. Et quia non sufficerent ei ligna, fecit foveam in arena, et super ipsam scrobem *posuit fragmenta carinae*, et ipsum in *scrobe;* et hoc est quod dicit *posuit nobile corpus* in *exigua scrobe*, et [2]) *posuit fragmenta carinae procul collecta*. LA.

756. Ideo *posuit fragmenta*, quia non habuit alia ligna; ideo in *scrobe posuit corpus*, quia in *nulla strue* etc. LA. *trepidus*) timidus. BC. *scrobe*) scrobs eiecta terra. LB. Hic *scrobem* [3]) feminino genere protulit, Plautus masculino in Amphitruone: [4]) *Sexagenos scrobes fodi in die.* [5]) BC. VOSS.

757. *strue*) congerie lignorum. BC.

758. *non subditus*) non enim erat aliud, quod cremaret, praeter [6]) corpus; ideo non subiectus, sed admotus est ignis. BC. VOSS. i. lateri applicatus. BC. *accipit*) consumit. BC.

761. Et quia magnum videbatur sibi praesumsisse, tanto viro tam vilem rogum dedisse, ideo subdit: si [7]) carius tibi esset iactari per pelagus, quam habere talem rogum, et si malles carere omni funeratione et sepulcro, quam taliter sepeliri, *averte manes* et [8]) *potentem animam* a *meis officiis*, i. per potentem amoveas corpus a tali rogo. LA. *iactatu*) iactatione. [9]) BC.

762. *Tristior*) Sensus hic [10]) est: si iniuriose acci-

1) Guelf. *summam partem.*
2) La. addit *procul.*
3) Voss. *scrobe f. g. posuit.*
4) In fragmentis. Voss. *Plaut. masc. scrob. sex.* reliquis omissis.
5) Contra artem et vitiose id a Nostro et Graccho factum pronunciat Serv. ad Virg. Ge. II, 50. 288. Carpit id quoque Marc. Cap. III. p. 78. Ed. Grot. a nominativo *scrobis* esse credens, ut mensis. Circumspectius agit Priscian. VII [8, 40.] p. 751, in quo idem exemplum, quod noster Scholiastes et Servius adhibent. Lucanum defendit idoneus sane auctor Ovid. VII. Met. 243. [et ibid. Burm.] Utroque genere hanc vocem extulit Columella IV, 1. *profundos scrobes* et [5] *bipedanea scrobe.* Variant Codd. ap. Frontin. II, 12. Strateg. 1. *Scrobes aperuit et ante eas* etc., ubi *eos* est in quinque MSS. Tennulii et Palatino per Gruterum collato. OUDP. Cf. Non. c. 3. nr. 207. p. 225. Ed. Merc.; Papiam et Ruddim. T. I. p. 25 et not.; adde exemplis ibi collatis Plin. H. N. IX, 51. et Columell. XII, 44; vide et de forma *scrobis* Phocam p. 1697. Putsch.
6) Voss. *nisi*, et in fine *est ig. sed ad.*
7) *si — rogum;* eadem Lc. sed *tam vilem* pro *talem.*
8) La. *i.*
9) Guelf. addit *hac.*
10) *hic* deest Guelf.

pis, quod tam indigne sepeliris, [1]) et magis vis iactari fluctibus, quam sic cremari, *averte manes* tuos ab officio meo, et cum te sepeliens [2]) invoco, noli me audire. BC. VOSS. *averte*) revoca. BC. remove. GUELF. considera bonam voluntatem. VC. *iniuria*) eventus, ne scilicet peius contingat. BP. quae tibi facta est. VOSS. *fati*) eventus tui. GUELF. Indignum quidem et paene illicitum est, quod sic humaris; sed necessitas fati, [3]) quae te [4]) in has deduxit angustias, facit, ut haec [5]) sepultura non debeat displicere. BC. VOSS.

764. Et debes parcere, quia necessitas, scilicet quod [6]) taliter es mortuus, facit istud *esse fas;* nam ideo facio, *ne ponti bellua* etc. LA. *Hoc fas*) ut sic te sepeliam. BC. GUELF. *iubet*) vel iuvat i. adiuvat. BC. *belua*) crocodilus, [7]) canis Aegyptius, lambit et sugit, dicit Suetonius. VC.

765. *Caesaris*) Bene post omnes feras ultimus Caesar secutus est. VOSS.

766. *audeat*) contingere. GUELF. *Accipe quantum potes*, i. quantocius *potes, exiguam flammam;* et hic facit eum esse deum. LA.

767. Et hoc erat ei quoddam remedium, quod iste, qui combussit corpus eius, erat Romanus. LA. *Romana*) i. mea, ut habeas [8]) saltim hoc ad solatium. BC. i. nostra non hostili, ut hoc habeat satis sibi solatii. VOSS. *recursus*) i. si mihi redire [9]) in Italiam contigerit. BC. VOSS.

769. Alia causa, quare mihi debes parcere; nam si prospere evenerit, *non quiescent* hic *cineres* tui, *sed accipiet Cornelia;* et hoc mea *manu* faciet. LA.

770. *manu*) me ministro. LB. *urnam*) mos erat, ut uxor cuiusque cineres in urnam primo poneret. LC.

771. Et *ut sit* aliquid, quod notet [10]) tuum bustum, *signemus* etc. LA. *signemus*) notam [11]) faciemus. BC.

772. *nota*) titulus. BC. in figura. GUELF. Ego

1) Bc. *sepelieris;* paulo post Voss. et Guelf. *velis.*

2) Voss. *sepeliam impius*; idem cum Guelf. *aud. nol.* sine *me.*

3) Guelf. *et fata — deduxerunt a. faciunt.*

4) *te* deest Voss., qui post *addux.*

5) *haec* deest Guelf.; Voss. in fine *despici.*

6) La. *qui t. ẽe.*

7) Vc. *cocodrillus*, ut ap. alios scriptores medii aevi; locus Suetonii non exstat.

8) Guelf. *debeat hoc satis esse solatio.*

9) Guelf. *in It. red.*

10) La. *noceat.*

11) Guelf. *nota.*

dico hac de causa *signemus* etc.; hac de causa, si forte aliquis velit deducere caput, ut [1]) sciat ubi iaceat corpus; et hoc est quod dicit *si quis placare peremtum* etc. LA.

776. *Excitat*) commovet. BC. *fomite*) nutrimento. BC. GUELF. Admotum fomitem vocat, vel qui sufflavit, vel aliqua ligna sicca, quae cetera fecerunt ardere. LA.

777. *Lentum* vocat *ignem* propterea, quia deerat abundantia lignorum. LA.

778. *Tabe*) pinguedine. BC. dum enim distillat, [2]) nutrit incendium tabe sua. BC. VOSS. *bustum*) rogum. GUELF. *Bustum* vocat in hoc loco ipsum rogum. Quae bustum fovebat tabe; pinguedo, si temperata [3]) est, facit melius ligna ardere. LA.

779. Comburere coepit, sed [4]) non finivit eo modo, quo debuit; et hoc est quod dicit *sed attonitus quaerit latebras in litore, iam* cum *dies percusserat astra,* quae praemittuntur ante Auroram; et ideo rumpit ordinem funeris. Vel aliter: *excitat* [5]) *flammas,* sed non potuit perficere; et hoc est quod dicit *sed rupto ordine* etc. LA. *rupto*) interrupto, non peracto. [6]) BC.

780. *latebras*) i. ubi lateat. BC. GUELF.

781. *Quam metuis*) Verba poetae. [7]) Invectio in Codrum, quod metuat deprehendi. BC. GUELF. VOSS. Sic metuis, inquit, quasi crimen sit, cum potius iustitia esse probetur. [8]) BC. quod putat crimen esse, laus est. VOSS. Nunc reprehendit eum poeta, quod prae timore dimisit obsequium, quod non combussit totum, ita dicens: o *demens, quam poenam* etc. LA.

782. Non est crimen; nam faciet te famosum per omne aevum. LA. BP.

784. *Securus* potes esse de venia concessa a Caesare. LA. *fassusque*) confessus, quod Pompeium [9]) sepelieris, exige caput eius, ut cum [10]) eo sepeliatur pariter. BC. VOSS.

785. *cogit*) ordinem narrationis exsequitur. BC. *finem*) i. ut [11]) sepultura, quae coepta est, terminetur. BC. Et quia iam dies appropinquaverat, ideo

1) Addidi *ut.*
2) Voss. *dest. t. s. n. i.*; Guelf. *s. tab.*
3) La. *turperatorum.*
4) La. *et*; seq. *est* addidi.
5) La. *excutit.*
6) Guelf. *aperto.*
7) Voss. Pro his *Invect. poetae.*
8) Guelf. *perhibetur.*
9) Voss. *sepulcrum Pompeio moliris.*
10) Voss. *par. cum corpore contegatur*; Guelf. *par. sep.*
11) Guelf. *ut in s. q. a te c. e.* sine v. *term.*

pietas cogit imponere finem; nam, nisi [1]) in eo erat *pietas*, necdum exspectasset. LA.

788. *congesta*) collecta ossa. BC. GUELF.

789. *Ne aura* discooperiret corpus auferendo arenas, superposuit saxum. LA. *aura*) Dicendo levem auram satis vilissimum monstrat sepulcrum. BC. *relectos*) discoopertos. BC. GUELF. excoopertos.[2]) VC.

791. *bustum*) saxum. BC.

792. Et ne nautae alligarent ibi naves, superposuit titulum istum *hic situs est Magnus.* LA. *stipite*) branda.[3]) BC. torre. GUELF. *nomen*) de carbone inscripsit. BC. GUELF.

793. Nunc poeta invehitur in Fortunam, qua concedente tam vile *sepulcrum* habuit, ubi dicit, o *Fortuna, placet* etc.; quod adeo est vile, quod Caesar mavult eum habere tale, quam ex toto carere. LA. *placet hoc*) verba poetae. BC. GUELF.

794. *maluit*) ut maior apud Caesarem vindicta videatur, quod sic sepultus est, quam si iaceat insepultus. BC. VOSS.

795. *caruisse*) ne suspicaretur adscendisse in coelum. VC.

796. In hoc contra eum, qui fecit [4]) tumulum, quia aliter crederetur [5]) tota terra illius sepultura. Non debet hic credi *situs,* sed potius ad extremas partes terrae; et hoc dicit quantum [6]) ad nomen; et hoc est quod dicit *qua terra* etc. LA. *obicis*) improperas? LB. propter metrum o brevis est; et est figura *συστολή*. VOSS. Nimium indignatur poeta Codro, quod in tam brevi loco situm dixerit Pompeium. BC. GUELF.

797. *Includis*) i. dicis inclusas. LB. *situs est*) repetit cum indignatione, quod ille inscripsit *hic situs est Magnus.* BC. GUELF. VOSS.

798. Quod pendet dubia, est propter terrae motum, qui ibi sit; per hoc notat illas remotissimas insulas. Vel pendere possumus dicere, quantum ad situm loci, quod fit ultra medietatem terrae. LA. *Pendet*) insulas dicit in Oceano sitas, quas ideo pendere dicit, quia undique [7]) secus mare clauduntur. BC. *Romanum*) Tantum mereri tumulum dicit [8]) Pom-

1) La. *non.*
2) Vox nova.
3) i. titione; cf. Adelung. Gloss. T. I. p. 782; Bc. *pranta.*
4) La. *iecit* sine *qui;* correxi ex Bp.
5) La. *credetur.*
6) La. *quanta.*
7) Guelf. *undi secus;* aliis *unde secus;* cf. Adelung. Gloss. T. VI. p. 877.
8) Guelf. *Po. dic.*

peium, quantum terrae patent, et quousque Romanum nomen extenditur; quem nunc [1]) uno litore contineri dolet. BC.

799. Et, ut plus dicam, mensura sui *tumuli* est, quousque porrigitur *Romanum imperium*. LA. BP.

800. *Crimine*) quod [2]) sic Pompeium iacere perpessi [3]) sunt. BC. VOSS. In hoc *plena crimine* deorum, dum criminarentur, quod tanto viro tam vile sepulcrum concessere. *Oete* [4]) est mons; ibi iacet Hercules; et dicitur totus mons sepulcrum illius, quia in morte sua dedit Philoctetae sagittas suas, ne ostenderet eius sepulturam, quia futurum hoc scivit, quod Troia non caperetur sine sagittis eius. LA. *Oete*) mons in Thessalia, ubi Hercules [5]) crematus est et sepultus. BC. GUELF. VOSS.

801. Nysa est collis Parnassi, ubi incolitur Bacchus; et dicitur Bromius a quadam nutrice sua; vel dicitur Bromius ab aviditate. LA. *Bromio*) Bromius dictus est Liber a Bromia nutrice [6]) vel, quod verius est, *ἀπὸ τῆς βρώσιος* [7]) i. ab aviditate edendi. BC. *Nyseia*) de Nysa monte. GUELF. a Nysa; mons est in India, ubi Liberi tumulus esse perhibetur. VOSS. Nysa mons est Indiae, [8]) ubi Liber dicitur esse nutritus. BC.

802. *omnia*) i. totam Aegyptum tenebit; [9]) et dicit: quemadmodum fiat, dum [10]) nos, ubi sit, ignoremus. BC. VOSS.

804. Dixit superius *signemus litora, ut nota sit;* contra hoc dicit: potius nos *populi erremus,* [11]) et non *calcemus arenam* Nili, nisi cum aliquo metu, quod nunc facimus. LA. *erremus*) ubi sit, nesciamus. [12]) BC.

805. *calcemus*) i. timentes, ne [13]) tui nescientes tua ossa calcemus. GUFLF. VOSS. i. nescientes, ubi sint tui cineres, et timentes, ne eos calcemus, in Nili [14]) litoribus ambulare timemus. BC.

1) Guelf. *dicit u. latere c.* sine *dolet.*
2) Guelf. *quia*; Voss. *iac Po.*
3) Guelf. *passi*; similiter Lc.
4) La. *Que.*
5) Voss. *crem. est Herc.*
6) Voss, qui eadem, *a n. Br. sic d. e. L.*; cf. Serv. ad Virg. Ecl. VI, 15.
7) Bc. *βρωσις*; Guelf. *βοσις*. Eandem vocis originem habet Ioann. de Ian. v. *bruma.*
8) Suprascr. est *Thessaliae*; cf. ad I, 65. ibique notata.
9) Guelf. *tenebis*, et post *sis.*
10) Voss. *ut*; Bc. et Guelf. *ignoramus.*
11) Eadem Lc.
12) Guelf. *u. sis nescimus.*
13) Guelf. *nec ubi n.*
14) Guelf. non habet *Nili*, sed in fine *timentes.*

806. Si autem ita dispositum erat a fatis, quod non potuit vitari, quin taliter morereris, [1]) pone titulum, in quo contineantur omnia facta sua; et hoc est quod dicit *adde tantos actus;* quod dico, *si digneris* etc. La. *dignaris*) i. dignum iudicas. Virgilius: [2]) *Haud equidem tali me dignor honore.* Bc.

807. Quid vocet *actus* ostendit, scilicet *maxima monimenta rerum;* et exponit illa per partes. La. *monimenta*) memorias. Bc. Guelf.

808. Lepidus fuit dux Hispanorum, quem devicit Pompeius in Alpibus; ideo vocat *Alpina bella.* La. *notus*) quos Pompeius oppressit. Bc. Guelf. Voss.

809. Postea Sertorius transtulit se illuc, et intulit bellum Romanis; contra quem fuit missus Q. Metellus. Qui cum nihil potuit efficere, fuit revocatus; et missus fuit Pompeius, et confecit eum; et hoc notat per hoc quod dicit *arma victa revocato consule.* La. *Sertori*) pro Sertorii. Guelf. Sertorius fuit ex progenitoribus Nursianis, ut dicit Plutarchus.[3]) Vc. *consule*) Quinto Metello, Numidici filio. Bc. Guelf. Voss.

810. Inde *et adde* etiam alios *currus, quos egit,* dum adhuc esset *eques.* Haec supra dicta et multa alia *egit,* dum adhuc esset *eques.* Et *adde* etiam *commercia* nunc *tuta gentibus,* scilicet *Cilicas* nunc *pavidos maris. Commercia* vocat commutationes. La. *currus*) Adde triumphos, [4]) quos fecit, dum adhuc eques fuit. Bc. *commercia*) mercationes; [5]) i. quod pacato de piratis mari mercandi usus est [6]) restitutus. Bc. Voss.

811. Cilices erant maximi praedones, quos ad hoc coegerat, quod nec mare audebant intrare. La. *pavidos*) Acute dictum est. [7]) Pompeius effecit, ut timerent maria piratae, in quibus ipsi ante [8]) grassabantur. Bc. Voss.

812. Per [9]) *subactam barbariem* notat illos, qui in Septemtrione erant; per *vagas gentes* orientales. Et idem notat etiam [10]) universaliter per hoc, quod sequitur *et quicquid in Euro* etc. Eurus est ventus orien-

1) An *morereturʔ*

2) Aen. I, 335.

3) Sertor. c. 2, ubi tamen legitur, *Νούσσοις*, quod iam alii in *Νουρσίοις* mutarunt.

4) Eadem Guelf.; *i. triumphum* Voss.

5) Deest Voss.; idem et Bc. *placato;* Guelf. non habet *quod.*

6) Voss. *rest. est.*

7) Voss., v. *est* omisso, *ut p. tim. m.* in seqq.

8) Bc. et Guelf. *gratulabantur.*

9) Addidi *Per* ex Bp.

10) La. *et universales.*

talis; Boreas septemtrionalis. LA. *Barbariam*) Africam et Hispaniam. BC. *vagas*) Numidas. BC.

813. *Dic* [1]) etiam in ipso titulo, quod bellis peractis ad utilitatem patriae recuperasset pacem, et quod ter triumphasset, et *multos* tamen condonasset *patriae*. Magnum dispendium fiebat, cum triumphi fiebant, et ideo multos condonavit patriae. LA.

814. *togam*) pacem. BC. quod post omnia bella, quae gerebat, elegerit se privatum. [2]) BC. VOSS.

815. *donasse*) permisisse. BC. i. multoties triumphare potuit, sed contentus est tribus triumphis. BC. GUELF. dum frequentius [3]) triumphare contemsit. BC. VOSS.

816. Et cum haec tanta deberent ibi contineri, *quis tumulus capit haec?* LA. *haec*) carmina laudis tuae. BC.

817. Et quod *non tanto ordine factorum* nunc legitur ostendit, ubi dicit *nomen Pompeii* prius *solitum legi super alta culmina deorum*. In templis deorum faciebant nobiles picturas suas et imagines fieri; et ibi scribebatur nomen eorum. LA.

818. *Fastorum*) i. eorum, quae fasti testabantur eum fecisse. LB. i. librorum, quibus dierum computatio continetur. BC. GUELF.

819. *culmina*) i. in capitolii arce. BC. GUELF. Et *solitum legi super exstructos arcus*, i. quasi oneratos hostilibus spoliis. Tales arcus vocabant triumphales, in quibus suspendebant spolia, sicut rostra navium vel aliquid tale. LA. *exstructos*) ornatos. BC. *arcus*) non surgit. GUELF. pro fornicibus posuit. VOSS. Arcus triumphales dicit, super quos captivi constituebantur, et inde praecipitabantur morituri. BC. GUELF.

820. *ima*) bassa. VC. *arena*) quia [4]) scriptum est iuxta terram. BC. GUELF. VOSS. *rectus*) nisi incurvatus. BC. parvitatem tumuli ostendit, ad quem necesse sit se incurvare lecturum. BC. GUELF. VOSS.

821. Illud tantum *nomen* est *depressum* [5]) *tumulo*, non longe a terra, et in tantum iuxta terram, *quod non* potest aliquis legere erectus, neque *Romanus* considerat, *nisi* ostendatur. LA.

822. *transeat*) non observat, ne calcet. BC. i. pol-

1) La. *Dicit;* postea *repercussisse.*
2) Guelf. addit *dicit;* an *dic?*
3) Voss. *c. fr. tr.;* Bc. *contemnit.*
4) *quia* deest Voss.
5) La. *empressum titulo.* Seqq. *non — erectus* in Lc. quoque.

luerit [1]) Romanus hospes et, nisi monstratum fuerit, praeterierit. Bc.

823. Et quia ad tanta haec opprobria devenit, patet prophetiam Sibyllae veram esse, quae haec praedixit; et hoc est quod dicit *Aegyptia tellus noxia civili fato.* La. Sibylla praedixit: *Si sapit Hesperius miles, vitabit Egyptum.* Bp. *Noxia*) debitrix scil. erit. Guelf.

824. *immerito*) bono. Guelf. in libris enim [2]) Sibyllinis cautum [3]) est, *ne quis Aegyptum miles Romanus accedat;* [4]) eo quod [5]) non expediret Italiae. Bc. Voss.

825. Non immerito est *cautum*, i. cautela habita per scripturam in carmine Cumanae vatis, istud scilicet: *cautum, ne Hesperius miles* etc. La. *Cautum*) constitutum est. Bc. Guelf.

826. *aestate*) tunc enim irrigat [6]) Nilus has terras, cum minor pro tempore esse deberet. Bc. Voss. *tumentes*) redundantes. Bc.

827. Et *pro* hoc *crimine* imprecatur ei, quod scit ei magis esse nocivum, scilicet ut Nilus retineatur in ea parte mundi, ubi nascitur, et ne aquae cadant in Aegyptum. La. *precer*) imprecer. Bc.

828. *Vertat*) torqueat [7]) a meatu solito, rediturus illo, unde descendit. Bc. Voss. *orbe*) climate. Bc.

829. *hibernis*) quae in hiberno tempore abundare solent. Bc. inundationibus tempestuosis; non enim pluit in Aegypto. Voss.

830. Quod dicit *in arenas Aethiopum* solvi, hoc [8]) ideo dicit, ut sint Aethiopes, qui sunt in alia parte Nili. Quae pars ita montuosa est, quod non potest exire Nilus; et ideo optat istam futuram similem illi. La.

831. Et merito opto tibi, quia, cum nos recipimus tuos deos, (et illos enumerat) tu tamen non [9]) recipis nostrum; et hoc est quod dicit *nos in templa* etc. La.

832. Per *semideos canes* notat Mercurium, quem

1) Bc. *polluetur*; Guelf. *polluit* omissis in seqq. *et* atque *fuerit.*
2) *enim* abest a Guelf.
3) Voss. *est c. ne q. m. ad A.*
4) MSS. *accidat.* Oudp.
5) Bc. addit *Aegyptus*; Voss. omisit *Ital.*
6) Voss. *Nil. irr.* et in fine *debet.*
7) Voss. *Retorqueat.*
8) La. $\overline{n}$ et post *u* pro *ut*; an *uti?*
9) La. *nos.*

isti [1]) depingebant capite canino, propter calliditatem, et alios etiam. *Sistra* sunt cornua, quibus utebantur in sacrificiis Osiris et Isidis. LA. *Semideosque*) non plenos, monstruosos; *(et m. al.)* i. Mercurium. BC. *sistra*) tubas Aegyptiacas. BC. GUELF. Sistrum est genus tubae, quod Isis in manu ferre dicitur, unde Aegyptii ad solennitatem Osiris provocantur. Aliter: Sistrum est instrumentum musicum, quod est in templis deorum, cuius pulsu concitantur luctus sui; etiam fluctus Nili eius sonitum accedunt et recedunt; et tenebatur in manu Isidis. [2]) LD.

833. *plangens*) Aegyptii enim in flumine Osirim, filium Isidis, quaerunt, quem alii fratrem et coniugem eius accipiunt. VOSS. *testaris*) ex eo, [3]) quod plangitur, periisse cognoscitur; ex eo, quod periit, homo fuisse perhibetur. [4]) BC. GUELF. VOSS. *Osirim*) Osiris maritus Isidis fuisse dicitur, qui, laniatus a Typhone fratre, planctus est ab uxore; cuius luctus imitantur sacra eius celebrantes. BC. GUELF.

834. *manes*) i. deos. GUELF.

835. Et non solum Aegyptus est in culpa, sed etiam *tu, Roma,* in hoc, quod Caesari *tyranno* fecisti templum, et iste *adhuc iacet exul.* LA. *tyranno*) Caesari scilicet. VOSS. Secundum [5]) suum tempus loquitur Lucanus, non quo templa Caesari fuerint bellis civilibus; nam postmodum Caesar occisus in deorum numero constitutus est. BC. GUELF. VOSS.

837. Illis dicentibus non tunc [6]) licuisse respondet *si prima saecula,* scilicet vivente Caesare, *timuere* etc. LA. *prima*) tunc, [7]) cum recens vicerat Caesar. [8]) BC. VOSS.

839. *subruta*) suffossa. BC.

840. Et quia summum peccatum erat violare bustum, ideo subiungit *quis busta timebit* etc. LA. *timebit*) movisse. GUELF. LC.

842. Et quod non est verendum de isto ostendit per effectum, ubi dicit *imperet hoc utinam.* LA. *Im-*

1) La. *istis.* Fere eadem Serv. ad Virg. Aen. VIII, 698 et Papias v. *Mercurius.*

2) Cf. Serv. ad Virg. Aen. VIII, 696. Similia ap. Papiam leguntur, quae et Ioann. de Ianua habet.

3) Voss. addit *enim;* post *monstratur* pro *cognoscitur.*

4) Voss. *cognoscitur.*

5) Voss. *De hoc enim tempore loq. quo L. est* (V. I. *erat*) *non q. fuerunt bella civilia* etc.

6) La. *ẽẽ;* Bp. *tunc non.*

7) *tunc* deest Voss.

8) Guelf. *Caes. vic.*

peret) sc. nobis Pompeius suos manes movere, quod tamen videlicet non est scelus. BC.

843. *Nostro*) de suo dicit proprio. BC. i. utinam velit uti Pompeius *nostro sinu, o Roma;* i. ut eum nostro sinu feramus. BC. GUELF. *o*) admirantis interiectio. BC.

844. *revulsos*) a sepultura illa abstractos. BC.

846. Ego dico si contigit; et fortasse fiet his de causis, *cum Roma aut volet poscere finem a Superis sulco sterili,* sicut Velinenses, cum data est sterilitas terrae propter Palinurum, quem interfecerunt; *aut cum Roma volet poscere finem feralibus astris.* LA. *sulco*) Dicit [1]) signa, per quae iubebunt [2]) Superi Pompeii ossa revocare [3]) in urbem. Aut famem dicit [4]) futuram, aut nimios aestus, aut pestilentiam, [5]) aut terrae motum. BC. VOSS. Haec omnia [6]) dicit posse contingere pro vindicta, quod ossa Pompeii non sunt translata Romam. Ordo est: [7]) *forsitan cum volet Roma a Superis poscere finem aut sterili sulco, aut Austris feralibus, aut nimiis ignibus, aut moventi* [8]) *terrae tecta, consilio iussuque* deorum *in urbem tuam, Magne, transibis.* BC. *sterili*) carestia. [9]) VC.

847. *feralibus*) a pestilentiis liberari. BC. pestilentiam ferentibus. [10]) GUELF. Feralia astra vocat, ut est canicula, quae aliquando toto dominatur anno. LA. LB.

848. *Ignibus*) fervoribus. BC. Nimios ignes vocat continuum calorem, unde siccitas procedit. [11]) Per hoc, quod dicit *aut terrae tecta moventi,* notat terrae motum. LA.

849. *Cum* huiusmodi de [12]) causis poscunt *finem, transibis in tuam urbem, consilio* et *iussu* deorum, *consilio,* sicut per visionem, *iussu,* sicut responsis. Vel aliter iungitur: et revera violabitur sepulcrum; nam *transibis in urbem* etc. LA.

1) Voss. *Quatuor.*
2) Bc. *videbunt.*
3) Guelf. *in u. rev.;* ita et Voss. sed *revocari.*
4) Guelf. *fut. dic.*
5) Voss. *ventos turbidos.* Ventorum turbidorum tamen in Lucano nunc non fit mentio. [Vel corrigendum] — vel potius errat Schol. *austros* male pro tempestate sumens, et *ignes* pro *aestibus.* OUDP. Sequor MSS.
6) *omnia* deest Guelf., qui post *Rom. transl.*
7) *est* non legitur in Guelf.
8) Guelf. *ter. mov.;* Bc. post *domus* supra *tecta.*
9) i. annonae caritas; cf. Adelung. Gloss. T. II. p. 210.
10) Guelf. *ferentes.*
11) Eadem Lb., sed *nimium* pro *continuum.*
12) Addidi *de.*

850. *Transibis* in hoc summo honore; et hoc dicit *summusque feret* etc. LA. *summus*) pontifex [1]) maximus. BC. VOSS.

851. Et revera fiet hoc; nam quis transibit per illas terras, qui [2]) non videat ibi miracula fieri? Et per haec notificaberis; et hoc aequipollenter *nam quis Syenen ibit?* Et pendet usque illuc, ubi dicit *et cinis in summis forsan turbatus arenis.* Syene est civitas sub ipso Cancro sita; et cum sol est in Cancro, quinque diebus illic non umbrant [3]) in aliquam partem, quae ibi sunt. LA. *exustam*) [4]) cum sol in Cancro est. BC. GUELF. *torrente*) aestuante. BC. *Syenen*) civitas Aegypti. BC.

852. Thebe est sita sub Pliadibus. Cum sol est sub Cancro, maior quidem calor est ibi, sed tamen habent umbram; et haec civitas non est multum remota a Syene. Et non sunt illae Thebae, quas Cadmus aedificavit. LA. *Umbrifera Pliade* ad comparationem Cancri dictum est; nam sole in Cancro, nulla umbra est in Syene, sole autem [5]) in Tauro posito, Thebae umbram habent. Pliades namque stellae sunt in Tauro. BC. GUELF. Pleiades vocat imbriferas, quantum ad nos, sed non quantum ad Thebas. LC. *Thebas*) Quatuor Thebae sunt, una est [6]) Boeotia, altera in Cilicia; has Homerus memorat; tertia in Thessalia, quarta, de qua nunc dicit, in Aegypto, quae imbres ignorat. VOSS. I.

853. *rubri*) Sinus rubri maris aut Persicus est, aut Arabicus; sed nunc Arabicum dicit. BC. Sensus hic est: [7]) quis ibit ad Syenem, [8]) civitatem Aegypti, aut ad Thebas, quae similiter civitas Aegypti [9]) est centum portarum. Nam illa, quae in Graecia est, septem tantummodo [10]) portas habet. Aut quis ibit ad stagna [11]) rubri maris et portus Arabum, quem non avertet [12]) saxum, aut cinis Magni iacentis in Aegypto, ut ad illum [13]) ire contendat, etiam cum alio properet pervenire. [14])? BC.

1) Voss. *pontificem dicit summum.*
2) *qui — fieri*; eadem Lc.
3) La. *umbram* — sine *non.*
4) Bc. addit *solem;* an *sole?*
5) Guelf. *Syen. in T. vero p. T. u. habebant; nam Plias stella est.*
6) Voss. *ex;* postea habet *Sicilia*, quod correxit Oudendorp.
7) *Sens. h. e.* absunt a Guelf.
8) Guelf. *Syenam.*
9) Guelf. *est Aeg.* sine *centum.*
10) *tantummodo* deest Guelf.
11) Guelf. *stagnum.*
12) Guelf. *adverteret* omissis *aut — Aegypto* in seqq.
13) Guelf. *te* omisso *etiam* in seqq.
14) Guelf. *venire.*

854. *mutator*) mercator. Vc.

856. *Forsan turbatus in summis arenis;* q. d. iam appropinquabit illud tempus, [1]) quod non debes ibi plus manere. La.

857. *Avertit*) ut ad te ire [2]) festinet, qui alio properat. Bc. Et *quis ibit, quem* non *libebit placare tuos manes* visis miraculis? La.

858. Sicut [3]) diximus Latialem Iovem, quem Latini colunt, ita et Casium Iovem, quem Aegyptii colunt. La. Bp. *Casio*) Aegyptio; nam variae gentes deos suos ob maiorem dignitatem Ioves vocabant. [4]) Bc. Guelf. Ld. mons, in quo colitur Iupiter. Guelf. *Iovi*) Osirim dicit, qui in Casio monte colitur. [5]) Bc. Voss.

859. Et quandoquidem ad hoc tandem devenies, non *nocebunt* haec *busta famae*, imo proderunt; nam *sepultus templis* et *auro* etc. La. *Famae*) opinioni. Bc.

860. *Vilior*) Hoc dicit: [6]) si in templo esses positus, minor [7]) esses hoc honore, qui diis praebetur, [8]) et pro umbra accipereris. Nunc autem deus haberis in hoc tumulo [9]) positus, quo amplius mereharis et quo ipse [10]) es pretiosior. Bc. Voss. *est*) scil. habetur. Guelf. *Nunc* [11]) *iacens hoc tumulo, Fortuna* hoc faciente, [12]) eris *pro summo numine;* ac si dicat per hoc haberis summum numen. In hoc dicit *Fortuna* iacere, quia ipsa est causa. La.

861. Bene dico *pro numine;* nam *saxum*, quod *pulsatur in Libyco aequore*, est *augustius*, nobilius *aris victoris* Caesaris. La. *Fortuna*) tua [13]) felicitas. Bc. *augustius*) nobilius. Bc. *aris*) ubi Caesar habuit templum. Bc. hoc dicit: sacratior est lapis, qui te tegit, quam sint [14]) templa, quae Caesar acceperit. Bc. Voss.

862. Libycum mare ideo dicit, quia mare de Libya huc impellitur, et facit Syrtes hic. La.

1) *tempus* etc.; eadem Lc., sed *esse* pro *manere*.

2) Guelf. *properet ire* et in fine *festinat*.

3) Bp. *ut* omisso in seqq. *et*.

4) Bc. addit *illos*.

5) Non Osiris, sed *Iupiter Casius* illic colebatur. Vide Suidam h. voce et ibi Kuster. Spon. Miscell. Erud. Antiq. Sect. III. p. 75. Oudp.

6) Voss. *dixit*.

7) Guelf. *qui m. eras hunc honorem;* Voss. *quia m. eras*.

8) Voss. *debetur* omisso *et;* Guelf. *debetur* omissis *et pr. umb.*

9) Guelf. *mundo*, qui cum Bc. *a* addit post v. *positus*.

10) Guelf. et Voss. *es ipse*.

11) La. *Tu*.

12) La. *hoc erit*.

13) Guelf. *fel. tua*.

14) Voss. *sunt* et in fine cum Guelf. *accepit*.

863. Et quod non te colunt pro deo, et colunt Caesarem, [1]) non est mirum; cum illi illos summos deos dimittant, qui sunt in Tarpeia rupe, et colant illa loca, ubi ligna fulminata colliguntur; et hoc aequipollenter dicit *Tarpeiis, qui saepe* etc. LA. *negarunt*) i. qui deos spernunt, bidental colunt. LP. argumentum a maiori. BC.

864. *Tusco*) quod Tusci abscondunt. LP. Tusci enim peritissimi sunt sacrorum sepulcrorum. BC. Probat, [2]) quemadmodum possit [3]) sacratius esse Pompeii saxum, quam Caesaris templum. Plerumque, inquit, [4]) qui in Capitolio nunquam voluerunt sacrificia celebrare, venerantur et [5]) colunt saxum, in quo fulmen est a Tuscis [6]) inclusum. BC. LD. VOSS. Vel aliter: sicut plerique Romani dimissis templis deorum in vilioribus locis sacrificant, ubi Tusci, religiosiores reliquis gentibus, fulmina recondebant, ita plerumque Pyramides et arae Caesaris dimittentur, et tua vilia busta adorabuntur. VOSS. *fulmen*) Augures enim fulminis ignem in Tarpeio monte abscondebant, ibique divinationem captabant. LD.

865. Adhuc ostendit, quod proderit non fuisse sepultum *templis* et *auro;* et qualiter prosit ostendit, ubi dicit *proderit hoc olim* etc. LA. *Proderit*) Dicit hoc [7]) beneficium Pompeio datum, quod non fuerunt ei perpetua busta constructa. BC. VOSS. *non mansura*) vetustate conficiuntur haec omnia. [8]) BC. VOSS. *futuris*) i. e. quae futuris et posteris non queant permanere. VOSS.

867. *non longa*) intra paucos annos [9]) dissipabitur tuus tumulus; et [10]) qui te cum tuo tumulo non videbunt, inter deos te esse credere cogentur. BC. VOSS. *vetustas*) sequens saeculum. BC.

869. *Argumenta* suae *mortis* vocat sepulcrum et titulum, quae faciebant fidem [11]) illum esse mortuum.

1) *et c. Caes.* leguntur in La. post v. *mirum.*

2) Guelf. *approbat;* Voss. *his pr.;* Ld. *de his pr.*

3) Guelf. *positus s. esset;* Ld. et Voss. *Po. sax. esse.*

4) *inquit* deest Voss., qui in seqq. cum Ld. *C. noluerunt sacrificare ven.*

5) *et col. s.* absunt a Ld.

6) Ld. *fuerat incl.;* Voss. *fuerit incl.,* uterque sine *est.*

7) *hoc* abest a Voss.

8) Voss. *c. enim h. o. v.*

9) Voss. *dies tum. dissipatus peribit.*

10) Voss. *id est probari non potest. Posteri, cum tuum tumulum non v. i. d. te e. iudicabunt.*

11) La. *ill. fid.*

LA. *Argumenta*) approbationes vel signa. Virgilius: [1]) *Argumentum ingens.* BC.

870. In hoc erit *felicior,* quia, cum [2]) non erit ibi sepulcrum, non credet volentibus ostendere locum sepulturae. Et sic crederis potius inter deos translatus esse, quam ibi habere [3]) sepulcrum, sicut de Iove est, qui, cum crederetur prius esse [4]) sepultus in Creta, nunc computatur summus deus; et [5]) hoc notat, ubi dicit *atque erit Aegyptus* etc. LA. LB. *Qua*) [6]) aetate nemo credat antiqua referentibus. BC. *fides*) nemo credet Pompeium illic sepultum. BC.

871. *erit*) ut nemo credat Magnum sepultum esse in Aegypto. BC. GUELF.

872. *mendax*) Sicut in Creta non creditur Iovis tumulus, ita a nullo credetur, quod Pompeii sit in Aegypto. BC. *Creta*) quia Cretenses gloriantur se tumulum Iovis habere. BC. i. e. ut ita credatur a nullo, quod Pompeius in Aegypto sit sepultus, quemadmodum Iupiter in Creta sepulcrum habere non creditur; sed hoc gentes istae sibi usurpasse videbuntur. VOSS.

1) Aen. VII, 791.
2) *cum n. e. i. s.* absunt a Lb.
3) Lb. *iacere* sine v. *sep.* et seq. *est.*
4) Lb. *sep. fuisse.*
5) *et hoc* etc. desunt Lb.
6) Guelf. *in qua.*

SCHOLIA AD LUCANI LIB. IX.

1. Duae portae dicuntur esse in coelo, una in Cancro, quae est hominum, quia ibi descendunt animae nostrae cum accedunt ad corpus; alia est in opposito signo, in Capricorno scilicet, quae dicitur esse deorum, quia inde revertuntur animae nostrae, cum revertuntur ad comparem stellam; [1]) nam dicuntur esse creatae ad numerum [2]) stellarum et quoque circumvolvi cum sua stella. Et dicuntur esse quatuor genera virtutum; inferior [3]) ordo vocatur politicae virtutes, quae sunt in rectoribus urbium; aliae sunt purgatoriae sicut philosophorum, qui si aliquando trahuntur ad illicita, statim poenitet eos. Aliae sunt iam purgati animi, sicut sunt Eremitarum animae; et hoc totum habent in ipsis corporibus. Aliae sunt exemplares aliarum in mente conditoris. Angelorum virtutes possunt contineri inter eas, quae sunt purgatissimi animi. Et illae animae, quae possident purgatorias vel purgati animi virtutes, non morantur in purgatione post dissolutionem corporis, sed statim ad comparem stellam [4]) revertuntur. Rectoris vero urbium sicut Pompeii anima purgabatur in ipso aere. Et sicut descendendo in singulis planetis dimittunt aliquid divinae naturae, et recuperant [5]) corpoream naturam, ita in adscendendo exuerunt istam et receperunt priorem. Et nota quod inter Cancrum et Lebnem dicitur esse crater Bacchi, de quo bibunt oblivionem; [6]) nam si haec non essent, scirent futura

1) Similia leguntur apud Macrob. Somn. Scip. I, 12. et Eulog. ad Cic. p. 444.

2) La. *numen st. et quae;* correxi ex Mog.

3) Similia habet Macrob. Somn. I, 8. p. 50.

4) Addidi ex Moc.

5) La. *recuperavit.*

6) De his disputat Macrob. Somn. Scip. I, 12. p. 66.

ut angeli; et dicuntur per Cancrum ideo descendere, quia quantum ad nos non est aliquod signum altius, et ipsae de altissima sede incipiunt descendere. Et nota quod ipsi Platonici diviserunt mundum in ipsum firmamentum et in cursum planetarum; et diviserunt in novem circulos, septem planetarum circulos, et ipsius aplanes, [1]) et praeterea ipsam terram. Et nota quod ceterae animae, quae non continentur in [2]) superiori virtutum divisione, sicut sunt rusticorum et aliae, [3]) non solvuntur statim in generalitatem; sed intrant de uno corpore in aliud, et ita intrando descendunt usque ad infimum. Tandem resipiscunt et incipiunt ascendere, et ita faciunt usque ad centum annos ad minus; deinde solvuntur et patiuntur diversas poenas. Cum tandem perveniunt ad octavum circulum, bibunt de Lethaeo fluvio, sicque debent redire ad corpus; nam si recordarentur, quae ante passae sunt, nollent reverti. Et nota etiam quod sententia fuit quorundam, ut, quamdiu corpora durarent, animae circa corpora versarentur; et ideo quaedam corpora comburebantur mortuorum, ut animae cito solverentur in generalitatem; alii vero inbalsamabant corpora, ut animae diu circa ea versarentur. Nota et duos esse motus, rationabilem et irrationabilem. Aplanes volvitur ab Oriente per Occidentem iterum in Orientem; qui motus dicitur rationabilis, quia ratus et firmus est. Planetae volvuntur ab Occidente in Orientem, et iterum in Occidentem; qui motus [4]) vocatur irratationabilis, quia aliquando volvuntur contra firmamentum, aliquando cum ipso, aliquando sunt stationariae. Et hi duo motus dicuntur esse in microcosmo, i. humana anima, quando intendit in creatorem suum; tunc, etsi per Occidentem volvatur, non tamen facit ibi moram. Cum non immoratur in Oriente, sed revertitur in Occidentem, tunc irrationabiliter currit, quod facit homo, cum in saecularibus solummodo intentus est; aliquando utrumque simul, ut si forte in orando occurrunt malae cogitationes. *Manes* aliquando accipiuntur pro diis infernalibus, aliquando pro recentibus animabus, aliquando simpliciter pro anima, ut in hoc loco. Nunc litera. Corpus tam viliter, ut diximus, iacuit *in Pharia* arena; *at manes non* iacuerunt ibi. Et hoc ideo,

1) La. et Moc. *aplanos*, ut infra; cf. de his Macrob. Somn. Scip. I, 11. p 64.
2) La. *a*.
3) La. addit *et*, Moc. *etiam*.
4) Addidi *motus*.

quia *cinis* ille *exiguus* et quasi vilis res erat respectu ipsius animae. LA. *At non*) vult hic poeta ἀποθέωσιν facere Pompeio. VOSS. *favilla*) cinere. BC.

2. Et ideo non *compescuit*, i. non retinuit, [1]) *umbram*. Hic ponit *umbram* pro anima, quamvis aliquando ponatur pro tertio, quod dicebant philosophi descendere ad infernum. Quod dicit *cinis* non *compescuit umbram*, tangit hoc, quod animae malorum diu versabantur circa ipsa corpora. LA.

3. Non *compescuit*, sed potius porro saliit a *busto*. Alii rectores urbium saliunt, sed iste *prosiluit*. LA. *Prosiluit*) ἀποθέωσιν dicit factam. BC. GUELF. *busto*) Rogus est constructio lignorum; pyra incenso igne; bustum combusto corpore; tumulus sepultis ossibus; sepulcrum super tumulum fabrica; monumentum incisio nominis. [2]) LB. *relinquens*) i. in deos translatus est. BC. GUELF.

4. *Rogum* vocat *degenerem* propter corpus degener, quod ibi comburebatur. *Relinquens rogum sequitur convexa Tonantis*, i. volvitur rationabili motu; nam, ut diximus, aplanes volvitur rationabili motu. *Convexa* vocat ipsum coelum eo, quod ex omni parte videatur quasi inclinum. [3]) Illud sequi non est aliud, nisi iam despicere terrena ex toto, et in solum creatorem intendere. LA. *Degeneremque*) se non dignum, non quo [4]) rogus aliquando degeneret. BC. VOSS.

5. Et ne ex hoc quod dixit: sequi *convexa Tonantis*, crederetur statim venisse ad ipsum firmamentum, subiungit: ibi *sequitur*, qua aether aeri coniungitur; et hoc est quod dicit *qua niger aer* etc. LA. *Qua*) in confinio aeris et lunaris circuli. BC. GUELF. *niger aer*) hunc dicit, qui vicinus est terris; nam usque ad lunarem circulum turbidus est aer. BC. GUELF. Vel quia sole relictus in umbra est; vel ad comparationem aetheris *niger aer*, i. umbra terrae. LC. Astriferos axes vocat cursum planetarum; in omni enim rotundo possunt considerari axes, et ideo planetarum cursus [5]) dicit habere axes. LA. LB. *axibus*) Axes [6]) hoc loco

1) Idem Bc. et Guelf.

2) Haec conflata esse videntur ex Isidor. de Differ. nr. 216. T. VII. p. 440, ubi fere eadem leguntur, et nr. 444. T. V. p. 57. Ed. Arev., quae et ap. Serv. ad Virg. Aen. XI, 185. et Donat. l. l. vs. 200. exstant.

3) Qua de forma vocis vide Adelung. Gloss. T. IV, p. 165; Moc. *inclinatum*.

4) Voss. et Guelf. *quod*.

5) Lb. *dic. pl. circulos*.

6) Guelf. *Axis* et paulo post *circulo*.

pro circulis posuit planetarum, ideoque addidit *astriferis;* nam re vera in axe non sunt astra. BC. VOSS.

6. Non mirum, si ipse ibi purgatur; nam ille locus est, in quo prius purgantur functi viri; et hoc est quod ipse dicit: illud, *quod patet inter terras* et *meatus lunae, habitant semidei manes.* LA. *Quodque*) et illud *sequitur, quod habitant* functi viri, illud, dico, *patens* [1]) *inter terras* et cursus lunae, ut ibi purgentur, quicquid terrenae faecis contraxerant. GRONOV. [2]) BP. Sapientes ita [3]) volunt, ut spatium, quod inter coelum [4]) et terram est, possideant animae nobilium mortuorum. [5]) De qua re diffuse Martianus [6]) disputat. BC. VOSS. Inde verum de Anchisa: [7]) *Aeris in campis latis* etc. VOSS. *meatus*) cursus. BC.

7. Illos voco semideos, *quos ignea virtus, innocuos* in hac *vita, fecit patientes* esse *imi aetheris.* Non vocat semideos quantum ad genus, sed quia fere tota illorum conversatio in coelo est. Illa *virtus* vocatur *ignea,* quae non est sola, sed ubi [8]) multae sunt. LA. *ignea*) dura. BC. GUELF.

8. Imus aether est, ubi coniungitur ipsi aeri. LA. LB. Aerem dicit *imi aetheris;* sc. superiora [9]) sunt intra cursus planetarum. BC.

9. *Sequitur convexa et collegit animam in aeternos orbes. Collegit* ideo dicit, quia prius sparsa fuit in ipsis mundialibus; [10]) nam aliquando rationabili, aliquando irrationabili motu volvebatur; nunc solo rationabili. *In orbes* dicit propter duos circulos planetarum. Et nota, quod non ulterius irrationabili motu volvitur, *ignea virtus* est causa, quare talem locum habeat; nam non divitiae; et hoc dicit *positi* in *auro,* i. in auratis sepulcris, *non perveniunt illuc* ideo. LA. *orbes*) i. [11]) planetarum circulos, quorum motus aeternus est. BC.

1) BP. pro his *illud spatium quod est — meatus l. habitant sancti viri ut i. purgetur* etc.

2) Vide *eius* Obss. I, 13. p. 88. Ed. Lips.

3) *ita* et seq. *ut* desunt Voss.

4) Voss. *terr. et coe. est possidere animas.*

5) *defunctorum* reliquis omissis Voss. et Guelf.

6) Confudit Schol. Martianum cum Macrobio, quem vide in Somn. Scip. I, 1; apud Martianum certe, praeter locum II, 9. p. 133, ubi animarum habitatio tangitur, nihil eiusmodi poteram invenire.

7) Aen. VI, 888.

8) La. *ibi.*

9) Bc. *superius.*

10) Cf. Adelung. Gloss. T. IV. p. 774.

11) Guelf. addit *in.*

11. Dum fuit in terris, etsi contemplaretur, non tam claro lumine. LA.

12. *Postquam* est *miratus vagas stellas;* ac si dicat *postquam* recognovit, quis est [1]) irrationabilis motus; *et miratus astra fixa polis,* postquam recognovit rationabilem motum; recognovit quid tenebrosum sit illud, quod nobis videtur dies, et tunc pro ludibrio habuit corpus suum, quod tantopere prius amavit. LA. *vagas*) septem [2]) planetas dicit. BC.

13. *Fixa*) stellas, quae cum coelo moventur, [3]) ut sunt Pliades et Hyades. BC. *sub nocte*) illic [4]) enim maius lumen invenit. BC. VOSS.

14. *ludibria*) risit [5]) autem se esse sepultum, cum esset receptus in coelum. BC. GUELF. VOSS.

15. Et facit eum per hoc quasi ultorem patriae, quod subiungit *hinc super campos Emathiae* etc. LA.

17. Et ipse volens existere *vindex scelerum,* factorum a Caesare, inspiravit Bruto et Catoni tales animos erga patriam. LA. *vindex*) quia [6]) hic postea in senatu Caesarem occidit. BC. VOSS.

18. *invicti*) ab inhonesto. VC. *Catonis*) hic postea duxit exercitum. BC. GUELF.

19. *ubi*) pro quando. BC. *pendebant*) illud tempus dicit, quando Pompeius vivebat adhuc. BC.

20. Et per hunc effectum patet, quod *sedit in pectore* illius, quia tunc [7]) tandem coepit amare Pompeium, quem ante bellum Emathiae odio habuit; et hoc aequipollenter *ille* Cato, *ubi casus pendebat,* i. dum *dubium* erat, quis vinceret, quod fuit ante Emathium bellum, *oderat* Caesarem et Pompeium. LA.

21. *Oderat*) non solum Caesarem. LB. GUELF.

22. Is *raptus* fuit *auspiciis patriae,* scilicet speravit bene eventurum patriae; et senatus etiam [8]) compulit eum. LA. *senatus*) quod ipsum potius senatum [9]) sequeretur quam Pompeium. BC.

24. *tutore*) i. e. defensore Pompeio. BC. VOSS. Potest hoc translatum a minoribus accipi, qui a tutoribus gubernantur. VOSS.

25. Hoc prius fecit; post [10]) illud bellum totus erat deditus servitio Pompeii, et ut ceteros, tituban-

1) An *sit?*
2) *septem* deest Guelf.
3) Eadem Guelf.
4) Guelf. *hic.*
5) Voss. *Vanitatem scilicet sepulturae risit cum* etc.
6) Guelf. *quod;* Voss. *hic enim in S. p. C. o.*
7) *tunc — habuit;* eadem Lc.
8) La. *et.*
9) Guelf., v. *senatum* omisso, *non* pro *quam.*
10) *post — Pompeii;* eadem Lc.

tes propter absentiam Pompeii, confirmaret, effectus est aliorum caput; et hoc est quod dicit *excepit* [1]) *patriam*. LA. Ostendit Catonem nihil pro se facere, sed etiam pro senatu, si nec [2]) ideo vult vincere, ut ipse regnet, nec ideo superari non vult, quia metuit servire victori. VOSS. [3])

29. Non dicit *post funera Magni*, ut adhuc sciret Magnum mortuum, [4]) sed hoc dicit poeta quantum ad se. Per hoc quod dicit *partes* notat Caesaris partem et Pompeii, quarum unam commendabat opprimere, alteram exaltare. LA.

30. *fusas*) i. dispersas. LD. sparsas. BC.

31. Ideo excipit *patriam, ne* Caesar exsequeretur illos *fusos per litora*. LA. *actu*) impulsu. BC. LB.

32. Excipit, et primum venit Corcyram. Corcyra est insula. LA. *Corcyrae*) Insula est, quam Phaeaces inhabitant. [5]) Insula in Ionio mari, quae antea Phaeacia [6]) fuit, ad quam delatus est Ulixes. BC. VOSS.

33. *fragmenta*) reliquias. BC.

34. Et cum habuit tot carinas, *quis crederet* eos fugere? LA.

35. *artasse*) angustasse. BARTH. [7]) ut clauderetur [8]) mare navium multitudine, nec [9]) conspici posset unda. [10]) Virgilius: *Latet sub classibus aequor*. BC. LB. VOSS. Potest et sic accipi, quod a mari artatae sunt, i. e. sibi admodum iunctae, quod tantum numerum capere pelagi latitudo non posset. VOSS.

36. Doris est civitas, posita in promontorio Maleae. LA. LB. Taenarus [11]) mons et civitas est. Ideo dicit *apertam umbris*, quia ibi audiuntur lamentationes animarum, quae cruciantur in inferno. LA. *Malean*) civitas est [12]) in promontorio Maleo. BC. VOSS. ut Virgilius: [13]) *Maleaeque sequacibus undis*. Declinavit

1) La. *et cepit*.

2) *nec* etc.; eadem Lp., sed *vinci noluit* pro *sup. n. vult*.

3) Schol. La. et Lc. vide T. II. p. 497; priori adde vv.: *et hoc est, ubi dicit totae post Magni* etc.

4) La. *moriturum*.

5) Priora desunt in Voss., qui post v. *insula* sequens addit *est in m. Ion.*, Guelf. seqq. *ins. in I. m.* non habet; duo sunt coniuncta scholia in unum. Cf. Serv. ad Virg. Aen. III, 291.

6) Bc. et Guelf. *pacata*; Voss. *vocabatur* pro *fuit*, omisso v. *Ulixes*.

7) ad Stat. Theb. XI, 273.

8) Voss. *clauderet — multitudo*.

9) Guelf. Lb. Voss. *ne*.

10) Guelf. *quae dixit V.*; Voss. *ut dix. V.*; Lb. haec omisit. Locus Virgilii est Aen. IV, 582.

11) La. *Trenarus*, ut saepius.

12) *est* non legitur in Guelf. et Voss. Postea Oudp. *Malea*; MSS. *Maleo*.

13) Aen. V, 193.

autem *τὴν Δωρίδα*. VOSS. *Taenaron*) Hic est enim [1]) descensus ad inferos. Virgilius: [2]) *Taenareas etiam fauces, alta ostia Ditis*. BC. VOSS.

37. Cythaerus [3]) est mons. LA. *Cythera*) hodie Cirrico. [4]) VC. Insula est Veneri consecrata. Virgilius: [5]) *Est Amathus, est celsa mihi Paphos atque Cythera*. BC.

38. Quamvis Dicte sit civitas Cretae, tamen hic dividit ab ea. LA. *fugit*) celeriter navigando [6]) deseritur, recedit. Sic enim navigantibus videtur, ut cuncta [7]) fugiant, per quae navigant. BC. Dictaeus mons Cretae. GUELF. *legit*) transit; [8]) nauticus sermo. BC.

40. *Tunc impulit Phycunta*, i. impetum fecit in eum, quia fuit ausus claudere *portus*, et tamen *sparsit* eum. Phycus [9]) est civitas. LA. *Impulit* i. removit obstantem Phyconta. BC. GUELF. Phycuns [10]) civitas est Graeciae iuxta Asiam; [11]) haec obstitit [12]) classi Catonis, [13]) ne portum ingrederetur, et est victa. BC. LB. VOSS. *meritum*) i. dignum vastari. BC. GUELF. Phycuns civitas est Graeciae iuxta Asiam, quam vastavit Cato, eo quod repellaverat. BC.

41. *Sparsit* vastavit. BC. *alto*) per altum. GUELF.

42. Cum Palinurus iaceat in Italia, dat causam, quare dicit illud [14]) *litus* esse Palinuri; quia non tantum [15]) in *Ausonio aequore* habes monimentum, sed etiam *Libye testatur* per cenotaphion, quod ei fecit, se *placuisse Phrygio magistro*. LA. Quando Aeneas fuit apud Carthaginem, docuit Palinurus Libycos peritiam navigandi; et ideo, audita morte illius, fecerunt ei cenotaphion, i. inanem sepulturam. LA. LB. *In litus*) Ubi cum Aeneae classibus stetit, Palinuri portus est appellatus. Ubi [16]) sepultus est, loco nomen imposuit, ut Virgilius: [17]) *Aeternumque locus Pa-*

1) Voss. *H. en. ingressus inferni, ut V. T. f.*

2) Ge. IV, 467, ubi cf. Serv.

3) La. commutavit cum *Cythera*.

4) Imo *Cerigo*.

5) Aen. X, 51; Bc. *Aemathos*.

6) Guelf. *navigavit* sine *deser*.

7) Guelf. *civitates — quas*.

8) Guelf. addit *et est*.

9) La. *Phycon*, ut post Guelf. et Bc.

10) Voss. *Graecus accusativus. P. c. Gr.*

11) Imo Phycus civitas Cyrenaicae. OUDP.

12) Guelf. *obsistit*.

13) *Caton.* abest a Guelf. Voss. Lb., qui praeterea *cl. ingredienti por.* habet. In fine omnes praeter Bc. *vi. est*.

14) La. *illius*.

15) La. *tam*.

16) *ubi — imp.*; eadem Guelf., sed *u. s. c. Palinurus l. n. dedit*.

17) Aen. VI, 381.

linuri nomen habebit. VOSS. Portum dicit Africae, quo egressus est Aeneas, quando ad Didonem venit. Nam Ausoniae locum, ubi sepultus est Palinurus, non possumus accipere, cum Cato non ad Italiam tunc revertebatur, sed ad Africam ibat; hoc enim sequenti versu explanatur. Palinurus Aeneae navis gubernator fuit. BC.

43. *monumenta*) in mari namque mortuus fuit, ideoque monumentum ibi habere dicitur. BC.

44. *Libye*) nominativus est. BC. GUELF.

45. Tunc *delabitur in litus* Palinuri, cum procul videre naves filii Pompeii; et hoc dicit *cum procul carinae tendentes* etc. LA. *Cum procul*) Hoc dicit: adventantes de longinquo naves eos, qui erant cum Catone, terrebant. Cornelia enim in his ratibus navigabat; et ibi [1]) esse Caesarem suspicati sunt, dum [2]) suos venire non credunt. BC. VOSS. *alto*) ex mari. BC.

46. *animos*) eorum, qui cum Catone erant. BC. Catonistarum. VC.

47. *praeceps*) sollicitus. VC. Caesar, qui erat [3]) turbidus, faciebat, ut essent omnia [4]) timenda. Est ergo [5]) ordo: *praeceps victor facit omne timendum.* BC. VOSS.

48. Credidit eum esse *in* omni *carina*, i. e. [6]) timuit ne essent hostes; *ast illae puppes* ferunt *luctus et* illa *mala*, quae et Catonem moverunt ad *lacrimas*, quamvis durus esset, ut commoveretur. LA.

50. *vel*) etiam; ut Virgilius: [7]) *Vel Priamo miseranda domus.* BC.

51. *Ferebant luctus; nam ferebant* Corneliam flentem et taliter querentem: *indigna fui?* Conquerentem dico taliter, *postquam* ipsa *frustra tenuit nautas* cum *precibus*, et *postquam tenuit fugam frustra privigni.* LA. *frustra*) Ideo voluerat morari, [8]) si forte revolutum [9]) in maria Pompeii corpus posset auferre; et [10]) hoc impetrare non potuit, nam maritum vidit ardentem. BC.

52. Ad hoc retinuit, *ne*, pro ut, rehaberet corpus, si *forte remearet in aequora.* LA. *Privignique*) Sexti Pompeii, qui fuit [11]) filius Iuliae, filiae Caesaris. BC. VOSS.

1) Guelf. *hic;* Voss. *hi.*
2) Guelf. *suos autem.*
3) *qui erat* desunt Voss.
4) Voss. *cuncta metuenda.*
5) Guelf. *autem.*
6) La. *ipse — esset.*
7) Aen. XI, 259, ubi est *manus.*
8) Guelf. *reverti.*
9) Bc. *revocatum,*
10) Guelf. *sed.*
11) *fuit* deest Guelf. Voss. *fil. Pompeii et Iul.* (Oudp. *Aemiliae*) *prioris coniugis.*

54. Et etiam dico eam taliter conqueri, postquam flammam *non iusti* [1]) *sepulcri* etc. Hic dat intelligi, quod nihil scivit de quaestore illo, qui combusserat eum. LA. *non iusti*) nam flamma humilis fuit et indigna Pompeii sepulcro. BC. GUELF.

55. Et quia *frustra tenuit* eos, *ergo* dixit haec verba *indigna fui* etc. Vel aliter iungitur: *nam* et *indigna fui componere membra Magni*, sparsa per pelagus. Solebant uxores colligere ossa et cineres, unde reliquias facerent in templis deorum. Quae conqueritur non sibi licuisse. LA. *Ergo*) inceptivum. LB. haec coniunctio multa eam cogitasse significat; nam ad cogitationem refertur. BC. GUELF.

57. *crines*) hoc [2]) de more plangentium. BC.

58. *dispersi*) quae unda disperserat. BC. VOSS. assidue fluctibus verberati Magni membra. VOSS.

64. Ideo dicit hoc *officium grave manibus* Pompeii, quia tanto viro honestius esset non sepeliri, quam taliter; et hoc ostendit per hoc, quod sequitur *o bene nudi* etc.; ac si dicat felicius vobis evenit, quod adhuc insepulti estis, quam si taliter sepeliremini. Nam magis invident ei dii, quod talem ei sepulturam dederunt, quam si [3]) nullam. LA. *grave*) ob dedecus scil. BC. *nudi*) i. insepulti. BC. GUELF. VOSS. potest legi et *nulli;* non enim sunt concremati. VOSS.

66. *Invidia*) cui dii plus inviderunt; [4]) de hoc enim diis debet invidia maior fieri, quod talem tumulum accepit Pompeius, qualem Crassi non habebant. [5]) BC. *similisne*) quia neque [6]) Crassum sepelire potuit, neque Pompeium. BC. VOSS.

67. *iusta*) Ut ait Cicero: [7]) *Qui nondum omnia paterno funeri iusta solvisset.* VOSS. II.

68. Per hoc quod dicit *plangemus ad urnas plenas*, notat illud, quod faciebant rogum sine corpore, i. [8]) cenotaphion; et faciebant officium ac si esset ibi corpus. LA. *plenas*) Moris [9]) enim erat, ut, si corpora suorum non haberent, simularent funus et facerent

1) La. *usti.*
2) Guelf. addit *est.*
3) La. *quasi.*
4) Guelf. *invidere;* postea *inv. deb. Diis.*
5) Guelf. *habuerunt.*
6) Guelf. *nec — nec P. s. p.;* Voss. *Nec enim C. poterat S. nec Magnum.*
7) Rosc. Am. 9.
8) La. *et;* paullo post *faciebat.*
9) Voss. *mos.*

sepulturam, [1]) quod et hanc in duorum coniugum [2]) morte credo fecisse. Bc. Guelf. Voss.

69. Ego conqueror de busto; sed *quid* mihi *opus est* de *tumulis?* Ipse cinis esset instrumentum doloris, si haberet. La. *porro*) pro sed. Bc.

70. *Instrumenta*) i. quibus instruaris et crescas; nam tumulus doloris instrumentum est, quoties videtur. Bc.

71. *Impia*) misera; i. quae aliquod instrumentum requiris; [3]) ad se ipsam loquitur. Bc.

72. Mihi non *est opus;* nam illi tantum *est opus,* quae vult vivere post mortem mariti; et hoc est quod dicit *victura superstes quaerat cineres.* La. *quaerat*) Illa, inquit, debet [4]) exigere, ut marito tumulus exstruatur, [5]) quae post eum victura est, ut sit, quo possit ire [6]) cum lacrimis; sed ego, quae mori volo, haec curare nolo. Ld. Voss. Sensus est: illa, [7]) quae post mariti mortem vult vivere, debet quaerere cineres; ego autem nolo vivere post mortem [8]) coniugis, et ideo non est necesse, ut quaeram cineres. Bc. *cineres*) i. bustum. Bc. *victura*) quae vult vivere. Bc.

73. Ego dico nihil *est opus tumulis, tamen* aliquantulum magis commovit [9]) me *ignis* iste, *qui* nunc *fulget* etc. La. *maligna*) parva. Vc. exigua. Virgilius: [10]) *Quale per incertam lunae cum luce maligna.* Bc.

76. *vanescit*) deficit. Bc. incipiente enim [11]) sole desinit fumus conspici, quia [12]) fumum lux maior obscurat. Bc. Voss.

77. *Venti invisi mihi tendunt carbasa,* ideo *invisi,* quia [13]) *non* est *tellus* aliqua, quae *nunc* sit *mihi gratior.* La. *tendunt*) ut longius ducta [14]) videre non possim. Bc. Voss.

78. *nunc*) scil. est gratior, quam Aegyptus. Guelf.

79. *terens*) frequenti scil. iteratione; [15]) ter enim triumphavit. Ordo: *currus terens alta capitolia.* Bc.

1) Voss. *sepulcrum.*
2) Voss. *mor. coniugum;* Bc. *facere* sine v. *coniug.*
3) Eadem Guelf., sed *aliqua instrumenta non req.*
4) Guelf. *debes;* Ld. *curare.*
5) Eadem Guelf. et Bc., sed hic addit *quae vult illum super — vivere.*
6) Voss. *ir. p. c. l. quod e. q. maior procurare non debeo.*
7) Guelf. addit *inquit.*
8) Guelf. *non vivam p. mariti mortem.*
9) *et movet* etc.; eadem Lc.
10) Aen. VI, 270.
11) *enim* deest Guelf.; sic et seq. *fumus* in eadem et Voss.
12) Voss. *quam flammam.*
13) *quia* etc.; eadem Lc.
14) Voss. addit *fumum.*
15) Guelf. *ratione.*

currus) gratior [1]) est, quia a Magno ter in Capitolium ductus iter triverit assidue transeundo. GUELF. VOSS.

80. Et hoc ideo, quia *Magnus* est lapsus *de pectore* meo eo modo, quo *felix* fuit; ac si [2]) dicat felicitas Magni iam decidit. LA. *felix*) illud, quod felix fuit, cecidit iam de pectore meo. BC. Non iam, inquit, diligo quod fuit felix, sed quod nunc miser est diligo. [3]) Supra enim dixerat Pompeius: [4]) *Et ipsum, quod sum victus ama.* BC. VOSS.

81. Et ideo *hunc volumus, quem Nilus* tenet etc. LA.

82. *queror*) Non murmuro; sed [5]) quia cum eo non haereo, queror. Hoc, inquit, queror, quia non possum *haerere nocenti terrae*, i. quia subtrahor ab Aegypto. BC. *Crimen* in hoc *commendat* ei *arenas*, quia magis nunc diligit quam aliud aliquid. LA. *commendat*) hanc ob causam terram diligo, quod Pompeius illic occisus est. VOSS. laudabiles facit, quia ibi sepultus est Magnus. BC.

83. *si qua*) Difficile enim creditur, quod mulier solum hostile non timeat. VOSS.

85. *Sexte*) filius Pompeii ex Iulia hic [6]) est. BC.

86. Et ideo haec moneo, quia pater vester commisit mihi haec in mea providentia; et repraesentat verba Pompeii, ubi dicit *cum fatalis hora damnaverit me* etc. LA. *condita*) mandata dico. BC. quae nunc [7]) usque ego in memoria reservavi. BC. VOSS.

87. *hora*) Verba Pompeii ad Corneliam ante mortem.

88. *Excipite*) Verba Corneliae referentis [8]) verba Pompeii ad filios. BC. GUELF. VOSS. i. a me missum [9]) suscipite. BC.

90. *Caesaribus*) i. quicunque de gente [10]) Caesaris fuerint, Caesares nominavit. BC. *Vel* hoc loco non disiunctiva, sed copulativa coniunctio est. BC. *Vel regna, vel* saltem *urbes*, quae sunt validae propria *sua libertate, impellite fama nominis* mei. Et poteritis impellere; nam *quisquis* vestrum inceperit, certum est eum invenire *classes;* et *quisquis heres* meus, in

1) Voss. *quod ter in C. d. a Magno iter* etc.
2) *q. d. — occidit* in Lc. quoque.
3) Guelf. et Voss. *est; hoc en. supra d.*
4) VIII, 77. Guelf. et Voss. *Magnus.*
5) Coniunxi haec cum praecedentibus, quae per se leguntur.
6) *hic est* desunt Guelf.
7) Guelf. *us. nunc e. in mea m.*; Voss. *q. e. in mente res.*
8) Voss. *ad Sextum v. P.*
9) Guelf. *sus. a me ipsum.*
10) Guelf. *Caes. gente.*

omnibus *gentibus dabit bella;* ac si dicat omnes gentes obedient ei in bello contra Caesarem. LA.

91. *fama*) aut mei nominis, Pompeii, filiis auxilia subministrabo; aut fama nominis Caesaris, ut auxilia inde mereamini, cum vos contra Caesarem dicitis dimicare. BC.

93. *Pompeius*) ex parte Pompeii. BC. Ambo enim filii eius Pompei dicti sunt Sextus et Cneus. Possumus tamen [1]) de omnibus dictum [2]) accipere, qui fuerunt aliquando Pompeii. [3]) BC. VOSS.

95. Ita *indomitos* dico, quod *uni* soli liceat *parere*, si hoc est, quod tanti est ei libertas, quod fecerit has *partes*. LA. *decebit*) tunc vos Catoni convenit [4]) obedire. BC. VOSS.

97. Tunc necessario *faciet* duas *partes*, si contra Caesarem erit. LA. *partes*) ut non ipse bellum sibi [5]) susciperet, sed Libertas et Caesar. BC. VOSS.

98. Per hoc, quod dicit *exsolvi fidem*, [6]) notat quod promisit per [7]) fidem, quod non prius se interficeret, quam haec diceret [8]) filio; et hoc ideo fecit, ut per hoc differret mortem illius. LA. LC. *Exsolvi*) quasi ad Pompeium loquitur Cornelia; [9]) usque huc ex persona Pompeii. BC.

99. *Invidiae*) Invidebas namque mihi, ne tecum morerer. BC. GUELF. *deceptaque*) ideo enim haec [10]) mihi credidisti perferenda, ut viverem, dum tua [11]) iussa volo complere. BC. Ideo, inquit, vixi, [12]) ut possem tuis filiis referre quae mandasti. BC. GUELF. VOSS.

101. *Inane chaos* vocat ipsum infernum; *Tartara* vocat Caesarem. [13]) LA. *per inane*) per trinam incorporationem. BC.

102. In ipsum infernum, ubi magis est tormentum, sequar; sed tamen *ante feram poenas vivacis animae ab ipsa* anima, cruciando eam; et hoc ideo, quia

1) *tamen* deest Guelf.

2) *dictum* abest a Voss.

3) Voss. *Pompeiis;* Guelf. addit *socii.*

4) Voss. *ob. conv.*, qui haec in fine seq. scholii habet; Guelf. in fine prioris.

5) *sibi* deest Voss., qui in fine *lib. contra Caesarem.*

6) Priora absunt a Lc.

7) La. *pr. ei in f.;* seq. *non* deest.

8) Lc. *hoc f. d.;* seq. *ideo* deest.

9) *Corn.* deest Guelf.

10) Guelf. *tunc* sine *mihi.*

11) Guelf. *vol. t. iuss.*

12) Voss. *Id. i. et me non occidi, ut possim f. t. dicere q. m.*

13) Videtur corruptum.

incertum est, quam longo leto, i. longae diductioni, [1]) sit *tradita* anima; ac si dicat nescio quamdiu stet, antequam intret aliud corpus, in quo oportebit laetari. Tangit illud, quod quidam voluerunt non aliud esse mortem, nisi illud spatium, quod erat, ex quo exibat corpus, antequam aliud intraret; et ideo vocat animam vivacem. LA. *Si sunt*) Secundum eos dicit, qui argumentantur omnia ficta esse, quae de inferis dicuntur. Dicunt enim, quod terra solida sit, et nullam concavitatem possit admittere, ut [2]) Cicero. BC.

103. *Incertum*) Sensus est: incertum est, quando [3]) moritura sim; [4]) sed dum vivo, ab anima mea poenas exigam. BC. *vivacis*) diu viventis. BC.

104. *Anteferam*) una pars est. BC. tolerabo vel [5]) accipiam poenas, antequam moriar. BC. Ab anima mea exigam poenas, quae, te cum perire conspiceret, non mox fugit in mortem. Ergo nunc cruciabitur, ut moerore lacrimisque consumta acceleret mihi fata tardantia. VOSS.

105. *fugere*) i. non potui mori. BC. GUELF. *peribit*) sc. Cornelia; transit [6]) ad tertiam personam. BC.

107. *praecipites*) i. ad praecipitium. BC. *inania*) per aerem, sicut Ino [7]) fecit. BC.

108. Ideo nolo mori aliter, quam plangendo et lacerando me, quia *turpe* est *non posse mori solo dolore,* postquam tu es mortuus; et ideo honestum est, ut solus dolor me interficiat. LA. *Turpe*) Ordo est: [8]) *turpe est, non posse solo dolore mori,* i. moerendo consumi. Afflicta anima moerore dolore consumta delebitur. BC. *Turpe est,* inquit, post te *solo* [9]) *dolore non posse mori,* i. moerendo consumi; nam illae mortes, quas dixi, i. [10]) cum ensibus, aut praecipitio, aut laqueo, eripiunt dolorem; et [11]) nunc sic videor periisse, ne doleam, non quia dolebam. BC. VOSS.

109. *ferali*) lugubri. BC.

110. Latuit in *cavernis puppis,* et hoc modo *arte*

1) La. *dilectioni.*
2) Guelf. *sicut;* cf. Cic. de de N. D. II, 39.
3) Guelf. *quoniam.*
4) Eadem Voss. omissis *Sens. est.*
5) Guelf. *ut a. p. ab ipsa anima.*
6) Guelf. *ad t. transibit p.*
7) Bc. *Io.*
8) Guelf., omisso *est,* in seqq. *mo. s. d. immerendo c.*
9) Voss. *m. s. d. n. p.;* Guelf. *sol.* — *mori* non habet.
10) *i.* — *laq.* absunt a Guelf. et Voss.
11) Voss. *et vid. sic p.;* Guelf. hacc ad finem usque non habet.

et ingenio est *complexa saevum dolorem.* LA. *cavernis*) in [1]) secretioribus navis. BC. GUELF. VOSS.

111. *arte*) strictim. BC. adverbium. GUELF.

112. *Et amat luctum pro coniuge;* [2]) q. d. olim multum amavit coniugem, tantum nunc amat luctum causa Magni. LA. LC.

113. Quod *amat luctum,* per effectum ostendit, ubi dicit *illam non fluctus* etc. LA.

114. *clamor*) nautarum; clamor commotus adveniente discrimine Corneliam non movebat. BC. GUELF.

115. Nautae optaverunt defectum, illa vero e contrario, scilicet ut augeretur; et hoc modo favet *procellis* optans [3]) ut crescant. LA. *faciens contraria*) ipsa Cornelia [4]) imprecabatur adversa timentibus nautis. BC. GUELF. VOSS.

116. *Composita*) devota vel decreta. BC. ut, quemadmodum perire [5]) vellet, sic iam membra componeret. VOSS. *favitque*) optavit, ut crescerent. BC. VOSS.

117. Et nota quod, priusquam socii Corneliae venerunt ad Cyprum, viderunt eos illi, qui cum Catone erant in portu Libyae. Venti tendunt carbasa, et primum venerunt ad Cypron; *inde Eurus egit* eos in Libyam, *tenens* [6]) *pelagus, sed* tamen *iam moderatior.* LA. *Cypros*) nominativus Graecus. BC. GUELF.

118. *tenens*) i. deinde descendens et [7]) navigans. BC.

120. *ut*) postquam seu quemadmodum. GUELF.

121. Quo postquam venerunt, *tunc* Cn. Pompeius *fertur* obviam *in undas,* postquam recognovit *comites patris.* Ipse hoc fecit praesagus futuri mali, ut solet esse, quod *tristis mens est praesaga in multo timore.* Quidam habent *aspexit,* et tunc est intelligendum [8]) hic *ut;* alii habent *ut vidit patrios.* LA. *patrios* Romanos scil. BC. vel *Pharios;* Romanos scil., sed qui ad Alexandriam cum Pompeio principe navigassent. VOSS. *Magnus*) i. Pompeius. Hic est [9]) Cn. Pompeius, qui fuerat cum Catone. BC.

122. *praeceps*) festinus. BC.

123. *parens*) i. genitor meus. BC. *stat*) i. vivit principatus imperii? BC.

1) Voss. *in interioribus et s. n. partibus.*
2) Priora absunt a Lc.
3) La. *opto ut crescat.*
4) Voss. *ip. precab. ad. iam t. n.*
5) Voss. *peritura.*
6) La *ten. tīc* (an *tunc?*) *et p. si t. tam.*
7) Guelf. *i.*
8) La. *legendus bis.*
9) Guelf. *Hic C. Pompei filius, q.*

124. *occidimus*) periimus. BC. *Romana*) i. Romanas res. BC. [1])

126. Ad *quem talia frater: o felix!* Ideo dico *felix*, quia tantum *audis nefas;* ego autem *fero nocentes oculos*, quia mortem viderunt genitoris. LA. *dispersit*) iactavit. BC. *oras*) fines regionis. BC.

127. *audis*) qui audis et non vidisti mortem Pompeii, [2]) patris nostri, quam ego vidi. BC. GUELF. et non vides; nam ego vidi. BC. *nocentes*) immundos, inquinatos. BC.

128. *Spectato*) viso. BC. *fero*) porto. BC.

129. Et inde *nocentes*, quia vidi eum *non* perire *armis Caesaris;* et non *periit* aliquo, qui possit computari dignus auctor *ruinae;* nam levius est ferre malum, si ab aliqua digna persona accipitur. LA. *dignoque*) i. Caesare. Dignus est, ut per ipsum fiat ruina. BC.

130. Qualiter *occubuit* ostendit: *rege sub impuro*. LA. *impuro*) infido. BC.

131. *Fretus* inde, quia multoties receperat patrem eius, et quia fidem debebat, et quia [3]) multa etiam fecerat pro avis, et quia huic dederat regnum; et hoc notat, ubi dicit *cecidit donati* etc.; q. d. ita interfecit eum, sicut aliquis, qui victimam sacrificat. LA. Potest iunctim [4]) accipi *hospitiis fretus superis*, i. *diis hospitalibus;* fretus enim dicimus et illa re et illius rei fretus. VOSS. Vel *hospitiis* [5]) *superis*, i. dextris. Quando Superi Pompeium adiuvabant, tunc fuit ille locus ei apertus; hoc et nunc putabat, et ex spe deceptus ibi interfectus est. VOSS. I. *superis*) anterioribus. LB. pristinis. LP.

132. *proavos*) quod [6]) ipse non solum Ptolemaeo, [7]) sed etiam proavis eius dederat. BC. qui contulit proavis Ptolemaei regnum, pro eo munere immolatus est. VOSS. *regni*) quia Pompeius regnum Ptolemaeo dedit. [8]) BC.

134. *tyrannum*) Graeci nullam faciunt differentiam inter regem et tyrannum, quos Virgilius secutus ait: [9]) *Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni*. BC.

1) Schol. La. vide T. II. p. 525.
2) *Pomp.* et seq. *nostri* absunt a Guelf.
3) La. addit *fidem;* an *per fidem* vel *fide?*
4) Voss. *iunctum.*
5) Fort. *auspiciis.* OUDP. Nihil mutandum.
6) Guelf. *quia*, omisso *ipse.*
7) Guelf. *Pt. regnum dedit, s. et. p.*, omissis reliquis.
8) Guelf. *dederat.*
9) Aen. VII, 266, ubi cf. Serv. et Donat. Similia docent Papias et Ioann. de Ian. praecunte Isid. Orig. IX, 3; adde Schol. Horat.

135. *iam stare*) i. illic [1]) socerum esse putavi vel credidi, et ab ipso [2]) patrem esse prostratum. Bc. Voss.

136. Omnia graviter tuli, sed hoc maxime, cum *vidimus* caput deferri per urbem transfixum *pilo*. La.

137. *Affecere*) cruciavere. Bc. *gestata*) portata. Bc.

139. Et *fama est* ideo facere, ut servet victori; et per hoc faciet ei fidem de morte Pompeii; et hoc est quod dicit *fama est tyrannum quaesisse fidem sceleris*. La. *fama est*) homines, [3]) inquit, dicebant servari caput Magni, ut adveniente Caesare possit ostendi. Bc. Voss.

140. *tyrannum*) ut [4]) crederetur, quod ipse Pompeium mactasset. Bc. Voss.

141. De isto tantum dico, quia *ignoro an Phariae canes* etc. La. *Phariaene*) dubitativa coniunctio est *ne*. Bc.

142. *Distulerint*) laniaverint. Bc.

143. Quicquid factum sit de corpore, *dono haec crimina Superis*, i. impono eis hoc crimen; vel *dono* est pro condono; [5]) sed *de parte* relicta *queror*. La. *iniuria*) quam [6]) iniuriam videlicet fatum irrogavit. Bc. Haec omnia supradicta iniuriam fati vocavit, aves scilicet [7]) ac canes ignemque furtivum. Bc.

144. *dono*) concedo, remitto. Bc. dimitto. Guelf.

145. *parte*) i. de capite. Bc. *Magnus*) i. Cn. Pompeius. Bc. abusus est patris nomine; nam [8]) Cneus Pompeius vocabatur, non tamen Magnus. Bc. Voss.

147. *Furens iusta pietate;* ac si dicat neque nimis dedit se in lacrimas, quod est mulierum, neque ex toto retinuit se a fletu. La.

148. *sicco*) erant in spiagia. [9]) Vc.

149. *adversos*) contra flantes. Bc. *remige*) i. per remiges. Bc.

150. Cum in *civilibus armis* sit magna *merces condere inhumatos, nunquam fuit tanta,* quam condere Magnum inhumatum. La. Lc.

Od. III, 17, 9 et Serv. l. l. ad IV, 320.

1) Bc. *illi;* Guelf. *soc. il. e. cred.;* Voss. *i. Caesarem il. e. cred.*

2) Voss. *illo.*

3) Voss. *Hac i. h. loquebantur s. ut advenienti Caesari possint o.*

4) Voss. *illi* addit; postea *ille* pro *ipse.*

5) La. *vel dono vel con pro dono.*

6) Haec Guelf. in fine seq. schol. omissis *iniur. vid.*

7) *scil.* abest a Guelf.

8) Voss. *nam hic C. erat* (ut Guelf.), reliquis omissis.

9) i. in litore.

151. Et *nunquam fuit* tam magna *merces*, quam *satiare Magnum sanguine* Ptolemaei. LA. *merces*) Hanc mercedem bellorum [1]) maximam dicit, si et patrem sepeliat, et Ptolemaeum interficiat. BC. VOSS. *condere*) sepelire. BC.

152. *semiviri*) i. Ptolemaei, iuvenis et imbellis. [2]) BC.

153. Et revera satiabitur, quia non solum illud faciam, sed funditus destruam patriam, destruendo pyramides regum et ipsos deos; et hoc est quod dicit *non mergam* in Mareotica [3]) palude *Pellaeas arces?* Faciam scilicet. LA. *Pellaeas*) Pella [4]) civitas Macedoniae, unde fuit Alexander. Nonne haec omnia faciam in [5]) vindicta patris insepulti? BC. *retectum*) nudatum. BC.

154. *pigra*) crassa. GUELF. *Mareotide*) palus [6]) Aegypti; inde sunt uvae dictae a Virgilio: [7]) *Et Mareotides albae.* BC. VOSS.

155. Amasis fuit rex Aegypti. LA. Pronomen potentissimi regis Aegypti. BC. rex Aegypti potentissimus. VOSS.

157. *Omnia*) i. etiam insensibilia. BC. *nudo*) insepulto. BC.

158. Haec omnia faciam pro vindicta patris insepulti: *evolvam Isin* de *busto*, quae habetur *numen gentibus.* LA. *Evolvam*) effodiam et destruam; non solum Aegyptiis, sed et aliis spargam. BC.

159. *Osirin*) dilaniatus a fratre; collecta sunt membra eius et lineis lineaminibus [8]) involuta. BC.

160. *Apis* est taurus, qui mactabatur in sacrificio illius, de quo supra diximus. LA. *Apis*) bos Isidi consecratus; *(et m. al.)* qui apparuit. BC.

161. *Uram caput supposititis diis;* ac si dicat destruam imagines deorum, et inde faciam rogum capiti Pompeii. LA. *deis*) i. simulacris deorum. BC. Caput scil. Pompeii, quod reservatum est, sic uram: subter flammis deorum simulacra supponam. VOSS.

162. Hoc faciam diis, terrae autem hoc faciam:

1) Guelf. *ma. mer. bel.*
2) Guelf. *imbecillis*, omissis *iuv. et.*
3) La. *Mareoticam — artes.*
4) Guelf. *Pellea c. est.*
5) Guelf. *ob vindictam.*
6) Guelf. *Mareotis est p. A. unde;* verba Virgilii desunt. Voss. *Mareotis p. in Aegypto, u. Virg. Sunt et.*
7) Ge. II, 91.
8) Vox nova. Scholion La. vide T. II. p. 540, ubi excidit *hinc* (leg. *hoc*) ante v. *tangit;* corrige *Osiridis* pro *Osidiris*, et dele *male — mact.*

expellam inde cultores, et sic *solus* habebis *Aegyptum*. LA.

164. *Superisque*) etiam deos sparsurum se minatur. [1]) BC. VOSS.

166. Ipse rapuit *classem, sed Cato compescuit*; cuius *iram* laudavit, quia paterna affectione haec fecerat. LA. *compescuit*) i. laudavit, et tamen [2]) compescuit. BC. VOSS.

167. *Interea aether percussus* a plangoribus *sonuit* in *totis litoribus*. LA.

169. *Exemploque*) quia nullus [3]) ante talis factus est luctus. BC.

170. *deflere*) quia populi minime solent deflere potentes; in hoc hic luctus sine exemplo erat, quia pro morte [4]) Pompeii fiebat. BC.

171. *Audito funere Magni aether sonuit, sed* multo *magis*, postquam *Cornelia* egressa est; nam *plangunt geminato verbere*. LA. *magis*) scil. sonat [5]) planctibus aether. BC. *exhausta*) fatigata. BC.

172. *In vultus*) figurate dictum. BC.

173. *verbere*) dolore. BC.

174. *Egrediens* ideo, ut faceret exsequias Pompeio, postquam ad *litora sociae terrae* venit; et hoc est quod dicit *ut primum in sociae* etc. LA. *sociae*) ubi Cato et Sext. Pompeius [6]) erant. BC. GUELF.

176. *impressas*) distinctas. BC.

177. *Exuvias impressas auro* et *togas* dico, quae *velamina ter* [7]) sunt *conspecta summo Iovi;* ac si dicat *vestes*, quibus triumphavit, *collegit* et imposuit *igni*. LA. *pictasque*) triumphales [8]) togas, quae palmatae appellantur. BC. VOSS.

178. *Iovi*) Iovi Capitolino dicit; ad Capitolium enim ire consueverunt cum triumpho. BC. Ter enim constat triumphasse Pompeium, [9]) ut Paterculus scribit dicens: *Huius viri fastigium tantis actibus* [10]) *fortuna*

1) Voss. *nam d. se sp. minitatus est.*

2) *tamen* deest Guelf.; Voss. *Et ipse Cato l. et ipse comp.*

3) Guelf. *n. l. a. erat t.*, omissis reliquis.

4) Guelf. *potente Pompeio.* Schol. La. et Lc. vide T. II. p. 396, ubi lege *scilicet* in illo pro *solos*, in hoc pro *enim;* utrumque ex auctoritate MSS.

5) Guelf. *sonuit ae. pl.*

6) Bc. *Po. Sext.*

7) La. *tunc.*

8) Voss. *q. p. a. id est tr.* sine *togas*. De re cf. Serv. ad Virg. Ecl. X, 27; Fest. p. 344. Dac. et Isidor. Orig. XIX, 24.

9) Guelf. *Po. trium.*; post *pater colus;* Bc. *Pauterculis.* Locus est II, 40.

10) Guelf. *actis*; Oudp. *auctibus.*

extulit, ut primum ex Africa, iterum ex Europa, tertio ex Asia [1]) *triumpharet, et quot partes terrae sunt, totidem faceret* [2]) *monimenta victoriae suae.* BC. VOSS. *funestoque*) funeri parato. BC.

179. Et *ille cinis fuit* isti *miserae cinis Magni;* ac si dicat ita servavit hunc cinerem, ac si ibi esset combustus Magnus. LA. *cinis*) quasi de illius corpore collectus esset; sic Cornelia habebat. [3]) BC. GUELF. VOSS.

180. *Accipit exemplum,* quod ceteri imitantur eam in hoc, faciendo rogum pro illis, qui in Thessalia iacebant. LA. *pietas*) i. qui pietate tangebantur. [4]) A Cornelia enim didicerunt sepelire suos mortuos, quorum corpora non habebant. BC. GUELF. LB. VOSS.

181. *ignem*) ut eos, [5]) quos in Thessalia perdiderant, similiter humarent, vestes [6]) concremantes, ut fecit Cornelia de marito. BC. VOSS.

182. *Sic surgunt* ignes magni et spissi, sicut in vere surgent, cum comburuntur *et Garganus,* et Vultur, et Matinus, qui ideo comburuntur, ut nova herba facilius ibi surgat; et hoc aequipollenter *sic et Garganus simul et arva Vulturis et buceta Matini* tunc dico *lucent, ubi Apulus fovet terras igne.* Ad quid foveat ostendit *parans submittere gramina campis, et revocare herbas* similes illis, quae nunc discedunt. LA.

184. *Igne foret*) ut Virgilius: [7]) *Saepe etiam sterilis incendere profuit agros.* BC. GUELF. *Garganus*) mons Apuliae. BC.

185. Vultur est mons, et Matinus. *Buceta* sunt loca, ubi pascunt boves. LA. *calidi*) propter solem, quem mane primus [8]) accipit. LP. LC. *buceta*) loca. BC. pascua. [9]) LP. montes vocat *buceta,* ubi infiniti abundant boves, et dicuntur a bove; ideo etiam dicitur bucerus, a, um i. bovinus, a, um. LC. *Matini*) Hic autem omnes Apuliae montes appellavit, ubi boves sunt infiniti. VOSS. quia in his montibus optimi boves inveniuntur. BC.

186. Dixit superius, quod fleverunt mortem illius,

1) MSS. *Hispania;* Voss. post *ut pos.*
2) Guelf. et Voss. *facerent.*
3) Voss. *C. haec h. q. de c. ipsius co. es. cinis.*
4) Priora absunt a Lb. et Voss., ut seq. *mortuos.*
5) Voss. *illos;* postea *perdiderunt.*
6) Voss. II. *vestibus concrematis.*
7) Ge. I, 84.
8) *primus* abest a Lp.
9) Idem Isidor. in Glossis.

et dat hic intelligi eos multa opprobria intulisse diis. LA. *umbras*) i. ad animam. BC.[1])

187. Et quamvis haec et illa cara essent Pompeio, tamen *pauca verba Catonis* fuerunt ei cariora; et hoc est quod dicit *omne* illud *quod vulgus audet* conferre *convicia in* deos, et per *quod obicit Pompeium diis, non pervenit gratius ad* aures Pompeii, *quam pauca verba Catonis; pauca* quidem, *sed* ponderosa. LA. *Omne*) Ordo: *quod audet omne vulgus;* redarguendo deos propter Pompeii mortem. BC.

188. *obicit*) prima syllaba necessitate metri corripitur. VOSS.

189. *veri*) veritatis. BC.

190. In hoc *obicit* eum *diis*, dicendo illum fuisse cultorem[2]) deorum et fautorem iustitiae, et nunc[3]) depressisse in tantum eum. Et ponit illius verba: in noscendo modo et mensura *iuris multum* est *impar* prioribus; et quamvis illis *impar, sed tamen in hoc* tam corrupto *aevo* est *utilis*, quia est ei aliqua *reverentia iusti*. LA. *maioribus impar*) Tantae potestatis fuit[4]) Pompeius, ut ante maiores modum poneret[5]) suae potestatis. BC. VOSS.

191. *Nosse*) In summa[6]) potestate positus nullo modo modum excessit; ideoque multum impar maioribus. BC. *iuris*) suae potestatis. BC. *utilis*)[7]) in hoc ipso profuit reipublicae, quod nunquam est[8]) veritus aequitatem; nam Caesar[9]) calcasset senatum, nisi furori suo parem ad resistendum invenisset. BC. VOSS.

192. *nonnulla*) i. tota. BC. *iusti*) iustitiae. BC. propter iustitiam, quia noluit esse reverendus.[10]) BC.

193. Ideo dico *salva libertate*, quia ipse *solus* fuit *privatus, plebe* tamen *parata servire sibi;* q. d. nullus

1) Laudat h. l. Lp. Servii verba, citato nomine et libro, ad Virg. Aen. V, 81. *Nam Pluto — interfice messes*, in quibus bene legitur *quae physica vocatur.*

2) La. *cultorum — factorem.*

3) La. *non*; addidi v. *verba.*

4) Guelf. *erat;* qui seq. *maiores* non habet, supra quod in Bc. *antiquos* scriptum legitur.

5) Guelf. *su. pot. pon.*

6) Guelf. *pot. sum.* et in fine *ideo quia mu. ma. nosset modum iuris.*

7) Voss. addit *sed*; Guelf. *ipsi et pub. rei prof.*

8) *est* non legitur in Voss.; an voluit *nunq. ver. aeq. Caes. calc.* etc. omisso *nam?* Seq. *aequitatem* explicatur per *parem*, i. e. non veritus est Caesari se opponere parem.

9) Voss. *Cal. rempublicam Caes. nisi* et in fine *aliquem reperisset;* unde mutavi *inveniret.*

10) Guelf. *quod — rev. pr. iust.*

fuit, qui nostro tempore privaret se ab honore maximo, si plebs parata esset *servire*. LA. *Libertate*) non enim abstulit libertatem reipublicae. BC. GUELF. Ordo: *et* [1]) *solus privatus parata sibi plebe servire*. BC. VOSS. cum omnes, inquit, sibi vellent servire, sic tamen se agebat, [2]) quasi dignitate privatus. BC.

194. Rexit [3]) enim senatum, *sed* tamen ita, quod *erat regnantis*, i. sub iure illius *senatus*. Similis est huic senex, qui [4]) puerum portabat, puer autem senem regebat. LA.

195. Nihil *poposcit iure belli;* ac si dicat quamvis multa posset obtinere, cum victor revertebatur, tamen nihil volebat. LA. *regnantis*) etiam rector; sic regebat senatum, ut una regnare videretur. BC. *iure*) per vim atque victoriam; [5]) quia hoc per bella noluit conquirere, ut senatui imperaret. BC.

196. Atque in tanta libertate dimisit eos, quod possent denegare sibi et quod ipse petere vellet; et hoc est [6]) quod dicit *voluit posse negari sibi* a populo, quaecunque *voluit dari*. LA. *voluit*) Sensus hic est: volebat ipse difficilia et magna praestare, quae si sibi poscenti propter magnitudinem negantur, aequo animo sustinebat. VOSS. i. si negarentur sibi magna, aequo animo sustinebat. BC.

197. Praeterea est aliud: multa quidem contulit ei respublica, sed ipse longe plura dimisit ei. LA. *Immodicas*) magnas, sine modo. BC. *plura*) maiora bona *intulit* i. dedit reipublicae, quam ipse sibi retineret; *plura* ergo *retentis* accipimus. BC.

198. Incepit bellum, sed bene scivit dimittere, quod nec Marius vel [7]) Sulla fecerunt, postquam allexit eos Fortuna prospera. LA. *invasit*) ut senatus regnum haberet, ferrum [8]) intulit. BC.

199. *Armatus amavit pacem;* ac si dicat pro sola pace accepit arma. LA. *arma*) i. bellum. BC.

200. *Iuvit sumta* etc.; accepto honore non inde elatus est, dimisso non inde depressus est. LA.

201. Prosperitas *domini* solet corrumpere familiam et vitiatam [9]) reddere; quod non fuit in isto. LA.

1) Voss. *et*, omisso *pleb. par. sibi.*
2) Guelf. *habebat — privatum.*
3) La. *Rex.*
4) Addidi *qui.*
5) Bc. *virtutem*; correxi ex Lp., qui eadem habet.
6) Addidi *est.*
7) An *nec*?
8) *ferrum* abest a Guelf.
9) La. *victatam.*

casta domus) imo Caesar posuit sibi cornua, [1]) antequam intervenisset parentela secundum alios. VC.

202. *Clarum* fuit, et ad hoc *clarum, quod multum proderat nostrae urbi.* LA.

204. *Proderat;* nam etsi non esset nunc tanta libertas, quanta fuit ante Sullam et Marium, tamen fuit aliqua, scilicet ficta. Equidem [2]) nunc ex toto periit; et hoc est quod dicit *olim periit vera libertatis fides*, scilicet *Sulla et Mario receptis.* LA. *receptis*) Sensus hic [3]) est: cum recepti in urbem sunt Sulla et Marius, libertas vera succubuit; nunc [4]) Pompeio interemto etiam umbra libertatis, [5]) quae videbatur remansisse, ablata est. Ergo ut [6]) illorum vita nocuit [7]) reipublicae, sic et huius interitus. BC. VOSS.

205. *ademto*) humanis rebus; occiso, ablato. BC.

206. *ficta*) fides libertatis. BC. *pudebit*) quemcunque de civibus. BC.

207. Tamdiu manet *color* et pulchritudo *imperii*, dum libertatis aliqua radix est. Nulla *erit frons senatus;* q. d. adhuc habebatur ei aliqua reverentia, sed deinceps nulla. LA. *color*) dignitas vel status. BC. Ut dicat se reipublicae velle consulere, cum aliquis ad regnum adfectat. VOSS. *frons*) si, cum ipse imperet, senatus nomen adponat, cui se dicat omnem potentiam reddidisse. VOSS. Frontem pro libertate vel reverentia ponimus. Sic Persius: [8]) *Clamabit Melicerta perisse frontem de rebus*, i. reverentiam. BC.

208. Ideo dico *ademto rebus;* non enim passus est [9]) depositionem, sed simul imperium et vitam amisit; et ideo est *felix.* LA. *cui*) i. Pompeio; *victo* occurrit interitus. BC.

209. *obtulit enses*) ut mortem, quam omni [10]) studio debuisset quaerere superatus, adferret ei nefas, quod Ptolemaeus admisit. BC.

210. *vivere*) sed esset infamia. BC.

211. Quaerere mortem est *prima sors viris;* et hoc est quod dicit *scire mori* est *prima, sed* tamen *proxima* est *cogi.* Ille, qui scit, quam dulcis res est mori, vult mori; sed qui non potest illud habere, beatus

1) De vocis significatione vide Adelung. Gloss. T. II. p. 730.

2) La. *et quidem.*

3) *est* non habet Guelf., sed paullo post *sint.*

4) Voss. *iam Po. peremto.*

5) *lib.* deest Voss, qui post *rem. vid. abl.* sine *est.*

6) Voss. *Ill. ergo;* Guelf. *Ergo ill.*

7) Guelf. Voss. *reip. noc.*; hic omisit *sic et.*

8) V, 103, ubi est *Exclamet.*

9) Addidi est.

10) Guelf. *omnis* sine *studio.*

est, si cogitur mori. LA. *proxima cogi*) secunda sors compelli. BC. i. prima [1]) felicitas est viris victis, si sponte moriantur, [2]) secunda sors, si coacti. Pompeio ergo [3]) dat secundam sortem, quia coactus occubuit. BC. LD. LP. VOSS.

212. Adhuc ostendit eum felicem, optando sibi simile negotium a Iuba, si deberet esse alieni iuris etc.; et hoc est quod dicit *et mihi si fatis* etc. LA. *iura*) in alienam potestatem. BC.

213. *Fatalem*) mortiferum. BC. *Fac talem*) o Fortuna, da mihi [4]) similem Iubam, [5]) i. ut, sicut Ptolemaeus occidit [6]) Pompeium, sic [7]) me Iuba interficiat. BC. VOSS. *deprecor*) i. non recuso, non refuto. VOSS. non requiro. BC. *Non deprecor*, i. non refuto, *servari hosti* hoc modo, sicut ipse servatur. LA.

214. *servet*) ut Pompeius servatus est. BC. GUELF.

215. *His vocibus maior honor mortis venit ad* eum etc. LA. *Vocibus*) Ordo: *maior* [8]) *mortis honos*. BC.

217. *Fremit discordia vulgi, cum* interim *Tarchon motus sustulit signa* etc. LA. *Tarchon dimotus*) hic [9]) fuit dux piratarum, qui a Catone abduxit exercitum. BC. GUELF. VOSS. *motus*) iratus. LB. VOSS.

220. *Sustulit*) erexit. BC. i. dedit signa, per quae [10]) Catonem milites derelinquerent. BC. VOSS. *rapta*) abducta. BC. *Cato secutus hunc fugientem notavit;* ac si dicat vitia sua diligenter *notavit*. Hoc modo ostendit *o nunquam pacate Cilix* etc. LA.

221. *notavit*) denotavit, culpavit. BC.

222. *pacate*) piratae erant. GUELF.

224. *pirata*) ut sis pirata. GUELF.

225. Et dum *hunc* notat, *respicit omnes viros* iam convenire, quosque ad suum principem; et hoc notat, ubi dicit *in coetu* et in *motu* videt eos esse. LA. *coetu*) in multitudine. BC. *aperta*) non simulata, [11]) quod abire cupiebat. BC. VOSS.

1) Ld. addit *inquit;* Voss. *fel. vel sors ut victi sponte,* reliquis omissis; Lp. desunt *est vir. vict.;* Ld. habet *est si victi;* Guelf. *victi si.*

2) Guelf. *moriuntur;* Voss. *proxima ut;* Bc. solus habet *sors.*

3) *ergo* deest Ld. et Voss.; uterque postea *qui.*

4) *mihi* deest Guelf.

5) Priora absunt a Voss. et seq. *ut.*

6) *occid.* deest Voss.; Guelf. *Pomp. occid.*

7) Voss. *ita me I. occidat.*

8) Guelf. *maiorum.*

9) Voss. *Tarchon;* et addit *Cilicum* post *pirat.*

10) Voss. *quibus — deserant.*

11) Voss. *h. e. non dissimilans;* Guelf. in seqq. *nam fugere c.*

226. *Quorum unus, mente* iam *aperta* ipsi *fugae,* alloquitur Catonem [1]) ita: dare debes *veniam,* quia amore *Pompeii* venimus *in arma, non* amore *civilis belli;* et has *partes* belli *fecimus* nos tantummodo, ut faveremus ei. LA.

227. *Nos*) Ordo: *nos duxit.* BC.

228. *favore*) i. non nostra causa, [2]) sed studio, quod alii praestabamus. VOSS. amore Pompei auximus. [3]) BC.

229. *praetulit*) anteposuit, vel plus dilexit; i. pro quo bella suscepimus. BC.

230. Quare [4]) cum ille sit mortuus, *perit nostra causa.* LA. LC. *Causaque*) Sensus hic est: postquam Pompeius occisus est, propter quem totus orbis ad bella convenit, et [5]) causa nostra, qua dimicabamus, extincta est; erat [6]) enim causa Pompeius. BC. VOSS. Pompeius, qui fuit nostra causa. BC.

231. Debes dare *veniam,* quia tempus est, ut revisitemus patriam, et *penates,* et *domum* iam *desertam* etc. LA.

232. *Da veniam;* nam finis aliquis debet esse. *Nam quis erit finis, si nec Pharsalia, nec* mors Pompeii dederit finem? LA. *Nam quis*) Ordo: *nam quis erit finis pugnae, si nec Pompeius erit finis, nec Phursalia?* BC. GUELF.

234. Tunc iret *mors in tutum,* si saltem in morte tantum possent, ut fierent eis exsequiae. LA. *Mors eat*) Si, inquit, tempora vitae nostrae perierunt, [7]) saltem in pace moriamur. BC. Si, inquit, vitam et eius fructum per bella perdidimus, saltem in quiete moriamur, quoniam dari otium non potest vitae, quae paene finita est. VOSS. *iustas*) debitas. BC.

235. *Civile bellum vix potest praestare*; ac si dicat in hoc civili bello vix etiam duces possunt habere sepulturas, nedum nos. LA. *sepulcra*) quia Pompeius insepultus est. BC. GUELF. VOSS.

236. *Vix*) nedum nobis. GUELF. LB. VOSS. Et debes nos dimittere; non enim paratur victoria alicui extraneo, scilicet ut sit caput, sed potius Romano; et hoc aequipollenter *non barbara victos* etc. LA. *non*

1) La. *Catoni.*

2) Eadem Lp.

3) *aux.* deest Guelf.

4) *Quare* abest a Lc.

5) Voss. *etiam;* Guelf. postea *dimicavimus.*

6) Voss. *P. en. ipse iis er. c., ut susciperent bella civilia.*

7) Guelf. *transierunt,* omisso *nostrae;* in fine *moriatur.*

barbara) Sensus hic [1]) est: quia sub iura Romani civis me subiicere vult Fortuna et non sub extraneos, [2]) non est necesse ut belligeram. BC.

237. *manent*) restant, vel debentur vel moriantur. BC.

238. *togati*) i. Romani. BC. Civis [3]) leve facit imperium, si civis est et togatus. LP. VOSS.

239. Et quandoquidem *sub iura togata* sum iturus, *quisquis* fuit *secundus* etc.; et sic Caesar. Quod non est contra Magnum; nam *umbris* eius *summus praestabitur honor; dominum habebo* etc. LA. *secundus*) de Caesare dicit. BC.

240. *Hic*) Caesarem dicit, quem post Pompeium primum fuisse non dubium est. BC. GUELF.

241. *honor*) i. reverentiam exhibebo umbris Pompeii, dicens illum [4]) summum esse. BC. *cogit*) nam si eligeret, [5]) Pompeio irrogaret iniuriam; nunc autem imponitur [6]) Caesar dominus, non optatur. BC. VOSS.

242. Videbat *fata* esse cum Caesare; et cum dicit se *fata* sequi, Caesarem notat. [7]) LA. *te solum*) nullum ducem, sed te solum secutus. BC. GUELF. *secunda*) prospera. BC.

243. Ideo *sequor*, quia non est *fas sperare secunda*, i. prospera, scilicet libertatem; *nec* volo ut *liceat*. LA.

244. Non est *fas;* nam *cuncta tenentur* etc. LA.

246. *Clausa*) evacuata. BC. Hoc dicit: vires desunt, quia Emathium certamen totum fugavit exercitum. [8]) Fides iam nulla blanditur, quia a sociis nostris est Pompeius occisus; ergo cedamus. BC. GUELF.

247. *Da veniam;* nam Caesar est, *qui* ita *velit*, ut *possit praestare* nobis *salutem*. LA. *salutem*) Circa Pompeianos misericors legitur Caesar fuisse. BC. GUELF.

248. Et alia causa ad idem: cum [9]) causa illius incepimus civile bellum, illo mortuo scelus habetur. LA. *scelus est*) Sensus hic est: nunc, [10]) post mortem Pompeii, si geramus bella [11]) civilia, scelus vocabitur; quae [12]) cum illo vivente gerebamus, fides nomi-

1) Guelf., *hic* omisso, *sub iure Romano subic.*

2) Guelf. *extraneo;* in fine *bella geram.*

3) Lp. *ceu*; deest in Voss., qui in fine *et c. est et togatus.*

4) Guelf. *eum.*

5) Guelf. *eligeretur*; Voss. *elegerit.*

6) Guelf. et Bc. *cogitur.*

7) Addidi *notat.*

8) Eadem Voss., qui *nobis* post v. *desunt* addit.

9) *cum* etc.; fere eadem Lc.

10) *nunc* deest Guelf., *Pompeii* Voss.

11) Guelf. *b. c. geramus*, mutatum in *geremus.*

12) Guelf. *quod — gessimus;* Voss. *gereremus.*

nabatur. [1]) Videbamur enim ideo dimicare, [2]) dum Pompeio fidem voluimus exhibere. BC. VOSS.

249. Et etiam aliud est, quare debemus illum sequi, quia magis valet ita [3]) publicum ius, quam si contra stamus; et ideo *si* tu *sequeris publica signa* etc. LA.

251. *consul*) i. Caesar; nam supra [4]) urbem ingressus sibi dederat consulatum. BC. VOSS. *Actum*) Tractatum est sic inter illos de Romanis negotiis. LC. [5])

254. *servitii*) volens Caesari servire. BC. *plebes*) nominativus singularis. BC.

256. Et quia solummodo causa Pompeii coepisti bellum, *ergo gessisti bella pari voto* Caesarianis. Et illam pravitatem [6]) ostendit: *tu quoque pro dominis;* et ideo debes dici *Pompeiana,* et *non Romana manus.* LA.

258. *Non Romana*) quia non pro Roma pugnasti. VOSS. Sicut nunc vis servire Iulio, ita bellum gessisti, ut Pompeium defenderes, non ut patriam liberares, et ideo victi sumus. VOSS. Ideo *non Romana,* quia nunc *fugis bella,* cum maxime deberes pugnare; et hoc est quod dicit: ideo *fugis, quod non laboras in regna,* i. ut aliquem facias regnare. LA. *in regna*) propter reges pugnas, [7]) non propter regna. BC. i. e. an ideo tibi displicet bellum, quia iam tuo labore alteri regnum non facturus es, sed pro te dimicabis? VOSS.

259. Et ideo *fugis, quod vivis tibi* et *non ducibus,* et *quod moreris* pro utilitate tua, scilicet pro libertate defendenda? LA. *tibi*) propter tuam causam. BC. GUELF. *non ducibus*) quia dominum neminem facies; [8]) nam hactenus non tibi vixisti, sed ducibus. BC. GUELF.

260. Et ideo *fugis, quod* non *acquiris* alicui *orbem,* [9]) et ideo, *quod tutum est iam tibi vivere?* Quod minime decet; nam nunc [10]) maxime est pugnandum, cum tam honestas habeas causas. LA.

261. *iugum*) dominationem Caesaris. BC. GUELF.

262. *Et nescis*) i. sine rege esse non potes. BC. Absoluta locutio *nescis pati* [11]) *sine rege,* i. aut vitam *pati nescis,* aut *nescis* esse *sine rege,* aut adversa tole-

1) Guelf. *nominatur.*
2) Voss. *pugnare — volumus fid.;* Guelf. in fine *observare.*
3) La. *contra.*
4) Voss., *supra* omisso, *ingr. urb.;* Guelf. *dedit.*
5) Schol. La. (non *Lc.*) vide T. II. p. 486.
6) La. *parvitatem.*
7) *pugnas* deest Guelf.
8) Eadem Voss.
9) La. *urbem.*
10) *nunc* etc.; eadem Lc.
11) Guelf. *si. r. pa. — nesc. pa. — si. reg. esse;* ultima *aut ad tol.* solus habet.

rare. BC. VOSS. ut Virgilius: [1]) *Certum est in silvis, inter spelaea ferarum malle pati.* VOSS.

263. *Digna*) Hoc dicit: nunc [2]) iustius laboratis et quaecunque sunt discrimina [3]) subeunda, digne in hoc tempore perferentur. [4]) Iam enim vobis vincendo, [5]) non alii proderitis. BC. LD. VOSS. *abuti*) male uti. BC. GUELF.

265. Revera *prope* est *libertas;* nam, cum habuistis tres dominos, *unum* solum *reliquit* nobis *Fortuna,* scilicet Caesarem, cum iam sit mortuus [6]) Pompeius et Crassus. LA.

266. Inde debet vos pudere, quia *regia Nili plus contulit in* statum legum interficiendo Pompeium, quam vos. LA. *tribus*) *Tu causa malorum facta tribus dominis communis Roma*, dixit supra. [7]) VC. Ex Pompeio et Caesare et Crasso solus Caesar remansit. BC. *pudeat*) verecundum sit. BC. GUELF. *regia Nili*) ubi Pompeius occisus est. BC. GUELF. Hic [8]) enim Pompeium, illi Crassum percusserunt, quod libertati et legibus prodest, duobus dominis sublatis. VOSS.

267. Et *arcus* Parthorum *plus contulit* vobis interficiendo Crassum. LA. *in leges*) i. contra leges. BC. *arcus*) quia Parthi occiderant Crassum. BC.

268. Ipsi multum contulerunt, et hoc vos prodite; et hoc dicit ironice *o degeneres, spernite munus,* quod *contulit* vobis Ptolemaeus; quod minime deceret vos facere. LA. *munus*) caput Pompeii, quod Caesari pro [9]) munere servatum est. BC. VOSS.

269. *Spernite*) vincite, dando uxorem Pompeii et filios eius Caesari. BC. [10]) Revera *degeneres;* nam *quis* putaret *manus vestras esse nocentes?* nam potius *credet faciles dedisse sibi terga.* Vel aliter, ut dicat serio: *ite* in hostes, et *spernite munus Ptolemaei,* i. parvum habeatis, quod *contulit* Ptolemaeus *in leges;* ac si dicat maiora faciatis! et debetis spernere; nam *quis putet manus nocentes?* q. d. nullus unquam vocabit istud caedere. Et etiam hac de causa debetis sper-

1) Ecl. X, 52.
2) Ld. *Nunc inquit i. laboratur.*
3) Ld. Guelf. *sub. dis.*; Voss. *s. pericula.*
4) Eadem Guelf., sed cum Ld. *perferuntur*; Voss. *perfruuntur.*
5) Bc. *vivendo*; Ld. *aliis.*
6) La. *mortis.*
7) I, 84.
8) An *Haec?*
9) Guelf. *serv. est p. mun.*; Voss., qui haec ad vs. 278. habet, *Munus Ptolemaei c. Magni dicit q. C. p. m. praeparavit* (Voss. l. *serv. est.*); vide not. seq.
10) In Schol. [Voss.] confuse ad haec verba erant translata ea, quae pertinent ad vs. 278. OUDP.

nere faciendo maiora; nam aliter *credet faciles dedisse sibi terga*, scilicet *primos fugisse ab Emathiis* campis. *Spernite;* nam nisi spernatis, non putabit *manus vestras esse nocentes* ulla caede, sed potius *credet* vos *dedisse terga;* et hoc *credet*, [1]) nisi spernatis. LA.

270. *Caede*) propter inertiam; i. non arbitrabit [2]) Caesar vos aliquem suorum in Emathia occidisse. BC.

271. *Credet*) Sensus hic [3]) est: cum vosmet ipsos in Caesaris potestatem dederitis, [4]) non coacti, nolite timere. Ita enim estis ignavi, ut nemo vos [5]) credat in bello civili aliquem vulnerasse, sed [6]) facile quidem terga dedisse. Quod quidem [7]) criminosum est viris, si non nocentes sunt caede, cum gesta sint bella civilia. BC. VOSS.

272. *Securi* potestis abire; nam *meruistis vitam* a *Caesare iudice, non subacti armis* etc. LA. *Vadite*) *εἰρωνικῶς* dictum est. BC.

275. *Ite o degeneres* usque illuc *quis vestras ulla* potest legi ironice et non ironice; cetera non ironice. Et revera famuli; nam *itis ad heredem* etc. LA. *ad heredem*) ad servitutem itis, [8]) quasi per hereditatem Caesari debeatis. BC.

276. Et quoniam hoc certum est, *cur non* [9]) debes *maiora mereri?* scilicet *rapiatur in undas infelix coniux Magni.* Et ut ostendat non vile pretium esse dare, subiungit *prolesque Metelli.* LA. *veniamque*) ut etiam dona mereamini, dum uxorem Magni et filios eius Caesari praesentabitis. BC. GUELF. *undas*) ad navim. VC.

277. *Metelli*) *τὸ αὐτό.* [10]) Ipsa Cornelia, filia Metelli. BC.

278. *Vincite munus Ptolemaei*, i. maiora facite, quam illud sit, si rapueritis uxorem et filios. LA. *vincite*) i. plus facite, quam videatur [11]) fecisse Ptole-

1) La. *credis.*

2) Cf. Adelung. T. I. p. 233. et Forcell. v. *Arbitror* in fine; Guelf. *arbitratur C. vestrum al. in E.*

3) Guelf. *hic* et seqq. *in C. pot.* omisit.

4) Guelf *dedistis tim. nol.*, omissis *non co.;* Voss. pro his omnibus *Tim. nol.*

5) Voss. Guelf. *vobis cr. in c. b.;* Bc. *credet.*

6) *Sed — dedisse* absunt a Guelf. et Voss.

7) Voss. *Q. v. e. cr.*, qui seqq. *si non* etc. solus habet.

8) Guelf. *serv. semper q. p. h. venditi*, reliquis omissis.

9) La. *inde.*

10) Bc. *τοῦ αὐτοῦ;* Guelf. desunt.

11) Voss. *videtur;* Ld. desunt *vid. fec.* et *vict.*

maeus; offerte victoriam Caesari, uxorem Pompeii, et [1]) filios eius, et me ipsum. BC. GUELF. LD. VOSS.

279. Et me etiam dare nonnihil confert. LA. *inviso*) odioso. BC.

280. *parva*) magna enim consequetur. BC.

281. *secutum*) Sensus [2]) est: intelligitis me fuisse dignum, quem sequeretur [3]) exercitus, dum pro cervice mea plura vobis dona [4]) Caesar largietur. BC. LP. VOSS.

282. *agite*) i. facite, ut vobis Caesar magna dona largiatur pro mea cervice. BC. *caede*) i. morte [5]) mea parate vobis meritum. BC. i. e. nos occidendo vobis ingens meritum comparate. VOSS.

283. Si quis tantummodo fugit, ignaviter peccat. LA. *fuga*) nisi etiam nos occideritis. [6]) BC. i. e. sola fuga, nisi et nostrum interitum iunxeritis; quod fugitis, crimen ignavum est. VOSS.

284. Non aliter revocat eos, quam pastor revocat apes sono Phrygii aeris; et hoc est quod dicit *non aliter quam florigerae attonitae* deposuere *fugam*. LA.

285. *simul*) statim; pro postquam. BC. *effetas*) evacuatas melle. VC. *examina*) apes floriferae. BC.

287. *sibi*) ad postam [7]) suam. VC. *amarum*) hominibus; non apibus, ut Virgilius: [8]) *Et salices carpetis amaras*. VOSS.

288. Si hoc est, quod *sonus Phrygii aeris* increpuit, deposuere *fugam*, et *repetunt studium laboris et amorem sacri mellis;* tunc fit [9]) illud, *simul*, i. postquam, *examina linquunt effetas ceras*, i. *ceras* evacuatas ab apiculis; et postquam *non miscent alas nexibus*, quod faciunt, dum sunt in ipso alveari; nam omnes tunc in globo quodam sunt coniunctae. Neque volant ad utilitatem communem, *sed* potius *quaeque* [10]) *volat sibi*, quod pertinet ad lasciviam. LA. *Desidiosa*) pigra. GUELF. *increpat*) insonat. BC. GUELF. *aeris*) ut Virgilius: [11]) *Matris quate cymbala circum; ipsae considunt medicatis sedibus*. Sic ergo Cato fugientes milites

1) *et* deest Voss.; Ld. *ux. et fil. Pomp.*, reliquis omissis.

2) Voss. *Intell. inquit;* Lp. *intell.* sine *inquit;* Bc. et Guelf. *intellegitis.*

3) Lp. *ex. seq.;* Voss. *nam p. cervicibus meis.*

4) *dona* deest Guelf.; Voss. in fine addit *et probabit tantum me fuisse, quem optet occidi.*

5) Guelf. *mortem meam.*

6) Guelf. *occidatis.*

7) i. e. arbitrium; cf. Adelung. Gloss. T. V. p. 392.

8) Ecl. I, 79.

9) La. *sit il. simile.*

10) La. *qui.*

11) Ge. IV, 64. Voss. *Ait Virg.*, omissis *ips. c.* (Guelf. *consident*) *m. sed.*

sua voce revocavit, ut errantes apes aeris sonitu [1]) retinentur. Bc. Voss.

290. *sparsi*) i. sumti. Lb. concepti. Lc. dispersi, contemti. Noric. *sacri*) coelestis. Guelf.

292. *Divitias*) divitiae casae hic sunt apes. Bc.

293. *Inculcata*) impressa, fundata. Bc. *patientia*) labor. Guelf. Adaptat similitudinem, ubi dicit *patientia iusti Martis sic inculcata viris voce Catonis.* La.

295. *Constituit mentes* illorum *agitare* in *actu belli* et in *serie laborum;* et potuit facere, quia [2]) erant doctae *non ferre quietem.* La. *Constituit*) firmavit. Bc. Guelf. disposuit. Lc. sc. Cato; et erit ordo: *iamque mentes quietem ferre non doctas actu belli* et *serie laborum agitare constituit.* [3]) Voss. *serie*) i. e. diuturno labore. Voss. continuatione. [4]) Bc. Guelf.

296. *Primum* hoc modo: [5]) quamvis possent [6]) ire navigio, tamen facit eos lassari eundo per arenas. La. Lc.

298. *exclusus*) i. peractus. Bc. Cyrenaei enim prohibebant illi introitum castrorum, quem ipse sibi vi paravit. Lc.

299. De his, quos vicit, non aliam poenam sumit, nisi tantummodo vincere sufficit [7]) ei. La. Lc. *Poenaque*) Sufficiebat Catoni ad vindictam, quod superabat; poenam nullam [8]) exigebat a victis. Bc. Guelf. Ld. Voss.

300. Postquam venit ad regnum Cyrenensium, quod est in principio Africae, ab orientali plaga, voluit etiam [9]) ire ad regnum *Iubae.* Mauri sunt [10]) versus meridianam plagam, iuxta perustam Zonam; regnum Iubae est [11]) versus Occidentem maxime. La. Bp. Cyrene, Dido, Barce [12]) sorores fuerunt, quae in Africam venerunt. Bp. *contermina*) confinia. Bc. Guflf. *Mauris*) qui populus est apud perustam Zonam. Bc.

301. *Placuit inde peti, sed natura vetabat* ire per medias Syrtes. *Natura* hic accipitur, quod facit [13]) ita nasci. La.

1) Voss. Guelf. *sono.*
2) La. *quae.*
3) Fere eadem Lp.
4) Bc. *continuationem,* quia habet *seriem.*
5) Lc. pro his *Ordo.*
6) Lc. *posset;* La. *possint.*
7) La. *suffecit.*
8) Voss. addit *ulterius.*
9) La. *et non;* Bp. *inde.*
10) La. *stant advers.*
11) *est* et *maxime* desunt Bp.
12) Bp. *Parce;* cf. Serv. ad Virg. Aen. IV, 42.
13) La. *facita.*

302. Et quamvis hoc sit, ex virtute sua credit *has* superare. LA.

303. Et dat diversas opiniones, unde sit, quod Syrtes sunt ibi. Vel inde est, quod creator mundi, cum [1]) creavit omnia, *reliquit* has *Syrtes in dubio* etc. LA. *Syrtes* loca sunt in terra deserta vel extrema mundi; [2]) in mari vero loca sunt vadosa, sicut hoc loco. BC. Varias opiniones profert de Syrtibus. BC. GUELF.

304. *reliquit*) ut nec terra esset, nec mare. BC. GUELF. Istas, *Syrtes*, quae vulgariter vocantur le seche de barbaria; et sunt duae maiores Syrtes, duae minores, et periculosissimae. VC. Syrtes dicuntur a *σύρειν*, [3]) quod est abstractio, quia vel abstrahuntur cumuli arenae; nam maxima vis pelagi est ibi; vel vis aquarum eiectat arenas et concavat, unde ibi est cumulus, ubi [4]) est fossa. LC.

305. Ideo dico *in dubio*, quia neque ex toto est ibi altitudo maris; et hoc notat, ubi dicit *neque penitus subsedit* etc. LA. *Nam*) parenthesis. BC. VOSS. *subsedit*) dimersa est. BC. GUELF. ut mare esset; *nec se defendit*, ut altior facta imaginem terrae possideret. VOSS. *penitus*) omnino. BC. GUELF. *quo*) ut, vel pro ubi. BC.

306. Neque est ibi sola terra, sed potius inter utrumque interrupta sunt ibi; [5]) et hoc est quod dicit *sed sedes iacet invia*. Sedem vocat illam positionem loci eo, quod sedeat ibi aqua. Tunc dicitur sedere aqua, cum non exserit [6]) vim suam. Talis locus est ei datus, quod nunc est terra, nunc aqua. LA. *tellus*) ut esset tellus altior facta. BC. GUELF.

307. *Ambigua*) ut terra accipi possit et mare. [7]) Hoc supra dixit *in dubio pelagi terraeque reliquit*. BC.

308. Quare *ambigua* dicatur, exsequitur: *aequora fracta* [8]) etc. LA. *fracta*) interrupta iacent. BC. GUELF.

309. *Multa litora* cumulos dicit arenarum et dorsa, quae inter fluctus apparent, quibus unda colliditur. BC. Legitur et *litore proiecti* [9]) *fluctus*. *Litora* posuit

1) La. *et*.

2) Similiter Serv. ad Virg. Aen. X, 678; cf. ad I, 367, ubi corrige *οὔρω*.

3) Lc. *siren*; similia apud Papiam et Ioann. de Ian.

4) Lc. *ūn vis p. aquar.*; fortasse nonnulla ante *unde* exciderunt.

5) Eadem Lc., ex quo recepi *int. s. ibi*, quae La. desunt.

6) La. *e non exero et*.

7) Eadem Voss., sed *posset*; Bc. *terram accipere*; Guelf. *po. acc.*; et post *Hoc et*.

8) La. *frustra*.

9) Ld. *protecti*.

dorsa stagni, quae inter fluctus apparent, [1]) ubi tantum percussa unda resonabat. Ld. Voss.

310. *In nullos usus* ideo dicit, quia nec navigabilis, nec arabilis. Naturam vocat hoc, quod creatum est. La. *nullos in usus*) quia Syrtes arenosa sunt loca in mari. Voss.

311. Superius dicit *vel;* [2]) respicit ad istud *vel*, ut ita dicamus: vel supradicta de causa dicuntur ibi esse Syrtes, vel quia propinquior sol est ibi terrae, et inde exsiccata est aqua; et hoc aequipollenter: quae nunc est *Syrtis, olim* fuit *plenior alto pelago penitusque* etc. La. *vel*) alio modo. Bc.

313. *Titan*) Hoc dicit, quod ante [3]) ipsae Syrtes plenae [4]) sic fuerunt undis, ut sunt [5]) maria; sed per infinita [6]) saecula sol, inde exhauriens [7]) aquas, quibus ignem suum nutrire perhibetur, loca illa paene siccavit, [8]) sicut ipse alibi ait: [9]) *Attraxit nubes, non pabula flammae.* Bc. Ld. Voss.

314. *subduxit*) subtraxit, abstulit. Bc. sursum duxit. Lp. siccavit. Ld. *perustae*) quod illic sit [10]) maior ignis de coelo, inde [11]) siccantur Syrtes, imo aquae minuuntur. Bc. Ld. Lp.

316. *Mox ubi damnosum;* [12]) quae nunc est *Syrtis, erit tellus.* Tangit hoc, quod dicunt axem aliquando vitiari; et tunc exit locum suum; et cum [13]) appropinquat terrae, maior calor afficit terram; et post longum tempus revertitur in locum suum. La. *damnosum*) per quod [14]) cuncta dispereunt. Bc. Lp. Voss. *admoverit*) advenerit. Guelf.

317. *Syrtis*) i. quae [15]) nunc Syrtis est, tellus erit tunc; vult autem accessu [16]) temporis eam posse siccari. Bc. Ld. Voss. *brevis*) non profunda. Bc. Guelf. *superne*) i. super arenas. Adverbium est, ut Horatius: [17]) *Faciem formosa superne.* Bc. Voss.

1) Voss. *apparebant.*
2) Addidi *vel.*
3) Ld. Voss. *Sy. ips.*; Guelf. *antea* sine *ipsae.*
4) Guelf. *sic plen.*; Ld. et Voss. *fuerint.*
5) Ld. *sint;* Voss. *essent.*
6) Ld. Voss. *saec. inf.*
7) Bc. Guelf. *exoriens aquis;* Guelf. *a quib.*
8) Ld. *exsiccat.*
9) VII, 2. Bc. *Astrixit;* Guelf. deest *nubes.*
10) Guelf. Ld. *mai. sit*; Lp. *ig. il. m. s.*
11) Lp. *unde*, cui desunt *im. a. m.*; Ld. et Guelf. deest *aquae.*
12) Deesse videtur *etc.*
13) La. *cap propinquaret.*
14) Guelf. *postquam.*
15) Bc. Guelf. *quod;* Ld. Voss. *tunc er. tel.*
16) Voss. *accessum — siccare;* Guelf. *ea.*
17) A. P. 4; nota *faciem.* Voss. pro superioribus *i. desuper ut H.*

318. Et revera fiet *tellus;* nam incipit decrescere; et hoc est quod dicit *nam iam brevis* etc. LA.

319. *Ut primum*) Redit ad historiam. BC. Et quamvis natura vetet, non tamen incipit iter per mare; et *ut omne onus classis perpulit mare, Auster fremuit.* LA. *actum*) i. commotum. BC. *propulit*) longe iactavit. BC. GUELF.

321. Mare dicitur regnum Austri, quia ibi maxime regnat. Ex illa parte, ubi erant Syrtes, veniebat ventus et removebat *undas a Syrtibus;* et cum ipsi irent versus Carthaginem, quae est versus Occidentem, et Auster veniret [1]) a meridiana plaga, et ideo deberet venire post terga, cum dicat a fronte venire, dicunt quidam, quod ponit Austrum pro alio vento. Sed possumus dicere, id quod melius est, scilicet quod situs illius terrae hoc faceret [2]) ibi esse sinum quendam. Quod ponit, quia [3]) vertebatur versus meridianam plagam. LA. *regna*) in [4]) mare, ubi obtinet potestatem. BC. VOSS. *aequor*) quod classis Catonis ingressa est. BC. GUELF.

322. *defendit*) ipse Auster defendit [5]) scilicet, ut tentari [6]) classibus non posset. LP. LD. VOSS.

323. *Egit*) propulit. GUELF. LC. Et ille ventus *confregit pontum litore illato,* i. quod ipsum et arena faciebat; nam nunc aqua, nunc est terra, ubi sunt Syrtes. Vel ut dicamus *in lato* [7]) *litore,* et vocat latum litus illud magnum litus. LA. *inlato*) Potest sic accipi *in lato,* ut duae partes orationis [8]) sint, et sit hic sensus: *longeque* [9]) *a Syrtibus undas egit,* i. e. [10]) de longinquo a Syrtibus undas [11]) pepulit, in Syrtes scilicet, et *in lato confregit litore portum.* Ipsas Syrtes latum litus accipimus, ubi [12]) fluctum dispersum ventus infringit. Vel [13]) *inlato,* ut ventus, quos fluctus a Syrtibus in mare traxerit, eosdem [14]) fregerit li-

1) La. *veniebat.*
2) Lacuna in La.; an *scilicet?*
3) La. *quae.*
4) Voss. *i.;* Guelf. *habet pot.*
5) *def.* deest Voss.
6) Voss. addit *sive intrari;* Ld. *sc. a cl. undas ut t. n. possent.*
7) La. *illato.*
8) *orat.* deest Ld. et Voss.; Guelf. *sint or.*
9) Voss. *longe.*
10) Bc. Guelf. Ld. *et.*
11) *undas — a Syrtibus* excidetunt in Bc. et Guelf.; Voss. *pepulit.*
12) *ubi — infringit* solus habet Ld., sed *fluctuum dispersorum.*
13) Ld. *et inl. quos;* Voss. *infr. ut ventus quos;* quae coniunxi.
14) Bc. Ld. *eosdemque.*

tore inlato, [1]) ut [2]) ad fluctum admoverit litus, non venerit fluctus ad litus. Hoc [3]) ad celeritatem posuit exprimendam. BC. LD. VOSS. II.

324. *Tunc eripuit* a *nautis* naves illas, *quarum* navium *carbasa* deprehendit; ac si dicat si in aliquibus invenit carbasa extenta, illas reduxit ad litus, unde venerant. Et *vela vicere spatium carinae, rudentibus frustra ausis negare vela Noto.* LA. *recto*) erecto. BC.

325. *nautis*) cum vellent quidam [4]) vela deponere, sic inflata sunt ventis, [5]) ut ultra spatium navis exirent. BC. VOSS. *rudentibus*) funibus. BC.

326. In hoc *vicere spatium carinae,* quod maiorem sinum fecerant, quam esset a malo usque ad ultimam partem navis; et quod ita intelligit, sequentia ostendunt, ubi dicit *atque ultra proram* etc. LA. *negare*) volebant ergo vela retrahere, vento ea erigente. BC. *vicere*) i. ultra carinas extenduntur. GUELF.

327. *sinus*) carbasa. BC. *si quis*) Dicit et illos victos, [6]) qui adhuc vela erecta habebant, et illos, qui deponere coeperant. VOSS.

328. *suffixit*) i. firmare coeperit. GUELF.

329. *avertitur*) i. repellitur. GUELF. *armamentis*) antennis. BC. GUELF. sunt stipes navis. LC. [7])

330. *fluctibus*) in [8]) mari enim medio non est de [9]) tempestatibus discrimen. BC. VOSS.

331. *Et certo*) quia iuxta litus incertum est, [10]) utrum mare sit profundum, an non. BC.

332. *caesis*) malis fractis; i. [11]) quae carentes velis vim venti adversantis evaserant. BC. VOSS. *flatum*) ventum. BC. GUELF. *effudere*) i. emisere. GUELF. a se pepulere. LC.

335. *Has* relinquunt *vada,* et hoc exponit; nam *pars* stabat in ipsa arena, *pars* stabat in aqua. LA. *destituunt*) i. relinquunt. BC. *interrupta*) intermissa.

1) Ld. et Voss. *in lit. lato;* Bc. et Guelf. *in lit. inlato. Ergo inlato una pars est, ut* etc. Ita enim omissa supplere volebant.

2) Voss. *ut non venerint ad litus,* omissis quae interposita sunt.

3) Guelf. *enim,* iunctim cum prioribus.

4) Bc. *quidem.*

5) Voss. *vento ut;* V. I. *ultra;* V. II. *extra.*

6) Eadem Bc.

7) Schol. La. ad hunc et seqq. versus vide T. II. p. 508, ubi, commate post *illi* posito, lege *melius evenit istis,* ut in Cod. est; tum *caesas,* et in fine adde *nam ipsa volutio* (La. *bollitio*) *arenae obstabat vento.*

8) *in* deest Voss.

9) *de* abest a Guelf.; Voss. *tempestate.*

10) Eadem Guelf.

11) Priora absunt a Voss., *malis* a Guelf.

GUELF. non continua, sed in loca diversa collecta; dicit autem arenas. [1]) BC.

336. *ferit*) percutit. BC. *dubio*) utrum mergantur, [2]) an haereant. BC. GUELF. VOSS. Subiecti *dubio fato*, an scilicet fame vel naufragio perituri. BP.

338. *impactum*) i. commotum. GUELF. cum magis insanivit. LB. *brevibus*) i. Syrtibus. VOSS. naves enim violenter illisae commotam [3]) terram altius erexerunt, et sic magis vadosum mare habere coeperunt. BC. VOSS. [4])

339. *Obvia*) sc. et [5]) terra tunc obvia consurgit magis. BC. *elisus*) repercussus ab Austro. VOSS.

340. *cumulos*) dicit maiores arenarum cumulos et aggeres fuisse, quam fluctuum. BC. GUELF. VOSS.

341. Nam *agger eminet in* summitate *pelagi*, etsi sint arva remota, quem [6]) non potest violare aqua, et ideo est *sicci pulveris*. LA. *procul*) longe. BC. i. e. longius, quam quaecunque sunt arva, sublatus est. VOSS. in modum montis erigitur et eminet, procul [7]) omnibus terris. BC. VOSS.

344. *Sic*, ut diximus, *pars* ratis remansit inter Syrtes, pars reversa est ad litus, unde venerat, [8]) *secuta regimen* [9]) et *clavum* gubernantem; et hoc exponit, i. *sortita nautas peritos* illius periculosi *loci, illaesa adit* etc. LA. *vident*) scil. ipsi nautae. GUELF. in medio [10]) mari hoc vult contigisse. BC. GUELF. VOSS. *intercipit*) interrupit. BC. *aequor*) Syrtes, quae in altum a vento actae sunt. BC.

345. *Pars*) Hoc dicit divisam fuisse classem [11]) et haesisse mediam, [12]) et mediam navigasse. BC. LD. *clavumque*) i. gubernatorem. BC.

346. *fuga*) navigatione. BC.

347. Triton est deus marinus, tubicen Neptuni, a cuius nomine vocata illa palus. *Torpentem* vocat ideo,

1) Bc. et Guelf. haec cum seqq. iunctim *arenas dubias utr.* etc.

2) Voss. *mergatur an haereat.*

3) Guelf. *commota terra*, omisso *sic.*

4) Schol. La. vide T. II. p. 564, ubi ab init. lege ex auctoritate Cod. *Tunc mare magis e. i. q.*; deinde *etiam* pro *et*; tum *elevaretur* pro *devorat.*

5) Guelf. *a te. ob. t. c.*, omisso *magis.*

6) La. *que.*

7) Guelf. *longe*; Voss. omisit.

8) Eadem Lc., ex quo addidi *est.*

9) La. *remigem.*

10) Voss. *med. eum* (an *enim?*) *ma. haec.*

11) Ita Ld. supra *navim*, quod Guelf. et Bc. quoque habent, man. al. scriptum; Ld. *dic. esse div.*

12) Bc. addit *navem*; Ld. non habet *et.*

quia non inquietatur [1]) a vento. Et dat causam, quare dixit *paludem Tritonos. Deus amat hanc,* ille dico, *quem pontus* [2]) *audit* in *toto litore perflantem murmura* etc.; *audit* dico, *ut fama* est etc. LA. *Tritonos*) Genitivus; palus, ubi Minerva nata est, unde [3]) Tritonia Pallas. BC. *Tritonos* est, [4]) cuius nomen convenit paludi. BC.

348. *quem*) Tritonem dicit; *concha* sc. marina, qua pro tuba utebatur. VOSS. tuba. BC. tuba sua, buccina. *Cava buccina sumitur illi,* Ovidius. [5]) Si speculari et rimari voles perfecte allegorias singularum particularum huius amoenae transgressionis, recurras ad genealogias Bocatii, [6]) sive etiam ad recollectas Benevenuti de Imola, quas brevitatis causa hic non inserui, quia ampliores margines postulassent. VC.

350. Etiam *Pallas amat hanc;* et incipit dare causam, quare: *quae nata* etc. Tangit illam fabulam: dum Pallas esset ante Iovem, et ceteri adessent dii, accepit et, dum voluit imitari [7]) illum, coepit nimis inflare [8]) buccam; et inde commovit ceteros ad risum. Ipsa vero, nesciens unde riderent, descendit ad hanc paludem; et tandem recognovit causam risus. LA. *Pallas* dea, et ponitur pro scientia, quae est sita in capite. VC.

351. Ibi est altior terra, cum sit ibi medietas; [9]) et ideo dicit *nam est proxima coelo.* Et dicitur ideo nata de cerebro Iovis, quia est dea sapientiae, et in cerebro maxime regnat sapientia. LA. *nam*) parenthesis. BC.

352. *Calor* dicit, quia sapientia viget in hominibus regionum calidarum, ut in Oriente et Meridie. VC.

353. *Vultus*) sc. suos, cum ad tibias cecinit. *Τὴν Τριτωνίδα* declinavit. VOSS.

354. *dixit*) i. nominavit se Tritonida. [10]) BC.

355. Iuxta quam paludem praelabitur *Lethon.* [11]) LA. Describit eam [12]) a flumine mirabili, quod inducit oblivionem; et ita, qui accedit ad studium sapientiae, obliviscitur omnium vitiorum; aliter non fit sapiens, quia in malivolam animam non introibit

1) La. *inqueratur;* post *paludes Tritones.*
2) La. *potius amat,* ut post.
3) Guelf. *et.*
4) Excidisse videtur *deus.*
5) Met. 1, 335.
6) Vc. *Buccacii.*
7) Bp., in quo fere eadem, *oblectare.*
8) La. *vi flare.*
9) Eadem Lc.
10) Bc. *Tritonidam.*
11) La. *Lethen.*
12) Scil. *sapientiam.*

sapientia, nec habitabit in loco subdito peccatis. VC. *quam*) paludem; vel *quem* i. iuxta quem locum. BC. legitur et *quem;* si *quem* legimus i. locum, si *quam* i. paludem Tritonida. VOSS. *tacitus*) i. magnus, ut Virgilius: [1]) *Tacitumque obsedit limen.* [2]) BC. VOSS.

357. *insopiti*) vigilis. BC. *draconis*) quem ipse tuetur. [3]) BC. VOSS. i. iuxta Lethon [4]) hortus fuit Atlantis, cuius Hesperides [5]) filiae, a quibus Hercules aurea mala diripuit. [6]) Hoc Virgilius exsecutus ait: [7]) *Hesperidum templi custos, epulasque draconis quae dabat, et sacros servabit* [8]) *in arbore ramos.* BC. VOSS.

358. Et *iuxta quam* paludem est *hortus Hesperidum,* filiarum Atlantis, *pauper* nunc *spoliatis frondibus;* nam *quondam* fuit *tutela insopiti draconis.* LA. *pauper*) postquam arbori poma sublata sunt. BC. GUELF. VOSS. Describit paludem ab uno horto mirabili, qui illic olim fuit; pro quo intelligitur sapientia, quae tempori *derogat;* et fuerunt ibi VII filiae Atlantis, pro quibus intelliguntur VII liberales artes, quae custodiunt sapientiam. VC.

359. *derogat*) detrahit, denegat. BC. *aevo*) famam et fabulosum. BC. hortus ipse, dum, [9]) quae tunc habuit mala, nunc non habet, facit, ut [10]) ne quis credat, unquam eum mala aurea procreasse. BC. VOSS.

360. In hoc *vocat vates ad vera,* quia, cum signent, [11]) inde non creditur ibi fuisse; et ideo, si [12]) poetae aliquando volunt introducere fabulam, non creditur eis, et sic coacti nullam introducunt. Et repraesentat illam fabulam: *fuit aurea silva* etc. LA. *ad vera*) quia, licet poetae fingant mendacia, omnia tamen reducuntur ad veritatem per sensum intrinsecum. [13]) VC. *vocat*) qui dicit et affirmat poetis, hoc nunquam posse fieri; ut poetae credant, nunquam hoc posse contingere. BC. i. e. poetas facit fabulosa non scribere,

1) Aen. VII, 343.
2) Voss. *Tacitum o. l. Amatae.* Inepte; vide Serv. ad Aen. X, 227. OUDP. Cf. supra ad VIII, 171.
3) Bc. *ipsa tueretur.*
4) Guelf. *Lethum orti At.;* Voss. *Letheum orti At.*
5) Guelf. *H. sunt f.;* Voss. *sunt H. f.*
6) Guelf. *derip.;* Voss. *ut Virg.,* reliquis omissis.
7) Aen. IV, 484, ubi vide Serv.
8) Guelf. *servabat.*
9) Guelf. *qui,* omisso *dum* sed addito *et* ante *nunc.*
10) Voss., *ut* et *eum* omissis, in fine habet *procreata,* Guelf. *aur. mal.*
11) La. *signum.*
12) *si — cred. eis;* eadem Lc.
13) Qua de voce vide Adelung. Gloss. T. III. p. 241.

cum probat se nunquam generasse, quod non habet, et eorum dicta falsa esse profitetur. GUELF.

361. *Divitiis*) fructu fertilis. BC.

362. *Custodia*) i. custos. BC. *nitidi*) propter aurum. BC.

363. *damnatus*) figurate. BC. *serpens*) draco; i. cura temporalium non permittit homines intrare ad viridiarium sapientiae. VC.

364. *Robora*) ipse [1]) serpens arborem cingens. BC. *rutilo*) splendido inclinata pondere. BC. GUELF. *metallo*) auro pomi aurei. BC.

365. *pretium*) i. poma. BC. GUELF. *laborem*) tanquam in [2]) ferendis his malis aut nemus pondere laboraret, aut in hoc [3]) labor esset, ut gigneret. BC. VOSS.

366. *inopes*) Utrumque reddidit; quod ait *arboribus pretium*, nunc *inopes*; quod ait *nemorique laborem*, nunc [4]) sine pondere. BC. VOSS.

367. Argolicum tyrannum vocat Eurystheum, vitricum suum, qui misit eum ad omnia monstra vincenda; et hoc rogatu Iunonis, novercae suae, ut interficeretur. Has fabulas ideo introduxit, ut quodammodo recrearetur animus auditoris, iam defatigatus in seriis rebus; et idem [5]) praecipit Tullius in Rhetoricis. [6]) LA. *tyranno*) Eurystheo, ut Virgilius: [7]) *Rege sub Eurystheo fatis Iunonis iniquae pertulerit.* BC. VOSS.

369. Et quia multa passi sunt in illis *Syrtibus*, *igitur* non *ultra* attigerunt *Garamantidas undas*, postquam inde evaserunt. Garamantides sunt populi, qui [8]) ex utraque parte habent Syrtes. LA.

370. Sciendum quod filius Pompeii tum diu moratus est *in oris Libyae*, dum ver, tempus scilicet navigandi, [9]) advenerit; erat enim modo hiems, nec poterat redire; vel intellige cum suis per terram rediisse Italiam. LP. *Pompeio*) Hoc dicit, unam militum [10]) partem cum Pompeio, filio Pompeii, appulsam ad Libyam, cum Catone vero aliam remansisse. BC. VOSS.

1) Guelf., *serp.* omisso, *ipsam.*
2) Voss. *his m. f.*, omisso *aut.* Similia in Lp.
3) Voss. *ei* pro *in hoc.*
4) *n. s. p.* desunt Bc.
5) La. *ideo.*
6) ad Herenn. III, 9.
7) Aen. VIII, 291. Bc. et Guelf. *pertulerat.*
8) La. *quia.*
9) Lp. *navigant.*
10) Voss. *pa. mi. ap. ad L. c. Pompeio fil.*; Guelf. *cum Pompeii filio.*

371. *impatiens*) non patiens stare. BC.

372. *committere*) credere. BC.

373. Ita etiam in *terra;* nam commovetur arena a vento et facit cumulos et valles, et est aeque periculosum; et hoc notat, ubi dicit *audet cingere Syrtim* in *terra;* nam credidit inde [1]) fugere terrenam Syrtim. LA. *Syrtim*) i. audet [2]) circumire per terram ipsam Syrtim. BC. GUELF. VOSS.

374. *Virtus* persuasit, et etiam *hiems, quae* fecerat *aequor* innavigabile; et etiam tempus ipsum pluviosum persuadet ei posse superare nimios calores. LA. *haec*) Legitur et *hoc.* [3]) Eadem hiems, quae homines a navigatione propter tempestatem prohibebat, hoc suadebat; et spes imber erat, ut aestus timere non possint. VOSS. *hiems*) prohibebat navigium. BC. GUELF.

375. *Spes,* ut aestus [4]) sperari non posset, sperato imbre de tempore. BC.

376. Quomodo *imber erat spes* contra *nimios ignes,* et nimii ignes contra imbrem, subiungit: hoc modo scilicet, *ut annus* contemperet *viam,* non patiendo *saevam* esse *duro frigore.* Et ad singula respondet: non *saevam frigore, polo Libyae* ex una parte hoc faciente; ac si dicat illam calidam Zonam contemperabit [5]) frigus, non *saevam sole, bruma hinc* hoc faciente; ac si dicat contemperat nimium calorem ipsa temperies. LA. *saevam*) Dicit, [6]) quemadmodum iter possit et a [7]) frigore nimio, et ab aestibus temperari. Ne frigus, inquit, sentirent, praestabat [8]) hoc Africana pars, quae calida est; item ne aestum [9]) sentirent, praestabat tempus hibernum. BC.

377. *Inde*) non *saevam frigore, polo* Libyae hoc faciente, non *saevam sole, bruma* hoc faciente. VOSS. *polo*) ex calore, ne frigus sit. BC. GUELF. *bruma*) ne sit nimius aestus. [10]) BC.

378. Et quia opus fuit admonitione incipientibus tantam difficultatem, ideo subdidit *atque ingressurus* etc. LA.

379. *solus*) hanc salutem dicit superesse, ut in libertate moriantur. BC. VOSS.

1) La. *in.*
2) *audet* et *ipsam* desunt Voss.
3) Ita Voss. I. a man. pr. et III.
4) Guelf. *ut est sperare,* omisso *de.*
5) La. *et temperabit.*
6) *Dic.* deest Guelf.
7) Addidi *a.*
8) Bc. *praestat;* Guelf. *Africae.*
9) Guelf. *aestum timerent, faciebat.*
10) Guelf. *calor.*

380. *Indomita*) libera. BC. Oratio Catonis. VOSS. *componite*) praeparate. BC. GUELF. erigite. LC.

381. Ubi [1]) magna virtus acquiritur, summo debes adipisci labore; et quid vocet *magnum opus virtutis* subiungit: *vadimus in campos steriles* et *exusta mundi*, scilicet ubi *Titan* est *nimius*, et ubi *undae rarae* sunt *in fontibus*, et *arva horrent letiferis serpentibus*. LA.

383. *Qua*) per quae loca. GUELF. *Titan*) duo laboriosa, sol torridus et [2]) unda rara. BC.

384. Serpentes sunt frigidae naturae, et ideo quaerunt calida loca. LA. *letiferis*) mortiferis. BC.

385. Quae omnia non debent vos dehortari; nam *durum* est *iter*, quod ducit ad statum legum retinendum, et ad *amorem patriae ruentis*, i. ut defendatur, ne ruat. LA. *iter*) Sensus est: [3]) euntibus, inquit, ad libertatem et ad amorem patriae durum [4]) iter est; ad dominum autem [5]) quisquis ire vult, perfacile est. [6]) BC. VOSS.

387. Et quia patriae pro amore et lege hoc facio, ideo, si qui [7]) non proposuere vitam, sed solam libertatem, veniant per mediam Libyam. LA. *si quibus*) i. aliquibus, qui nullo voto optant evadere. BC. *voto*) per votum. BC. i. e. qui non optant evadere, nec curant regredi. VOSS.

388. Si qui non curant, nisi solummodo *ire, hi sint* [8]) itineris *mihi comites*. Ne videretur potius dehortari dicendo talia quam hortari, subiungit *neque mihi* etc. Tunc tegit [9]) illorum metum, si aliud quid promitteret, quam passuri essent. LA. *Si quibus*) Si quibus hoc, quod eunt, sat [10]) est, nec curant quid possit accidere. BC.

389. *tecto*) abscondito. BC. GUELF. celato. LP. *perducere*) mecum ducere. BC. ego, inquit, nihil prosperi vobis spondeo, ut timentibus persuadeam. VOSS.

390. Illi *sint comites, qui putant* esse *pulchrum* et *Romanum pati, me vidente*, et [11]) *quae* sunt *tristissima*; hi veniant mecum; *at qui sponsore salutis* etc. LA. *du-*

1) *Ubi — vadimus*; eadem Lc., sed *summa debet a. libertas.*
2) Guelf. *torr. u. difficilis.*
3) *S. est* desunt Voss.
4) Guelf. *it. d. e. nam ad*; Voss. *d. et difficile it. e. nam ad.*
5) Voss. *autem* omisso *qui v. ire*; Guelf. *si quis v. ire.*
6) *est* deest Guelf.
7) La. *quid prop.*; an *praeposuere?*
8) La. *sunt iter.*
9) La. *tangit*; post *aliquid promittunt.*
10) Guelf. *satis.*
11) An *etiam?*

cent) i. delectabunt. Lc. delectant. Lp. qui amant pati labores. [1]) Bc.

391. *vel*) etiam quae sunt tristissima. Bc. Voss.

392. *putant*) i. etiam esse credunt. Guelf. Pompeius in hoc, quod remansit in loco fertili, spopondit salutem remanentibus secum. La. Lc.

393. *capitur*) delectatur. Bc. Guelf. *salutis*) i. qui vult [2]) sibi vitam promittere, vadat ad dominum, i. ad Caesarem. Bc.

394. Et illum eundem vocat *dominum* ad hoc, ut magis dehortetur eos, ut secum remaneant. La. *meliore*) prosperiore. Bc. Guelf. *primus*) quia illi via durior est. Bc. Guelf.

395. Ut magis hortetur, subiungit *hi sint comites* illa conditione, *dum primus ingrediar arenas*. La. *plena*) dubii generis est serpens. Bc.

398. *Praetentate*) explorate. Lc. Hoc dicit: [3]) quod me primum pati videtis, hoc et vos passuros esse scitote. Guelf. Voss. *Sitiat*, quisquis *viderit* me *bibentem*; [4]) ac si dicat nulli sit licentia sitiendi, antequam viderit me sitire. La. Lc.

399. Et *aestuet* ille, *quicunque* me *viderit petentem umbras nemorum*. La.

400. Et *deficiat*, *quicunque* me *viderit praecedere turmas peditum*. La. *Aestuet*) ardeat. Bc. *equitem*) scil. me, quicunque viderit. Guelf. *praecedere*) pro non; aliter non procedit. Bc.

401. *Deficiat*) Dicat se non posse plus pati, si *viderit* Catonem horum aliquid facere; et *deficiat*, si quis faciat differentiam inter me et minimum ex militibus. Vc. *si quo*) ut non aliquo. Bc. Sic, [5]) inquit, aequaliter omnia vobiscum sustinebo, [6]) ut incertum sit vobis, miles sim ego, an dux. Bc. Voss. *discrimine*) discretione. Bc.

403. Dixit superius *occurrat mihi*, et *quicunque* me *viderit bibentem, sitiat;* et quare haec et similia velit pati, subiungit: nam *dulcia* sunt *virtuti*. La. *patientia*) Hoc dicit: [7]) quicunque patientes sunt, gaudeant sibi gravia contigisse, quae tolerent. Guelf. Voss.

1) Guelf. *laborem.*

2) Guelf. *velit — promitti*, omissis *i. ad.*

3) Voss. *est* et in fine *promittite.*

4) Priora absunt a Lc.

5) Guelf. *sicut i. o. acq.*; Voss. *om. vob. aeq.*

6) Guelf. *tolerabo — sit, utrum m. e. s. aut imperator;* Voss. *ut nemo intelligat, utrum s imperator an mil.*

7) Voss. *hoc est* et paulo post *gravia.*

404. *Honestum est laetius, quoties sibi,* honesto, *magno constat* labore, quod potest Libya facere; et hoc aequipollenter dicit *sola Libye potest praestare, ut deceat viros fugisse* in hac *turba malorum;* ac si dicat quamvis fuga, per se considerata, sit turpis, tamen considerata affectione Catonis est decens. [1]) Nam si decens esset, et soli vitae timeret, potius se daret host[i], quam in tanto periculo se poneret; sed quia pro libertate restauranda hoc fecit, vitam postposuit suam. LA. *Laetius est*) Sensus hic est: [2]) plus gratiae laus habet, quoties aliquid difficilius comparatur. BC. VOSS. *magno*) i. pretio magno; *(et m. al.)* vel labore. BC.

405. *turba*) multitudo periculorum. VC. cum turbatione. BC. *Turba* [3]) *malorum* vel turbatione, ut quae mala sunt confundantur [4]) inter recta. Nescitur enim, an turpe sit fugisse, cum sit per invia [5]) isse, quod est virtutis. BC. GUELF.

406. Multitudo periculorum excusat fugam nostram, quia virtuosi non debent fugere; sed nos aggredimur periculosiora, quam sit bellum. VC.

407. Talibus verbis *incendit animos* illorum *virtute,* pro virtuti vel per virtutem suam. LA.

408. *Irreducemque*) i. non reducem. BC. per quam [6]) ille non erat rediturus. BC. VOSS.

409. *clausura*) Hic enim [7]) periturus est Cato. BC. VOSS. [8])

410. *Invasit*) suscepit. LC. i. cepit eum per se. LB. *securi*) nil timentis aliquando. GUELF. VOSS. *fata*) ibi enim coeperunt adversa Catonis. BC.

411. Quia [9]) dicturus est Catonem et suos multa pati a serpentibus, et a calore in Libya, praemittit descriptionem Libyae. Et quia dubitatio fuit, an [10]) esset principalis pars, an similis cum Europa pars, ostendit illas diversas opiniones et rationes diversas. *Libye invasit,* quae est *tertia pars rerum,* quae habitantur; ita dico, *si famae* est credendum. LA. *rerum*) i. terrae. BC. GUELF.

1) La. *dicens N. si decens.*
2) *est* deest Voss. et seq. *aliquid.*
3) Guelf. *Turbam m. i. turbationem,* ut Voss.
4) Eadem Voss. sed *sint.*
5) Bc. *omnia.*
6) Guelf. *postquam;* Voss. *non ipse.*
7) *enim* deest Guelf.; Voss. in fine addit *aliquando,* quod in seq. schol. deest.
8) Schol. Lc. et La. vide T. II. p. 403, ubi addas *aliquis* post *sicut.*
9) La. *Qui.*
10) La. *ante,* ut paulo post.

412. Sed *si* volumus sequi *ventos* et *coelum*, continetur in Europa; et non dicetur principalis pars, sed pars Europae. Et per hoc intendit, quod Libye et Europa erant una pars; nam [1]) Asia sola habet Eurum, qui in Oriente oritur, Europa et Libye habent Zephyrum, qui ex Occidente venit. Nothus venit a meridiana plaga, qui est communis Libyae et Asiae; Boreas venit a Septemtrione, qui est communis Asiae et Europae. Et sic Asia [2]) sola tantum habet de ventis, quantum Europa et Libye; et ideo dixit *si sequaris ventos*. Eodem modo de coelo est dicendum. *Coelum* dividitur in quatuor partes, in Orientem, et Occidentem, et australem plagam, et septemtrionalem plagam. Et vocatur Oriens, quicquid est ab aestivali solstitio usque ad hiemale, vel quod totam [3]) tenet Asiam et insuper dimidiam partem septemtrionalis plagae, et dimidiam partem australis plagae. Reliquas partes communiter habent Europa et Libye; et sic Asia sola tantum tenet de coelo, quantum Europa et Libye; et ideo dixit *sequaris coelum*. LA. *si ventos*) Si ventum sequaris, Africa pars erit Europae. [4]) Nam cum Asia habeat totum Eurum, Boreae [5]) latus sinistrum Nothique dextrum; Africa vero et Europa simul habeant Zephyrum, [6]) Boreae latus dextrum sinistrumque Nothi, et cum [7]) partitio sit aequa ventorum, si duas partes orbis accipimus, [8]) erit potius Africa in Europa. BC. LC. VOSS.

413. *Tertia* est *pars*, quia Europa est *tertia pars;* et hoc sequitur, [9]) si ista quidem. Ideo subiungit: non *enim plus* minusve spatii continetur in Libya, quam in Europa; et hoc est quod dicit: non plus est a Nilo, qui est in meridie, usque ad Gades, quae sunt in Occidente, nec minus, quam est a Tanai, qui est in Septemtrione. LA. *neque enim*) Ordo: *neque* [10]) *enim plus litora Nili absunt a primis Gadibus, quam Scythicus Tanais*; id est cum [11]) longior pars sit a Tanai ad Gades, quam a Nilo ad [12]) Gades, non est Africa pars orbis, sed potius Europae. BC. VOSS.

1) La. *et.*
2) La. *Alia so tantur;* seq. *quantum* addidi.
3) La. *totum t. Asia.*
4) Priora absunt a Lc. et Voss.
5) Lc. *Boream sin. Notum dext.*, quae absunt a Voss.
6) Eadem Guelf.; Bc. et Lc. *habent*; post Lc. *B. vero l. d. et Notum s.*, quae desunt Voss.
7) Voss. *et ita*, quae desunt Lc.; *et* Bc.; Voss. *portio;* Lc. *aequalis v. ergo, si.*
8) Lc. *accipiamus aderit;* Voss. et Lc. *Af. pot.*
9) La. *sequatur — quid.*
10) Guelf. *nec* sine *enim.*
11) Bc. addit *non.*
12) *ad G.* desunt Guelf. et Voss.



BC.

414. Primas Gades dicit, quae primae occurrunt nobis; et est dictum ad differentiam aliarum, quae nunc cooperiuntur a mari. LA. *Gadibus*) Hic apud Gades factus locus Oceano. BC.

415. Ubi sunt Gades ostendit: *a Gadibus* dico, *unde Europa fugit Libyen;* ac si dicat quae dividunt Europam a Libya, et hoc iuxta Oceanum. LA. *Unde*) a Gadibus. BC. GUELF. VOSS. *Oceano*) quo intrat ad Gades. BC. GUELF. VOSS. *fugit*) i. dividit. GUELF.

416. Nunc vult illam partem ostendere, quod Europa et Libya sint una pars, et etiam *maior* pars, quam sit Asia, ut ita dicat: hac consideratione est *tertia pars; sed* alia consideratione *maior orbis abit in Asiam.* LA. *in unam*) i. maior pars orbis se in Asiam separavit. BC.

417. *abit*) pro abiit. BC. *istae*) Europa et Africa; *illa* Africa. VOSS.

418. *Maior* est Asia; nam ipsa sola habet Eurum, et Boream communiter cum Europa, et Nothum communiter cum Libya; et illae duae habent Zephyrum. Et quia per hoc non ostendit [1]) maioritatem, subdit: et magis habet Nothum et Boream, quam illae habeant; et notat, ubi dicit *descendit* Asia *in ortus* illorum duorum ventorum; et, cum ipsi venti in medio terrae oriantur, descendit Asia in proclivitatem versus nos. Vel aliter potest legi illud *neque enim plus;* et per hunc modum refertur ad proximum, ut ita dicat: *Libye* est *pars Europae,* quia non est *plus* a Nilo usque ad Gades, quam a Tanai usque ad Gades, et non est *plus* in eo [2]) minusve, et ideo est *pars* illius. Cetera non mutantur a priori sententia. LA.

419. *descendit*) prolongatur. LP.

420. Nunc moratur in hac parte. Illa pars *Libyae,* quae est fertilis, est versus Occidentem; et non solum in Meridie, sed etiam ibi est indigentia aquarum; et hoc est quod dicit *sed et haec non fontibus* etc. LA. *fertile*) i. illa pars, quae fertilis est, illius. BC.

421. *vergit*) passive. BC.

422. Et est ibi terra fertilis ideo, quia Boreas, qui venit ex Septemtrione, illuc impellit nubes pluviosas. LA. *solvitur*) dissipatur. LP.

423. Et dicit ideo *nostris serenis,* quia omnis ventus defendit suam patriam a nubibus, et impellit alio. LA. *serenis*) Cum apud Italiam serenitas aeris [3]) est, illuc imbres deferuntur. Ex Italia enim [4]) nubes sublatae ventis trahuntur in Africam. BC. LP. VOSS.

424. Praeterea est aliud: in illa eadem parte non *vitiatur in* ullas [5]) *opes,* scilicet non *auro* etc. Ideo dicit *vitiatur,* quia opes vitium inferunt habentibus eas. LA. *vitiatur*) Non habet [6]) enim metalla, quibus terra corrumpitur. BC. VOSS.

425. Et est *pura, nullo crimine glebarum* ibi ente; ac si dicat quia neque aurum, neque argentum ibi nascitur, ideo est *pura.* LA. *crimine dives*) i. causa, ut Virgilius: [7]) *Crimine ab uno disce omnes.* BC. GUELF. VOSS. alibi: [8]) *Crimen amor vestrum.* VOSS.

426. *penitus terra*) quia [9]) vera terra est; non enim

1) La. *ostendet.*

2) La. *io minusē.*

3) Voss. *iugis e. illic i. agunt*; Lp. *ibi i. habentur.*

4) *enim* deest Guelf.; Voss. et Lp. *sub. n. vento deferuntur ad* (Lp. *in*) *A.*

5) La. *nullas.*

6) Bc. et Guelf. *habent;* Voss. et Guelf. omiserunt *enim.*

7) Aen. II, 65.

8) Aen. X, 188.

9) Voss., *quia* omisso, *nam non — nec.*

habet aes, neque aurum. Bc. Voss. Maurisii sunt populi, apud quos ebenum abundat. La.

427. *Divitiae*) arbores citri dixit. [1]) Bc. *usum*) in comedendo. Bc.

428. Citrus [2]) vocatur ipsa arbor, ebenum vocatur, postquam incisum est. La. *citri*) Citrus [3]) arbor, ebenus vero lignum eius. Maurusii populus, apud quos citri abundant. Bc.

429. Quia nunc locum habet reprehendendi Romanorum mores, subiungit *nostrae secures venerunt in nemus*, prius *ignotum* ad id, quod esset utile; et non mirum, cum etiam ab *extremo* petivimus *epulas orbe;* et ideo non est mirum, si hinc petivimus *mensas*. De ebeno [4]) faciebant mensas. La. *secures*) i. nos misimus magistratus. Bc. Guelf.

430. *Extremo*) remoto. Lp. i. luxuria [5]) Romanorum prima fecit hinc cibos. Alii sic accipiunt dictum: etiam ad illam regionem nos misimus magistratus. Bc. Voss.

431. Occidentalis plaga est talis; at versus Meridiem tantus est calor, quod excoquit [6]) *messes*. Hic *Syrtim* vocat in ipsa terra, et vocat ideo *vagam*, quia nunc, ubi est cumulus arenae, ibi statim est vallis, et e [7]) converso. La.

432. *die*) calore. Lp. aestuatione. Lc. sub [8]) torrente sole. Bc. Voss.

434. *putris*) soluta. Lc. ipsa ora [9]) non est putris, et [10]) ideo non alit semina. Bc. Voss.

435. Temperiem vocat ideo vitalem, [11]) quia, ubi deest temperies, ibi nihil generatur. La. [12])

437. *Et non sentit annum, arenis* entibus *immotis;* ac si dicat non computat annuam [13]) fertilitatem terrae, sicut nos facimus, i. vindemias. La. *immotis*) inaratis. Bc. Guelf. Lp.

438. *exserit*) gignit. Bc. Guelf. producit. Lc. [14])

440. *Nudus*) inops. Bc. *damnis*) Damnum mundi

1) Guelf. *dicit.*
2) La. *Citrum vocat.*
3) Bc. *Citrum.*
4) La. *bono.*
5) Voss. *Prim. R. l. f. h. epulas etc.;* Guelf. *prima.*
6) La. *exquoque.*
7) Addidi *e.*
8) Voss. et Guelf. omiserunt *sub;* ille *sol. t.*
9) Voss. *terra.*
10) *et* deest Guelf.; Voss. *sementa n. alligat.*
11) La. *vitam.*
12) Schol. Lc. ad vs. 436. vide T. II. p. 631.
13) La. *annum* et post *et* pro *i.*
14) Schol. La. legitur T. II. p. 517, cui praeponas haec: *Et ut det quodammodo opportunitatem vitae Catoni subdit.*

Syrtem ideo dixit, quia accedendo per multas vadit regiones, et orbis est damnum. Sive ipsa Syrtis ideo damnum est [1]) mundi, quod nullus in orbe [2]) aestus ibat aut terrae aut pelagi mancipatus. Potest *mundi damnis* naufragiis accipi; commune enim [3]) mundi damnum est, cum extinguuntur animantes. Bc.

442. Et potest facere, nam ibi et manet [4]) *et novit opes* ulla *carina* non *tangente portus;* ac si dicat et taliter, ut diximus, habet ille populus commutationes *cum toto* orbe, spoliando eos. La. *portus*) quia non in portus, sed in Syrtes impinguntur. Vel sua carina nulla tangente portus, novit opes. Bc. Non enim navigant, ut mercentur, sed colligunt et [5]) auferunt, quae alii attulerunt. Bc. Voss.

443. *commercia*) i. negotia. Bc. Omnia enim [6]) illic inveniuntur, [7]) quae de diversis partibus [8]) solent comparari. Bc. Lp. Ld. Lc. Voss.

444. *hac*) per hanc partem. Bc.

445. Et quamvis ibi sit tanta difficultas, tamen *virtus* sua persuadet eum inde *ire.* La. *secura*) sicut putabat, veluti a mari egressa. Bc.

446. Sicut in aqua procellae, ita etiam dicit in *tellure* illas. [9]) La.

447. Ideo *aequoreos metus,* quia, quam violenter [10]) *Syrtis* marina accepit *Austrum,* ita et ista Syrtis, et magis etiam; et hoc est quod dicit *et ille magis nocens terrae.* La. *metus*) i. quod [11]) in mari timuit, in terra passa est. Bc. Voss.

448. *Austrum*) i. maiorem ventum accipit Syrtis de terra, [12]) quam de mari. Guelf. Voss.

449. *magis*) quam pelago. Bc. Guelf. Ideo *magis,* quia neque sunt ibi montes, neque scopuli, qui obstent ibi Austro, cum oritur; et hoc est quod dicit *nec montibus ortum* etc. La. *ortum*) ortum ventum non frangit Libye repulsum rupibus, quia illic est sola planities. Bc.

451. *Dissipat*) non dissipat; [13]) est enim ubique

1) Guelf. *m. e. quia.*
2) Guelf. addit *est;* post *mancipata.*
3) *enim* deest Guelf.
4) An *imminet?*
5) *et auf.* desunt Guelf. et Voss., qui in fine habet *perferebant.*
6) *enim* deest Lp.; Lc. *Nam om. ibi.*
7) Bc. *il. commercia inveniunt q. div.*
8) Voss. Ld. *sol. gentibus;* Lc. *gent. sol. apportari.*
9) La. *illa.*
10) La. *violentius.*
11) Voss. *quae.*
12) Voss. *e litore S. acc.*
13) *non dis.* desunt Bc. et Guelf., qui post *quia u. e. pl.* habet.

planities. BC. VOSS. *solvit*) permisit. BC. Neque dissolvit *se in auras.* Turbinem vocat volutionem pulveris; et vocat illum turbinem liquidum, quia cito dissolvitur, et quia nullum invenit obstaculum. LA.

453. *Lassatur*) scil. non; quippe non habet Alpium [1]) nemus. VOSS. montes enim et silvae remorantur ventos. BC. *patet*) planum est. LC.

454. Ideo exercet [2]) tantam vim, quantam habet, cum exit domum Aeoli, regis ventorum. LA. LC. *Aeolicam*) ventosam. BC. GUELF. *exercet*) totos flatus, [3]) quos habet, effundit. BC. VOSS.

455. Illam *nubem* vocat *umbriferam*, [4]) quae imminens nobis facit umbram ad tempus; quod non fuit ibi, *sed* potius *plurima pars terrae tollitur, et pendet vertice nunquam resoluto* ibi; nam in alias partes defertur. LA.

457. *Tollitur*) elevatur ab Austro; nunquam resolvitur in [5]) pluvias. BC. *vertice*) dicit globum [6]) terrae, qui erigitur, vento iugiter flante, non cadens. [7]) GUELF. VOSS. Globus venit agitatus, qui nimio ventorum impetu terram nequit tangere. LC.

460. *Detecto*) nudato. BC. GUELF. Et non mirum, si ita rapit, quia *non altius ignis* etc. LA.

461. *Rapta*) quae incendebat. BC. quae incendit in favillam et fumum. LP. Non altius fumus [8]) ignis adscendit, quam pulvis vento raptus. BC. *violare*) obscurare. BC. GUELF. infuscare. LP.

462. *violentior*) Auster maior, vehementior, quam solebat. BC.

463. Semper [9]) exercet vim suam, et tunc etiam magis exercuit; et hoc est quod dicit *tum* [10]) *quoque Romanum* etc. LA.

465. *Instabilis*) discurrens. [11]) BC.

466. *concuteret*) convelleret. BC. GUELF. *a sede*) ab imo erueret. BC.

467. Et tanta eius vis ibi, quod *moveret orbem a sede, si* esset *solida* terra, et alia obstantia Austro. LA. *Si solida*) argumentum a maiori ostendit. BC. *pondere*) i. saxis. BC. GUELF.

468. *scopulosa*) i. si [12]) haberet existentes scopulos

1) an *altum?*
2) Lc. *exit tanta vi, sicut cum exit.*
3) Voss. I. *fluctus.*
4) La. *imbr. q. mines.*
5) *in pl.* desunt Guelf.
6) Guelf. *gl. d. q. vento er.*
7) Guelf. et Voss. *cadere.*
8) Guelf. *summus.*
9) La. addit *etiam*; an *enim?* post *viam.*
10) La. *Tu q. nominavit.*
11) Guelf. *decurr.*
12) *si* deest Guelf.; Voss. *si ill. intr. contineret inter* etc.

et clauderet illum intrinsecus, inter scopulos et saxa conceptum. BC. VOSS. *cavernis*) sc. si haberet scopulos et clauderet Austrum exesis scopulis. BC.

469. *Sed quia turbatur mobilibus arenis*, ideo *manet stabilis;* et hoc exponit *ima tellus stat,* [1]) *quia summa fugit;* et non solum pulverem, sed etiam *galeas et scuta virorum* et *intentus* et augmentatus *tulit per inania.* LA.

470. *stabilis*) firma est, nec titubat, quia superior, vento cedens, impetum eius fundit. VOSS.

471. *Stat*) restat. BC. remanet. LC. *summa*) superficies [2]) sparsa est. BC.

472. *actu*) ventus impetu. BC. GUELF.

473. *Intentusque*) Ab intendendo dixit [3]) intentum, i. e. qui in altum ire contendit. [4]) BC. VOSS.

474. Ita dico *per inania*, quod non prope ceciderunt, [5]) sed tam longe portavit, quod credebantur a diis esse missa. LA.

475. *Prodigium*) monstrum hominibus, ad quos venerunt. BC. *delapsaque*) Hoc dicit, quod arma ista, quae ventus abstulerat, [6]) in alia parte delapsa sint orbis, et quod [7]) illi putaverint, ad quos venerunt, missa esse de coelo; quod prodigium crederet [8]) hominum gens illa, [9]) ad quos eadem arma venerunt. BC. VOSS.

477. *Superis*) quasi a diis transmissa. BC. GUELF. *illa profecto*) ancilia certe. BC.

478. Et non mirum, si haec putabantur missa esse a diis, cum idem contigit *Numae* Pompilio; et hoc est [10]) quod dicit *profecto sic illa* ceciderunt. LA. *Sacrificio*) Numa enim sacrorum [11]) omnium habetur inventor. BC. *iuventus*) Salios dicit. BC. GUELF. VOSS.

479. Patriciam [12]) cervicem vocat nobilem cervicem. Nam instituit duodecim canonicos in templo, in quo posuit illud ancile, quod singulis annis portabant circa templum. Adaptat similitudinem, ubi dicit *spoliaverat* etc. LA. *Patricio*) nobili portat. BC. *spoliaverat*) fortasse. BC.

1) La. *et.*
2) Guelf. *tellus.*
3) Guelf. et Voss. *dicit;* Bc. *quod* pro *qui.*
4) Guelf. *contenderet.*
5) Lc. *cecidit;* correxi ex Bp.
6) Voss. *abstulit ad aliam partem orbis*, omissis *del. sint.*
7) *q. il.* absunt a Guelf., *et q. il.* a Voss., qui habet *putaverunt hi ad.*
8) Guelf. et Voss. *credetur;* hic seqq. omisit.
9) Guelf. *scil. ad quam.*
10) Addidi *est.*
11) Guelf. *Romanorum.*
12) La. *Taticiam c. vocant.*

480. Quamvis unum [1]) fuisset, tamen ideo dicit *ancilia*, quia fecit Numa multa consimilia, ut, si forte quis vellet furari, deciperetur in ipsa similitudine. La. *nostra*) quasi [2]) non sua arma, sed iam ancilia nostra portarent. Bc. Voss.

481. Adhuc [3]) ostendit alia pericula, quae passi sunt. *Notho torquente orbem*, sicut diximus, *Romana iuventus* etc. La. *Sic*) Quemadmodum tunc ancilia de coelo lapsa sunt. Bc. Voss.

482. *rapi*) ne raperetur. [4]) Bc.

483. *Inseruit*) cecidit ad terram. Bc.

484. *nisu*) ut adnisu [5]) addito unusquisque gravior redderetur. Bc. Voss. *sic*) cum haec faceret. Bc.

485. *Qui* Auster *super* illos *ingentes cumulos involvit arenae, atque operit viros tellure; vix tollere miles membra valet* tam multa collectione [6]) *pulveris haerens.* Bc.

489. *surgente*) crescente. Bc. Guelf. Lp.

490. *penitus*) longe. Lc.

491. *Effuditque*) illo enim saxa perlata sunt, ut [7]) nemo scilicet sciret, unde sint delata. Bc. Voss. Sors *malorum* in hoc miranda est, quia, cum *domos* non *videre*, tamen *videre ruinas;* nam aliunde ducebat ventus. La.

493. *iter omne*) omnis semita contecta est. Bc. Voss. *discrimina*) divisiones; i. iter. Bc.

495. Cum *iter iam* lateret, ostendit unde iam *novere viam;* nam in nocte notabant per sidera, qualiter deberent ire in die; sicut in mari faciunt. La. *novere*) veluti in mari essent. Bc. [8]) *nec sidera*) quia quaedam sidera apud nos videntur, quae ibi non sunt. Voss.

496. Et vix etiam hoc poterant facere, quia adeo remoti erant a parte ista; et hoc est quod dicit *circulus finitor Libycae orae* non *ostendit* eis *tota sidera*, quae sunt in hoc vertice; nam aliqua videbant [9]) de his, quae sunt in plaustro. Circulum vocat lineam illam, quae dividit habitabilem terram nostram a perusta Zona. La. *finitor*) Zodiacus. Bc. Guelf. Australem

1) Addidi *unum*.
2) Guelf. *quod*.
3) T. II. p. 518. male legitur *Ad haec*.
4) Guelf. addit *a ventis*.
5) Bc. *ac nisu*; Guelf. et Voss. *conatu*.
6) Bc. *congestu* et supra scr. *collectione*.
7) Voss. *ut nescirent, unde decidissent*.
8) Schol. Lc. vide T. II. p. 388, ubi lege *habebatur*.
9) La. *videbat*.

axem [1]) circulum dicit, qui est subter [2]) nos; et quoniam depressus est sub terras, non iam omnia signa ostendit his, qui sub [3]) eo coelo sunt; i. qui in ima parte sunt axis, omnes [4]) stellas videre non possunt. Bc. Voss.

497. *margine*) extremitate orbis. Bc. Guelf. Notandum, quod marginem genere masculino [5]) dicit; marginem autem extremitatem orbis dicit. Voss.

498. Non solum a pulvere multa sunt passi, sed etiam a calore, postquam sol aliquantulum ascendit; et hoc est quod dicit: et *ut calor solvit aera* a pulvere, *quem ventus torserat*, i. postquam dies exarsit, *artus manant* etc. La. *solvit*) contra solutum [6]) tortum posuit; nam stringitur frigore, quod calore solvitur, [7]) aut quod torserat ventus solvitur. Bc.

500. Malignam vocat undam illam ideo, quia non tanta fuit, ut sufficeret omnibus. La. Lc. *maligna*) exigua, [8]) ut Virgilius: [9]) *Collesque maligni*. Bc.

502. *Corripiens patulum galeae*, quippe cum pulvere, [10]) fundit *in orbem*. Guelf. [11])

504. *squalebant*) nigrescebant. Lc.

505. *Invidiosus*) hoc est [12]) cum Cato parum aquae, nescio quid, accepisset, grandi tamen invidia laborabat. Guelf. Voss. *Invidiosus erat*, i. unde alii habuerunt invidiam, si ipse solus biberet, cum ceteri sitiebant; [13]) et ideo ait: o *degener miles*, an *putasti me unum?* etc. La. *Invidiosus* est, cui homines invident; invidus, qui invidet. [14]) Ld.

506. *Miles*) ad illum loquitur, qui aquam [15]) attulit. Bc. Voss.

1) Voss. I. *autem*.

2) Bc. Guelf. *subtus*.

3) Guelf. *sunt sub e. c.*

4) Guelf. *omnis*; Voss. *nostras*.

5) Non Lucanus solus, sed Ovidius [cf. Schol. ad Iuvenal. I, 5. ibique Cramer.], Statius [Theb. III, 407] aliique in masc. gen. dixerunt; vide Charis. [p. 49.] et Priscian. plus uno loco [V, 2, 9. VI, 3, 16.] Oudp. Adde Caprum p. 2249. Putsch.; Isidor. T. III. p. 510. Arev. et Ruddim. T. I. p. 16. n. 90. Raro enim fem. gen. utuntur, ut Iuven. l. l.

6) Guelf. *solitum*; Bc. *sol. ventum*.

7) Guelf. *dissolvitur*, reliquis omissis.

8) Idem Lc. Guelf. Voss.

9) Ge. II, 179.

10) *nempe c. p.*; eadem Voss.

11) Schol. Lc. vide T. II. p. 551.

12) Voss. addit *et*; in fine deest *labor*. Guelf.

13) Eadem Lc., sed *habent*.

14) Similia leguntur apud Papiam v. *invidus*; cf. quae hoc de discrimine leguntur ap. Caprum p. 2242. Putsch. (repetita a Beda p. 2338); apud Isidor. Orig. X v. *invidus* T. V. p. 40 et T. VII. p. 440. Alia contra monet Gell. IX, 12, 1.

15) Voss. addit *ei*; cum Guelf. *obtulit*.

507. *adeo*) in tantum. Bc. *impar*) non sufficiens. [1]) Bc.

508. Magna poena esset, quantum ad virtutem, ut [2]) unus solus biberet, ceteris sitientibus; et ideo dicit potius illum hac poena fuisse dignum. La. *poena*) invidia. Lp.

510. *Excussit*) effudit. Bc. Guelf. Non *suffecit unda*, ut omnes biberent, sed in hoc fuffecit, quod nullus habuit invidiam de alio; quae invidia esset, si ipse bibisset. La.

511. His peractis *ventum erat ad templum* etc. La. *unum*) singulare, mirabile. Vc.

512. Ideo Iupiter depictus est in specie arietis, quia, dum Bacchus reverteretur ab Oriente, et ibi exercitus fere confectus esset siti, apparuit in tali specie, et pede fodit arenam, et inde emanavit fons. La. *certior*) corniger. Voss. I.

513. *Iupiter* aliquando depingitur in ea specie, qua mittit *fulmina*, apud aliquos aureus. Quod ibi non fuit; et hoc est quod dicit *sed non aut fulmina* etc. La.

514. *tortis*) quia responsa involuta dabat. Lp.

515. Quod non sit *similis* Romano Iovi, hoc ostendit, ubi dicit *non Libycae gentes* etc.; non quod istae [3]) *gentes* sint ibi, sed illuc veniebant quaerere responsa ab Ammone. La.

516. *donaria*) altaria. Voss. I. II. ubi dona conduntur. [4]) Lp. Lc.

517. *Quamvis* tot gentes illuc veniant, et *unus* solus *sit* illis; tamen *adhuc est pauper*, et ipse *tenens delubra* illa non *violata* ullis *divitiis*, et ens [5]) *numen priorum morum* i. tale, quale habebatur apud priores patres, *defendit templum* ab iniuria Romanorum; et hoc notat per hoc quod dicit *ab auro Romano*. La.

519. Per hoc quod dicit *violata*, ostendit non esse curam apud Deos de auro vel argento; et reprehendit hic mores Romanorum. La. *Pauper*) hoc scilicet templo, ubi nulla sunt ornamenta. Bc. *violata*) quae accedente [6]) aetate munerum adiectione polluta sunt. Bc. Guelf. Voss.

1) Guelf. *sufferens.*

2) *ut — sitiént*; eadem Lc.

3) *istae* etc.; eadem Lc. paucis mutatis.

4) Ita explicat Serv. ad Virg. Aen. II, 269. et aliis locis; Schol. Virg. Aen. XII, 199. ap. Barth.; Advers. XXXIII, 13; Fronto de differ. p. 278. Ed. Nieb.; Isidor. Orig. XV, 5; Papias et Ioann. de Ian., ille v. *dono*.

5) *ens — defend.*; eadem Lc.

6) Voss. *accidente*; et addit *non* ante v. *poll.*

520. *priorum*) bonorum, antiquorum. LC. quod sit veteri frugalitate contentum. BC. VOSS.

521. *auro*) quod [1]) Romani concupiscentes multa templa violaverunt. BC. VOSS.

522. Et ne videretur hoc, scilicet quod carebat auro, ideo esse, quod dii non [2]) curarent de illo loco, subiungit *esse locis Superos* etc. LA.

523. Merito dico *sola; nam quicquid separat ardentem Berenicida* etc. LA.

524. Berenicis est civitas; Leptis est alia civitas. Ideo dicit *sicco pulvere,* ut ostendat inter has civitates ex una parte hoc esse, quod *ignorat frondes.* [3]) LA. *Berenicida* civitas est [4]) Africae iuxta hortum [5]) Hesperidum. Est autem ordo: *ardentem Berenicida* a [6]) *tepida Lepti separat.* BC. VOSS.

525. *Solus,* quasi unus habeat [7]) locus, quod tota [8]) regio habere debet. BC. GUELF. VOSS. *abstulit*) sibi elegit. LC.

526. In illo *loco fons* est *causa silvarum, quia fons alligat putria terrae;* q. d. quia conglutinat ipsam terram, ideo sunt ibi silvae. LA. *Silvarum*) Ordo: [9]) *huic loco* est *fons causa silvarum.* BC. VOSS.

527. *domitas*) vicinas. GUELF.

528. *Hic quoque nil obstat Phoebo;* q. d. quamvis sint ibi arbores, tamen, sicuti in illis aliis locis desertis, de quibus dictum est, *nil obstat,* ita nec *hic.* Et hoc fit in meridie; et hoc est quod dicit *cum dies stat librata* quasi adaequata. LA. *summo*) in meridie. BC. GUELF.

529. In *summo cardine vix arbor protegit truncum,* i. nusquam facit umbram; et hoc ideo, quia ex omni parte *impellitur umbra* a *radiis* solis *in* medietatem arboris. Et nota illud contingere in aestate, cum sol est in Cancro; et cum ipsi in hieme ibi fuissent, constat tunc non contigisse. Sed poeta ideo introducit, quia hic habuit locum exponendi illud, quod multis latuit, scilicet qualiter sol se haberet illis, qui sunt sub Cancro; et qualiter se haberet, si [10]) qui essent in perusta Zona, et si qui essent ultra. Et nota quod

1) Voss., *quod* omisso, *R. m. c. t.* (Guelf. *m. t.*) *violarunt.*
2) Addidi *non.*
3) La. *fontes.*
4) *est* non legitur in Voss.
5) Voss. *hortos;* cf. Serv. ad Virg. Aen. IV, 483.
6) *a* deest Voss. et Guelf.
7) Bc. *habet;* Guelf. *haberet,* et in fine *deberet.*
8) Voss. *omnis.*
9) Voss. *O. est c. s. l. h. f. est;* Guelf. *h. l. s. c. f. est.*
10) An *iis*?

dividitur ipsum firmamentum in duodecim partes, in quinque Zonas, quarum duae extremae sunt inhabitabiles propter nimium frigus, [1]) media vero inhabitabilis propter nimium calorem, quae vocatur Zona perusta. Aliae duae contemperantur ab hac et ab his duabus, quae sunt habitabiles, quantum ad naturam; nam altera tantum habitatur ad maculam. Sexta est ipse Zodiacus, qui in parte tangit habitabilem nostram terram, et in parte illam aliam habitabilem apud antipodes; in maiori vero parte tangit Zonam perustam. [2]) Sunt praeterea duae lineae, quae vocantur Coluri, una solstitialis, quae porrigitur a Cancro usque ad Capricornum; alia linea est aequinoctialis, quae porrigitur a Libra usque ad Arietem. Et dicuntur Coluri, i. imperfecti, eo quod ex una parte tantum, scilicet ex Septemtrione porriguntur; non enim possunt notari descendere per perustam Zonam. Et vocatur [3]) ideo solstitialis, quia, quantum ad situm nostrum, non potest magis ascendere, quam usque ad Cancrum; nam in sua natura neque ascendit neque descendit. Alia vocatur aequinoctialis ideo, quia tunc sunt noctes aequales inter se, cum in illis duobus est signis sol, quantum ad nos. Quod [4]) poeta usque ad ipsa loca fervoris scribendo pervenit, occasionem sumserat [5]) de itinere Catonis, imitatus Virgilium et alios, qui saepe alterius loci descriptionem et proprietatem mutuatim alteri loco accommodant. Hoc quod Macrobius [6]) apud Syenem certis quinque diebus, cum sol est in Cancro, fieri asserit, scilicet ut tunc sol nullas eis [7]) umbras faciat, hoc Lucanus ad eum locum Libyae, ubi Ammon Iupiter colebatur, ubi et Cato nunc erat, ex vicinitate illius loci, in quo hoc contingere solet, non inconvenienter transtulit; quasi aliquando ibi, ubi Cato nunc erat, contingere debuit, minime tamen eo tempore, cum constet Catonem ad eum locum, ubi Ammonis templum fuit, in hieme venisse. LA. *truncum*) umbra arboris vix protegit [8]) suum stipitem, quippe omnis umbra colligitur. [9]) BC. LD. VOSS.

1) Cf. de his Macrob. Somn. Scip. II, 5. p. 145; Isidor. Orig. XIII, 6; Prob. ad Virg. Ge. I, 233. 238. et Serv. ib. ad vs. 235.

2) Ita pro *zodiacum.*

3) La. *vocantur;* post *possunt.*

4) La. *Quia.*

5) La. *suprat.*

6) Somn. II, 12. p. 161.

7) La. *eius.*

8) *st. suum cooperit* Ld. et Guelf.; *st. s. c. et vestit* Voss.

9) Bc. *collig.* et suprascr. *colliditur.*

530. *in medium*) circa truncum. Vc.

531. *Deprensum est hic esse locum*, scilicet[1]) a philosophis, in quo *circulus*, i. unus Colurus, qui a Cancro usque ad Capricornum ducitur, *alti solstitii*, i. qui utrumque attingit solstitium, i. duo signa, in quibus fit solstitium, Cancrum scilicet et Capricornum. Altum vocat Cancrum, quod signum, quantum ad situm nostrum, est altissimum; Capricornus autem, quantum ad situm nostrum, est infimum; neque eam partem dicit *alti solstitii*. La. *Deprensum*) Describit illum locum a constellatione solis; et vult dicere, quod in illa parte solstitium nostrum, quod fit apud nos, quando sol est in Cancro de mense Iunii et non potest transire ultra tropicum Cancri, apud illos fit, quando sol est in Ariete. Et est apud eum semper solstitium aequale, quia omnia signa, quae nobis oriuntur oblique, illis oriuntur recte. Vc. *locum*) Zonam κεκαυμένην,[2]) quae est inhabitabilis propter nimios solis ardores; illo enim usque sol[3]) perveniens rursus redit. Bc. Guelf. *circulus*) Colurus. Bc. Guelf. Colurus dicitur a κῶλον οὖρον,[4]) quod est membrum bovis silvestris, quia cauda, quae curvata est, vel summo imperfectus. Lc.

532. *Circulus*[5]) autem *percutit orbem*, i. Zodiacum, *medium signorum;* i. in eo loco *percutit* eum, ubi duo media sunt signa, Cancer et Capricornus, quae sunt opposita signa. Attribuit et huic loco, quod semper habitatores eius in omnibus oppositis signis aequales dies et aequales habeant noctes. Quod nequaquam de iis est intelligendum, qui sub Cancro sunt; sed si qui essent in media perusta Zona, recta linea sub Ariete, illi in Capricorno et Cancro, quae sunt opposita signa, haberent aequales dies et aequales noctes. Sol enim in Capricorno illis ascendere incipiens, ascendit usque ad Arietem, sub quo ipsi sunt; et interim dies eis crescit; et in Ariete longissimum diem, et ibidem habent solstitium. In medio autem signo, quod inter Capricornum et Arietem, in Piscibus scilicet, aequinoctium habent. Sole autem de Ariete exeunte, iis dies usque ad Cancrum decrescunt, et in medio signo,

1) La. *sed.*
2) κεκαυμ. deest Helmst.
3) *sol* deest Bc
4) Lc. *coluron;* cf. Ioann. de Ianua, qui eadem habet.
5) Haec ad finem usque libri IX. in La. mutila atque corrupta Spengelius humanissimus contulit cum Moc.

Sagittario scilicet, aequinoctium habent. Et sic quatuor aequinoctia et totidem solstitia frequens solis ascensus et descensus eius in uno anno faciunt. Quae diverso et alio modo quam in nostra habitabili fieri ibi, eo minus mirandum est, quo situs illius terrae a nostro penitus diversus est. LA. *Solstitii*) Solstitium est, quando sol ultra nequaquam potest ascendere. GUELF. *(m. al.) percutit*) tangit. GUELF. tangendo dividit et secat. NORIC.

533. *Non obliqua meant,* opposita scilicet, sed omnia recta signa sunt eis supposita; nobis autem omnia obliqua, sed quaedam magis sicut Capricornus, quaedam minus sicut Cancer. Sicuti, inquit, contigit apud templum Ammonis, quod *arbor vix protegit truncum,* ita etiam fit alibi, quod in omnibus oppositis signis habent aequales dies et noctes; et hoc ostendit in partibus signorum, ponens omnia opposita signa: *nec Tauro rectior exit Scorpius,* i. nec Taurus nec Scorpius est eis obliquus. LA. *obliqua*) sc. signa, sicut apud [1]) nos; ut Virgilius: [2]) *Obliquus qua se signorum verterit ordo.* BC. VOSS. *Scorpius*) Hic enim, apud nos, *rectius exit Scorpius* quam Taurus. Scorpius enim rectis cornibus nascitur, Taurus vero ad ima depressis; hoc autem illic pro [3]) Zonae qualitate mutatur. LD.

534. *Aut Aries donat sua tempora Librae.* Apud nos *Aries donat sua tempora Librae;* in Martio enim, cum sol est in Ariete, incipiunt crescere dies et minui noctes; in Septembre autem, cum sol est in Libra, incipiunt crescere noctes et minui dies. Et sic *Aries* apud nos *donat sua tempora Librae,* quia, quot horas dies habet, cum sol est in Ariete, tot horas habet nox, cum sol est in Libra, et e converso. Quod in Libya non est; sed in his duobus oppositis signis sunt illis aequales dies et aequales noctes. LA. *Rectior*) pro erectior. GUELF. *(m. al.) aut*) i. nec. GUELF. *tempora*) quae tempora faciunt, ut et in Libra sit aequinoctium, quemadmodum est in Ariete. Hic enim, apud nos, aequinoctia in his duobus signis sunt, illic vero [4]) perpetuo. BC. GUELF.

535. *Aut Astraea iubet lentos descendere Pisces* apud nos, cum dies longus fit, sole ente in Virgine, quod est in Augusto. *Iubet* Virgo i. causa, quare descen-

1) Voss. *sicuti nobis.*
2) Ge. I, 239, ubi est *verteret.*
3) Helmst. *per z. qualitatem;* Guelf. *q. z. mutavit.*
4) Bc. *uno tantum perp.*

dant *Pisces*, i. sol positus in Piscibus descendat, i. cito occidat et cito occumbens diem brevem faciat, nox autem protendatur; et hoc notat per hoc quod dicit *Pisces*. Vel aliter: cum Virgo aliquantulum nobis sit recta, et Pisces sint signum oppositum Virgini, Virgo est causa, quare Pisces in tantum nobis descendant, i. obliqui sint. Qui lenti sunt i. qui longam noctem faciunt. LA. *Astraea* virgo, [1]) Astraei et Aurorae filia. Sunt autem [2]) virgines duae, quae apud nos cum oriuntur, occidunt Pisces. Hoc in illa regione non fit. BC. LD. *iubet*) causa est. BC. *Pisces*) imo nec lentius, nec velocius. VC.

536. *Par*) nam cum simul apparere non debeant, [3]) sed alterni, in illa regione pariter [4]) oriuntur. BC. LD. VOSS. *Chiron*) sagittarius. BC. GUELF. *Carcinos*) i. cancer. [5]) Mirantur [6]) duo signa simul apparere diversa, Cancrum, qui est siccus, et Capricornum, qui est humidus. BC. uno tempore pariter oriuntur Cancer et Capricornus, i. aequales horas habent omnia signa. LD.

537. *Aegoceros*) Capricornus. BC. *Leo*) Apud nos *Leo* [7]) altioribus circulis fertur, quam Aquarius, quod negat in illa regione contingere. BC. GUELF. VOSS.

538. *At quaecunque es Libyco gens igne diremta;* q. d. illis, qui sunt ad templum Ammonis, sole exeunte de Cancro, *umbra cadit in Arcton;* si qui autem essent ultra Libyam, illis semper illa umbra, quae cadit nobis versus Arctum, in antarcticum polum mitteretur. LA. *At tibi*) Summa descriptionis haec [8]) spectat, ut omnia signa, quae videmus, dicat illic propter extremitatem loci aliter apparere. BC. LD. *diremta*) separata. BC. GUELF.

540. *Te segnis Cynosura subit*, i. tibi occidit; *segnis* inde in occasu, quia nunquam occidit; et ideo hoc contigit, quod *nullum sidus semper habes* tibi *in vertice*, quia *uterque axis est* tibi *procul*. LA. *signis*) i. cum signis. LD. h. e. tu Septemtrionem nasci putas cum

1) *virgo* deest Helmst.; Ld. *v. fuit Austri et A. quae propter aequitatem Iustitia est appellata;* cf. Prob. ad Virg. Ge. I, 32. et Serv. ad Aen. I, 132.

2) Ld. Guelf. Helmst. addunt *hae;* post Helmst. *cum ap. n.*

3) Voss. addit *Cancer q. e. s. et Capricornus q. e. h.*, quae postea vide. Guelf. *d. sunt;* Ld. *alterna reg. tamen par.*

4) Voss. I. *simul apparent.*

5) Guelf. non habet.

6) Helmst. addit *illic*, omisso *simul;* Guelf. *div. s. app.*, omisso *et.*

7) Helmst. *in a. signis.*

8) Helmst. *hac;* Ld. *huc;* postea *hic* pro *illic.*

signis reliquis, quem constat nunquam occidere. BC. GUELF. LD. Legitur et *segnis*. GUELF. *subit*) occidit vel latet. VC. i. cum illis occidit, [1]) quae semper sicca esse manifestum est. GUELF. VOSS. *sicca*) i. perusta. BC. *profundo*) i. in profundum maris. BC.

542. *immune*) omnes, inquit, [2]) stellae apud te occidunt, quia nullum [3]) habes in medio sidus. BC. VOSS. *procul*) tam longe a te abest Septemtrio, quantum et [4]) Auster. BC. VOSS.

543. *fuga*) cursus. GUELF. *Omnia* signa ibi occidunt; per quod significat nullum signum prae nimio splendore solis in media Zona esse. LP.

544. *Eos*) Oriens; Graeca declinatio. BC.

545. *Cornigeri*) Iovis Hammonis. GUELF.

548. *de fama*) an verum sit, quod olim dicebatur, hic Iovem dare certa responsa. BC. GUELF. *iudicet*) probet. BC. GUELF.

550. *Eventus*) Ordo: *huius eventus scrutandi.* GUELF. Iste *Labienus* fuit legatus Caesaris in Gallia, bellicosus homo; sed in bellis civilibus fuit cum Pompeio, et construxit oppidum Cingulum in Marchia, ut dicit Celsus. [5]) VC.

557. *sequerisque*) i. quae [6]) sunt divina, arte philosophiae persequeris. BC. GUELF. VOSS.

558. Vel *inquire* usque *in* ipsos eventus *Caesaris*, i. non solum illud, an victor permansurus sit, sed etiam usque in finem *inquire*, quos mores per victoriam habiturus sit; id quod dicit *excute mores venturos patriae*, i. qui venturi sunt in patriam. Vel aliter: *excute venturos mores patriae*, i. illorum qui venturi sunt in patriam. LA. *inquire*) quaere, inquit, [7]) quid contingat Caesari. VOSS. GUELF.

559. *venturos*) quid passura sit respublica. BC. GUELF. VOSS. *excute*) interroga, inquire. LP. explana. LC.

560. Exponit de quibus moribus dicit, scilicet an futurus sit oppressor legum, an non; et hoc est quod dicit: an [8]) *licebit populis uti suo iure, an perit civile bellum* i. libertas, propter quam nos facimus civile bellum. LA.

1) Voss., omissis prioribus, *q. nobis s.*

2) Voss. *inquit* omisit; Ld. *omnis stella — occidit.*

3) Voss. *semper* addit, omisso *sidus*. Schol. Lc. vide T. II. p. 589.

4) *et* deest Voss.

5) Caes. B. C. I, 15.

6) Voss. *div. q. s. p. a;* II. *prosequeris.*

7) Guelf., prioribus omissis, *quid vere c. C.*

8) *an — lib.;* eadem Lc.

561. *An*) utrum sine causa gestum sit, quod istum laborem amore libertatis pertulimus, cum post tamen nihilo magis illam simus acquisituri. BC. i. e. an frustra [1]) et sine causa gestum est, ut post illud libertatem non simus recepturi. VOSS.

563. *Quaere*) Ordo: [2]) o *amator durae virtutis, quaere saltem, quid sit virtus.* BC. GUELF. VOSS. *exemplar*) quod [3]) et nos debeamus imitari. GUELF. LP. Hic *exemplar* posuit; Lucretius [4]) *exemplare* posuit; nos in usu exemplum dicimus; adeo omnia sunt Latina. BC. *Posce exemplar honesti*, i. ut ipsum honestum per exemplum tibi ostendat hoc modo. *Virtus* est honestas se aliquem [5]) impendere patriae, et hoc modo, ut defendat patriam. LA.

565. *dignas*) sacratas secretis templi. BC. GUELF.

566. Nunc singulae interrogationes pro constanti responsione accipiendae sunt; q. d. ideo, o Labiene, quasi ambiguus ab oraculo certitudinem aliquam nolo ante habere, quia certus sum, si quis Superiorum regnare voluerit, et libertatem nostram diminuere, quid debeam facere, scilicet quod magis ipsam mortem quam servitutem volo subire. LA. Quid interrogem, quod in mea potestate positum est, scilicet ut mori potius eligam, quam esse subiectus. LP.

567. *regna*) regem Caesarem. BC. tanquam haec sola poena [6]) sit Catonis, si alios videat servientes; nam ipse non potest subiugari. BC. VOSS.

568. Et primum respondet ad hoc, quod supra dictum est *iure suo populis uti.* Resp. scio etiam, quod brevissima alicui vita sufficit ad aliquod committendum honestum, id quod dicit: scio, quod praeter longam vitam sit aliquid, vita scilicet brevis. Quod ideo dicit, ne Labienus nullam honestam nisi mortem pro libertate putaret, et ideo mortem resperneret. Quare ut hac exhortatione honestae mortis viventibus etiam prodesset, ne se in brevi vita aliqua honesta committere posse desperarent, subiicit: scio etiam, quod nulla *aetas differat* ab alia in hoc, ut ad virtutem niti iuvenes et senes non possint. LA. *an differat aetas* i. e. ampliet et extendat et maiorem reddat in virtutibus. LP. *an* aliquid *differat* [7]) parum vixisse,

1) Helmst., *fr. et* omissis, *si post — sumus.*
2) *Ordo* deest Bc.; Voss. *O. est s. q. quid est v. d. virtut. am.*
3) *et nos* desunt Lp.
4) II, 123.
5) An *al. se?*
6) Voss. *Cat. p. sit.*
7) Voss. *intersit.*

vel plurimum. BC. GUELF. VOSS. II. Quidquid longum est, ad aliquem finem respicit, ideo nihil est. VOSS. I. *differat*) a parva. BC. *aetas*) nihil distat, utrum in iuventute, an in senectute moriamur. VOSS.

569. Scio, inquit, et hoc insigne virtutis, quod ii, in quibus virtus est, per minas et potentiam devocari non possunt; et hoc est quod dicit *an noceat vis ulla bono?* LA. *noceat*) Nulla vis [1]) est, quae possit nocere sapienti. VOSS.

570. Scio et hoc, si quis vult bonum et honestum, sicuti nos, non satis est tantum velle, nisi honestatem in mente conceptam consequitur, vel saltem incipit, ut nos. Libertatem *velle satis* non est, nisi etiam eam incipiamus defendere; et hoc est quod dicit *an satis sit velle laudanda?* LA. *opposita*) sibi videlicet; [2]) an occurrente virtute Fortuna adversa vincatur? BC. De his namque omnibus praedictis nulla necessitas hominibus inest deum interrogare, cum bona sine dubio omnia videantur. BC.

571. *Et* non *crescat honestum*, i. honesta voluntas, per successionem honesti incepti, ubi eo aliud membrum inde perit. *An crescat honestum successu*, i. prosperitate; q. d. nil facis, quia prosperitas scelestorum saepe perdet illos. Vel aliter: mori volo *potius liber in armis, quam regna videre*, quia *vita nihil* valet in regno potente; et hoc est quod dicit *an sit vita nihil*, scilicet dubitas? *Sed* oppones mihi, quod *longa vita* aliquid *sit;* ad quod respondeo, quod nec *longa* nec brevis *vita* aliquid *sit. Differat aetas;* q. d. nec etiam longissima vita quicquam valet, multo minus brevis. Et revera non valet, ut per hunc effectum ostendit, quia nulla *vis* nocet et *bono* viro ad constantiam emolliendam, nec sic valeret violentia, ut bonus ea delectaretur; et hoc est quod dicit *an noceat vis ulla bono?* et respondet: non nocet, quia *Fortuna* perdet *minas, opposita* i. intenta *virtute.* Perdet *minas,* quia ipsa etiam voluntas boni bono sufficit in minis Fortunae obstantibus, ut [3]) ad effectum ducere non potuerit. LA. *successu*) prosperitate. BC. *crescat*) an nunquam crescat successu, quod est honestum; honestum enim per se magnum est, nec unquam [4]) augeri potest, si id prospera consequantur. BC. VOSS.

1) Voss. *iis.*
2) Guelf. *scil.*
3) Addidi *ut.*
4) Voss. *aug. unq. p. si illud p. subsequantur.*

572. *inserit*) persuadebit; docet, quae nunc scimus. BC.

573. *Haerenus*) sumus curae diis. BC. *templo*) pro numine. BC.

574. *ullis*) nisi per commercium orationis, ut dicit Bo[9]. [1]) VC.

575. *eget*) nec opus est, ut loquatur numen; [2]) quae licet scire nascentibus, tradiderunt numina. BC.

576. *Quidquid*) Vis scire fortasse, quid sit, quod scire licet; sine dubio moriendum potius, quam serviendum: nihil esse, quod vivimus, et nihil interesse: bono nocere nil posse: honestum prosperis non augeri: Fortunam virtuti nocere non posse: sufficere laudanda voluisse, etsi non fueris consecutus. BC. *steriles*) Dicit deum [3]) iam in his locis esse non posse. BC.

579. *coelum*) ubique est deus praesens. BC. *ultra*) i. alibi. BC.

580. Haec mundi machina quasi nobis loquitur etiam, ut per ea, quae facta sunt, cognoscamus quis sit ille, qui etiam hoc fecit. Id dicit *quodcunque vides*, sicuti materialia, *quodcunque moveris*, sicut in aere; vel quod vides corporeis oculis. *Quodcunque moveris* rationabili scil. motu, et hoc in te ipso est tibi. *Iupiter* i. faciens officium Iovis, ut, quae ipse tibi dicere deberet, tibi creaturae pro eo loquantur. LA.

581. *futuris*) Illi vatum responsa [4]) desiderent, qui de futuris sunt incerti. BC.

582. *ancipites*) ambigui. BC. GUELF. *oracula*) promissa. BC. Alii quaerant certitudinem per responsa; ego autem non. Cum enim certus sim, quod quandoque moriturus sim, quod mors nec *forti* nec ignavo tandem parcet, certus sum; quodsi oppressio Caesaris nobis incubuerit mortem, quae per se quandoque veniret, ego sponte praeveniam; hoc notat, ubi dicit *sortilegis egeant dubii* etc. LA. *certa*) data. BC. non promissa. LP.

585. *Servataque*) ut [5]) non exploraret, an vera praediceret, quod populi fieri loquebantur. Ergo servavit hanc fidem templi. BC. VOSS.

587. *anheli*) ante milites suos pedes vadit. BC. GUELF.

1) Secundum C. E. Chr. Schneiderum *Boethius*; ita certe supra III, 229. *Bo.* erat scriptum.

2) Eadem Guelf., sed ab initio *non est piis.*

3) Guelf. *dominum dic.*, omisso *esse.*

4) Guelf. deest *responsa.*

5) Voss. *Non exploravit si v. diceret*, omisso in fine *templi.*

588. *ora*) conspectum. BC. *tolerare*) dum *monstrat* se perferre. GUELF.

589. *iubet*) tolerare labores, dum ipse patitur. BC.

590. *somni*) ipse minus omnibus dormit. [1]) BC.

591. *haustor*) ipse ultimus bibit. BC. GUELF.

592. *cogatur*) victa iam siti. BC. *dum*) donec. GUELF. *lixa*) servus. BC. GUELF.

594. *nuda*) manifesta, [2]) ut Fortunam nemo respiciat. BC. GUELF. VOSS.

595. *Quicquid laudemus in ullo maiorum* etc.; q. d. laudem, quam vera virtus sine omni Fortunae auxilio Catoni comparavit, hanc Fortuna aliis, prosperum administrans eis exitum, dedit. [3]) LA.

596. *Fortuna*) omnes, inquit, maiores, qui sunt gloriosi, non virtute ad haec [4]) pervenere, sed fato, si vere velimus inspicere, bonum [5]) quid sit aut virtus. BC. VOSS. *secundo*) prospero. GUELF.

598. *triumphum*) quem nunc Cato ducit laude patientiae atque virtute triumphum. Acute dictum *per Syrtes;* sic mavult triumphare, quam per Romam, ut ante Pompeius, transire, ne loci celebritate moveatur. VOSS.

600. *Scandere*) ascendere. BC. GUELF.

601. *dignissimus*) vult hunc divum fieri, ut per Catonem iuretur [6]) a populo. BC. GUFLF. VOSS.

604. *Nunc olim*) una dictio; *(et m. al.)* postmodum. BC. *iam*) redit ad historiam. BC. *ignis*) calor solis. LP.

606. *medio*) a meridiana plaga. BC. GUELF.

608. *Largus*) illius rei fonte. [7]) BC. GUELF. *tenebat*) occupabat. BC. GUELF.

609. *vix capiente*) ut tanta serpentum [8]) multitudo esset, quos fontis spatia capere non valerent. BC. GUELF. VOSS. *margine*) in ripa. BC.

610. *Dipsades*) nomen serpentis [9]) a siti. BC.

611. *perituros*) siti scilicet, [10]) si non bibissent de illo fonte. BC. VOSS.

613. *tutos*) sanos bibere. BC. GUELF.

614. *Noxia*) venenum serpentum cum commixtum est cum sanguine hominum, [11]) tunc nocet. BC. VOSS.

1) Guelf. *dormiebat.*
2) *man.* abest a Voss.
3) Codd. *ded. exit.*
4) Guelf. Voss. *hoc.*
5) *bonum* etc. desunt Voss. I. Guelf. et Bc.
6) Voss. *iuraretur.*
7) *fonte* deest Bc.
8) Bc. *serpentium;* Voss. *ess. m. s. quam c. f. sp.*
9) *serp.* deest Guelf.
10) Guelf. *i. e. siti, si.*
11) Guelf. *humano.*

616. *dubiumque*) quod incertum esset, an veneni potentiam obtineret hoc poculum. BC.

618. *primus*) Supra enim [1]) ultimus bibit, ut [2]) ait ipse: *Stat, dum lixa bibat.* Hic autem ideo primus hausit, ut timentibus formidinem [3]) periculi derogaret, prolato suae virtutis exemplo. BC. VOSS.

619. *exsudet*) abundet. GUELF.

625. *demisso*) in se [4]) merso. BC. GUELF. VOSS.

626. *Phorcynidos*) Gorgonis, [5]) Phorci filiae. BC. VOSS. LB. *protecta*) ipsa arva erant. GUELF.

628. *dominae vultu*) quoscunque enim [6]) Medusa conspiciebat, in saxa vertebat. BC. saxa enim fecerat Medusa, quidquid adspexerat. VOSS.

630. *faucibus*) vel ex illius, vel ex angustia terrae. BC.

632. *Feminеae*) genitivus. GUELF. *solutae*) serpentis. GUELF.

633. *gaudentis*) malum gaudet malo. VC.

634. *Subrectae*) *sub* i. sursum erectae a fronte ipsius, ne videant eam, vel ne ipsa videat. LC.

636. *Hoc habet infelix Medusa cunctis* id est inter cuncta i. e. animantia, *quod* ei *licet impune spectare* serpentinos crines, quia, quicunque alius videret eos, statim mutaretur; et hoc est quod dicit: vere soli hoc licuit, quia quicunque alter vidit, antequam etiam aliquid timoris pateretur, mutabatur. Vel aliter: *infelix hoc habet Medusa, quod cunctis licet* eam *spectare* sine poena; nam antequam puniantur etiam timore mutantur. LA. *Hoc*) i. venenum, quod in crinibus habet; [7]) nam angues in dorsa labuntur, quae impune conspecta [8]) sunt, quia qui nocet vultus aversus est. BC. LD. VOSS. *impune*) sine poena, quia statim ea visa in lapidem vertebantur, ideoque poenam non sentiebant. BC.

638. *Quis timuit*) Acute dictum neminem timuisse; ante [9]) enim coeperat mori, quam timere, quia subito,

1) Guelf. *ipse.*

2) *ut — bibat* desunt Voss.; Guelf. *ips. ait.* Vide supra vs. 592.

3) Guelf. *formidine — praelato;* Voss. *fortitudinem p. denegaret praelato.*

4) Voss. *Oceanum.*

5) Lb. et Voss. *fil. Ph.,* omisso *Gorg.*

6) Guelf., v. *enim* omisso, *aspicieb.*

7) Guelf. *habent;* Ld. *dorso;* Bc. *lambuntur.*

8) Voss. *conspectata s.,* reliquis omissis; Ld. *quia in nocte v.*

9) Guelf. *antea quam inceperat timere subito;* Voss. *antequam e. c. timuisse quod viderat in lapidem mutabatur;* Ld. *ante e. c. tim. quod* etc., ut Voss.

ut videbat, lapis fiebat. BC. LD. VOSS. Quem passa Medusa mori est, qui vidit ipsam in faciem? sc. nullum, quia vertit in lapides. VOSS.

639. *rapuit*) i. tollit. GUELF. *dubitantia*) invita. LP.

641. *umbrae*) intra se animam perdiderunt umbrae. BC. GUELF. Indifferenter umbras pro spiritu animae [1]) collocavit. BC. GUELF. LD. VOSS.

642. *solos*) Comparatio *solos movere furores;* [2]) nam non exstinguunt, sed ter rorem iniiciunt. BC. VOSS. *movere*) dedere. GUELF.

644. *cum*) pro quamvis. BC.

645. *genitor*) Iupiter. VOSS. Neptunus. GUELF. Iuxta quosdam dicentes humorem omnium esse principium, dicitur Neptunus absolute genitor. BP. *secundum*) Neptunus, qui secundus in regno est. BC.

646. *Phorcus*) Deus maris, qui aquarum omnium parens est; *(et m. al.)* Phorcus filius erat Neptuni. [3]) BC. *parens*) propinquus, vel creator; secundum eos, qui omnia aquis constare dicebant. BC.

648. *Torporem*) ut in lapides verterentur. GUELF. *solitum*) i. quem habuerant, antequam Chaos fuit, et omnia pigra iacuerant. VOSS. II. *abducere*) separare. LP. i. auferre terrae proprietatem suam et tradere eam firmamento. LC. *terram*) i. noctem. GUELF.

649. *pondere*) quippe in saxa mutatae. BC. VOSS.

650. *haesere*) ubi [4]) steterant, ibi fixae sunt illae Gorgones. BC. VOSS.

653. *angues*) nolebant videre faciem illius. BC. GUELF.

654. *Hesperiis*) de quo nunc fiunt [5]) columnae; sive *columnis Hesperiis* pro regione posuit, ut Virgilius: [6]) *Atrides Menelaus ad usque columnas exulat.* BC. VOSS.

655. *Atlanta*) Ordo: *Atlanta Titana;* [7]) unus [8]) ex Titanis enim fuit, quem Gorgona [9]) vertit in saxa,

1) Voss. *et anima.*

2) Priora absunt a Voss., qui in fine *immittunt;* Bc. *et rorem.*

3) Cf. Serv. ad Virg. Aen. V, 824.

4) Guelf. *ibi st. ub. f. s. aliae G.;* Voss. *ad eius visum ubi — sunt,* reliquis omissis; Bc. in fine addit *fixae.*

5) Voss. *col. fi. s. Hesperias columnas;* Bc. Guelf. *religione.*

6) De Protei columnis illic agitur XI Aen. 262, ubi vid. Serv. OUDP. *Atrid.* deest Voss. *exulat* Bc., cuius loco in Guelf *exultant.*

7) Guelf. *Titanam;* in Voss. haec desunt, in Bc. *Ordo.*

8) Guelf. *un. en. ex. T. f.;* Voss. *un. ex Titanibus f.*

9) Guelf. *Gorgon v. in saxum;* Voss. *montem;* reliqua absunt ab utroque.

qui coelum ferre dicebatur. BC. VOSS. *timente*) ne rueret. BC.

656. *Phlegraeo*) Phlegraeos Gigantes dicit, quia apud Phlegram, civitatem Thessaliae, Gigantes bellum immane contra deos gessere, Ossam Pelio superponentes. VOSS. in [1]) Phlegra monte, ubi proeliata est Minerva contra Gigantas, quae habebat caput Gorgonis in pectore. BC. VOSS.

657. *Erexit*) effecit. GUELF.

658. *Pallados*) Pallas enim Gorgona portat in pectore. BC. *confecit*) i. finivit Gorgon, quam Minerva gestat in pectore; perfecit, ut omnes Gigantes se visa in lapides verterentur, et cessarent contra deos pugnare. VOSS.

659. *Quo*) i. ad quem locum. GUELF. *Danaes*) Genitivus Graecus, et declinatur Danae, Danaes. [2]) BC. *nimbo*) imbre aureo. BC. Describit mortem Medusae; et litera est difficilis. Construe eam sic: *quo*, i. ad quem locum, *postquam pennae Parrhasiae*, i. pennae Mercuriales, i. alae a civitate, in qua natus fuit, *vexerunt*, portaverunt, *Persea*, pro Perseum, *ortum*, i. natum, *partu Danaes*, filiae Acrisii, *et divite nimbo*, i. a Iove in forma nimbi, ut est fabula in Ovidio; [3]) *pennae* dico *actoris*, i. Mercurii, inventoris *citharae* et *liquidae palaestrae; et postquam subitus praepes*, i. Mercurius vel melius Perseus factus subito alatus, *sustulit*, elevavit sursum, *harpen Cyllenida*, i. Mercurialem, *caeso*, interfecto, *custode* Argo *iuvencae*, i. Io, [4]) *dilectae a Iove; harpen* dico *rubentem caede alterius monstri*, i. Argi, *Pallas pacta*, cum fratre subintellige, *caput monstri*, i. Medusae, *tulit* (et est verbum principale in tota hac supra dicta elaborata tela rhetoricae,) *auxilium volucri fratri*, i. Perseo, qui et ipse erat filius Iovis, subintellige concedendo sibi scutum crystallinum; *terraeque* etc. sine difficultate est. Allegorias autem huius fictionis vide alibi, [5]) quia pulchrae sunt, et singulae quasi ad rhetoricam reducuntur et ad potentiam eius. VC.

660. *Parrhasiae*) i. Arcadiae. BC. *Parrhasiae pennae*, a Parrhasia civitate, ubi natus Mercurius coli-

1) Guelf. *Phleg. mons est*; et postea *Gigantes*; in Voss., qui haec cum prioribus coniungit, desunt *in P. m.*

2) Cf. Prob. Cathol. p. 1445. Putsch.; Bc. *Dane, Danes.*

3) An Met. IV, 610?

4) An *Ius?*

5) In genealogiis Bocatii; cf. supra ad vs. 349.

tur, [1]) qui his utitur pennis, quibus et Perseus. BC. Parrhasia, Septemtrionis regio, de qua fuit Perseus. BC. *(m. al.)*

661. Mercurius testudinem [2]) iuxta Nilum inventam, cuius caro iam putruerat, et venae extensae *διὰ τεσσάρων* sonabant consonantiam, Apollini dedit, in qua ipse tres usque ad *διὰ πασῶν* addidit. LA. *Arcados*) exponit cuius pennae, i. Mercurii. VOSS. i. Mercurii; *(et m. al.)* Mercurius erat de Arcadia, et erat citharoeda; et erat inventor palaestrae cum [3]) ludis. BC.

662. *praepes*) i. velox, volatilis, ut Virgilius: [4]) *Praepetibus pennis ausus se credere coelo. Subitus* ergo Perseus, nam volabat ante Mercurius. BC. *Harpen*) Mercurii [5]) gladius sic Graece vocatur. BC. VOSS. i. gladium Mercurii. BC. *(man. al.)*

663. *alterius*) Argum enim occiderat Mercurius, qui centum oculos habens Io [6]) virginem custodiebat, ut Virgilius: [7]) *Et custos virginis Argus.* BC. VOSS.

665. *volucri*) alite. BC. alato. GUELF. *innuba*) virgo. BC. VOSS. *fratri*) quia et [8]) ipsa virgo filia Iovis est, ut ille de Ione est natus. BC. VOSS. Perseo Pallas mutuavit scutum suum crystallinum, per quod [9]) posset impune videre Medusam, et pepigit caput eius, si illam interfecisset. Et Mercurius concessit eidem alas et harpen, [10]) falcem suam, cum qua paulo ante decollaverat Argum, custodem Ius vaccae, de qua per Ovidium in fine quarti Met. [11]) VC.

666. *Pacta*) in sponsione accipiens caput Gorgonis. BC. GUELF.

667. Cum esset Perseus in fine Libyae, praecepit Pallas, ut caput suum versus Orientem verteret, ne Gorgonem in volando videret, et sic averso volaret, quantum ad faciem, ut aversus [12]) illuc usque veniret; et hoc est ubi dicit *Persea Phoebes* etc. LA.

668. *Gorgonos*) genitivus. GUELF. VOSS. II. *volatu*) meatu. BC. GUELF.

1) Eadem Voss.; *quia* Guelf.
2) Ita pro *est quidem.*
3) Addidi *cum.*
4) Aen. VI, 15.
5) Voss. *Ἀναδίπλωσις M. gl. qui s. gr. adpellatur.*
6) Bc. Guelf. *Iovi.*
7) Aen. VII, 791. In Voss. *ut Virg.* etc. desunt; Guelf. *Vel* pro *Et.*
8) *et* deest Voss. cum seq. *virgo* et *natus.*
9) Vc. *quem.*
10) Vc. *arpem;* post *Io.*
11) Imo I, 568 sqq.
12) Moc. *in aversum;* in La. lacuna.

670. *saxificam*) saxa omnia [1]) facientem. BC. *spectare*) i. Perseum spectare Medusam praecepit per clipeum, ne visa illa illico converteretur in saxum. BC.

674. *tenebras*) h. e. in oculi tenebras iacet pars comarum. BC. GUELF. Illae tres sorores uno oculo utebantur. [2]) VOSS.

677. *confinia colli*) nucham. [3]) VC.

678. *Quos*) Admiranter legendum est. BC. *hamati*) curvati, falcati. VOSS. i. curvi, duri. LC.

680. *mortis*) i. veneni. Hoc iam amplius est, quam venenum. VOSS. *quantum*) i. quantum mortem reor. BC.

681. *spectare*) horrore, non metu tamen. [4]) BC. VOSS. *gelassent*) h. e. in lapidem [5]) durassent. BC. GUELF. VOSS.

682. *aversi*) Hic iam maior vis est, si et ille mutari poterat in saxum, qui [6]) stabat aversus. GUELF. VOSS.

684. *ora*) ipsius Medusae. GUELF. VOSS. metiebatur, inquit, iter suum, [7]) et si per mediam voluisset ire Europam, non longius circuisset; sed hoc Minerva non sivit. BC. VOSS.

685. *Pensabat* i. pensare volebat iter suum et secuisset aerem propiorem scil. Graeciae, unde ipse venerat, et quomodo tendebat, si per mediam Europam venisset. LA. *pensabat*) peragebat vel ponderabat, vel cogitabat. LP.

688. *parci*) ne omnes verterentur in saxa. BC. VOSS.

689. *Aethera*) non dixit Gorgonam, sed *aethera*, ut nescientes, quid vitare deberent, omnes [8]) conspicerent et perirent. BC. VOSS.

691. *vacat*) plena est. LP. *premit*) quippe vicina est orbita solis, i. currus, [9]) in illa regione. BC. *orbita*) carrezata. [10]) VC.

692. *Nec terra celsior ulla* etc. Omne rotundum, cum in medio altius sit, umbras etiam altius in ea parte ascendere facit. Macrobius [11]) dicit, quod *luna*

1) *omnia* deest Guelf.

2) Cf. Serv. ad Virg. Aen. VI, 289.

3) i. e. posticam colli partem; cf. Adelung. Gloss. T. IV, p. 854.

4) *tamen* abest a Guelf. et Voss.

5) Voss. addit *se*.

6) Voss. *nisi*; Guelf. *quia*, unde scripsi *qui*.

7) Priora desunt Guelf.

8) Voss. *homines*; Guelf. *ac timerent*.

9) Guelf. *currui* sine *i*.

10) Vox nova, cuius etymon vide ap. Adelung. Gloss. T. II. p. 211.

11) Somn. I, 6. p. 39, ubi singula discrepant.

septem diebus ab extremitate septemtrionalis orae oblique meando per latum ad medietatem latitudinis Zodiaci pervenit, septem diebus sequentibus a medio ad imum australe delabitur, septem aliis rursus ad medium obliquato ascensu, et septem aliis Septemtrionis summitati redditur. Idem Lucanus fabulose hic fieri dicit, si quidem se obliquat, quia obstacula montium et terrae obscuritatem et umbras metuat. Et terram claritati lunae obsistere et eam tunc obscurare dicit, si illos obliquos incessus quandoque deseruit, quos nunquam praetermittit. Nec ideo tamen se obliquat, ut obscuritatem devitet; et hoc notat, ubi dicit *lunaeque meatibus obstat* etc. LA. [1])

693. *Nox*) umbra. LB. Hoc dicit: ita illic devexum vertitur coelum, ut umbrae de montibus missae in coelum, quod veluti superest, venire videantur. BC. VOSS. *obstat*) quippe vicina cardini [2]) terra integros lunae cursus ire non patitur; sive ipsa nox obstat. Nam cum non de coelo, sed in coelum cadat, necesse est, ut lumen lunae penitus obscuret. BC. VOSS.

694. *oblita*) umbra, quae per momenta temporum [3]) torquetur. GUELF. VOSS.

700. *Hic*) in ista regione. BC. GUELF.

701. *somniferam*) si quem enim [4]) percusserit, somno necat. BC. Sic enim occidit, ut in somnos ante compellat, quemcunque percusserit. VOSS.

703. *plus*) quam in aspida. GUELF. *coactum*) venenum. BC.

705. Bene addidit *sponte sua*, quia [5]) coacta vadit; capi enim [6]) potest coactaque transduci. BC. VOSS. *tenus*) i. quia ultra non vadit. BC. VOSS. tmesis. BC.

706. *inde*) de Africa; [7]) *huc* in Italiam. BC. GUELF. VOSS.

707. *Libycae*) quia ex Libycis serpentibus conficitur Tiriaca. [8]) BC.

708. *suum*, ipsorum hominum, non serpentum [9]) accipimus. BC. GUELF. VOSS.

1) Schol. Lb. et Lc. vide T. II. p. 405, ubi lege *ponto*.
2) Voss. *coelo t. i. c. lun.*
3) *temp.* deest Voss.
4) Guelf., *enim* omisso, *percutit.*
5) Guelf. *quia qui;* idem et Bc. *coactus;* Voss. *sua c. e. p. et quocunque tr.*, reliquis omissis.
6) Guelf. *non pot.*, reliquis omissis.
7) Voss. *Libya.*
8) i. e. *Theriaca;* cf. Adelung. Gloss. T. VI. p. 568.
9) Voss. *serpentis.*

709. *Haemorrhois*) dicta, [1]) quod sanguinis profluvio, quos percussit, occidat. Bc. Voss.

710. *Ambiguae* Syrtis, i. ubi nec terrae spes est, nec mare. Lc. *ambiguae*) neque enim in [2]) terra, neque in mare hic habitat serpens, unde et hoc nomen accepit; nam [3]) *χέρσον* Graeci terram dicunt, *ὕδωρ* aquam. Quod ergo in [4]) commixtis his sit elementis, Chersydros dicitur. Bc. Ld. Voss.

711. *fumante*) nam quacunque labuntur, [5]) vi veneni terra fumare dicitur. Bc. Voss. syllepsis. Bc.

712. *recto*) sed movet caput. Guelf. *Cenchris*) e [6]) contrario *Cerastes* semper est flexus; *Cenchris* semper rectus est; ex [7]) notarum enim multitudine hoc nomen accepit. *Κέγχρον* [8]) enim Graece milium dicitur. Bc. Voss.

713. *pingitur*) ut *frangitur pedem.* Bc.

714. Thebanus) Thebae civitas est Aegypti *ἑκατόμπυλος*, a qua Thebaei [9]) dicuntur; si quidem a Thebis, Graeciae civitate, Thebani nominantur. [10]) In illa igitur civitate maculosum marmor est, quod Ophites vocatur, huic ergo similem dicit esse serpentem. Bc. Voss. Thebas capit Aegyptias. Voss.

715. *indiscretus*) ut non intelligas, utrum serpentem videas an arenam. [11]) Bc. Voss. *vagi*) nominativus pluralis. Bc. flexuosi. Lc.

716. *Cerastae*) Dicunt Helenam, cum raperetur a Paride, hunc [12]) calcasse, et ei spinam fregisse; unde inflexus serpit. [13]) Bc. Ld. Voss.

717. *pruinis*) ceterae omnes aestate ponunt. [14]) Bc. Voss.

1) Voss. *Dicta autem Haem. — profluxu;* Guelf. *profluo — occidit.* Similia habent Isidor. Orig. XII, 4, Papias et Joann. de Ian. v. *Emorrhois.*

2) Ld. et Voss. *est* et omisso in seqq. *in* addit *hic ergo h. hic s.;* Ld. omisit *hic.*

3) Voss. *χέρα. enim.*

4) *in* deest Voss., qui in seqq. habet *Chersydor adpellatur;* Ld. *nominatur.* Similia Serv. ad Virg. Ge. III, 415.

5) Voss. *labitur a veneno* (*venenum* V. II.) *d. t. f.*

6) Voss. *De cont.;* post *est rect.*

7) Voss. *Κέγχ. Gr. m. d. unde hic n. a. ex n. m.*

8) Bc. *Dioncron e. Gr. multum;* cf. Isidor. Orig. XII, 4, ubi Noster laudatur; sed lege *rectum* pro *tectum,* ut est apud Papiam.

9) Guelf. *dic. Thebani quod est,* omisso *ἑκατ.*

10) Guelf., *nom. — mac.* omissis, *est marmor;* Voss., *Thebae — civitate* omissis, *Illic mar. mac. q. O. v. h. s.*

11) Similia Isidor. Orig. XII, 4, sed corrupte, et Papias v. *Obites.*

12) Bc. *hanc.*

13) Voss. Ld. *dicitur ambulare;* Ld *in flexum.*

14) Voss. *Nam p. c. per aestatem.*

718. *Dipsas*) a siti nomen impositum. [1]) Bc.

719. *gravis*) ad nocendum vel magna. Lp. *Amphisbaena* [2]) dicta, quasi ex utraque parte habens caput, i. alterum in cauda, alterum in loco suo; currit autem ex utroque capite, tractu [3]) corporis circulato. Bc. quia utraque parte ambulat, (nam utraque caput habet et quavis dirigit gressum) Amphisbena dicitur; *βῆναι* enim Graece dicitur ambulare. Voss.

720. *Natrix*) quia natat. Lp. *violator*) nam exteri non violant;[4]) hic autem, quam tetigerit, inficit venenis. Bc. Voss. *Iaculi* serpentes volantes sunt; [5]) exsiliunt enim in arbores, [6]) et, dum aliquod animal obvium fuerit, iactant se super illud et perimunt, et a [7]) iactu *iaculi* dicuntur. Bc. Voss.

721. *cauda*) nam ceteri iter facere ventre consuerunt. Voss. *Pareas*) hic serpens in cauda ambulat. [8]) Bc. Guelf. Voss.

722. *fumantia*) habet os apertum et fumidum. Noric. *Prester*) sc. *movit caput;* sic ubique. Bc.

723. *Seps*) Graecum [9]) nomen ab eo, quod putria membra consumat. Bc. Voss.

725. *Ante*) qui etiam anhelitu nocet. Lc. *nocens*) basiliscus. Bc.

726. *vacua*) fugatis aliis. Lb.

727. *Vos*) apostropha. Bc. *numina*) nam quasi numina sic habentur dracones apud [10]) Chaldaeos. Bc. Guelf. Voss.

729. *Pestiferos*) vel *letiferos.* Voss. *ardens*) calida. Bc. *facit*) hos, qui ubique sunt innoxii, [11]) hic nocentes. Bc. Voss. *ducitis*) compellitis. Lp.

1) Cf. supra ad vs. 610.

2) Bc. *Amphibaena,* ut Isidor. Orig. XII, 4, qui fere eadem habet.

3) Bc. *terram ictu;* meliora praebuit Isidor.

4) Guelf. addit *aquam;* Voss., prioribus omissis, *Hic et aquam q. t. i. de ven.;* Guelf. *ac veras* pro *venenis.*

5) Voss. addidit *cum ceteri non volant.*

6) Voss. *arboribus,* ut Isidor. Orig. XII, 4, ubi fere eadem leguntur, et Papias.

7) Voss. *ab.* Vide vs. 823. Oudp.

8) Eadem Isidor. l. l., repetita a Papia.

9) Voss. *Graece enim;* post *putrida.*

10) Additur in Voss. I. *ap. Chald.* [quae desunt Guelf.] Imo apud omnes Orientales, sed et Graecos et Romanos, qui draconis specie semper quoddam numen latere credebant, ut notum; unde et pro symbolo salutis habebatur. Vide Spanhem. de praest. num. p. 125. 175. 188 etc. in 4to, et supra ad III, 421. Oudp.

11) Cf. Schol. ad Stat. Theb. II, 290. Voss. *quicunque estis u. i.*

731. *amplexi*) In India [1]) nascuntur dracones ingentes, qui amplexi elephantos, [2]) eos post aurem mordere dicuntur. Illi se dolore in terram [3]) proiiciunt, et sic pariter pereunt, draco pondere oppressus [4]) elephantis, elephas dum stringitur et tenetur. BC. VOSS.

732. *spatio*) magnitudine sua. BC. VOSS. vel *spatio* Libyae. LP.

733. *veneno*) quia solo pondere nocent. LC.

737. *iuvenem*) epexegesis. BC.

738. *Dipsas* serpens est; tantae parvitatis [5]) esse fertur, ut, cum calcatur, non videatur. Cuius venenum ante exstinguit, quam sentiatur. LD.

740. *Frons caret invidia*, i. non erat talis habitus in facie eius, ut aliquis ei vultus invideret, et in qua nulla suspicio alicuius aegritudinis. LA. *invidia*) Parvum enim et exiguum [6]) vulnus non videbatur mortem esse facturum, nec habebat facies mortis invidiam, i. vulnus. BC. VOSS.

741. *virus*) venenum. BC. *carpit*) i. tollit. GUELF.

743. *Ebibit*) ideo et *Dipsas* dicitur. VOSS. *humorem*) sanguinem. LC.

744. *torrere*) siccare. BC.

747. *decus*) honor primipilatus. VC.

748. *spargere*) proiicere. LC.

750. *Venenum*) quia, cum cor calidum et siccum sit, venenum vero frigidum, maiorem nocendi efficaciam ei subministrat. LC.

752. *bibens*) arderet. GUELF.

753. *Libye*) i. ipsa plaga. LB. causam [7]) addidit morti; nam cum sit ille moriturus, certius credebatur mori, quia Libya non habet aquas. [8]) BC. GUELF. VOSS.

754. *terris*) ut diceretur occidere [9]) sola non posse, nisi virus eius terra arida adiuvaret. BC. VOSS.

755. *venas*) fontes. LC.

1) Hoc verum quidem; v. omnino ad Melam III, 7, 25. Malim tamen hic scribi *Libya* OUDP. Non opus est, cf. Isidor. Orig. XII, 4, qui ad nostrum respicit locum. Voss. *drac. nasc.*

2) Voss. *elephantes p. au. eos.*

3) Voss. *humum pr. sic ambo per.*

4) *opp. elephantis* desunt Voss.

5) Addidi *parv.* ex Lc., qui fere eadem ad vs. 718. habet; cf. Isidor. l. l.

6) Voss. *i. vulnus* (omissa in fine). *P. e. v. et ex.*

7) Voss. *Terra Africa c. a. m. n. c. peste i. moriatur credit eum siti perire;* Voss. I. *cert. cred. mori.*

8) Voss. *fontes vel aq.*

9) Voss. *sol. oc. — vires e. terrae ariditas adiuvaret.*

761. *discere*) cognoscere. LC.

762. *Permissum est*) Neminem [1]) Cato scrutari permisit, utrum siti moreretur Aulus, an veneno. Possumus tamen sitim ipsam [2]) serpentem accipere, ut dipsas Graece, Latine sitis appelletur. BC. GUELF. VOSS. ut proprium sanguinem biberet. GUELF.

764. *stetit*) haesit. LC.

766. *modo*) quantitate corporis. BC. VOSS. LC. i. magnitudine. LP.

768. *retexit*) aperuit. LP. nudavit. LC.

769. *laxo*) i. laxato. LB. i. vulnere amplificato. LC. *Sine corpore*, in tegio [3]) quidem musculus solvitur. BP.

771. *Femorum quoque musculus* etc. *Musculus* est quasi parvus mus; quorum octo in homine esse dicuntur, in quibus si quis vulneratus fuerit, non evadet. LA. *musculus*) pubebo. [4]) GUELF. teneritudo coxarum. LC. octo musculi in homine esse dicuntur, quorum aliquo laeso vix evaditur. BC.

772. *Liquitur*) i. defluit. VOSS. effluit. BC. resolvitur. LC.

773. *uterum*) venter disruptus est; posuit autem uterum pro ventre; nam uterus [5]) mulierum est. BC. VOSS.

774. *quantus*) ipse moriens, quantus debet esse, cum moritur, tunc non fuit. BC. VOSS.

777. *cavumque*) ut est videre mortem, quae pingitur. VC.

779. *natura*) interiora. LP. mortem [6]) profanam dicit, quia naturae secreta patefecit. BC. LC. VOSS.

780. *manant*) defluunt. BC.

782. *cera*) non ocius cera solvetur [7]) calore solis. BC. VOSS.

783. *Parva*) ipse poeta reprehendit se. BC. GUELF.

786. *vestigia*) ut, nullis membris apparentibus, an perierit aliquis nesciatur. BC. VOSS.

787. *Cinyphias*) Libycas. BC. nomen datum ser-

1) Voss. *N. inquit C. s. passus est u. A. s. mor.*

2) Voss. *ipsum — ut Gr. dips.*

3) Nova vox, nisi vis *tegia*, de quo vide Adelung. Gloss. T. VI. p. 495.

4) An *pubeda?* nisi est vox nova.

5) Voss. *n. illud congruit feminis et mul. proprium est.* Idem discrimen inter *ventrem* et *alvum* statuunt Agroet. de Orthogr. p. 2276. Putsch.; Serv. ad Virg. Aen. II, 19, quocum consentit Isidor. de Diff. T. V. p. 7. Arev.; Ioann. de Ian. v. *venter* et Papias.

6) Voss. *pr. m. d. quod* (Lc. addit *omnia*) *n. s. patefecerit.*

7) Bc. *solvitur.*

pentibus a regione, ubi plurimi procreantur; unde Virgilius: [1]) *Cinyphii tondent hirci.* BC. VOSS. Africanas, a regione, ubi est fluvius [2]) eo nomine. GUELF.

788. *cadaver*) totum corpus eripis. BC. nam et membra consumit pestis, qua Sabellus perit, cum totus effluxit. VOSS.

789. *fluenti*) abundanti. LB.

790. *Marsi*) de regione Marsorum. BC. VOSS. Marsia est contigua Sabinae paene ab Euro, et hodie est comitatus Celani, in quo est lacus Marsiae; et Peligni sunt ei vicini ab Oriente. VC.

792. *pereunte figura*) ut lineamenta rumperet propter tumorem. BC. oculus, nares et cetera lineamenta sua perdidit per tumorem. VOSS.

793. *corpore maior*) ut non sola facies tumescat, sed corpus universum. BC. VOSS.

795. *tollente*) cutem. GUELF. vel [3]) *pollente*, plurimum praevalente. BC. VOSS. i. potente. LB.

797. *nec tenet*) sc. sed finditur. GUELF. *distenti*) inflati. LC. *auctum*) augmentum dicit factum crescentibus membris, et loricam esse divisam. BC. VOSS.

798. *aheno*) caldario. BC.

800. *Curvavere*) ut corpus eius intumuit. BC.

801. *Informis*) tantum dicit [4]) corpus crevisse, donec ad ultimum rumperetur. BC. VOSS. *truncus*) corpus sine vultu. Bene ergo, licet integro sit capite, truncus dicitur, quia non apparent signa faciei. BC. VOSS.

802. *Intactum*) quia, si gustarent, [5]) morerentur. BC. GUELF. VOSS.

804. *modo*) mensura. BC. VOSS. Propter [6]) magnitudinem corporis humare non poterant corpus. GUELF. VOSS.

807. *miratorique*) i. e. imitatori, sectatori. VOSS. imitatori, ut eum imitaretur. BC. i. qui Catonem miraretur et eum vellet imitari, ut Virgilius: [7]) *Tua cernere facta adsuescat primis et te miretur* [8]) *ab annis.* BC. VOSS.

1) Ge. III, 312; Voss. *ut Virg.*; Bc. *Cinyphei.*

2) Ita et Serv. l. l.

3) Voss. *Legitur et.*

4) Voss. *Tumida vult membra crev. — rumperentur*; Bc. et Guelf. *corrump.*

5) Voss. *gustassent, paterentur interitum.*

6) Voss. *Prae magnitudine c. per momenta cumulati cadaver h. n. p.*

7) Aen. VIII, 517.

8) Bc. *inniretur*, omisso *te.* Helmst. locum Prisciani Inst. Gr. XVIII, 2, 17. laudat.

808. *Utque*) Sicut croceum unguentum cognoscitur inter alia unguenta sua rubedine, ita et virus istius serpentis in eo, quod rubet, agnoscitur. [1]) BC. *fundere*) manare. GUELF. *signis*) indiciis, ut unius sit coloris. BC. unde crocum intelligitur exiturum. VOSS. II.

809. Crocus est flos, qui abundat in Coryco insula; de quo flore tinctura facta, cum [2]) pallium coloratur, in quo multa signa intexta videantur; per omnia signa color effunditur; et hoc notat, ubi dicit *Corycii pressura* etc. Vel per signa possumus accipere singula foramina, quae sunt inter fila in ipso panno. LA. *pressura*) Alii pressuram croci [3]) accipiunt, quam [4]) in theatro fieri scimus, cum ex omnibus locis iaculatur hoc unguentum. Potest [5]) ergo his locis Tulli [6]) sanguis comparari, ex omnibus membris fluens. *Corycus* mons [7]) Ciliciae, sub quo Gigas premitur, de cuius cruore flumen [8]) egrediens crocum [9]) gignere perhibetur. BC. VOSS. II.

811. *foramina*) i. per [10]) quaecunque foramina humor potest exire. BC. VOSS. Poros dicit *foramina* scilicet, per quae sudor elicitur. VOSS.

812. *redundant*) sanguine. BC.

814. *corpus*) Sensus est: quasi unum vulnus sit totum corpus, sic undique sanguis fluit. [11]) BC. VOSS.

815. *Leve*) proprium [12]) nomen militis. BC. GUELF. VOSS. *fixus*) i. percussus. LP.

816. *Niliaca*, quia metitur arenam tenus Nilo. BP.

818. *socias*) ut Virgilius: [13]) *Et consanguineus Leti Sopor*. VOSS. II.

820. *mentita*) deceptrix. GUELF. quia eiusdem similitudinis sunt. BC. *Sabaeas*) i. Arabicas, [14]) ubi

1) Guelf. *cognosc. quia rub.*

2) La. *per pall. cum colatur*, quae correxi.

3) Voss., *press. croci* omissis, *a. quasi in amphitheatro f. sinis* (MS. *simus*) — *hoc iaciatur ung.*, et haec in fine scholii habet. Male coniecit Oudendorp. *sinis* pro *scimus*, ut ex Bc. et Guelf. apparet.

4) Bc. *quas.*

5) *Potest — fluens*, quae in MSS. post vv. *sign. perhibetur* leguntur, huc transtuli.

6) Voss. *loc. comparatus esse ille sang. ex omni parte prorumpens*; Guelf. *omnibus i. per. o. horum membris fluens*; an *per omnia huius membra?*

7) Guelf. add. *est.*

8) Voss. *de eius cr. dicitur fl. exire, in quo cr. gignitur*, ut Lb. et Lc.

9) Guelf. *gi. cr. dicitur.*

10) Voss. *quacunq. p. h. ex.*, omisso *for.*

11) Voss. *effusus est.*

12) Bc. *pronomen*; Voss. omisit *proprium.*

13) Aen. VI, 278.

14) Voss. Ld. *In Arabia, ubi thus nascitur, s.*

thura nascuntur. Sunt et aliae virgae, quae Tureae [1]) dicuntur, sed hae venenum gignunt, quod toxicum dicitur. Dicit ergo toxicum non tam cito se [2]) miscere poculis, sicut hoc venenum omnia [3]) membra perrupit. BC. LD. VOSS. In aliis scribitur *Saitas*. VOSS. II. Ordo verborum: *matura toxica, quae carpunt fatilegi Sabaei de diro stipite mentita Sabaeas virgas, non corrumpunt pocula tam veloci leto*. GUELF.

821. *fatilegi*) quia fata in illis [4]) virgulis legunt. BC. GUELF. VOSS. i. mortem colligentes. [5]) BC. LP.

823. *serpens*) quem *Iaculum vocat Africa*. BC.

824. *Tempora* dicta, quia, quando pars illa capitis sit percussa, finiat tempus; unde etiam dicunt Graeci *καίριον* [6]) mortale a *καιρός* [7]) tempus. VC. *fugit*) transverberavit. BC.

825. *rapuit*) dedit. GUELF. accepit. LP.

826. *Deprensum*) intellectum est; *(et m. al.)* a multis. BC. *lenta*) [8]) namque hic serpens violentior est, quia tanta velocitate prosternit, ut ait *rapuit cum vulnere fatum;* hoc [9]) autem funda et sagitta non faciunt. BC. *volarent*) i. magis lenta volarent. BC.

827. *segnis*) ad comparationem illius. BC.

829. *Transactus*) perfossus. LC.

830. *retracto*) i. extracto. LB.

832. *Exemplarque*) in [10]) manu agnoscit, quemadmodum esset periturus, nisi eandem decidisset. BC. GUELF. VOSS. *fati*) nullus enim ante illum simili morte periit. GUELF.

833. *fata*) mortes. BC.

834. *vires*) ad comparationem illius, quia brevis est. BC. VOSS.

835. *verbere*) cauda. BC.

836. *Orionis*) quia eundem percussit et inter sidera collocatus est. BC. VOSS. Scorpius Latonam vulnerare voluit, opponens se Orion interiit. Trans-

1) Voss. *tureia*, unde Oudendorp. *thureae*. Significare videtur Schol. *thus terrae* s. *Chamaepityn*, qua de arbore vide Plin. H. N. XXIV, 6.

2) *se* addidi ex Voss., qui postea *populis;* Ld. *non ita c. misceri*.

3) *omn. m. p.* desunt Bc.

4) Bc. *nullis* sine *in;* Voss. *leguntur*.

5) Lp. *legentes*.

6) Vc. *χερον*.

7) In Vc. lacuna, quam C. E. Chr. Schneider hac voce supplevit.

8) Bc. *hoc* addit, an *hoc dicit*?

9) Eadem fere repetuntur man. al.

10) Voss. *Ut in m. sua agnosceret q. fuisset p. n. e. decidisse properasset*.

latus est in coelum Orion officio pietatis, Scorpius vero ad insigne vindictae. Varie tamen invenitur haec fabula, ut et aliae multae. Bc.

837. *metuit*) quia serpens est arenae similis. Guelf. quia brevis est, ideo non timebatur [1]) plurimum nocitura. Bc. Voss.

838. *fila*) ut facias hominibus fata, [2]) dum vulneras. Bc. Voss.

842. *fatis*) ad serpentum morsus, unde poterant interire. Bc. Voss.

843. *humo*) i. ad humum. Lp. *vapore*) ut ad anhelitus eorum serpentes frigidi convenirent. Bc.

844. *Alliciunt*) provocant. Bc.

845. *rictus*) [3]) serpentum; *torpente* propter frigus. Bc. Guelf. Voss.

849. *segnia*) cur morimur tam segniter, [4]) qui nos gladiorum periculis voverimus? Voss.

850. *manus*) exercitus. Guelf.

852. *Ire*) ironice. Lc. *inustus*) valde. Bc. Lc. Lp.

853. *adscribere*) deputare. Guelf.

854. *coeloque*) in aere vel igne. Bc. i. non serpentibus, sed [5]) in coelo, quod me venientem [6]) vicino igne prosternat. Bc. Voss.

856. *ablatum*) i. viam [7]) nobis separaveras, qua nos voluimus pervenire. Bc. Voss.

858. *veneno*) abesse propter venenum. Bc.

860. *commercia*) transitus. Bc. Lc.

862. *Abrumpens*) constringens. Guelf. *limite*) transitu. Bc.

863. *Per secreta tui bellum* etc.; q. d. grave esset et sceleratum [8]) quoscunque homines per loca Superis dedicata transire, longe sceleratius homines civili bello pollutos. La. Lc. Et quia nos incaute et contra divinam voluntatem in haec loca inivimus, forsitan suspicari possumus, quod ad puniendum errorem et peccata nostra *graviora supersunt*, quam adhuc experti sumus. La.

864. *arcani*) quod sit mundus [9]) ab hominibus se-

1) Voss. *metuebatur.*
2) Voss. add. *i. mortem.*
3) Voss. add. *scilicet;* post *per.*
4) Eadem Bc., sed *mor. t. s.* Glossa Lc. vide T. II. p. 497.
5) Guelf. *serp. hoc coelum;* Voss. omisit *in.*
6) Bc. Voss. I. *veniente;* Voss. II. *me vic. i. prost.*
7) Bc. *via;* Voss. postea *volumus.*
8) *et scel.* et seqq. *long. sc. hom.* desunt Lc.
9) Voss. *hic ab h.* (V. II. *omnibus*) *s.*

paratus. BC. GUELF. LD. VOSS. *tibi*) i. e. tecum conscius. LD. VOSS.

865. *ferit*) tangit. GUELF. *maiora*) graviora, quam[1]) sustinuimus, fortasse patiemur, [2]) quod secretum orbem sumus ingressi. BC. VOSS.

866. Ecce quomodo *maiora*. *Ignes* hic prope *coeunt* cum *stridentibus undis, et natura poli* deprimitur, et cum ipsa terra coniungitur. Hoc quantum ad humanum visum dicit; solet enim videri procul a monte positis, quod coelum ipsum montem tangit; et pertinet ad hoc quod dixit *forsitan*. LA. *ignes*) forsan in aliquo loco hic coelum aquae iungitur. BC. *stridentibus*) i. ferventibus. LP.

867. *premitur*) ab ipsis ignibus. GUELF. i. deprimitur. LB. bassatur. VC. *Sed longius isthinc* etc. Pericula hic prope sunt, et *tellus Iubae* remotissima hinc; et cum tantum hinc distet, et *maiora* pericula supersint nobis *ingressis* cum crudelibus animalibus, pericula *quaeremus* haec leviora, in quibus modo sumus. LA.

869. *Forsitan* tanta patiemur, ut dari nobis istas terras incipiamus optare, quas nunc serpentibus horremus impletas. BC. VOSS.

870. Et hoc est nobis signum, quod istud *in linea* coeli sit temperantiore, quam [3]) illud, ad quod venturi sumus; quia hic vivit adhuc aliquid, quod ibi non est. LA. Ordo est: *hoc coelum habet solatia*, quia hic vel serpentes vivunt; dicit autem ultra nil vivere. BC. VOSS. [4])

872. *alios*) quia Europa Occidens est, Asia Oriens. BC. nam Europa Occidentem, Asia Orientem videt. VOSS. *soles*) videntem dies. BC.

873. Et quia haec [5]) graviora, quae restant, timentur, non reditum in patriam optamus, sed Africam talem, qualem paulo ante habuimus; et ideo reditum in Africam quaerimus, quia penitus eam exisse videmur nobis; hoc est quod dicit *qua te parte coeli*. LA. LC.

874. *Cyrenis*) Cyrene civitas est [6]) Libyae, quae Pentapolis nominatur. BC. VOSS. *Cyrenis* [7]) ergo pro hominibus accipimus. BC. *etiam nunc*) sc. cum te reliqui. GUELF.

1) Voss. *q. modo s. p. ideo fort. quia.*
2) Guelf. *patimur, quia.*
3) La. *temperanti quo;* correxi.
4) Schol. Lc. (non Lb.) vide T. II. p. 547.
5) Lc. *ea.*
6) *est* Voss. non habet.
7) Guelf. *Cyrenem.*

875. *legem*) hic enim ignis et [1]) calor est. Bc. Voss. *convertimus*) mutavimus. Guelf.

876. *Imus in adversos axes;* et ideo dico, quia relinquimus Africam; et *imus in adversos axes* i. *in axes* meridionales *adversos* Septemtrionalibus; et *imus* ad antipodas. La. *evolvimur*) i. extra orbem egredimur. Bc. Voss. separamur. Guelf.

877. *Damus terga ferienda Notho.* Quod enim alicui interim, dum usque ad summitatem ascendit, in facie venit, iam descendenti in [2]) sphaeram per alteram partem post tergum redit; quod etiam illis propter declivitatem ita videbatur, non quod sic esset. La. *Terga*) et venimus ad Septemtrionem, quod contra rationem est. [3]) Bc. Voss.

878. *fati*) Exponit, [4]) quae sint *solatia fati*, ut inimicus illum persequatur. Bc. Guelf. Voss.

881. *Exonerat*) eiicit vel effundit. Bc. i. diminuit. Guelf. valde aggravat. Lp.

883. *provocat*) h. e. non cedit adversis. [5]) Bc. Voss.

885. *Advolat*) i. promtus adest. Bc. *atque ingens meritum* etc. Praesentia Catonis *contulit* eis mortem impavidam et honestissimam. Hanc conferendo promeruit *maius* quid, quam si vitam, quae malis salus videtur, daret. Vel fecit eos viriliter mori, quae mors maioris meriti est quam vita. La.

886. *Contulit*) efficit [6]) cuique morienti. Bc. *vires*) hoc dicit: [7]) vires, quibus deberet uti ad vitam, his Cato utebatur ad mortem, quod [8]) meritum apud [9]) illum plus est, quam ipsa salus. Bc. Ld. Voss.

887. *ipsum*) morientem Catonem; *(et m. al.)* qui ita virtuosus erat. Bc.

888. *Vincit*) quia exhortando faciebat constantes ad difficilia. Vc. i. docuit vincere. Lb. Sensus [10]) est: periculum, quod ipse poterat sustinere, hoc alio patiente calcabat; hoc [11]) autem non securitate, sed virtute vincebat, contemnere [12]) alterum iubens, quidquid ipse esset passurus. Bc. Voss.

1) *ign. et* desunt Voss.
2) Addidi *in.*
3) *est* non legitur in Voss.
4) Voss. *Dicit q. sunt s. ut se illic p. in.*
5) Voss. *aversus.*
6) Bc. *eff. i cuique;* an *epexegesis i. e. cuique?*
7) Voss. *est,* post *uti deb.* cum Ld.
8) Guelf. *hoc.*
9) Ld. et Voss. *plus ap. eum q. s. i. constabat.* Schol. Lb. vide T. II. p. 509.
10) Voss. addit *hic.*
11) Voss. *Non ergo sec. hoc.*
12) *cont. a. i.* absunt a Bc.; Voss. postea *q. erat et ipse p.*

889. *Spectatorque docet* etc. Cato, cuius aspectus in morientibus omnes dolores minores reddidit, et illis posteris exemplum et doctrina fuit, quod dolores et passiones in homines non habent potestatem, si [1]) quis eis per patientiam repugnare velit. LA.

890. *lassata*) dicit Fortunam lassatam esse inferendo [2]) discrimina, ut Virgilius: [3]) *At, credo, mea numina tandem fessa iacent.* BC.

891. *unica*) sola. BC.

892. *innoxia*) cui nocere non possunt [4]) serpentes. BC. VOSS.

893. *lingua*) incantatio. BC. *herbis*) i. quorum verba et incantatio sic prosit, ut herbae potentes; vel quae contra venena de herbis lecta valeant repugnare. BC. VOSS.

894. *admittere*) recipere. LC. non nocet, etiamsi illud [5]) serpentis morsus effuderit. BC. VOSS.

895. *Natura locorum iussit* etc.; q. d. qua natura locorum calida et serpentium nutrix est, quasi eis praecepit, ut se contra pestes munirent et artes magicas ad expellenda a se monstra ediscerent, ut sint instructi contra omnium serpentium pericula, et tuti essent. LA. *Vel cantu*) non [6]) potest, inquit, venenum spargi in vitalia, etiamsi de Psyllis nullus incantet, in tantum, ut his etiam prosint, qui de alienis veniunt regionibus. BC. VOSS. *locorum*) prodest sola natura sine cantu. BC.

896. *immunes*) innoxii. BC.

897. *Profuit*) utile fuit. BC. Romanis. VC.

898. *Pax illis*) Hoc dicit: [7]) quia inter media sunt venena, ideo de his nullus [8]) moritur, i. *pax data est cum morte illis*, quae sit scilicet a venenis orta. Igitur [9]) si in aliis essent terris, ubi non omnia sunt venena, morerentur Psylli, quod aliis gentibus videmus accidere. BC. VOSS. *morte*) cum ea morte, qua nemo sit securus. BC. *fiducia*) sic venena non metuunt. VOSS.

1) Eadem in Lc.

2) Guelf. *pericula inf*; Voss., qui eadem habet, *l. d. f. i. d.* sine *esse*.

3) Aen. VII, 298. Guelf., omissis *ut Virg.*, habet *toties* pro *tandem*.

4) Voss. *noceri n. possit* sine *serp*.

5) Voss. *illum m. effoderit*.

6) Voss. *Venena inq. n. valet admittere in v. et. — inc.*; reliqua desunt.

7) Voss. *dixit*.

8) Voss. *nemo*; in eodem seqq. *p. d. e. c. illa m. q. fit* (ut Bc.) *sc. a v.* (sine *orta*) leguntur ab initio scholii.

9) Voss. *Nam*.

899. *Sanguinis*) i. gentis; vel tantam fiduciam in suo sanguine habent. Bc.

900. *externae*) i. ne sit de [1]) adulterio procreatus. Bc. Voss. Lc. alieni concubitus. Bc. *(m. al.)*

901. *Letifica*) mortifera. Bc. *partus*) natos. Bc.

902. *volucer*) aquila. Bc.

905. *diem*) solem. Bc. *in usus*) ad volandum. [2]) Bc. Voss.

906. *cessere*) locum dedere. Bc. *iacent*) proiiciuntur, ut pereant. Bc. Voss.

907. *habet*) probat. Bc.

908. *infans*) ille reservatur. Bc.

910. *Excubat*) invigilat. Lp. vacat. Vc.

911. *adest*) etiam aliis tribuit incantationem medicinam. [3]) Bc. Voss.

912. *simul*) mox, ubi iussit Cato tentoria statui, Psyllus hoc fecit. Bc.

916. *ebulum*) genus herbae. Virgilius: [4]) *Sanguineis ebuli baccis minioque rubente.* Bc. *peregrina*) quia ab alienis regionibus deferuntur. Lc.

917. *tamarix*) [5]) arbor in pauperum tumulis consecratur, ut cupressus in divitum. Bc. Lb. Voss. *comis*) i. foliis magnis. Lp.

918. *panacea*) Virgilius: [6]) *Odoriferam panaceam.* Bc. Voss.

919. *Erycinaque*) de Eryce, [7]) monte Siciliae, collecta. Bc. Voss.

921. *longe*) sive quod diu vivat, sive quod in illa regione nasci non soleat. Bc.

922. *Sic*) cum haec fiunt. Bc. *peste*) si [8]) aliquis olim de militibus a serpente percussus est. Bc. Voss.

923. *Fata*) i. mortem. Guelf. *sunt*) i. manifestantur. Bc.

924. *rapti*) accepti a Psyllo. [9]) Vc. *pugna*) ut contra se venenum pugnet. Bc. Voss.

926. *cohibet*) Saliva [10]) includit, nec ultra permit-

1) *de* deest Lc.
2) Voss. *volatum.*
3) Similia in Lc.
4) Ecl. X, 27.
5) Voss. *in p. enim t. tamaritium;* sic Voss. II. et Serv. ad Ecl. IV, 2; sed vide etiam ad Ecl. VIII, 54; *tamarix construitur et* Voss. I. Oudp. *arbor* deest Lb.; de cupresso vide ad III, 442.
6) Aen. XII, 419. Voss. *ut Virg.;* Bc. *odorifera panacea.*
7) Bc. *Erycino.*
8) Voss. *At si a. de m. de die a s.*
9) Vc. *Sillo.*
10) Voss., v. *sal.* omisso, *accedere retinetque* etc. cum seqq. coniuncta.

tit procedere. BC. GUELF. VOSS. *in vulnére*) in eo scilicet loco, ubi fuerat vulneratus. BC. VOSS.

927. *tunc voluit*) Alii *plurima tum volvunt spumantem carmina linguam.* BC.

928. *suspiria*) flatus illorum. GUELF. puncti. VC. *cursus*) ad venenum. VC. nominativus est. [1]) Non licet, inquit, nec vacuum est [2]) respirare his, qui incantant; tanta etenim [3]) celeritate vulnus currit in cuncta viscera, ut nisi iugi incantatione retineri non queat. [4]) BC. GUELF. VOSS.

929. *haud*) sed uno spiritu et accentu continuerunt. VC. *fata*) mortes. BC.

930. *medullis*) quae [5]) nigrae fiunt propter venenum, si his sit insertum. BC. GUELF. VOSS.

931. *fugit*) perit. GUELF.

932. *elicitum*) provocatum. BC. evocatum. LP.

936. *superaverat*) Hoc dicit: [6]) veneni sapore intelligit, qui serpens vulneraverit eum, quem hic curat. BC. VOSS. Bene agnoverunt, cuius serpentis morsus erat. GUELF.

937. *promtum*) i. cognitum. BC.

938. *Hoc igitur tandem;* quia medicina Psyllorum periculum iam evaserant. Igitur relinquere haec et pedes ulterius ferre poterant; et sic per [7]) duos menses, antequam ad temperatum aerem venirent, errabant; et hoc est quod dicit *bis positis Phoebe flammis.* LA.

940. *Bis*) Dicit [8]) Catonem duobus mensibus per haec loca esse progressum. BC. VOSS. Hoc Virgilius semel complexus est: [9]) *Tertia iam lunae se cornua lumine complent.* VOSS.

941. *arenivagam*) qui arenis vagatur. GUELF. *surgens fugiensque*) hoc et [10]) per singulos menses, cum minuitur et augetur. BC. VOSS. quia renascitur in annum. BC.

942. *pulvis*) venerunt ad duriorem terram. BC.

943. *terram*) quae [11]) ante erat soluta in pulvere. BC. VOSS. *Libye*) nominativus. GUELF.

945. *culmo*) inde enim cooperiunt tecta. BC. *non culta*) sc. sunt. VOSS. i. inornata. LC.

1) Voss. sine *est* habet v. *nom.* in fine scholii.

2) Voss. *ut resp. possint q.*

3) Voss. *enim.*

4) Bc. *queant;* Voss. *possit.*

5) Voss. *nig. sunt per* sine *quae.*

6) Voss. *est q. s. eundem v. q. h. c. ven. sap. iam novit.*

7) *per — errab.;* eadem Lc.

8) Voss. *Hoc d. du. m. C.*

9) Aen. III, 645.

10) *et* deest Voss.

11) Voss. *ante enim resol. e. in pulverem* sine *quae.*

947. *contra*) se. LB. [1])

949. *flammisque*) aere scilicet temperato. BC.

952. *frustra*) quia non [2]) per terras fugerat, sed per mare. BC. VOSS.

954. *Threicias*) Thracias. BC. *legit*) praeterit. LC. navigavit strictum [3]) Hellesponti. VC.

955. *Heroas*) i. Herculeas, ubi flagravit amore Alexandri Hercules. [4]) BC. LB. VOSS. Fabula talis est: Leander et Hero, [5]) Abydenus et Sestias, fuerunt invicem se amantes, sed Leander natatu ad Hero ire consueverat per fretum Hellesponticum, quod Seston et Abydon civitates interfluit; cum igitur iuvenis oppressi tempestate cadaver ad puellam delatum fuisset, illa se praecipitavit de turri. BC.

956. *Qua*) i. per quae loca. GUELF. *nomen*) agenti. [6]) BC. *Helle*) Hellespontum dicit, ubi cum Phrixo fratre, [7]) sedens in ariete, Helle in mare decidit et ei nomen imposuit, ut *Hellespontus* diceretur, quemadmodum ab Icaro Icarium dicitur [8]) mare. BC. VOSS.

957. *brevioris*) strictioris. LC. In nulla, inquit, regione angustius [9]) mare invenitur, quam quod Asiam separat ab Europa; hoc est quam Hellesponti fretum. BC. VOSS. Ordo: *brevioris aquae fluctus non usquam disterminat Asiam ab Europa*. BC. VOSS.

958. *arto*) angusto meatu. BC.

959. *dirimat*) impellat. LP.

960. *Euxinum*) nomen maris. BC. mar di marmora. [10]) VC. Euxinum postea dictum est, cum antea Axenum diceretur, *ἀπὸ τῶν ἀξένων*, hoc est ubi hospites esse non possunt. Hoc autem maris [11]) nomen inhospitabile ideo dicitur propter iniurias Iasonis, et Medeam, et pellem auream, et propter Achillem, qui illic praedatum venit ex Ilio. VOSS. *Propontis*) Est sinus [12]) ante Pontum, qui admodum parvus navigia fert ad Euxinum. GUELF. VOSS. *Propontis*

1) Schol. Lc. vide T. II. p. 640, ubi corrige *se* pro *sed*.

2) Voss. *q. p. t. n. f. s. p. undas*; Guelf. *fugit*.

3) i. fauces; cf. Adelung. T. VI. p. 274.

4) Voss. et Lb. *ubi Hero Leandri a. fl.*; Bc. *i. Herculeas u. f. a. Alexandri Hercules*.

5) Bc. *Ero*, ut paulo post. Eadem leguntur ap. Serv. ad Virg. Ge. III, 258; adde quae idem habet ad I, 207.

6) Bc. *agente*, ad v. *Nepheleias*.

7) Bc. addidit *Helle*, post idem cum Magdeb. *pontum* pro *pontus*.

8) Voss. *mare dic.*; de re cf. Lutat. ad Stat. Achill. I, 28. 65.

9) Voss. *mar. ang.*; Bc. *m. non inveni*; Magdeb. *venitur*, omissis *quam* et *hoc est*.

10) Vc. *mar marmor*.

11) Ita pro *mari*.

12) Guelf. *id est*.

est quoddam strictum mare, quod aestuans exhaurit Euxinum lacum sibi vicinum; et hoc est quod dicit *Euxinumque ferens* etc. [1]) LA.

961. *Sigaeasque*) Sigaeum, promontorium Troiae. BC.

962. *busto*) Achillis. VOSS. Aiacis. BC.

963. *vatibus*) poetis scilicet, [2]) per quos memoria eorum perseverat. BC. VOSS.

965. *Phoebei muri*) quem Troianis Apollo scilicet fabricatus est. VOSS. quae Phoebus fabricavit. BC.

968. *radice*) quia putres trunci erant. BC.

969. *ruinae*) murorum. BC. ipsa etiam [3]) vestigia civitatis collapsa sunt. BC. GUELF. VOSS.

970. *scopulos*) ubi Hesione erat [4]) ligata. BC. VOSS.

971. *thalamos*) ubi [5]) concubuit cum Venere. BC. VOSS. *iudex*) Paris, [6]) qui de malo aureo iudicavit inter numina. BC. VOSS.

972. *puer*) Ganymedem dicit, quem raptum dicunt [7]) a Iove. BC. VOSS.

973. *Luserit*) ludum simulans se praecipitavit, cum rapta esset a Paride. LB. *Oenonen*) in quo colle [8]) Oenone, uxor Paridis, primo [9]) Nais inter nymphas. BC. VOSS. *sine nomine*) quodlibet erat famosum; vel nullum erat, in quo non fuisset a Paride scriptum et sculptum nomen amicae. VC.

974. *serpentem*) participium; i. segniter [10]) fluentem. BC. VOSS. sub terra. BC. *(man. al.)*

975. *Transierat*) Caesar scilicet. BC. *securus*) negligens. GUELF.

976. *Phryx*) Troianus, ductor Caesaris. BC.

977. *discussa*) dissipata. LC.

979. *Monstrator* est, qui ostenderat aram Herceam Iovis, [11]) quae in Ilio fuit, iuxta quam Achilles occisus est. VOSS. ductor ille. BC. *Herceas*) ab arcendo.

1) Haec leguntur in Cod. post scholion vs. 980. Schol. Lc. (cum Voss. consentiens) Lb. et glossam Lp. (non Lips. a.) vide T. II. 421.

2) *scil.* deest Voss.

3) Voss. *enim;* Bc. postea *collisa.*

4) Voss. *fuerat allig.*

5) Voss. *Latentes silvas thalamos dicit Anchisae, u. Anchises co. c. V.*

6) Voss. add. *scilicet*; postea *aur. mal.*

7) Voss. et Guelf. *scimus.*

8) Guelf. add. *est.*

9) Bc. *Par. sit prima a Naide nympha inter alias nymphas rapta;* Voss. *nympha* pro *int. nymph.*

10) Guelf. *leniter;* Voss. *s. fl. quia exaruerat iam.*

11) Sic MSS. OUDP.

LB. singulares [1]) Iovis. BC. *Aras* dicit, iuxta quas Priamus exstinctus est a Pyrrho, ut Servius in secundo Aeneidos. [2]) Multi tamen legunt *Herculeas*, quod falsum est. LP.

980. *O sacer et magnus* etc. Quia dictum est superius *umbras* Troianorum multa debere *vatibus* et scriptoribus, qui in aeterna memoria eos ponant, habens poeta hinc locum se laudandi dicit et sua scripta in pretio et fama ventura esse, et operis diuturnitate Homericis scriptis comparari posse. LA. *sacer*) consecrate. BC.

981. *aevum*) aeternam memoriam. BC. Sensus hic est: noli famam ultimam nostris casibus invidere, quia [3]) gestis in perenni memoria. BC. GUELF. in aevum haec gentium opinio perseverat; hoc est *donas populis mortalibus aevum*. BC.

982. *Invidia*) noli famam ultimam nostris versibus invidere; [4]) pro ne tangaris invidia, quod nostrum nomen viget carmine poetarum Graecorum, quia etiam tuum vigebit in saecula. BC. *famae*) propter quam [5]) laboraturi sunt poetae, ut tua gesta [6]) describant. BC. VOSS.

983. *promittere*) aut [7]) ait ipse de se, aut nos vobis promittimus [8]) ex ipsis. BC.

984. *Smyrnaei*) Homeri, qui [9]) Smyrnae natus est. BC. VOSS.

985. *Venturi*) Hoc dicit: sine ratione nostrae invides famae, cum per carmina poetarum fama nostra [10]) celebratur, sicut per me vatem facta tua in saeculum diffamantur; et *te legent*, quemadmodum nostra leguntur, qui ante pugnavimus. BC. VOSS. *me*) i. Troianorum facta et tua. BC. *Pharsalia*) i. bellum, quod ibi gessimus. BC.

986. *Vivet*) carmine poetarum. BC. Pharsaliam

1) Papias: *Herceus Iupiter dicitur propter singularem potestatem.*

2) ad vs. 506.

3) Guelf. *quae gestas*; Bc. *quod.*

4) Eadem Voss., sed in fine scholii seq.

5) Bc. et Guelf. *quem*; scholio enim praefixum est v. *labor* vs. 980.

6) Guelf. *facta;* deest Voss.

7) Bc. *permittere ut;* scholion coniunctum fuit cum vv. *mortalibus aevum* ad vs. 981.

8) Bc. *promitteremus.*

9) Voss. cum Guelf. *qui inde ortus est.*

10) Voss. et Guelf. *poet. sic te posteri legunt* (V. *legent*), *quem-adm. nos q. a. p.*, reliquis omissis.

suam [1]) illa dicit loca, in quibus contra Pompeium Caesar dimicavit. BC. VOSS. *tenebris*) oblivione. BC.

987. *Ut*) Auctor redit ad materiam. BC. *implevit*) satiavit. LP.

988. *congestu*) congerie. BC.

989. *Votaque thuricremos* etc.; q. d. voverat thus vel aliquid tale, ut intelligas eum prius aliquid vovisse; *non irrita*, quia impetravit hoc, pro quo haec sacrificia obtulit, scilicet cursum in Cretam. LA.

991. *Aeneaeque mei* etc.; illi, si qui adhuc apud Troiam sunt, et quos Aeneas inde secum transtulit, quorum partem ipse in Lavinia civitate, partem Ascanius in Alba posuit. LA.

992. *lucet*) in templo Vestae. GUELF.

993. *Ignis*) est enim perpetuus, cum a Troianis sit institutus. BC. VOSS.

994. *abstruso*) clauso. LC. quia viri prohibebantur intrare templum. LP.

996. *sede priore*) qui [2]) nunc translati estis Romam. BC. VOSS.

998. *Restituam*) Ipse restituit Ilium a Fimbria devictum, [3]) legato Sullae. LB. *vice*) vicissim. BC. *reddent*) vos enim prius dedistis Italis; nunc ab his accipere [4]) debetis. BC. VOSS.

999. *Romanaque*) a Romanis, [5]) scil. quae destructa sunt a Graecis. VOSS. i. quae Romani aedificabunt. GUELF.

1001. Ordo: *avidus pensare Iliacas moras praevehitur* et *relinquit potentem Asiam*, i. Troiam quondam [6]) potentem, quae fuit in Asia, et *relinquit Rhodon spumante pelago*. LA. LB. *procella*) contentus per turbida maria navigare voluit, ut eum procella inde [7]) velociter auferret, ne moras in litore sustineret, cum [8]) iam ibidem aliquamdiu tum [9]) esset demoratus. BC. VOSS.

1002. *pensare*) rependere. LC. recuperare. GUELF. compensare. BC.

1) Voss. *suo Ph. d. in q. Caesarem d.*; Bc. *Graeciam* pro *Pompeium*.

2) Voss. *quia n. e. tr.*

3) Cf. Schol. Horat. Od. III, 3, 60. 62.

4) Voss. *accipietis*.

5) Eadem Bc.

6) Lb. *quae q. potens*, omissis *et rel. Rh.* etc.

7) *inde* deest Guelf.; post idem cum Voss. *eum auf.*; Bc. *auferretur*.

8) Voss. *sust. iam illic aliquandiu demor. compensaret moras et acceleraret navigando*.

9) Bc. *aliquando*; deest Guelf.; Bc. in fine *demoraturus*.

1003. *Rhodon*) insula solis. BC.

1004. *nunquam*) ex quo navigavit, semper unus ventus flavit. VOSS.

1006. *lampada*) lunam. BC. lunam vel Phariam lucernam in monte. LP.

1007. *tutas*) defensas, vel dubitans sibi tutas. LP. *aquas*) portum in litore. BC.

1009. *Accipit*) audit. BC. *dubiis*) perfidis, vel infidis. BC.

1010. *Abstinuit*) Caesar, et stetit a largo. [1]) VC.

1012. *colla*) caput Pompeii. BC.

1013. *commendat*) laudat, commendabilia facit ita dicens. BC.

1016. *labores*) Pompeium, propter quem et in terra, [2]) et in mari laboravimus. [3]) BC. VOSS. I. II.

1017. *donat*) condonat. LB.

1018. *absenti*) tibi, i. in tuum honorem. BC.

1019. Et ne parvi reputes esse meriti, quod egimus, dicens quod hominem victum et fugientem interfecimus, rem reparare voluit [4]) et potuit; et hoc notat, ubi dicit *Thessalicas quaerens*. LA. *quaerens*) Verum [5]) dicit Magnum auxilia voluisse [6]) conquirere, ne timuisse videatur, quod Magnum occiderit. BC. VOSS.

1020. *te*) i. tuam amicitiam. BC. *pignore*) pretio. LB.

1021. *Emimus*) ideo [7]) noster sis, quia a nobis Pompeius occisus est. BC. GUELF. LB. VOSS. *sanguine*) Magni. GUELF.

1023. *accipe*) habeto. LP. i. quae tu largiri [8]) velles pro Pompei [9]) morte, haec tibi offerimus, cum a nobis sit Pompeius occisus. BC. VOSS.

1025. *crede*) concede. VC.

1026. *In*) contra. BC.

1027. *nobis*) a. LB.

1028. *parente*) Ptolemaeo; i. fugato patre Ptolemaeo. GUELF.

1029. *nomina*) an aequum iniquumne sit, Magnum a nobis esse interemtum. VOSS. h. e. nostrum opus vocabitur aut scelus aut nobile factum. LP.

1) i. a longinquo.
2) Ita Voss. I., sed II. *bello*.
3) Voss. *est laboratum*.
4) Codd. *voluisse et potuisse*.
5) Voss. *Ne metu eum occidisse videatur, v. d. M. v. a. comparare*.
6) Bc. *velle*.
7) Lb. *ut ideo;* idem et Voss. addunt *iam* ante v. *noster;* in Bc. desunt *id. — sis*.
8) Bc. *largire*.
9) Voss. *mo. Po. haec t.*, omisso in seqq. v. *Pomp*.

1030. *consule*) i. interroga, quid de hoc [1]) dicat universus orbis. BC. GUELF. VOSS.

1031. *scelus*) scil. quod [2]) occidimus Magnum. BC. GUELF.

1032. *facis*) perfecisti. BC.

1033. *Detexit*) denudavit. BC.

1036. *dum crederet*) donec cognosceret. BC. si hoc esset caput Pompeii. GUELF. *haesit*) impressit. BC. dubitavit. LC.

1037. *fidem*) veritatem. BC.

1038. *esse*) vel coepit esse, vel esse pro erat. LP. *socer*) Caesar tunc coepit bonus esse socer dolendo interitum generi. BC. Damnavit, inquit, Caesar factum Ptolemaei; vult enim dolere magis, quod occisus est Pompeius, quam pro eius capite debere beneficium. VOSS.

1041. *meritum*) factum crudeliter. GUELF.

1042. *Destruit*) vituperat. BC. Ptolemaei, inquit, munus vituperat et accusat. VOSS. *revulsum*) sectum vel amputatum. BC.

1043. *debere*) i. sibi offerri. GUELF.

1046. *O sors durissima fati*, i. o durus eventus huius mortui Pompeii; q. d. dura et molesta fuit tibi mors Pompeii, o Caesar; ironice, quod non fuit. LA. *durissima*) saevissima. Invectio auctoris in Caesarem. BC.

1047. Et ostendit quod non doluit inde; nam pro morte eius laboravit; et hoc est quod dicit *hunccine tu, Caesar, scelerato Marte petisti*, i. quia sciebas te non doliturum, si occumberet, nec tangebat te opus pietatis, ideo bello hunc sequi laetatus es. [3]) LA. *tangunt*) movent. BC.

1049. *nata*) filia Iulia. BC. *moerere*) plangere. BC. *neposque*) Pompeius, [4]) filius Pompeii et Iuliae. Sensus [5]) est: non te, o Caesar, cognatio cogit ad lacrimas, sed quod sic aestimas omnes tibi conciliare posse nationes, si eum lugeas, quem orbis amavit [6]) universus. BC. VOSS.

1051. *Hoc*) i. lacrimarum effusionem. GUFLF.

1) Voss. *h. facto aestimat o. un.*
2) Voss. *quia;* glossam Lp. (non Lips. a) vide T. II. p. 460.
3) Codd. *laetius.*
4) Voss. ad v. *nata* haec notat: *Filia ipsius Iulia et P. P. filius.*
5) Voss., qui haec ad vv. *non mixti* habet, addidit *hic.*
6) Voss. *amabat.*

1052. *Angeris*) Ptolemaeo invides, quod Pompeium ipse occidit, [1]) et non tu. Bc. Guelf. Voss.

1054. *iure*) potestate. Bc.

1057. *Scilicet*) εἰρωνικῶς. Bc. *lustras*) idcirco, [2]) inquit, circuis [3]) universas terras, necubi absconsus possit evadere; cur ergo te lugere simulas? Bc. Voss.

1058. *Necubi*) alicubi. Bc. *suppressus*) i. absconsus. Bc. *o*) invectio auctoris in mortem. Bc.

1059. *remisit*) indulsit. Bc.

1062. *fallere*) mentiri. Lb. *vocibus*) satellitum. Guelf.

1063. *simulati*) ut vere lugere videatur; et est ordo: *fidem fronte* [4]) *acquirit simulati doloris.* Bc. Voss. *fronte*) facie. Bc. Lb.

1065. *peius*) plus ego, [5]) inquit, offensus et laesus [6]) sum, cui putasti mortem [7]) Pompeii esse placituram, quam ipse Magnus, qui a [8]) vobis occisus est. Bc. Lb. Voss.

1067. *Unica belli* [9]) *praemia civilis.* Non aliud praemium de civili bello [10]) exspectavimus, quam ut victis parcendo nomen pietatis promereremur, quod sublato Pompeio, in quo misericordia et humanitas Caesaris ostendi possent, amisimus, quod [11]) maximum damnum, rem adeo pretiosam nobis auferendo, intulit. La. Lb. *Praemia*) in bello, inquit, civili [12]) nihil aliud, nisi ut victis dones salutem; hoc nobis Ptolemaeus [13]) praemium eripuit occidendo Magnum. [14]) Bc. Voss.

1068. *germana*) Cleopatra. Bc.

1069. *invisa*) odiosa. Bc. *potuissem*) ut ego invicem sororem eius occiderem, nisi Ptolemaeus eius morte gauderet. Voss.

1070. Si scirem, quod de morte sororis doleret, exemplo sui facti edoctus, caput sororis ei abscissum mitterem pro meritis, quae dicit habuisse. La. Lc.

1071. *Secreta arma*, i. cum non esset pars nostri

1) Voss. *prostravit.*

2) Guelf. *ideo* et post *ne alicubi.*

3) Voss. *un. circ. t. n. a. tibique subtractus P. occumbat. Immo ideo circuis ne possit* etc.

4) Voss. *fid. acq.* (ita recte Mss. Qudp.) *fr.*

5) Bc. *ergo.*

6) *et laes.* desunt Lb.; Bc. *tu* pro *cui;* Guelf. *cui tui.*

7) Voss. Lb. *Po. mort.*

8) Voss. *q. o. e. a v;* Lb. *oc a v.*, reliquis omissis.

9) *Un. b.* desunt La.

10) Lb. *civilis belli* sine *de.*

11) *quod* etc. desunt Lb.

12) Guelf. *inq. n. praemium est n. ut don.;* Voss. *nihil praemii est.*

13) Voss. *pr. Po.*

14) Voss. Guelf. *Pompeium.*

exercitus, quare in labores nostros intulit se? et hoc dicit *secreta* i. separata *arma quid inseruit?* LA.

1073. *Ergo*) εἰρωνικῶς. BC. [1])

1074. *gladio*) ut posset interficere Pompeium. BC. ut et vobis [2]) liceat Romanos occidere. BC. LB. VOSS. *licentia*) occidendi vel regnandi. BC.

1079. Ad hoc ostendendum, quod peius de me meriti estis, quam de Pompeio, et [3]) ad scelus vestrum detestandum hunc locum penitus praeterissem, si mihi non imponi timerem, quod magis timoris causa quam odio sceleris eum devitassem; hoc est quod dicit *vertissem Latias* etc. LA.

1080. *famae*) laudis. BC. subintellige [4]) sed; recederem, inquit, a vobis, nisi timerem, ne fugisse me dicant, cum ego vos velim meo condemnare discessu. GUELF. VOSS.

1081. Vos, qui dicitis tanto te pretio, o Caesar, emimus, tantum scelus causa tuae dilectionis commisimus, nolite opinari me a vobis posse decipi, quia Pompeium nostri causa non interemistis, qui mihi idem, si victus fuissem et ad vos confugissem, fecissetis; et hoc est quod dicit *ne fallere vosmet.* LA. *nec fallere*) non dolo decipere. BC.

1082. Quandoquidem *tale hospitium mihi paratum* fuit, mors scilicet, igitur plures mihi timendi, quam putarem, i. non solum Pompeius et senatus, sed vos praecipue, de quibus minimum suspicionis habebam, si vincerer; hoc totum est ubi dicit *maiore profecto* etc. LA. *nobis*) i. et me occidissetis, nisi sic [5]) ad vos venirem. BC. VOSS.

1083. *hospitium*) quale Pompeio, si fugerem. GUELF.

1084. *Thessaliae*) ubi victoriam consecutus est. GUELF.

1085. *discrimine*) periculo. LB.

1086. *timebam*) illum namque non timebam, qui magis timendus erat; nam Ptolemaeus occidit fugientes. BC.

1) Schol. Lc. et Lb. vide T. II. p. 520; in Lc. *se* additur ante v. *Caesari*. Schol. La. consentit cum Lb. in vv. *Quandoquidem — imperare;* sed leguntur *in Pomp. extend.*, tum *ad maiorem potestatem profecti estis;* post cum Lc. *interficere* et in fine *se comparare.*

2) Lb. *ut l. v. etiam.*

3) Addidi *et.*

4) *subint.* deest Voss., qui postea *metuerem* habet.

5) Voss. *ad vos sic ven. ut iam essem in Thessalia victoriam consecutus;* cf. ad vs. 1084.

1087. *Poena*) hic, [1]) qui minus timebatur, occidit nunc Romanos fugientes. BC. VOSS.

1088. *Donamusque*) dimittimus mortem Pompeii. BC. condonamus. LB. LC.

1089. *venia*) quia [2]) praemium est maximum, quod ignosco. BC. VOSS.

1090. *Non ut crimina tantum* etc. *Vestra crimina* i. caput, de quo reciso vos estis criminandi. LA. *solum*) i. non [3]) tali et tam vili sepulcro, quo tantum tegatur terra caput [4]) Magni, quod est vestrum crimen, sed dignum et honorificum bustum ei faciatis. BC. VOSS.

1091. *iusta*) digno. BC.

1092. *fusos*) sparsos. BC.

1093. *colligite*) congregate. BC.

1094. *Date unam urnam sparsis manibus* i. animae vaganti. Quae urna, i. sepultura, ei ideo dari dicitur, quia anima post sepulturam tantum quieta esse a quibusdam philosophis creditur. LA. *querentis*) dolentis; h. e. querelas moventis; i. Caesaris. BC.

1095. *praefert*) Pompeius; i. dum omnes [5]) mihi praeponit et me illis subditum esse facit. BC.

1096. *clienti*) Ptolemaeo, qui nunc [6]) cliens Pompeii dicitur, quod eius beneficio regnum accepit. BC. VOSS.

1097. *Laeta dies*, in qua fuit, non est, ut nos antiqua concordia et dilectio iterum in pacem mitterent, quae *concordia rapta est mundo*, i. ad damnum totius mundi. LA. *concordia*) cum [7]) eramus reversuri in gratiam, et leniebatur eius ira, quod ego bella suscepi. BC. VOSS. *populis*) Romanis in morte Pompeii. BC.

1099. *positis*) depositis. GUELF. *felicibus*) quasi post victoriam. BC.

1100. *Vitamque rogarem, Magne, tuam.* Duobus modis potest dici et *vitam tuam* i. veterem conversationem, quam tecum habebam; vel *rogarem vitam tuam* etc. tu non perturbatus iniuriis a me tibi illatis

1) Voss. *hoc est q. non t. hic n. o. eos qui fugiunt.*

2) Voss. *pr. max.*, omissis *quia est.*

3) Voss. *non sep. caput Ma. q. e. v. c. abscondite, sed digno et honorifico;* Guelf. *non tali sep.*

4) Guelf. *corpus;* et in fine *facite.*

5) Guelf. *omnia m. praeposuit*, et in fine *fecit* sine *esse.*

6) Voss. *Po. n. cli.* et post *reg. eius ben.*

7) Voss., qui haec cum aliis coniuncta habet ad vs. 1103, *Mihi Roma ignosceret, quia e. in g. r.* etc. Quorum loco ad hunc vs. leguntur *Cum essemus in grat. rev.*

vitae tuae *par* esses, et vivere velles. LA. *vitamque*) ut viveres. VOSS.

1102. *par esse*) quia te [1]) superatum parem mihi [2]) ubique essem facturus. BC. VOSS.

1103. *divis ignoscere*) i. [3]) patienter sustinere, quae dii iubent. BC. VOSS.

1104. *mihi*) scil. ignosceret, cum essemus in pace. BC.

1105. *comitem*) Ordo: *nec invenit fletus* sui *comitem*, hoc locutus. BC. *querenti*) Caesari querelas promenti. BC.

1106. *Abscondunt*) timent enim, ne explorandi causa [4]) animos illorum Caesar ficta misericordia exquirat. [5]) BC. VOSS. *laeta*) ablativus. LB.

1107. *Fronte*) vultu abscondunt. BC. *hilaresque*) vultu, non corde. BC.

1108. *O bona libertas* etc. Vere, inquit, est diminuta, imo nulla *libertas*. Quod enim tam *hilares audent spectare*, est quod [6]) Caesarem etiam hilarem esse sciunt; quod nullo modo auderent, si Caesarem factum dolere et tristem esse deprehenderent. LA. *audent*) spectare, nec [7]) similiter lugent. BC.

1) Voss. *sup. te*, ad vs. 1103.

2) Voss. *m. fueram ub. fa.*; quibus addita sunt, quae habes ad vs. 1097.

3) Voss. *est p. ferre* (cum Guelf.) *q. i.*; *dii* abest et a Guelf.

4) Voss. *an. eorum caus. m. fingatur a Caesare.*

5) Guelf. *fungatur.*

6) Addidi *quod.*

7) Bc. *ne.*

SCHOLIA AD LUCANI LIB. X.

1. *Secutus* ideo dicit, quia praeceperat collum Pompeii referri ad tumulum. LAP.[1]) praevio Achilla cum capite Pompeii. VC.[2])

3. *Pugnavit Fortuna* etc. Unum quasi par erat, prosper eventus Caesaris et Aegypti. LA. Inter quae paria iste conflictus erat, quod[3]) Caesar prosperitate, qua semper utebatur, confisus Aegyptios se vincere posse sperabat; Aegyptus, in hoc spem habens,[4]) quod in morte Pompeii sibi prospere cesserat, etiam illud idem in Caesare sibi licere non dubitabat. LA. LB. Sensus hic est: diu[5]) pugnavit utriusque fortuna, Ptolemaei et Caesaris, utrum hic regnum eius[6]) sub Romana iura revocaret, an ille Caesaris caput, ut Pompeio[7]) nuper, auferret. BC. LP. VOSS.

4. *Lagi*) Lagus fuit[8]) dux Aegypti, a quo Ptolemaei originem ducunt; quem[9]) Alexander M. ducem Aegypti constituit. BC. GUELF. VOSS.

5. *Memphiticus*) Aegyptiacus. BC.

7. *Magne*) Ordo: *tui manes, o Magne.* BC. Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.[10]) VC.

9. *Paraetoniam*) a Paraetonio, monte[11]) Aegypti, qui est in ea parte Aegypti, quae est contra Syrtes.

1) Hoc signo notavi scholia, quae post La. vs. 344. supplementi loco leguntur.

2) Addita est h. l. a Lp. periocha pedestris, quae in Suec. II. quoque legitur

3) Lb., omissis prioribus, *quia C. confisus prosperitati q. s. u. sp. se p. v A.*

4) Lb. *habebat*, et post *cesser. et hoc idem.*

5) Lp. et Voss. *utr. f. p.*; in Voss. deest *diu.*

6) Bc. *ei.*

7) Helmst. Guelf. *Pompeii.*

8) Voss. *fu. d. A.* omisit.

9) Voss. *q. primo in Aegypto A. M. c.*

10) Versus nescio cuius. Schol. Lc. ad vs. 8. vide T. II. p. 592.

11) Voss. et Lb. *A. m.* (Oudp. *portu* addidit) *P., q. e. in A. p. qua S. sunt.* De *Paraetonio* oppido, non monte, vide supra ad III, 295.

BC. LB. VOSS. Pharon est turris in Aegypto, unde[1]) civitas est dicta Pharetonia. LAP. BP.

10. Habebat aliquantulam spem, quod *securus* et sine periculo inter eos esse posset; sed non in tantum tamen, quin incederet armatus et levatis ante se vexillis; et hoc est quod dicit *sua signa secutus*. LA. *pignore*) scilicet quia Pompeius occisus est. BC. VOSS. Suos iudicabat Aegyptios morte Pompeii; vel aliter *sua signa* i. Romana, scilicet *sua* facta occiso Pompeio. LB.

11. *querentis*) murmurantis. BC.

12. *Inferri*) immitti. GUELF. *discordia*) discordantia. BC. discrepantia. Ordo: *sed sensit* Caesar *pectora discordantia suis* civibus i. Romanis in *fremitu vulgi, querentis inferri fasces et Romana iura*. GUELF.

13. *Magnumque perisse* etc. Qui enim ad nocendum Caesari modo intendebant, ad eius profectum Pompeium prius interfecisse videri non poterant. LA.

14. *Non sibi*) i. sensit non sibi;[2]) non enim pro Caesare nunc laborant, nec ei favent, qui occidere[3]) Pompeium. BC. VOSS. suae utilitati. GUELF. sed Aegyptiis, quia similiter illi facerent, si possent. BC. Frontinus in libro suo cap. de astutia militari[4]) ponit, quod, si Caesar hic ostendisset parvum signum timoris, actum fuisset de eo. VC.

16. Ideo Aegyptios pro Macedonibus, Macedones pro Aegyptiis ponit, quia Macedonia et Aegyptus sub|Alexandro unum regnum fuit; et hoc est, ubi dicit *antiquas Macetum*[5]) etc. LA. *testantia*) demonstrantia. GUELF. quae Alexander Macedo construxit. BC.

17. *dulcedine*) pulchritudine. GUELF.

19. *tumulis*) i. manibus, quia plures erant tumuli. LC. *cupide*) avide. BC. *antrum*) in[6]) sepulcrum Alexandri. BC. VOSS.

20. *Pellaei*) Alexandrum Magnum dicit, qui filius fuit Philippi; qui Pellaeus dictus est a Pella, civitate Macedoniae. BC. Pella civitas est, ubi Alexander Magnus vel natus[7]) vel nutritus est. VOSS. *proles*

1) Bp. *inde, sine est dicta;* Lap. *Pharaetica.*

2) Voss. add. *Pompeium occisum.*

3) Voss. *occiderunt.*

4) Nisi voluit Strat. I, 1, 5, locus me fugit.

5) La. *Macedum.*

6) Deest Voss.

7) Similia vide supra ad III, 233.

vesana, quia Nectanabum [1]) patrem suum interfecit. Bp. Lap.

21. *Felix praedo*) quia regna spoliavit et omnes domuit nationes. Bc. [2]) *fato*) fortuna. Bc.

22. *Raptus*) ipse praedo. Bc. *spargenda*) digna spargi. Lc. a fortuna; i. ne spargeret suas rapinas per mundum. Bc. ne spargeretur suus cinis per totum. Guelf.

23. *Fortuna* [3]) *pepercit* etc. in hoc, quod fatalis Aegyptus erat, ut semper reges Alexandro succederent. La.

24. *Manibus*) umbris Alexandri. Bc. *Fortuna pepercit* ei, quia metu praelatorum sibi regum Aegyptus non audebat ossa Alexandri effodere, et per mundum, uti digna erant, spargere; et hoc est quod dicit *fatum duravit ad ultima* i. nunquam caruerunt regibus. Vel aliter: hoc profuit *manibus*, quod iste Alexander usque ad finem vitae suae regnavit; nam si ante mortem a regno depositus esset, tunc membra eius mortui per diversa loca sparsa fuissent. La. *regni*) causam dicit, quare Fortuna pepercerit manibus Alexandri, quia illud regnum, quod ille fundavit, perduravit usque in finem. Bc.

25. Vere, quod reges semper in Aegypto erant, *Fortuna manibus pepercit*, vel in hoc, quod usque ad mortem ipse regnavit; nam si homines regno vel aliorum non premerentur, id quod dicit *si libertas*, tunc *ludibrio servatus erat;* et merito, quia *non utile exemplum* etc. La. *libertas*) i. si [4]) libertas ad eos rediret, quos Alexander oppresserat, [5]) membra eius spargerentur [6]) ad ludibria; sed quia fatum regni eius integrum permansit, non est erutus a sepulcro. Bc. Voss.

26. *non utile*) quia propter cupiditatem adquisivit totum orbem. Voss.

27. *exemplum*) i. Alexandrum dicit *non utile exemplum*, quasi ipse exemplum fuerit aliis, unde postea imperatores sibi affectarent regna. Bc.

1) Bp. *Nectalium;* quam astrologum fuisse addit Lap.

2) Schol. Lap. (non La.) vide T. II. p. 603, sed lege ibi ex Cod. XII; corrige *vivis* pro *unis* (Cod. *unus*), adde *et* ante *ideo* ex Cod., et in fine scribas *manibus scil. Alexandri, scil. quod* etc.

3) La. *Forte*, ut postea.

4) Voss. *Hoc dicit: Quodsi l. ad e. redisset.*

5) Guelf. *oppressit.*

6) Guelf. *spargenda erant*; Voss. *sparsissent ad ludibrium saeviendi; sed nunc fatum* (*regni eius* add. in V. II.) *integrum usque ad extrema regni perm. idcirco non est* etc.

28. *Esse*) carpit Caesarem, qui tot regna superavit. BC. *latebrasque*) Alexander enim suum regnum amicis donavit, et sibi aliud constituit. BC. pauperatem regni sui. LP.

29. *victasque patri*) i. aut quas pater vicerat, [1]) aut quas ipse in commodum patris. BC. *despexit*) pepercit contemplatione Aristotelis, praeceptoris sui. VC.

30. *actus*) ductus, vocatus. BC.

33. *Euphraten*) miscuit sanguine. BC. GUELF. *Gangen*) miscuit. Exponit, quos amnes dixerit. BC.

34. *fatale*) epexegesis; [2]) ipse Alexander erat *fatale malum*. BC. VOSS.

35. *sidus*) tempestatis ortus. BC. *iniquum*) pestiferum. BC.

36. *Oceano*) Alexander per [3]) Oceanum voluit navigare, aestimans [4]) se eo transitu ad coelum esse venturum; sed divinitus ei [5]) responsum est, ut quiesceret. BC. VOSS. I.

37. *Exteriore*) quod ultra terram est. BC. mari magno. LP.

38. *obstitit*) i. obstaret. LP. *Ammon*) i. Iupiter, qui in Libyae arenis colitur; *arena* enim Graece ἄμμος [6]) dicitur. Est autem Metonymia pro eo, quod continetur, id quod continet. BC.

40. *polos*) quos [7]) constat orbem ambire. BC.

41. *Occurrit*) scil. sed. GUELF. *suprema dies*) qua [8]) perit Alexander disponens hoc facere. BC. *natura*) i. mors homini naturalis. BP. *solum*) i. solummodo. BC.

42. *vesano*) cupido. BC.

43. *Qui secum invidia* etc. Sicuti vivens regnum omnibus invidebat, et omnia regna ad se trahebat, sic etiam moriens ea quasi secum auferebat, dum nullum unum heredem omnium regnorum et totius imperii relinquebat. Quod est breviter dicere: sicut vivens invidebat aliquem regnare praeter se, sic etiam invidebat alicui omnia regna relinquere post se. LA.

45. *lacerandas*) ut unusquisque singulas [9]) sibimet vindicaret urbes. BC. VOSS.

1) BC. *vicerit;* correxi ex Guelf., in quo eadem.

2) Deest Voss., qui post *ferale*.

3) Voss. *vol. p. O. n.;* Guelf. *migrare*.

4) Voss. *existimans;* Guelf. *transacto;* BC. *transito*.

5) Voss. *resp. est ei ut cessaret*. At vide Curt. IX, 9. et illic notas. OUDP.

6) BC. ἄμμων.

7) Guelf. *quibus c. ambiri o.*

8) BC. *quia;* correxi.

9) Deest Guelf.; Voss. *sibi sing. vindicet u.*

46. Legitur quod duae arbores erant aureae, quae dabant responsa; una ex illis surgente sole dicebat, quicquid adveniens hospes dubium habebat, alia surgente luna. [1]) Quarum custos erat quidam Sacerdos nomine, qui dicitur habuisse caninum caput; scilicet deformis erat propter nimium senium; et ille utebatur opobalsamo, qui diu eum vivere fecit. Ad quas arbores cum Alexander ivisset, responsum est ei: in Babylone morieris tua hoc anno. Qui Babylone postea ab eo deiecta mortuus est. LAP. *Sed cecidit Babylone* etc. *Occurrit* ei *suprema dies*, sed non prius etiam, quam Babylonem faceret suam, et quam Parthos etiam devicit. Vel [2]) continetur *ambissetque polos Nilumque a fonte bibisset; sed cecidit Babylone sua*, i. a se devicta. LA. De morte Alexandri haec opinio est, quod cum tantum epularum aecepisset in convivio, ut mirum omnibus videretur, conatus surgere non poterat; et hoc moriens dixit: *ΟΥ ΔΥΝΑΜΑΙ.* Ideo dicitur *sed* [3]) *cecidit*. BC. *verendus*) quia his ad religionem est consecratus. BC.

47. *Eoi propius* etc. *Timuere* Macedones, utentes sarissis, qui *propius* venerunt eis quam Romani et devicerunt eos. LA. *sarisas*) tela Macedonica. BC.

50. *Flagrantis post terga Nothi* etc. Nothus enim, qui est frigidae naturae, ultra perustam Zonam calidus fit, dum eam pertransit et sic ad nos pervenit. LA. *post*) i. ultra Nothum ad australem plagam. BC. *ortu*) Oriente. BC.

51. *Arsacidum*) Parthorum. BC. *non*) Ordo: *non fuit felix Parthia*. BC.

52. *Pellae*) i. cui dominata est Pelle. BC.

53. *Iam*) redit ad historiam. BC.

58. *Tectis* Caesaris, scilicet castris similibus illis, quae ipse in Emathia habuit. LAP. *Emathiis*) ubi erat victor Emathiae. [4]) BC. Ordo est: *cum se intulit Cleopatra parva biremi corrupto custode;* nam a fratre Ptolemaeo in custodiis erat derelicta. Haec [5]) nunc ad interpellandum Caesarem latenter fugit. BC. *Emathiis tectis* posuit, non quod est in Emathia, sed quia de Emathiis campis venerat Caesar sub Pharia tecta. VOSS.

1) Fere eadem Bp., qui addit eas arbores dedicatas fuisse Apollini et Lunae. Lap. post *Qua*.

2) La. addidit *ad*.

3) Guelf., *id. dic.* omissis, *sub*.

4) Bc. *Emathii;* seq. *est* non legitur in Guelf.

5) Guelf., *haec* omisso, *n. i. C. adit*.

59. *Erinnys*) Bellona. BC.

60. *Quantum impulit Argos* etc. Ostendit quod vere *Cleopatra* fuit incesta ad damnum Romanorum, quia *tantum* movit *Hesperios furores* Antonii contra alios Romanos, quantum Helena Graecos contra Troianos. LA. *non casta*) venit enim in concubitus Caesaris et Antonii. BC. VOSS. *malo*) bello, [1]) quia pro illa postea proeliatus est Augustus cum Antonio. BC. VOSS.

61. *Spartana*) Helena. BC.

63. *Terruit illa suo* etc. Vix fas est credere, quod sistra, ad planctum et mollitiem apta, Romanorum virtuti timorem deberent incutere. LA. *si fas*) sc. est dicere. GUELF. VOSS. *sistro*) tuba. BC.

64. Canopus est oppidum. LA. quod ideo imbelle, quia non sunt ibi pugnaces. LAP. *Canopo*) unum pro gente posuit. Virgilius: [2]) *Gens fortunata Canopi*. BC.

65. *captivo*) i. capto amore sui. GUELF. *triumphos*) nam [3]) in amore eius Caesar captus est, et paene illa de [4]) Pompeii morte triumphavit. BC. GUELF. VOSS. *ductura*) i. ipsa Cleopatra. GUELF.

67. *In medium*) in commune. VOSS. *II. ne*) quin. BC. i. nec etiam. LB. *nostra*) i. aliena, an nostrae partes. BC. *matrona*) q. d. mulier. LB.

68. *cubili*) i. cum concubitu. BC.

69. *Ptolemaida*) Aegyptum a civitate Ptolemaide. BC.

71. *ignis*) amor Cleopatrae. BC.

73. *aula*) et in media. BC.

76. *partus*) de Cleopatra Caesar suscepit filium Caesarionem [5]) nomine, quem victo Antonio minor Caesar requiri iussit et occidi. [6]) BC.

78. *partesque*) de Catone dicit, et Scipione, et Metello, socero Pompeii. BC.

79. *coalescere*) augmentari. BC. i. crescere. GUELF. multiplicari. VC.

80. *dependet*) prolongavit. BC. tribuit. GUELF. impendit. LP.

83. *comta*) i. ornata. LP. Figurata locutio. BC. i. habens comtum *dolorem, simulatum*, in quantum

1) Voss., *bello* omisso, *q. propter illam.*
2) Ge. IV, 287.
3) Voss. *nam am.*
4) Voss. addit *eo et.*
5) Guelf. *Caesarianum*; Bc. *Caesarium.*
6) Guelf. *interfici.*

decuit; vel ita: habens dispersos capillos ad decorum. LB.

84. *Quam*) quantum. BC. VOSS. [1]) i. in quantum. GUELF. LB. LP.

86. *proles*) i. ego, quae sto ante te, sum. BC.

89. *aequum*) prosperum. BC.

90. *sidus*) numen et deus. BC. *non urbes*) ne feminae negetur imperium, [2]) dicit feminam solere regnare. BC. LB. VOSS.

92. *discrimine*) discretione. BC.

93. *ferre*) sustinere. Dicit nihil interesse in diversitate sexus in Aegypti imperio, quia sic obediunt reginis, sicut et regibus. BC. GUELF. Hoc dicit: non aliquid inter sexum distat aut interest, sed Aegyptii sic reginis obsequuntur, ut regibus. VOSS. *lege*) i. [3]) require. BC. *summa*) novissima. BC. testamentum scilicet patris offert Caesari. [4]) BC. VOSS.

94. *fratre*) voluit enim, [5]) ut fratri iungeretur in matrimonio, unde et supra illam dixit incestam. BC. VOSS.

95. *Sit*) i. si sit; i. si fuisset sub sua potestate. BC. *sub iure*) Dicit Ptolemaeum in sua potestate non esse, nam amaret sororem, si non alii [6]) obsequeretur. Est ergo [7]) in Pothini locatus arbitrio, qui [8]) Pompeium interemit, et interemturus esset Caesarem, si locum haberet. BC. VOSS.

96. *Affectus*) i. voluntatem. LB. ut [9]) aut aliquem diligat, aut persequatur. BC. VOSS.

97. *peto*) contentor, [10]) quod frater regnet. VC. *pudore*) i. potestate famuli. LB.

98. *Solve domum* nostram a *culpa;* quod enim a Pothino pessimo delinquitur, hoc nostro generi imputatur. Est etiam Pothinus nobis pudor, qui regem in tanta habet potestate, ut nihil audeat, nisi quod Pothinus imperat facere; quod est pudor nobis in-

1) Voss. et Lb. praeponunt *Qua.*

2) Lb. *regnum,* post *solitum;* idem cum Helmst. et Voss. *dic. hunc sexum;* Guelf. *feminas.*

3) Bc. *scil.*

4) *Caes.* deest Voss.

5) Voss. *vol. ut fratres matrimonio iungerentur; ideo et hanc supra dicit inc.* Guelf. desunt *in matrim.*

6) Guelf. *alios.*

7) Voss. *enim.*

8) Voss. *Hic est qui P. i. Interim terret et Caesarem, si facturus est Ptolemaeus, quidquid Pothinus exegerit.* Guelf. desunt *et inter. — haberet.*

9) Voss. *ut al. aut p. aut d.*

10) i. contenta sum; cf. Adelung Glossar. T. II. p. 685.

fandus. LA. *remove*) hoc solum petit, ut Pothinus pereat. [1]) BC. VOSS.

99. *tumores*) superbias. BC.

100. *Quantos tumores* etc.; q. d. etsi has, quas praedixi, causas eum eiiciendi non haberes, sufficeret tibi haec causa, quod tantum superbit de morte Pompeii, et quod *tibi* etiam mortem *minatur*. LA.

101. *Iam tibi*) Ordo: *iam tibi minatur facinus*. BC.

103. *facinus*) crimen. BC. *meritumque*) laudem. GUELF. Quod ait Virgilius: [2]) *Nec Drances potius, sive est haec ira deorum, morte luat, sive est virtus et gloria, tollat.* Et hoc dolet in morte Pompeii vel facinus Pothini esse, vel laudem. VOSS.

105. *perorat*) loquitur. GUELF.

106. *Exigit*) aut facies incesta, aut Caesar. [3]) BC. VOSS. *iudice*) vel Caesare. BC.

109. *Explicuitque*) disposuit, ordinavit. BC. aperuit. LB. LP. *tumultu*) labore. LP. apparatu. VC.

110. *saecula*) i. in Romanum imperium. LB.

111. *Ipse*) Ordo: *ipse locus instar erat templi, quod vix exstruet corruptior aetas.* BC. *corruptior*) in deliciis. LB. moderna dicit propter Neronem, qui fuit nimius in aedificando. VC.

112. *laqueata*) laquearibus ornata. LB.

114. *summis*) primis et superius collocatis. [4]) BC. Illi, qui habent inopiam marmorum, solent scindere et apponere crustas muro, ut marmoreus videatur. LAP. *crustata*) i. tenuis. LP. *sectisque*) sicut nos facimus incrustaturas marmorum deforis. [5]) Imo erant lapides pretiosi; et potissime erat Achates lapis, qui facit hominem facundum. Ideo Virgilius dedit eum in socium Aeneae. VC.

115. *Stabatque sibi* etc. *Achates* lapis *non stabat sibi*, i. non otiosus, neque ad ornatum ibi *stabat*, sed partem muri ipse supplebat *non segnis*. Ille segniter stat, qui cito cadit, et qui standi laborem ferre non potest. Quod Achates etiam faceret, si superficie tenus muro adhaereret; sed quia magna pars eius in muro affixa erat, ideo *non segnis* sed firmus stabat. LA. *Sibi stabat*) ad firmitatem scilicet [6]) positus, non ad ornamentum; nam segnis tunc est, cum parietes ve-

1) Voss. *intereat.*
2) Aen. XI, 443.
3) Bc. *i. Caes.*; Voss. *sive f. i. sive Cleopatra.*
4) Bc. *collocatus.*
5) i. extrinsecus; Adelung. Glossar. T. III. p. 48.
6) *scil.* deest Voss., qui post cum Guelf. *ornatum.*

stiet, [1]) non cum ipse sit paries. BC. VOSS. *non segnis*) vilis. LB. sed sollicitus et facundus. VC. *Achates*) nomen lapidis, [2]) qui tum segnis est, quando vestit parietes. BC. LD.

116. *Purpureusque*) Porphyriten dicit, qui est lapis purpureus. BC.

117. *Onyx*) lapis. BC. *hebenus*) genus ligni, nigri coloris, quod in aquam missum in duritiam lapidis convertitur. [3]) BC.

118. *Non operit*) quia portae et ianuae erant ex hebeno. BC. *robore*) firmitate. BC.

119. *Auxilium*) ut magnitudine sua sustentet [4]) domum potius, quam ornet. BC. VOSS. *domus*) genitivus. GUELF.

120. *suffixa*) apposita. LC. i. composita vel sculpta. BC. *manu*) arte. BC. *testudinis*) camerae. BC. ex ebore. GUELF. *Indae*) i. Indicae. BC. In India est testudo, quae habet de osse corticem quasi cupam, quae interius est quasi deaurata; haec erat in foribus. LAP.

121. *Terga sedent* etc. Aliud esse dicitur, quam de osse elephantis, quod vocat terga. Et dicuntur quaedam animalia esse in India, quae hoc in exteriore parte corporis portant; sicuti sunt squamae [5]) robbi; et inveniuntur Venetiae. LA. *Terga*) perlae. VC. *scuta*, inferiores [6]) partes compositae sunt. BC. GUELF.

122. *supellex*) pallia. VC. pulvini. LP. [7])

123. *Tyrio*) fuco. BC. *lentum*) i. tenacem, lente acceptum. LP.

124. *Virus*) i. succum. LP. i. tinctura. LB. LC. *aheno*) caldario; non semel linguntur, sed saepius. BC. non semel coxit. GUELF.

125. *plumata*) in speciem [8]) plumae diverso colore distincta. BC. VOSS. opere plumario. LP. ad modum plumarum. VC. *cocco*) rubicundo. BC.

127. *numerus*) venit. BC.

1) Voss. et Guelf. *vestit.*

2) Ld., omissis his, in fine *parietem.*

3) Fere eadem Iso ad Prudent. Cath. II, 71.

4) Voss. *sustentaret p. q. ornaret.*

5) La. *suamae rombi.*

6) Guelf., *scuta* omisso, *in inferiore parte pos.*

7) Schol. Lap. (non La.) vide T. II. p. 552. Codex praebet *In lectis — tapetia;* tum recte *quo strata — Tyrio scil. suco — tincta* (non *tanta*) *— reduceret;* neque opus est coniectura.

8) Voss. *pl. spec.*; Bc. *distinctum.*

128. *Discolor*) melius ad colorem refertur, quam ad genus. LB.

129. *Libycos*) i. nigros. BC.

130. *Rheni se*) al. Phoenissae, i. Didonis. BC.

131. *usti*) incensi, nigri solis ardore. Aegyptios dicit. BC. Mauros dicit. VOSS.

132. *caput*) i. habebat tortuosos capillos. BC.

123. *iuventus*) Eunuchos dicit. BC. VOSS.

134. *exsecta*) castrata. BC. VOSS. *virum*) pro virorum. BC. i. virile membrum. VOSS.

135. *lanugine*) barba. BC.

136. *maiorque*) quam reges. GUELF. regibus. LB.

137. *immodice*) sine modo. BC. *fucata*) propter diversos colores; *nocentem* dicit propter amorem. BC.

139. *spoliis*) i. gemmis illinc allatis. LB. quia [1]) in mari rubro sunt conchae, in quibus margaritae nascuntur. BC. VOSS.

140. *laborat*) vel in ornando vel onere. LP. onerata enim fuit multitudine gemmarum. BC. onus enim facit magnitudo gemmarum. VOSS.

141. *filo*) stolam dicit. BC.

142. *Nilotis*) Aegyptia. BC. *Serum*) Genitivus est [2]) Pluralis. Seres enim populi sunt, apud quos Sericum invenitur, de quibus quidam: *Ignoti facie, sed noti vellere Seres.* [3]) BC.

143. *Solvit*) discrevit [4]) filum Sericum Aegyptia acus. VOSS. rarescere fecit. LP. aequavit. VC. i. aperuit fila cum acu interserendo aurum vel aliud. LB. *laxavit*) i. vestes amplas fecit. LC. *velo*) non enim tunicas, sed vela [5]) texunt, more Gallorum. BC. VOSS.

144. *Atlantide*) i. ex dentibus elephantorum, qui inveniuntur iuxta Atlantem montem. BC.

145. *orbes*) mensas vel discos. LC. mensas rotundas, sectas de dentibus elephantum. BP. *ora*) conspectum. BC.

147. *civilia*) potest etiam has [6]) invadere, qui talis est, ut bella civilia gerat. BC. VOSS.

149. *licet*) Excipit quod, quamvis Caesar non diriperet has divitias, tamen etiam Fabricio, Curio et aliis abstemiis viris non sunt ostendendae, quia in-

1) Voss. *In m. enim r.*

2) Guelf. *Pl. est S. autem p. ap.*

3) Eundem versum, nescio cuius, laudat Isidor. Orig. IX, 2.

4) Idem Bc.

5) *sed vel.* desunt Guelf.; Voss. *tenta.*

6) Bc. *hos;* Voss. *p. enim et has i. — ut g. b. c.*

citant; imo etiam fratribus minoribus, qui non tangunt pecuniam. VC. *nefando*) civili. LB. h. e. qui nunc [1]) est paratus; non enim de [2]) Caesare hoc dicitur, sed de alio. BC. VOSS.

151. *Pone duces* etc. Ostendit quod mens Caesaris potuit corrumpi [3]) talibus divitiis; nam etiam illi, qui nullius [4]) cupiditatis erant, talibus accenderentur. LA. LB. *Pone*) exemplum, pauperes ad comparationem eius. GUELF.

152. *Fabricios*) ut Virgilius: [5]) *Parvoque potentem Fabricium.* VOSS. qui nil curaverunt divitias. GUELF. *recumbat*) ironice, non recumbat. GUELF.

153. *consul*) Attilius Serranus. GUFLF. Serranum dicit, ut Virgilius: [6]) *Et te sulco, Serrane, serentem.* BC. VOSS. Serranus, de quo Virgilius in sexto; qui ab serendo dictus est, quia, dum serebat, vocatus est ad consulatum. VC.

154. *triumphum*) ut, [7]) si non est hic avaritiae cupido, sit gloriae cum femina epulari luxuriose. BC. VOSS.

155. *Infudere*) ministri [8]) Cleopatrae. BC. VOSS. *auro*) aureis vasis. BC. VOSS. *terra*) quadrupeda. [9]) BC. *aer*) volatilia. BC. VOSS.

156. *pelagus*) omnia genera piscium. BC. VOSS. Iuvenalis: [10]) *Et gustus elementa per omnia quaerit.* BC. *luxus*) luxuria vel affluentia. BC.

157. *Ambitione*) voluptate vel avaritia. BC. desiderio. LC. *furens*) ardens. BC.

158. *fame*) ablativus. BC. non exigente. LC.

159. *deos*) h. e. quibus [11]) utebatur Cleopatra ad epulas, haec [12]) deorum numero culta fuerunt ab Aegyptiis. BC. VOSS.

160. *gemmae*) gemmea vasoula. BC. *capaces*) amplae. LB.

161. *Mareotidos*) genitivus. BC. Mareotis vitis est,

1) Voss. *non.*

2) Voss. Guelf. *h. de C. s. de a.*; Voss. add. *dicitur.*

3) La. *nocendi;* an *accendi*?

4) Lb. *nulli* sine *etiam.*

5) Aen. VI, 844.

6) l. l. 845. Voss. *i. e. Attilius Serranus, ut V. Vel te sulcos S. colentem.* Lb. notat Quintium Cincinnatum, Dictatorem.

7) Guelf. addit *qui scil. non ut* etc.; ex eodem recepi *cum fem.* etc., quae desunt Bc. et Voss.

8) Voss. haec et seqq. ad v. *piscium* usque in unum coniuncta habet.

9) Bc. *quadrupea.*

10) XI, 14, ubi tamen alia leguntur.

11) Voss. *q. nunc C. ad e. u.*

12) Bc. *haec misit deorum,* omissis reliquis.

cuius etiam Virgilius meminit: [1]) *Sunt et Mareotides albae*, a Marone dictae, Homerico illo, a quo Ulixes vinum acceperat. LB.

162. *Nobile*) merum. BC. *senum*) senectutem. BC.

163. *Falernum* vinum, quod de Italia affertur, apud Meroen ex quibusdam appositis confectionibus [2]) spumare sicut autumno cogitur; et sic parvo tempore non minus vetustissimo valere dicitur; hoc est quod dicit *indomitum Meroe* etc. LA. *Indomitum*) ab aqua. VC. [3]) *Meroe*) nominativus; civitas. BC. In Meroen ideo [4]) vina deferuntur, ut nimio sole cocta, licet multorum annorum non sint, tamen vetustissima iudicentur. BC. VOSS. *spumare*) coquere. LB. quippe dum decoquit. [5]) BC.

164. *sertas*) Participium est; [6]) nam proprie sertae de floribus fiunt, coronae de frondibus. BC. VOSS.

165. *nunquam fugiente*) quae omni tempore procreatur. BC. VOSS. i. semper virente. LAP. marcente. LB. *rosa*) Apud Alexandriam semper rosa est, [7]) sicut apud Paestum in Apulia. Virgilius: [8]) *Biferique rosaria Paesti.* LB.

166. *aura*) quod propter auram vim suam non perdiderat. LC.

167. *externa terra*) Hoc dicit, illic [9]) melius olere Cinnamon; [10]) nam cum defertur ad alias terras, aeris mutatione vanescit [11]) odor. GUELF. VOSS. *aera*) odorem. BC. LB. LP.

168. *messis*) collectae. LP.

169. *opes*) ut per luxuriam [12]) cuncta consumat. BC. LB. VOSS. *perdere*) i. pudet, quia perdidit. BC. contemnere. LP. i. vili pendere, quia ad comparationem praesentium videbantur nihil fuisse opes, quibus mundum spoliaverat hactenus. LB.

1) Ge. II, 91; rectius derivat nomen Probus ad l. l. et Schol. Horat. Od. I, 37, 14; alia enim est *Maronia* vitis; cf. Macrob. Sat. II, 16.

2) i. e. medicamentis; cf. Adelung. Gloss. T. II. p. 640.

3) Scholia MS. Cod. ad singularem aquae commoderationem referunt. BARTH. ad Stat. Theb. II, 84.

4) Voss. *v. ideo;* Bc. *differuntur.*

5) Guelf. *coquit.*

6) Voss. add. *sertas coronas;* Bc. *nam pro pace.* Similia monet Serv. ad Virg. Aen. I, 417.

7) Eadem in Voss.

8) Ge. IV, 119.

9) Guelf. *illuc;* Voss. *hic.*

10) Voss. II. *Cinnamum;* al. *Cinnamomum;* cf. Lutat. ad Stat. Theb. VI, 61.

11) Guelf. *aer. odorem commotione evan.*

12) Lb. *luxum;* Guelf. *luxuriem.*

170. *paupere*) quia videt se nihil habuisse ad comparationem istorum. VOSS.

172. *modum*) mensuram. BC.

174. *summa*) vel summa, vel ultima. LP.

175. *Lanigerum*) vittas[1]) habentem; i. sacerdotem. BC. GUELF. VOSS. pelleatum. LP. quia longos crines et longam barbam portabat. VC.

176. *arguit*) prodit[2]) vel ostendit, quidquid enim arguimus, prodimus. BC. Hoc dicit:[3]) hoc ostendit aetas tua, quia senex esse meruisti, te ad curam numinum pertinere. GUELF. VOSS. *aetas*) senectus. LB.

178. *mores*) leges. LB.

179. *ritus*) sacrificia. LB. *formas*) cum sic formantur. LB.

180. *nosci*) a me. BC. qui deos[4]) esse se ab omnibus volunt sciri. BC. VOSS.

181. *Prode*) manifesta. LB. *si*) siquidem. LB. *Platonem*) Plato, Aristonis[5]) et Perictiones filius, qui augustiore a quibusdam fertur conceptu. Natus est autem mense, qui apud Atticos *Θαργηλιών* dicitur, die, qua natus est Apollo et Diana. Qui pridie quam nasceretur, Socrates somnium vidit, cygni pullum, qui in Academia consecratus est Cupidini, evolasse et in eius gremio consedisse, ac postea olorem illum pennis coelum petiise, canone musico deos hominesque mulcentem. LB.

182. *Maiores*) Plato Atheniensis, cum vellet causas[6]) et originem Nili fluminis cognoscere, sacra Aegyptiorum[7]) cepit. BC. GUELF. VOSS.

183. *capacior*) quam ego sum.[8]) Sive *capacior hospes*, qui magis mundum in se recipere valeret; sive *quis capacior* fuit *mundi* i. docilior *hospes?* VOSS. vel scientia vel potestate. LP.

185. *Media inter proelia* etc.; q. d. aequum est ut me doceas, cum capacis sim ingenii et intenti. Quod ostendit, ubi se in bellis astronomicae etiam disciplinae intendere dicit, quamvis omnes alias cogitationes bello postposuit. Et probat ab effectu, quod vere intentus fuerit, quia suus liber, quem composuit de computatione,[9]) non inferior libro Eudoxi sit. LA.

1) Voss. *sac. hab. vitt.*
2) Bc. *affuit;* Guelf. *vel* et *enim* omisit.
3) Voss., omissis his, *Prodit. Aetas* etc.
4) Bc. *dii ab hominibus scire* sine *volunt.*
5) Lb. *Aristi et Pertictones.*
6) Voss. *causam et orig.;* V. I. *ortum.*
7) Voss. *Aegyptia accepit.*
8) Eadem Bc.
9) La. *composito.*

186. *vacavi*) etiam inter proelia astronomiam didici. BC.

187. *fastibus*) descriptionibus. GUELF. pro fastis [1]) abusive; *fastus* dicuntur, ubi menses et dierum ordo conscriptus est. VOSS. Per errorem autem dixit Lucanus *fastibus*, cum *fastis* debuerat posuisse de annalibus, dicit Priscianus. [2]) Nam quando a fastidio venit verbo quartae est declinationis. HELMST. pro fastis. Fasti dicuntur libri, qui mensium et annorum cursus continent; est autem hoc nomen secundae declinationis; cum vero quartae declinationis est, superbiam significat. Ergo hoc loco fefellit Lucanus; sed [3]) tamen tantus poeta venia donandus est. BC. GUELF. *annus*) quem constitui, i. ordinavi. LP. Annum primum Eudoxus, post Hipparchus, deinde Ptolemaeus, ad ultimum Caesar reprehendit. Est autem liber fastorum Divi Iulii Caesaris, qui ordinationem continet secundum auctoritatem Chaldaeorum, quem in senatu recitavit. Ad cuius rationem ephemeridas nostras scribimus dierum CCCLXV. LB. *Eudoxus* enim ad cursum suum post VIII annos [4]) solem reverti dicit, [5]) et esse annum magnum; [6]) Caius vero Caesar post quinquennium, quo peracto bissextum [7]) esse praecepit; et melius annum visus est computasse. [8]) GUELF. VOSS. Ipse vero Eudoxus decem mensibus computavit annum, Caesar duos addidit. GUELF.

189. *amor*) desiderium. LB.

191. *caput*) ortum vel fontem. BC.

193. *orsus*) coepit loqui. BC.

195. *Edere*) manifestare. BC. *ad hoc*) usque ad hoc tempus. BC.

196. *pietas*) religio. BC. LB.

197. *coelicolas*) VII planetas. VC. *gratum*) acceptum fore. VC. ego contra sentio, et hoc gratum magis esse diis. BERN. I. [9]) *omnes*) populos. LB.

198. *opus*) talia secreta manifestare. VC. *leges*) coeli, planetarum. LB.

199. Planetae retardant celeritatem Olympi, cuius impetus tantus esset, quod totam [10]) machinam

1) Eadem Lb. et Lp.; cf. supra ad V, 399.

2) Inst. Gr. VI, 14, 72.; cf. supra ad II, 645.

3) *sed* etc. desunt Guelf.

4) Voss. I. *menses.*

5) Voss. *dixit.*

6) Helmst. *plenum;* Voss. G. *C. vero.*

7) Guelf. *bissexium.*

8) Fere eadem Helmst.

9) ap. Sinner. Catal. MSS. Bern. p. 513.

10) La. *tantam.*

dissolveret, nisi planetae, contra firmamentum nitentes, celeritatem illam cohiberent. Quarum planetarum cum diversae sint potentiae, Mercurius praeest undis. LA. *Sideribus*) planetis. BC. Dicunt [1]) Physici septem stellas, quarum nomina dies continent, [2]) contra coelum niti. Quae si non occurrerent, universa [3]) raperet et praecipitaret tanta vertigo. LB. BERN. I. VOSS. Quatuor autem modis retardantur sidera, aut quando in altissimis apsidibus currunt, aut quando retrograda sunt, aut quando stationaria, aut quando anomala, cum per latitudinem vagantur Signiferi. Item concitantur tribus modis, aut quando propinquant terris, aut quando impelluntur radiis solis et celerius currere videntur, aut quando per rectam lineam sui circuli currere videntur. VOSS. *fugam moderantur* pro mutant posuit. BERN. I. *fugam*) velocitatem. BC. cursum. LP. celeritatem. LB. *moderantur*) tardant. LP.

200. *Occurruntque*, quoniam in contrarium eius cursum feruntur sidera. BERN. I. *prima*) in principio. LP.

201. *dividit*) ipse praeest temporibus. VOSS. per annos. GUELF. *aevi*; annua spatia cursus solis regit. BERN. I. aetatis. BC. i. e. annum per quatuor tempora veris, aestatis, autumni, hiemis. LB.

202. *mutat*) oriendo et occidendo. LB. cum ortus fuerit, diem facit, cum occiderit noctem. BERN. I.

203. *Vetat ire* etc. Secundum hoc enim, quod videtur quosdam facere stationarios, quosdam retrogrados, accedendo et recedendo. LA. *Ire*) radiis solis obscurantur sidera; hoc dixit *ire* scilicet. BERN. I. lucere. LB. facit retrograda, vel stationaria. BC. *statione*) cursu. LP. *moratur*) i. obscurat. LP. impedit. BC. retinet. GUELF.

204. *vicibus*) certis temporibus. LB. *Tethyn*) quia facit rheuma [4]) Oceani. BC.

205. *Frigida*) quia nocens, ideo frigida. BC.

206. *cessit*) in ipsius est tradita potestatem. [5]) GUELF. VOSS. *habet*) i. regit. LP. *incerta*) i. obliqua. LAP. quia non est certum, utrum in terra remaneant, an usque ad inferius coelum descendant. BP.

1) Voss. *Phys. dic.*

2) Voss. *tenent;* Bern. *curarent.*

3) Voss. *in immensa raperetur et praecipitaretur t. vertigine.*

4) Bc. *rheumam;* cf. Adelung. Gloss. T. V. p. 726.

5) Voss. *pot. tr. est.*

Incerta vocat *fulmina* ideo, quia, quo cadant [1]) loco vel in quem, nulli cognitum est. LA.

208. *fecunda*) quae facit res fecundas. LB. *Venus*) ab astrologis dicitur minor Fortuna. VC.

209. *arbiter*) Mercurius iudex [2]) et dominus Nili vel Oceani. GUELF. VOSS. Tunc Nilum [3]) dicit crescere, cum Mercurii stella in sidere sit, quod est inter Cancrum et Leonem. LB. BERN. I. VOSS.

210. *qua*) parte. LB. Eo scilicet tempore, quo sol est [4]) in his signis, tunc [5]) et Mercurius parelion [6]) illorum est; nam simul currit difficile [7]) uno signo, aut antecedit, aut remanet. BC. VOSS.

211. *Sidera*) pro sidus. BC. *Cancro*) i. dum est inter Cancrum et Leonem eo tempore, quo Sirius cum sole oritur. BC. *Rapidus qua Sirius* etc. Non dicit, quod stella canis inter Leonem et Cancrum sit, sed in hoc confinio. La.

212. *Exserit*) immittit. GUELF. *Qua circulus* coluri, *mutator anni*, qui tangit duo signa, Capricornum scilicet et Cancrum, in quibus fit mutatio *anni*. In uno enim dies sunt brevissimi, in altero longissimi. LA. *Circulus*) Zodiacus. VOSS. aequinoctialem circulum melius accipimus quam Zodiacum; aequinoctialis enim est inter Cancrum et Capricornum, qui mutator est et fecit annum incremento vel decremento. BERN. I.

213. *Aegoceron*) quia [8]) hi duo diametra sibi sunt. LB. BERN. I. Capricornum. BC. Posito sole in sidere Cancri, [9]) necesse est ut nox [10]) in diametro sit, i. in Capricorno. Ideo ergo haec duo signa iunxit, quorum unum dies tenet, alterum noctes. BC. VOSS. *cui*) sc. Cancro, quia tempore Cancri crescit. BC.

214. *dominus*) i. Neptunus. BC.

215. *Igne*) sidere. LB. *Nilus*) [11]) sicut mare, cum luna crescit, sic Nilus signo Mercurii. Sciendum

1) La. *dant.*

2) Guelf. *M. i. est undae.*

3) Voss., qui haec ad vs. 212 habet, *dic. N. cr. c. st. M. est inter C. et L.*, reliquis omissis.

4) Voss. *s. in istis e. si. est et M. nam. sim. ambulant diff. in uno sig.*

5) Guelf. *tunc est et M. nam* etc.

6) Bc. *parentelon.*

7) Guelf. *diff. est u. s. a. antecedere a. remanere.*

8) Bern. *quod*, omisso *sunt* in fine.

9) Voss. *Ca. sidere.*

10) Voss. *non.*

11) Bern. *Nili.*

Nilum latine Melonem [1]) dici, sicut Atlas latine Telamon [2]) dicitur. BERN. I.

216. *Ut Oceanus lunaribus* etc. Quanto enim plus crescit Phoebe, tanto longius mare recedit a litore. LA. *ut*) parenthesis. GUELF.

217. *auctus*) accusativus. BC.

218. *nox*) aequinoctium. BERN. I. *aestivas*) i. non ante, quam aequinoctium decrescit, [3]) cum ventum fuerit ad diem [4]) octavum Kalend. Octobris, cum aequinoctium autumnale est. BC. VOSS. antequam incipiant noctes crescere. BERN. I.

220. *Arctos*) Argumentum sumit, ab Aethiopia in Nilum aquarum affluentiam non venire, quia illic nives esse non permittit calidi [5]) aeris natura. BC. GUELF. Argumentum sumit, de Aethiopia non venire in Nilum vires, quia illic semper calidus aer sit, nec nives admittat, et [6]) quod de colore Aethiopum hominum comprobatur, semper eos calore solis torreri. VOSS. Nam in provincia calida, inquit, non sunt illi venti, qui nives solent crescere. [7]) BERN. I.

221. *testis*) Ordo: *testis est tibi color populi perusti sole.* BC.

222. *calidique*) testis est tibi ipse color. BC.

223. *Adde;* q. d. ad hoc probandum, quod *fides veterum* est *vana,* (quae est nivis dissolutionem causam esse exeundi Nilo) deservit *omne caput fluvii* etc. LA. *Adde*) aliud argumentum. BC. *caput*) origo. BC.

224. *Praecipitat*) inundare facit. LB. praeceps reddit. LC. *ingresso*) incipiente. LP. *tumescit*) quod Nilus non facit. BC.

225. *tabe*) solutione, madefactione. Apparet ergo, quod Nilus ab Aethiopicis pluviis vel nivibus solutis non crescat, quod non Martio mense, quo nives solvuntur, redundet. BC. *Nilus*) adeoque vere non crescit de nivibus, quae semper primo sole solvuntur. VOSS.

226. *Canis*) stellae. GUELF. i. e. quinta Id. August. BERN. I.

227. *Ante Phoebum,* i. ante diem, *parem nocti. Sub Libra,* i. sicut per libram aliquid aequaliter examina-

1) Bern. *Elonem;* sed cf. Fest. p. 235. Dacer.; Serv. ad Virg. Aen. I, 745. IV, 246. Ge. IV, 291.

2) Bern. *Telas;* cf. Serv. ad Ge. l. l. et ad Aen. I, 745.

3) Voss. et Guelf. pro his *nisi.*

4) Deest Voss.; Guelf. post *tum.*

5) Codd. *calidis venis.*

6) Voss. *ut.*

7) i. augere; cf. Adelung. Gloss. T. II. p. 779.

tur, ita et Libra, in qua tunc est sol, hoc modo indicat inter diem et noctem aequale spatium. LA. *Ante parem*) [1]) ante diem octavum Kalend. Octobris. BC. VOSS. aequinoctio autumnali. BERN. I.

228. *Inde etiam*, quia in media aestate, non *tumet* in hieme, quum alii fluvii excrescunt. LA.

229. *remoto*) ad australem plagam. BC. *hieme*. Aestate, [2]) inquit, quando sol ex australi parte transit in Septentrionem et longe est a Nilo, eo scil. tempore, quo omnis *unda caret officiis suis*, i. e. non, ut solet, increscit, temperat calidissimam regionem, ut ardor inundatione sedetur. BERN. I.

230. *Officiis caret* etc. Officium unum est, ut semper fluat, quod tunc non facit, cum congelata frigore iacet. LA. *Officiis*) tumore. LP. riparum cursu. LB. h. e. cum extra alveum egreditur, cursus [3]) sui officia dimittit. BC. VOSS. *iniquo*) ardenti. LB. nimio eius ardore. BC.

233. *adest*) metaphora ab advocatis, qui, cum adsunt, defendunt. BERN. I. *Leonis*) mense Iunio et Iulio. BERN. I.

234. *tumet*) Et est iustum Nili incrementum secundum Plinium [4]) XVI brachiorum; *infra sterilitatem*, supra alluvionem solet afferre. VC. *suam*) supra quam est. LP. sibi subiectam. LB. *Syenen*) Sol enim in eius medio est, positus in Cancro. BC. ut ait alibi: [5]) *Umbras nunquam flectente Syene*. VOSS. Hic enim sol semper in medio est. GUELF. VOSS.

237. *Extendat*) aestate enim umbrae ei intra corpus sunt, paullatim vero tenduntur in latus, cum iam tempus autumni est. VOSS.

239. *Zephyros*) quod, Zephyro retinente aquas, crescat. BC.

240. *adscripsit*) i. deputavit. GUELF. *stata*) certa. LB. constituta. LP. statuta; qui [6]) certo tempore flant. BC. VOSS. *flatus*) genitivus. BC. declinavit autem huius flatus. VOSS. Vel aliter, sed sententia est eadem, ut *flatus* nominativus; *flatus quorum* i. ventorum sunt *tempora* i. statuta. LAP.

241. *Longa*, non diutina, sed [7]) post longum tem-

1) Voss. addit *ante aequinoctium autumnale id est.*
2) Bern. *Aestatem inq. quoniam.*
3) Voss. *et vagatur c. s. d. c.*
4) H. N. V, 9.
5) II, 587.
6) Bc. *quae.*
7) *sed — reddita;* absunt a Voss.

pus reddita. Certo enim tempore vel incipiunt flare, vel desinunt. BC. GUELF. VOSS.

242. *quod*) scil. ideo adscripsit Zephyros aquis Nili. GUELF.

243. *fluvio*) Nilo scilicet. BERN. I.

244. *toties*) quoniam septem ora habet. BERN. I. *rumpentis*) facientis rumpere. LP.

245. *Assiduo*) flatu. LP. frequenter. BC. *assiduoque ferens — fluctu* i. e. venti. BERN. I. *fluctu*) maris. LB.

246. *cursus*) genitivus. GUELF. *obiice*) obiectione. LB.

247. *Aestuat*) i. redundat. GUELF. *spiramina*) cavernas. LB. Ennius hoc [1]) dicit de Nilo, quod per aestatem sol aquam ab inferioribus [2]) revocet, et hinc eo tempore crescat. GUELF. VOSS.

248. *putent*) sicuti et Lucretius Lib. V, [3]) qui ait: *Ut in mare de terris venit humor aquai, in terras itidem manare ex aequore salso, percolatur enim virus retroque remanat materies humoris et ad caput amnibus omnis confluit; inde super terras redit agmine dulci, qua via secta semel liquido pede detulit undas.* BERN. I.

250. *ab Arctoo*) a Septemtrione ad Austrum reducta. VOSS. *medium*) ad aestivum. GUELF. *axem*) i. plagam. GUELF.

253. *Per tacitum*) per occultas cavernas. [4]) GUELF. VOSS. *mundi*) pro terrae. BERN. I.

255. *Rumor ab Oceano* etc.; quia natura maris est, ut refusiones faciat, ita et Nilus de mari exiens eandem naturam observat. LA. *Rumor*) i. opinio est. GUELF. *alligat*) i. circumdat. GUELF. i. circuit. LC.

257. *sales*) ne in proscriptionem [5]) veniret, quod Oceani aqua salsa sit, Nili [6]) autem dulcis, dicit longitudine tractus et cursus saporem mutari. BC. VOSS. ne praescriptionem adferret dulcedo Nili. BERN. I.

259. *hunc*) Oceanum scilicet. BERN. I.

260. *digerat*) consumat. LB. LP. *digerit aer*) propter pabulum solis. BERN. I.

261. *noctes*) quod [7]) in die tollitur, reddunt. BC. *Nilo*) in Nilum. BC.

262. Ultima pars, in qua [8]) Achoreus ponit suam

1) Voss., qui haec vs. 252 ad v. *aquas* habet, *E. haec de N. ait quod.* De Ennii loco nihil constat.; adscribendus videtur Annal. Lib. XVIII.

2) Voss. *ab i. aq. supra rev.*, et in fine *temp. Nilus increscat.*

3) Imo Lib. VI, 634.

4) Voss. *p. c. latentes.*

5) Voss. *praescript. v. q. cum Oc.*

6) Voss. *dul. est N. d. l. sui sap. mitescere.*

7) Bc. *quia*, omisso *reddunt*; Guelf. *inde tolletur.*

8) Vc. *qua.*

opinionem; et est pulchra pars et satis clara. Et ponit Aristoteles [1]) in meteoris, quod aliqua flumina fuerunt constituta ab opifice rerum, semper servantia motum suum, quaedam vero quae vicissim emergunt et latent. VC. *litem*) contentionem de Nili origine. BC. Ast ego, inquit, o Caesar, existimo quasdam aquas post multa et sera saecula apertis venis *terrarum* erumpere sine dei cura, veluti cum fontes videmus in eo loco manare, ubi non fuerunt; quasdam autem in ipsa mundi compage, hoc est cum [2]) a deo compingeretur, reor coepisse. Quas ipse creator naturae cohibet et remittit, sicut in Nilum et in Oceanum, et in alia, in quibus reciproci aestus sunt. BERN. I.

263. *quasdam*) Hoc dicit: post [3]) diluvium aquas aliquas erumpere passim coepisse, aliquas cum ipso orbe natas; unde fit, ut Nilus augeatur ex illis, quae passim erumpunt. GUELF. VOSS. *post*) post diluvium. BC. *sera*) ultima. LB.

265. *compage*) constructione mundi. BC.

266. *toto*) cum summa omnium rerum. VOSS. cum universi [4]) orbis semine. BC. VOSS. cum rerum distinctione, cum aquae ab aquis separatae sunt. BC.

267. *coercet*) refrenat. BC.

269. *Et*) etiam. LB.

270. *conferre*) relinquere. LB. *futuris*) aetatibus; vel posteris suis. BC.

274. *lectos*) pro electos. GUELF.

275. *tenuit*) retinuit, prohibuit. BC. *cadentem*) i. labentem, non surgentem. BP.

276. *Venit ad occasus* etc. Cum esset rex orientalis tantae potentiae, quod currus eius trahebatur a regibus, facilius totum Occidentem pervagatur, et usque ad extrema Orientis pervenit, quam de Oriente, unde erat ad Nilum pertingere, potuit. LA. *Sesostris*) rex Aegypti. BC. dominatus est multis regibus. BC. GUELF.

277. *cervicibus*) impensis magnis. VC. *egit*) duxit. LB. imposuit. GUELF.

279. *fonte*) unde oritur. BC. *bibit*) biberet. GUELF. *vesanus*) quia quaesivit. LP. Ordo est: *pervenit ad populos longi aevi*, i. in [5]) Orientem, ubi homines diu vivunt. BC.

1) I, 14. Vc. *AR. in methaura*; recte coniecit Schneider.

2) Addidi *cum*; Bern. post *comvingerentur*.

3) Guelf. *propter*; Voss. *aliq. aq. pa. er.*

4) Bc. *diversi*; Guelf. *universo*

5) Eadem Voss.

280. *Cambyses*) rex Persarum, Cyri [1]) filius, qui motae mentis fuit; [2]) unde *vesanus* dicitur. Bc. Voss. *populos*) nunquam moriuntur; simile est in Angliae una [3]) insula. Vc.

281. *Defectusque epulis;* cum in deserta loca usque adeo processisset, quod nihil ciborum invenire potuit. La.

282. *non fabula*) ut vel fabulose aliquam opinionem de fonte Nili comprobaret. Bc. ut, ubi esset origo Nili, vel falsa fabula non quaereret. Voss.

284. *nulli*) nam cum ignoratur fons eius, apud quos sit fluvius, paene nullius est is. Voss.

285. *suo*) apud se orto. Lb. ut iactet se habere fontem Nili. Voss. *Tua flumina* etc.; quaedam loca, ubi fluis; nunc, ubi oriris. La. *flumina*) cursum. Lb.

286. *Qua*) i. per quae loca. Bc. i. in quantum. Lp. *deus*) Mercurius. Vc.

287. *medio*) sc. meridiano. Bc.

288. *attollere*) excrescere tempore Cancri. Bc.

289. *Is rectus in Boream* et *Bootem*, quantum ad hoc videtur illis, qui sunt apud Meroen, et aliis, qui remoti [4]) sunt, nescientes quod in Aegypto cadat in mare. La. *Borean*) in Septemtrionem vadis. Bc.

290. *cursus*) tuos, o Nile. Guelf. *occasus*) in Occidentem. Guelf. *rectus*) ortu tantum. Lb. *flexus*) per flexum. Bc. *ortus*) in Orientem. Guelf.

293. *feris*) percutis. Bc. Lc. *alieno*) miti, quia in ortu rapidus es. Guelf. i. aliunde veniente. Bp.

294. *nescit*) sc. in qua terra nascaris. Guelf. *debeat*) cui terrae adtribuat fontem tuum. Voss.

297. *Amovit*) abscondit. Lb.

298. *consurgere*) excrescere. Bc. inundare. Lb.

299. *solstitiis*) octavo Kal. Iul. [5]) Bc. Voss. *aliena*) alieni temporis. Lb. tibi; [6]) tum scilicet crescere, cum bruma non est. Bc. Voss. *crescere*) discurrere bruma, i. tum videlicet Nilus consurgit, cum bruma aliena est. Bc.

300. *perferre*) ius tibi est; i. non aestuare, o Nile. Bc. *vagari*) i. discurrere. Guelf.

301. *polos*) Austri et Septemtrionis. Bc. i. austra-

1) Bc. Guelf. *Ceri.*

2) Guelf. *extitit;* Voss. *f. m. ergo v.*

3) Schneiderus coniecit *unana;* nescio cur.

4) La. *remotis.*

5) Voss *VIII. K. I. diem dicit.*

6) deest Voss. et Guelf.; ille *tunc;* hic *crescit dum.*

lem et septemtrionalem. GUELF. LB. *ortus*) ortus [1]) in Austro, occasus in Septemtrione. VOSS.

302. *finis*) occasus. BC. *rupto*) diviso. BC. sparso. LB.

304. *Laeta*) fertilis virgultis. BC. fecunda. LB. [2])

305. *umbra*) quia [3]) tunc est sol super eam, umbram habere non potest. BC. VOSS.

306. *Linea tam rectum;* i. si ab illa parte mundi, in qua est Meroe, linea sursum recte egrederetur, Leonem supra tangeret. LA. *Linea*) zona; [4]) i. plaga. BC. *fert*) super se. LB. *leonem*) i. signum [5]) Leonis, sub quo Meroe constituta est. BC. VOSS.

307. *Inde*) i. per meridiana climata curris. BC. *plagas*) australes partes. BC.

308. *steriles*) sc. in Aethiopia. GUELF. *arenas*) Ordo: *proveheris plagas Phoebi*. BC.

309. *Nunc*) aliquando. BC. *collectus*) figurate locutus. BC.

310. *spargens*) extendens. LB. *facilem*) arenosam. LB.

311. *Rursus*) vicissim. LB. *piger*) tardus, quia nimium [6]) est profundus. BC.

312. *Qua dirimunt.* Ordo: ubi *claustra regni*, i. Aegyptiorum, scilicet *Philae*, civitas illa, *dirimat Aegyptia rura* a *populis Arabum*. LA. Sensus hic est: separat ab Arabum populis Aegyptum Philae, quae sunt claustra regni dicta. LB.

313. *Philae* urbs prima Aegypti, [7]) Aethiopiae contermina, apud quam diu tractis [8]) bellis Aethiopes et Aegyptii arma posuerunt in amicitiam revertentes. Inde [9]) civitas *ἀπὸ τῆς φιλίας* nomen accepit. BC. VOSS. *secantem*) vagantem. GUELF.

314. Ordo: *agit* [10]) *te mollis lapsus* in ea parte, *qua dirimit nostrum* a *rubro ponto;* quae res *dirimit commercia*, scilicet commutationes vel *contermina* secundum [11]) quosdam codices. LA. *Qua*) per quae loca. BC. *com-*

1) Guelf. *in A.;* et ad v. *illic: in Sept.*

2) Schol. Lap. (non La.) vide T. II. p. 542.

3) Voss. *Ibi enim semper sup. e. s. e. unde u. h. n. posset;* Guelf., *tunc* omisso, *sol s. e. est.*

4) Guelf. *zonalis.*

5) Voss. *signa — est const.;* Guelf. *in quo;* Bc., omissis *i. s. leon.*, haec cum scholio vs. 305 coniungit.

6) Bc. *non;* Guelf. *profusus.*

7) Bc. *et* addidit, omisso *conterm.*

8) Bc. *tractatis.*

9) Voss. *Unde;* post add. *hoc nom.*

10) La. *regit.*

11) Ita pro *f.* scripsi.

mercia) confinia. LC. *pontum*) cum ad nos venis, tunc noster est. BC. [1])

315. *Mollis*) lentus [2]) vel tardus cursus. BC. *agit*) ducit. LB. *lene*) leniter. BC.

316. *violenti*) magni. BC.

318. *Cataractae* sunt confracturae viarum, [3]) quas fecit aqua. LAP. LC. oppositiones. BC. fossae vel foramina stricta. LP. i. coeli fenestrae. [4]) LB.

320. *lacessis*) provocas. BC.

321. *tremunt*) i. aquae tremunt; alii *premunt*. BC. legitur et *tremunt*. VOSS.

322. *Spumeus invitis*. Dat sensum rei inanimatae, quasi Nilus mallet molliter fluere. LA. *canescit*) vel albescit. BC. propter distantes [5]) cautes. BC.

323. *Abaton*) Circa Syenem, extremam Aegypti partem, est locus, quem Philas h. e. amicas vocant, ideo quod illic est placata ab Aegyptiis Isis, quibus irascebatur, quod membra mariti Osiris non inveniebat, quem frater Typhon occiderat. Quae inventa postea cum sepelire vellet, elegit difficillima palude tutissimum locum, ultra quem Abatos est insula inhabitabilis. [6]) LB. petra abaton vocatur. VC.

326. *novi*) i. magni. BC. *tumoris*) incrementi. LB.

327. *Hinc*) post haec loca. LB.

330. *apertaque*) plana. [7]) BC.

332. *velut*) Bene *velut in tuta* dixit; non enim revera tuta erat, quia Caesari Pothinus insidiabatur. BC. *trahebant*) dicebant. BC.

334. *mens*) in occisione Pompeii. BC. *sacra*) i. exsecrabili, detestabili. VOSS. exsecranda, ut Virgilius: [8]) *Auri sacra fames*. Pompeii autem dicit interitum. BC.

335. *Magno*) i. Pompeio. GUELF.

336. *nefas*) nisi faciat aliud. VC. *Habitant sub pectore manes*, i. anima Pompeii, quae inspirabat Pothino amorem caedis ad hoc, ut a Caesare in ultionem Pompeii interficeretur. LA. *sub pectore*) in cogitatione. BC. *manes*) umbrae Pompeii. VOSS. I. vel Furiae, vel Pompeii manes. LP.

337. *umbrae*) victoris Caesaris. BC.

1) Schol. Lb. vide T. II. p. 612.
2) Bc. *lentos*; Guelf. *curres*.
3) Lc. *maris*.
4) Eadem ap. Papiam.
5) Guelf. *inst.*; an *exstantes*?
6) Eadem leguntur ap. Serv. ad Virg. Aen. VI, 154; sed in fine nonnulla aliter se habent.
7) Bc. *plena*.
8) Aen. III, 37, ubi cf. Serv. Vv. *Pomp.* etc. in Voss. quoque leguntur.

338. *Dignatur*) dignas aestimat et cogitat videlicet esse Pothinus. VOSS. dignas iudicat, ut Virgilius: [1]) *Haud equidem tali me dignor honore.* BC. Sensus hic [2]) est: Pothinus etiam Caesaris sanguine dignas putat [3]) dextras suorum, cuius sanguine victos senatores Fortuna [4]) parabat perfundere; nam postea in senatu Caesar est occisus. BC. VOSS. *Pharios*) al. faciles, i. viles. BC. *viles*) i. faciles. GUELF.

339. *victos*) ut in senatu interficiatur. BC. *patres*) senatores. BC.

340. *Poenaque*) mors Caesaris. BC. *vindicta*) quae est vindicta senatus, victi scilicet a Caesare. BC.

341. *Paene*) prope promissa est. BC. *famulo*) i. Pothino. GUELF.

342. *crimen*) ut servus vindicet Pompeium et senatum. VOSS.

343. Mors Caesaris, quae nunc dicitur *poena Romani tyranni* et *vindicta senatus*, paene debuit dici mutato nomine *Pharium scelus*. Per haec [5]) duo membra *in scelus it Pharium exemplumque perit* exponuntur tres versus superiores. LB. *In scelus*) Hoc dicit: adscribetur [6]) sceleri Aegyptiorum, quod Romanus tyrannus occisus sit a Pothino. BC. VOSS. *scelus*) sicut ipsi videbatur. GUELF. *poena*) mors scil. Caesaris, poena tyranni. VOSS.

344. *Exemplumque perit* etc. *Exemplum*, quod futuri Romanorum reges de morte eius accepturi erant, ne ipsi similiter rempublicam opprimerent, illud penitus periret, si ab aliis, quam ab ultoribus patriae interfectus esset. Vel alio modo: *perit exemplum*, ut nullus a Bruto et Cassio acciperet exemplum interficiendi patriae infestatoris. [7]) LA. *Exemplumque*) h. [8]) e. extinguetur et amittetur exemplum sumendi poenam de tyrannis, si [9]) a nobis non fuerit occisus, qui dignus est morte. BC. LD. LB. VOSS. Aliter:

1) Aen. I, 335.
2) Deest Guelf.
3) Voss. *de. su. censet.*
4) Voss. *par. for.*, et in fine *est C.*; Guelf. *oc. est.*
5) Lb. *hoc.*
6) Guelf. *adscribunt*; Voss. *dixit adscribatur s. A. cum — sit*, reliquis omissis.
7) Finitur h. l. Scholiastes La.
8) Voss., qui haec cum schol. 343 coniungit, *si a Pothino Caesar exstinguitur* (ut Guelf.) *et s. p. a* (cum Ld.) *t. am. ex.* Lb. desunt *ext. et*, Ld. *et amit.*; Guelf. *amittitur.*
9) Voss. *si non a nob. f. interemtus, q. meretur occidi*; Guelf. *a vob.* (deest Lb.) *Romanis* cum Lb. Ld.; *Caesar occ.* Ld.; *occ. Caesar* Lb., omissis *qui* etc.

opus prioris Bruti non sequetur opus secundi Bruti simile. LB.

345. *committere*) credere. BC.

346. *Invictum*) argumentum ab impossibili. BC. *detecto*) i. manifesto. BC. aperto. LB. *lacessit*) irritat. BC.

347. *animi*) audaciae. BC. *dabant*) praebebant. BC.[1])

348. *iungi*) si ille caput feriret Caesaris. GUELF.

351. *praefecerat*) praeposuerat. BC.

352. *ferrum*) potestatem feriendi quem vellet. VOSS.

353. *mollibus*) Verba Pothini ad Achillam. BC. VOSS.

354. *incumbe*) pro incumbis. BC. ironice. LB. *pingues*) densos, vel[2]) qui pingues efficiunt. BC. quibus pinguescis. LB. somnus impinguat. VC.

355. *prodita*) occulte. LB. promissa. BC. pro porro data. GUELF. *(al. m.)*

356. *cessas*) εἰρωνικῶς; tu solus non festinas ad nuptias Cleopatrae, o Achilla. BC.

357. *thalamos*) nuptias. BC.

358. *maritos*) Ptolemaeum et Caesarem. BC.

359. *Aegypton*) pro Ptolemaeum. BC. *Romam*) pro Caesarem. BC.

360. *senem*) i. Caesarem. BC. Caesarem ad comparationem Ptolemaei pueri. VOSS. *venenis*) i. pulchritudine sua. VOSS. amoribus. Dicens senem αὐξησιν fecit; plus est enim vincere senem amore, quam iuvenem. BC.

361. *Crede*) pro credis. GUELF. *puerum*) expugnat.[3]) GUELF. Argumentum a maiori; si enim senex vinci potuit, quanto facilius puer seducetur.[4]) BC. cum senem expugnatum esse cognoscas. VOSS. *iunxerit*) cum Cleopatra. GUELF.

362. *incesto*) puerili. LB.

363. *titulo*) sub specie. LC. memoria vel signo, ut amorem, quem Caesari praestat, fratri[5]) deferre videatur. BC. *amorem*) quem incesto pectore[6]) sorori deferre videatur, quia frater eius est. VOSS.

366. *fuerit*) videbitur. LP. *undique*) nec ab hospite,

1) Schol. Lap. (non La.) vide T. II. p. 633.

2) Guelf., *vel* omisso, *quia p. faciunt.*

3) Guelf. *expug̃.*

4) Bc. *seduceretur.*

5) Bc. *soceri deferri*, quae correxi.

6) Addidi *pectore.*

nec a rege. LB. *restat*) nihil [1]) remanet, quia pleniter ex omni parte habet auxilia. BC.

368. *sontes*) rei. BC.

369. *Cleopatra*) Apud Cleopatram [2]) nocentissimus existimatur, quisquis eius amplexibus non est mixtus. BC.

370. *A quo*) viro, cui non fuit coniuncta Cleopatra. BC. *casta*) innocens. BC. *una*) pariter. BC.

371. *Perdidimusque*) nil prodest. LP. quia Caesar ingratus est nobis. LB. nemo [3]) enim probat, quod Pompeius occisus est. BC. VOSS. *ictum*) coniunctum. GUELF.

372. *ades*) pro adsis. GUELF. *subito*) Male successisset Caesari, nisi fuisset fortuna sua invicta. Habebat enim iste Achillas xx millia militum, quorum maxima pars erat ex militibus Gabinii mortui in Oriente. Caesar autem habebat milites III mille; et fuerant II legiones, sed erant valde diminutae. VC.

375. *viro*) sive cum Ptolemaeo, sive cum Caesare. BC. VOSS. *ausis*) i. ab ausis, a conatibus nostris. BC. GUELF.

376. *sustulit*) exultavit. BC. i. mutavit. GUELF.

377. *communis*) et [4]) quos ille vicit, nos occidimus. BC. LP. VOSS. scil. si nos occidemus Caesarem. GUELF.

378. *litus*) argumentum a praesentibus. BC.

379. *Spem*) audaciam. LP. quia, sicut Pompeium occidimus, ita speramus Iulium interficere. VOSS.

380. *Quid*) i. in ipso litore cognoscas, quid liceat nobis. BC. i. dum in litore videris Pompeii tumulum, potes [5]) credere, quod liceat nobis etiam Caesarem mactare. BC.

382. *clari*) nobiles. Ipse sibi opponit, quod sunt [6]) ignobiles, et hoc purgat *ad scelus*. BC. VOSS.

383. *Quid*) parenthesis. BC. *refert*) distat. LB. scil. quod non sumus *clari*, ideo tanto audaciores. LC. *nec opes*) i. e. si non divites et potentes sumus per nobilitatem, sumus per scelus. LB.

384. *scelus*) ad hoc scelus peragendum. [7]) GUELF.

1) *Nih.* deest Guelf., qui post *omni a p.*; Bc. *qui.*

2) Guelf. *Cl. enim n. aestimatur*, et in fine *iunctus.*

3) Voss. *quia n. pr. — est, si modo tardamus in Caesarem ire.*

4) *et* quos desunt Lp.; Voss. *nam nos occ. quem Caesar vic.*

5) Guelf. *potest.*

6) Voss. *ign. sint*; et in fine *scel. ingentis fati i. e. nobiles*, quod ab initio in solo Bc.

7) Idem Bc.

387. *haustus*) apertus. Bc. ut Virgilius: [1]) *Latus haurit apertum.* Voss.

388. *Hoc*) si occidamus Caesarem. Bc. *nocentes*) Alii *nocenti* i. culpabili, noxio. Bc.

389. *nomina*) famam et exercitum eius. Voss. *viresque*) militum multitudines. Bc.

390. *quibus*) scil. viribus. Guelf.

391. *Miles*) i. non imperator. Bc. *peraget*) finiet. Bc.

392. *populis*) quos occidit Caesar. Guelf.

393. *mundo*) vel fieri in mundo, vel victurum mundo. Lp.

394. *iuventus*) si [2]) occidimus, proderit Ptolemaeo. Bc. Voss.

395. *regi*) scil. Ptolemaeo, ut [3]) interimatur Caesar. Guelf. *sibi*) ad vindictam. Lb. subintelligitur et Romana iuventus praestet hoc sibi, quia, si Romana iuventus occiderit Caesarem, illi proderit. Bc.

396. *Plenum*) Caesarem. Guelf.

398. *segnis*) tardus, securus, piger. Bc.

401. *temere*) sine consilio. Lb. *saevi*) crudelis. Bc.

403. *Latiae*) Gabinii scilicet milites. Voss.

405. *irent*) Latii milites. Guelf.

406. *Pharío*) Alexandrino. Bc.

408. *merces*) hoc [4]) sibi licere credebat, ubi erat lucrum constitutum. Bc. Voss.

409. *merent*) pecunia [5]) militant. Bc. Voss. ut ipse alibi: [6]) *Scaeva viro nomen castrorum in plebe merebat.* Voss. *ire*) verbum est. Etiam ipsi illi [7]) Romani, qui erant in Aegypto, tuti et remoti a Thessalia et a civilibus bellis sic inter se saeviebant, quasi in Pharsalia laborarent. Bc. et illi, qui erant in Aegypto constituti, et a bellis civilibus separati, Romano more saeviebant. Voss.

410. *sibi*) scil. sed pretio. Guelf. *civilia*) in litore Nili. Bc.

411. *nostri*) Romani. Guelf.

412. *subducta*) remota. Guelf.

413. *te*) Si [8]) te Aegyptii hospitio recepissent, [9])

1) Aen. X, 314.

2) Voss. *Voss. si nos occ. — prod.; si Romani, sibi.*

3) Guelf. *uter.*

4) Voss. *id est ibi s. l. c. u. e. l. aliquod c.*

5) *pec.* deest Voss.

6) VI, 144.

7) Bc. *ire.*

8) Voss. addid. *si inquit te;* Bc. *recepto* post *Aegypt.*

9) Voss. *excep. nihil.*

nil plus auderent, quam nunc audent, i. ut Caesarem interficere [1]) velint. BC. GUELF. VOSS.

415. *quod debet*) ut ex utraque parte Romani cadant; ut [2]) civili sanguine polluatur. BC. *vacare*) a proelio. GUELF.

416. *corpus*) singularis pro plurali. LB.

417. *favorem*) laudem. BC.

418. *Discedunt*) disiunguntur, vel a se separantur. BC.

419. *Romani*) Romanorum. LB. [3])

421. *maturus*) citus. BC. *uterque*) populus et Aegyptius et Latialis. BC.

Suetonius, sive quisquis vitam Lucani composuit, apertis verbis, quae Barth. Adv. III, 6. p. 117 sine causa deleri vult, id factum esse declarat; nam *poemata eius*, inquit, *praelegi memini* id est legi atque explanari; *praelectio* enim, teste Quinctiliano Inst. Or. II, 5, 4. non modo *in hoc adhibetur, ut facile atque distincte pueri scripta oculis sequantur*, sed etiam — *vim cuiusque verbi, si quod minus usitatum incidat, docet.* Ac si quis de antiquis Lucani interpretibus dubitet, rem evincit locus Hieronymi contra Rufinum (Tom. II. p. 471. Ed. Vallars.; T. III. p. 92. Ed. Bas.): *Num diversae interpretationis et contrariorum inter se sensuum tenebitur reus, qui in uno opere, quod edisserit, expositiones posuerit plurimorum? Puto quod puer legeris Aspri in Virgilium et Sallustium commentarios, Vulcatii in orationes Ciceronis, Victorini in dialogos eius et in Terentii comoedias praeceptoris mei Donati, aeque in Virgilium, et aliorum in alios Plautum videlicet, Lucretium, Flaccum, Persium atque Lucanum. Argue interpretes eorum, quare non unam explanationem sequuti sint et in eadem re quid vel sibi vel aliis videatur enumerent.* Inde vero colligere licet, non modo qualis fuerit ratio commentariorum in Lucanum, sed etiam quo tempore conscripti esse possint. Prius quod attinet ex Hieronymi verbis apparet [iu Lucani commentario, quemadmodum apud Donatum aliosque, varias explanationes, si non plurium, certe duorum interpretum exstitisse, quorum alter alterius interpretationes vel commemoraverit, vel adeo refutarit. Quare parum a vero aberrare mihi videor, glossam antiquam Lucani statuens, qua usus commentator quidam aetate Hieronymi novum commentarium conscripsit. Glossae enim sive explicationes verborum difficilium minusve usitatorum iam inde ab eo tempore apud Romanos in usu erant, quo explicandi studium excitatum fuerat, ita ut glossas primam interpretandi rationem fuisse dicas. Hinc apud Varronem (L. L. VII (VI), 88 (71). Ed. Speng.) *glossematum interpretes*, apud Festum (p. 265, 11.) *glossematorum scriptores*, (p. 301, 18.) *Atei philologi glossematorum liber*, et apud Charisium (Inst. Gr. II. p. 204.) *glossae antiquitatum glossaeque veterum* (p. 216.) commemorantur. Quarum quae fuerit ratio partim ex Diomede (II. p. 411.): *Enarratio est obscurorum sensuum quaestionumque explanatio vel exquisitio, per quam uniuscuiusque rei qualitatem poeticis glossulis exsolvimus;* partim ex reliquiis, quae nobis in Charisii aliorumque grammaticorum scriptis atque in glossariis Virgilii, Terentii aliorumque supersunt, optime cognosci potest. Unde elucet non semper singulis verbis singula explanata esse, sed cuiusque verbi vim

et structuram compluribus verbis expositam fuisse, ita tamen ut res non in iustum amplumque commentarium exspatiaretur; cf. Du Cange Praef. ad Glossar. §. 36. Eiusdem generis antiqua glossa Lucani fuisse videtur, quae parum difficultatis in rebus deprehendens singula tantum verba eorumque structuram tractabat et fortasse non multum post poetae obitum fuit scripta. Id quod F. A. Wolfius quoque suspicatus monuit in Anal. liter. I. p. 203: Haben wir doch sogar Scholiasten, die noch jetzo nicht fertig sind, und gleichwohl schon übervollständig, wie der über den Lucan ist, dessen erste Anlage dennoch erweislich bis in's dritte Jahrhundert zurückgeht.' Accedit quod eiusdem glossae vestigia adhuc superesse videntur in iis locis, ubi laudantur, quae aetatem Lucano proximam attingunt, e. g. Seneca auctor septem priorum Pharsaliae versuum (I, 1.), Neronis carmina (III, 261.) et alia, vel per se in Codicibus posita, vel cum commentariis aliorum in unum coniuncta, quae tamen disiungere atque pro laciniis antiquissimis vendere nolim. Neque vero Oudendorpii rationem, glossas fere omnes negligentis, probaverim, cum in iis multa ad recte intelligendum poetam constituendaque eius verba insint.

Hac ex glossa, quae fortasse I, 570. commemoratur, quaque anonymus ille Hieronymo laudatus *commentator* fortasse usus erat, et ex huius interpretamentis saeculo *sexto*, *ni* fallor, ineunte grammaticus quidam, exemplum Servii aliorumque secutus, novum conscripsit commentarium, quem integrum in XII Lucani Codicibus et ex parte in aliis scriptum habemus. Eius compilatorem augaror fuisse *Vaccam* quendam, qui quidem ab alio Scholiasta, de quo mox videbimus, ad II, 322. (quibuscum cf. Bc. et Voss. ad vs. 320.) et ad III, 56, ubi tamen Vaccae verba exciderunt, *expositor Lucani* appellatur. Idem *Vacca* scriptor vitae Lucani ab Ugyeno quodam, qui a. d. V. Id. April. anni MCCIX quinque priores Pharsaliae libros in Codice Monacensi Nr. 349 scripsit, his verbis ab initio scholiorum commemoratur: *Titulus istius libri talis est: Marci Agnei Lucani Cordubensis liber primus incipit. Marci et ad differentiam ponitur Agneus* (quod confudit homo cum *ἀνθηδών*) *graece*, *apis latine*, *quia*, *ut dicit Vacca*, *eo nato super caput eius examen apum consedit etc.*; et ab Ioanne Aegidio Zamorensi, homine saeculi tertii decimi, qui teste Nic. Antonio (Bibl. Vet. Hisp. I, 10, 182. Tom. I. p. 52.) in MS. haec reliquit: *Dictus est Agnaeus ab eventu. Agneos graece*, *apis latine. Refert namque Vaca* (ita) *commentator*, *quod*, *cum natus esset Lucanus*, *super eius verticem examen apum consedit*, *unde ab apibus cognominatus est Agnaeus.* Quibus notantur illa

in vita *ex commentario antiquissimo* (primum cum Omniboni commentariis Venet. 1475. edito): *cunas infantis, quibus ferebatur, apes circumvolarunt;* ubi notes velim ea ex *commentario* antiquissimo hausta esse. Et sane accuratius rem consideranti apparet vitam eam, quae poetae laudes de industria agit, aliter atque illa ex dimidiato Codice vel quae Suetonio tribuitur, optime scholia explanatoris praecedere potuisse, ut revera in Cod. WA et MOD factum videmus.

Is vero *Vacca*, ut dixi, saeculo sexto ineunte vixisse videtur. Constat enim tunc grammatices studium non plane neglectum iacuisse, imo per singulos Theotistum (Priscian. XVIII, 5, 54.), Fulgentium Planciadem, Priscianum, Eutychem, Cassiodorum aliosque propagatum esse, atque interpretes veterum et poetarum et scriptorum exstitisse, postea autem ad saeculum XIII usque raro gentilium scripta, neque unquam poetam, si unum Terentium eiusque interpretem Eugraphium a. 998 excipis, commentariis explanatum esse. Quae vero me commovent, ut saeculi sexti initio Scholiastam nostrum sua ex variis scriptoribus collegisse atque auxisse contenderim, haec sunt. Inter multos, qui commemorantur in scholiis, laudatur Marcianus Capella (cf. VII, 816.), qui a. CDLXI floruisse fertur, et Boetius (cf. I, 641. IV, 191.), qui a. DXXIV diem obiit supremum. Porro Isidorus Hispalensis, qui a. DCXXXVI mortuus esse fertur, ex nostris scholiis sua mutuatus esse videtur, neque Scholiasta, quod Oudendorpio passim e. g. ad I, 1. placuit, ex Isidoro. Isidorus enim, ut patet, non omnia de suo prodidit, sed multa Servio, Donato aliisque veterum interpretibus licet ab eo non laudatis debet (quod non modo alii notarunt, cf. Scaligerian. p. 65. et Voss. de nat. art. II, 5, sed ipse indicavit in principio Etymol. et de differ. his: *ex auctorum libris deprompsi*), ita ut mirum videri non possit, si qua ex nostro quoque Scholiasta hausta esse apparent; imo si locos, in quibus uterque consentit, inter se comparamus, res non amplius in medio relinquitur. Ut enim locos praeteream, in quibus plane alia in nostris scholiis atque apud Isidorum leguntur (cf. V, 553. cum Etymol. XII, 7, 21; V, 714. cum XII, 7, 14; VI, 490. cum XII, 4, 10; IX, 712. cum XII, 4, 26. etc.), Isidorus, ubi eadem praebet, mox breviora habet nostris (cf. III, 220. cum Etymol. I, 3.), mox auctiora (cf. I, 363. cum XII, 3; II, 51. cum IX, 2, 98; IX, 721. cum XII, 427.), ita tamen ut fere semper excerptorum notam prae se ferant. Porro si ab aliis, id quod Oudendorpius opinatur, Lucani scholia aevo, quod dicunt, medio ex etymologiis Isidori ditata essent, quaeri potest cur non alia, quae ad Lucanum spectant, ex iis transcripta sint;

cf. Etym. III, 70. ad Lucan. IV, 58; IX, 3, 50. ad I, 296; X v. *metator* ad I, 382. Denique Vaccam commentatorem inter Hispanos innotuisse supra ex Aegidii Zamorensis verbis cognovimus. Quae omnia me impellunt, ut, quae apud Isidorum et Scholiastam nostrum consentiunt, genuina esse et ex prisco fortasse commentario, apud Hieronymum laudato, transscripta esse contenderim. Tum compluria vel similiter explanata, vel iisdem verbis repetita leguntur apud Papiam, qui homo saec. XI ex scholiis Lucani nonnulla hausisse ipse in prooemio Vocabularii profitetur, apud Hugutionem, qui glossarium saec. XII scripsit, et inde apud Ioannem Ianuensem compilatorem saec. XIII. Deinde res, quas tractat Noster, cognitionem rerum, notitiam locorum, mythologiae et historiae, tractandique rationem, quae a scholastica et perversa doctrina posteriorum recedit, saeculo sexto dignam esse quivis concedet, qui tempora, quae tunc erant, labemque ingruentem recte diiudicabit. Ita, ut unum tangam, a Nostro variae scripturae laudantur atque perpenduntur (cf. IV, 459; VII, 143.), qualem crisin saeculo quinto sextove (cf. Heyn. ad Virgil. T. I. p. CXXXIV, et Fabric. Bibl. Lat. Tom. I. p. 36.) in exarandis libris adhibitam, postea vero ad saeculum XIII usque neglectam fuisse, notum est. Denique sermo Scholiastae, si non elegans neque emendata, certe eiusmodi est, ut barbariem illam horrendam aevi *medii* antecellat.

Iam si quaeritur, quomodo factum sit, ut commentariorum in Lucanum nusquam apud alios scriptores fiat mentio, haud difficile est rem explanare, cum scholia nostra magis ad verba Lucani, quam ad linguam universam pertinere consideramus. Ex eadem causa nomen quoque Vaccae non prius commemoratum putaverim, neque commentariis in Pharsaliam praefixum, cum initium eorum, vita illa Lucani, casu aliave causa intercidisset, eiusque loco alia, vulgo Suetoniana, adposita fuisset.

Quodsi iudicium de Scholiasta ferendum, id mea sententia de iis tantum recte fiet, quae in antiquissimis et plerisque Codicibus simul leguntur (IX, 443.), in rebus verbisque antiquitatem prae se ferunt (VI, 430. 472.), et saepius a scriptoribus aevi medii laudantur, ut I, 1. 7. 575; II, 173; III, 215; V, 614. 650. 651; IX, 443; X, 3. 90; reliqua enim, licet fortasse genuina, tamen subdita esse, neque in censum venire possunt. Minus doctus sane Noster Virgilii interpretibus, quippe qui illo antiquiores multa ex antiquissimis doctissimisque explanatoribus Melisso, Probo, Scauro et ceteris in sua derivassent, dum Noster unam illam, ut videtur, glossam et commentatorem Hieronymo commemoratum

ante oculos habebat. Nihilominus admodum eruditus laudat non modo poetas satis notos Horatium, Iuvenalem, Statium, Virgilium, sed etiam fragmenta praebet minus vel nondum cognita Ciceronis, Naevii, Neronis, Sallustii (cf. Ruhnken. ad Vellei. Pat. II, 22.) aliorumque; praeterea peritum se exhibet rei grammaticae, rhetoricae, historicae, mythologicae atque geographicae, quamquam interdum (cf. II, 46.) errores commisit, quos vel ipsi, vel aliis tribuas, ex quibus more aetatis suae eruditionem sibi comparabat. Porro Scholiasta noster, qui linguae graecae satis gnarus fuisse videtur (cf. I, 229. III, 272.), varias praebet scripturas, quas simul diiudicans (VII, 143.) vel ex alio Codice hausit, vel solus habet, ita ut Lucani manus ex eo restitui possit; cf. VIII, 781. Omnino autem explicandi eius ratio (cf. supra Tom. II. p. 439.) recta, interdum elegans (cf. VII, 115.), apta atque erudita sensum potissimum verbaque Lucani spectat, ita ut singula, quae minus bene explanata apparent, toleranda temporisque ingenio, quo vixit, adscribenda videantur, alia aliis debeantur. Tenendum enim nostro quoque Scholiastae multa esse adsuta atque adspersa, quae partim ex Servio (cf. VI, 363. 368.), qui ipse I, 313. laudatur, partim ex Isidoro (I, 379.) aliisque Grammaticis, vel ex proprio penu (cf. VIII, 385. 792.) desumta sunt. Quae inter potissimum refero complures variorum explicationes vel in unum coniunctas, vel iuxta se positas, ita ut diversi scholiorum auctores, quod iam ab Oudendorpio ad IV, 584. notatum est, appareant; a quibus tamen distinguenda, quae Scholiasta ipse pro varia explicatione attulit, ut IX, 430. Iam spuria secernere, manca supplere et verba restituere si quis velit, per me licet; ego id infiniti laboris, neque extra arbitrium positi esse ratus, satius duxi quae in uno Codice Berolinensi tertio (BC) leguntur, integra edere, quae ab alia manu scripta erant notare, et diversitatem scripturae indicare, interpositis coniecturis, ubi opus erat, additisque iis, quae ab Oudendorpio aliisque ad Scholiastam scripta leguntur. Qua in re, ut Oudendorpii editione supersedere possis, quae delectum tantum habet scholiorum (cf. Praefat. †† 2. pag. recta) glossisque caret, diligentior quam negligentior esse malui. Omnia enim in Cod. Berolinensi exarata, praeter pauca eademque ineptissima, ab alio adtexta, exhibui et scholia et glossas, addidique in notulis quae vel explicando necessaria erant, vel in aliis scholiastis, glossographis, grammaticisve, a me hanc ob rem in indices novos diligenter collectis, eodem modo exposita leguntur.

Fundamenti autem loco in recte constituendis Scholiastae veteris verbis servire possunt duo potissimum Codices Ber-

nensis secundus et Wallersteinensis, ita ut reliqui alia addidisse, alia omisisse videantur.

BERNENSIS secundus enim (BERN. II), qui teste Sinnero in Catal. Codd. MSS. bibl. Bernens. p. 511. sub rubro 370. servatur, Cod. membran. forma quadrata, ex bibliotheca olim Ecclesiae S. Mariae Argentinensis, postea Bongarsii, continet Scholiastas duos, ab eadem manu saeculo X aliunde transscriptos, mendis tamen plurimis conspurcatos, quorum posterior, de quo nunc loquimur, quatuor priores tantum libros nonumque inde a vs. 15. ad argumentum usque libri X explicat. Quodsi eum cum scholiis editis comparamus, plurima cum Bc. Cass. Voss. etc. congruunt (cf. IV, 1—10. et synopsin scholiorum ad IV, 593. sqq. infra exhibitam), ita tamen ut magis cum Voss. II (cf. IV, 612. 616. 620. 622.), quam cum BC. (cf. IV, 639.) consentire videantur. Non leguntur vero in eo quae vel in Voss. et Bc. (cf. IV, 1. 15.), vel in Voss. (IV, 3.) vel in solo BC. (IV, 3. 10.) exstant, et aperte manum interpolatricem prae se ferunt; contra idem nova praebet, quae in illis Codd. non sunt; cf. IV, 2. 5. 13. 15. Singulare quoque habet, quod saepius varias laudat scripturas, cf. IV, 595. Quibus ex rebus apparet magni profecto pretii esse Codicem.

Eadem plane quae in Bern. II *conspiciuntur in* WALLERSTEINENSI (WA), servato in bibliotheca *principis* Oettingensis prope Nordlingam, bene nitideque in foliis membran. LXXIX, quae dicunt folii minoris formae, saeculo XII (secundum alios XIII, cf. Liter. Conversationsblatt 1825. p. 1007.) exarata, sed integriora Bernensi II. Continet enim Codex scholia per se scripta in omnes Lucani libros, unde in fine leguntur: *Finitae sunt annotationes Annaei Lucani. Liber decimus feliciter.* Incipit vero cum vita Lucani: *M. A. L. patrem habuit* etc., quam sequuntur nonnulla praefationis loco: *Cum tres imperatores Romanum tenerent imperium* etc., tum scholion primum idemque plenius Voss. I: *Bella per Emathios. Hos versus primosque* (ita) *septem Seneca dicitur addidisse, ut quidam volunt avunculus Lucani, ut quidam frater.*

Mihi utrumque Codicem, scholiis iam ante hos duos et quod excurrit annos a typographo exscribi coeptis, sero et per excerpta tantum cognitum fuisse, cum ex utroque inter se collato melior rectiorque scholiorum Lucani collectio institui posset, admodum doleo. Reliquos Codices, sine dubio minoris pretii, additis quae quisque habet propria, iam enumerabo.

BENEDICTOBURANUS (BENED. sive BENEDICT.), olim sub rubro Nr. 110. nunc Monaci D, 4, g., in mem-

branis quaternis saeculo XII exaratus esse fertur. In eo legitur Lucani Pharsalia cum glossis scholiisque nostris, ita tamen ut magis cum Bc. quam cum Voss. consentiant in singulis ab utroque recedant (cf. III, 206.) vel passim desint. Bene autem scriptus ad scholia rectius constituenda multum praebet utilitatis. Itaque, quantum poteram, singulis in scholiorum collectione usus sum; reliqua ad IV, 589 etc. vide infra in Synopsi.

BEROLINENSIS tertius Nr. 35. (BC), membranaceus, qui constat foliis CXLIII formae maximae secundum Oelrichs (Entwurf einer Gesch. d. königl. Bibl. zu Berlin p. 116.) saeculo IX, sed auctore Wilkenio (Gesch. d. königl. Bibl. p. 226.) saeculo XIV in Italia scriptus, qua in re v. d. assentientem me non habet, cum ad V, 418. *mali* legatur *segelbaum* et IX, 328. ad v. *antennae segelrut*, quae una cum aliis, ut *Wormatia* I, 430. Germano debentur. Continet, is, praeter verba Lucani et scholia in margine et glossas inter versus, ab initio interpretationem somniorum, *prooemium intestini belli a Lucano heroico stilo exantlati*; vitam Lucani: *Prima ingenii* etc. cum glossis, argumentum primi libri: *Primus liber continet* etc., epitaphium, notitiam de Caesare, Pompeio Crassoque, ventorum circulum, et in fine duo disticha, quorum initium hoc: *Ut gaudere solet fessus iam nauta labore*, epitaphion Lucani (iterum), explicationem verborum quorundam et versus XXVIII ex variis poetis collectos, quos secundum C. I. Lud. Hockerum (Catal. MSS. Heidelberg. p. 24, teste Fabricio Bibl. lat. med. et inf. aetatis) Mico quidam collegisse dicitur, et quorum primus hic: *Iuvenalis: Hoc discant omnes ante alfabeta puellae. Alfabetum.* In scholiis glossisque duplex apparet manus, quarum posteriorem *man. al.* notavi. Nihilominus et sic plura restant, quae varios auctores prae se ferunt, cf. I, 19; V, 79. 450. 943. 731; VI, 363. 809; VII, 92. 334; VIII, 449; IX, 31. 99. 1074; alia, quae parum discrepant, iuxta se posita sunt VII, 59. 334. 426; X, 14; alia contra ab ipso Scholiasta vario modo explanata sunt VI, 708. Omnino sane pleniora videntur scholia nostri Codicis, quam Vossianorum, cf. V, 446; VIII, 756, quos inter magis a parte primi quam secundi stare videtur; cf. I, 7. 19. 38. 47. 55. 58. 59. 62; quamvis non negaverim multa inter ea esse interpolata (VI, 530.) atque a seriori manu addita, ut V, 59, ubi ad vv. *crimenque deorum* notantur: *vae homini per quem nomen dei blasphematur*, quae in Voss. non leguntur. Desunt contra in nostro, quae Voss. I et II habent, ut I, 531. 538. 548. 556; vel Lp. cum Voss., ut V, 686. 733; alia in primis verbis (V, 636.) vel post idem principium a Voss.

recedunt, ut I, 255; IX, 638; X, 95; vel aliis verbis eundem sensum exponunt II, 388; V, 351; alia respectu explicationis Vossianae dicta videntur, cuius loco meliora praebentur, cf. IX, 42. Neque cum Guelferbyt. in omnibus locis consentit, cuius explicationes interdum suis interserit, ut VI, 708, vel quae in eo separata sunt coniungit VII, 67, vel etiam compluribus adauget, ut VI, 811. Singulares quoque habet scripturas; cf. I, 6. *non commune;* 481, *Alpem;* quae partim cum glossis consentiunt (VIII, 746), partim alia exhibent; sic VIII, 539, ubi legitur in scholiis *exaltat*, cum in Cod. Berol. sit *exaurrit*. Minus probari potest, quod passim unam eandemque rem saepius inculcat, ut I, 306, quae V, 515. repetita leguntur, et quod hic illic nomina poetarum commutata sunt, ut Virgilius cum Statio I, 301. et cum Iuvenali I, 323, ubi nota excidit: *Bc. Virgilius, sed est locus Iuvenalis.* Multo minus vero probanda est altera eademque recentior manus, quae scholia glossasque ex Servio aliisque, neque tamen semper servatis eorum verbis (cf. I, 315.), raro tamen adscripsit, quae, quum parum frugi inde colligi possit, notato tamen semper loco plerumque praetermisi. Omnino autem in Codice multa perverse scripta vel male notata leguntur, quae passim a me reficta, passim indicata sunt; qua in re interdum collectio scholiorum, a Cortio instituta, mihi erat usui.

CASSELANUS (CASS.), de quo cf. Hirsching Beschreib. der Biblioth. Tom. II. p. 246, membranaceus, continet folia formae minoris quam dicunt CXXXI, amico quodam teste saeculo XII scriptus literis iam evanescentibus, neque integer; quatuor enim folia (III, 485—544., non 584; IV, 679—750; VI, 557—676.) desunt, quorum unum ab alia manu, quae passim Codicem corruptum emendavit, serius additum est. Multa habet scholia glossasque inter versus et ad marginem, quae in libro nono atque decimo rarescunt, imo in ultimis foliis prorsus interciderunt. Ab initio legitur ***prooemium intestini belli a Lucano heroico stilo translati*** (!), vita Lucani: ***Prima ingenii*** etc., argumentum primi libri: ***Primus liber continet*** etc. et epitaphion. Ab initio libri secundi argumentum eiusdem libri (reliqua desunt) exstat, cuius ultima verba haec: ***Paulus Constantinopolitanus emendavi manu mea solus***, quae et in Voss. primo et Pessulanico, olim Buheriano, leguntur. Scholia, saepius non suo loco posita, siglis, quae locum eorum indicant, plerumque notata et ab eadem manu exarata sunt; raro recentior manus singula, ut VIII, 88. *verba Corneliae*, addidit; alia vero manus corrupta scholiorum verba correxit. Liber olim generosi cuiusdam de ***Lantgut***, Saxoniae comitis Palatini, ut inscri-

ptio docet, in coenobio Fuldensi fuisse videtur. In fine legitur ventorum circulus; ex quo aliisque rebus apparet, Codicem nostrum cum Bc., Voss., Guelf. I. aliisque ex uno eodemque fonte derivatum esse, ita tamen ut singulorum scholiorum delectu habito magis cum Bc. (cf. Synopsin IV, 593. 607. 612. 623. 632. 643.), quam cum Voss. (IV, 614. 622. 634.) consentiat, vel cum utroque eadem habeat (IV, 615. 639. 640.), singula tantum cum Guelf. (IV, 652.), vel prorsus alia atque ceteri (IV, 621.), quae serius addita esse videntur (IV, 597.); alia contra desunt (IV, 634). Cum Codex parum emendate scriptus sit, raro meliori scripturae eruendae (cf. IV, 634. *etsi* pro *et*) inservit.

GUELFERBYTANUS *primus* (G. I.), signatus 41, 1. *MS. Aug. Fol.*, de quo cf. Annal. Bibl. Brunsvic. p. 417. 435. sqq. 440; Herm. Conring. Epist. de Bibl. August. p. 33; Burckhard. Histor. Bibl. August. Tom. II. p. 217; Burm. Syllog. Epist. Tom. III. p. 815. et F. A. Ebert Biblioth. Guelf. Codd. Gr. et Lat. p. 102. Nr. 516., Codex membranaceus *optimae notae*, teste H. Conringio, *ita ut mereatur cum quovis maximi pretii comparari*," constans foliis CII maioris formae, Pharsaliam cum scholiis glossisque marginalibus et interlinearibus complectitur, exaratus saeculo XII, olim Matthiae Berneggeri, ex bibliotheca Nic. Gerbelii comparatus; integer exceptis versibus III, 172—271, quos una cum scholiis in novo folio, excisi loco, ab alia manu, cuius scholia et in B. et in Voss. leguntur, habet insertos. Liber, per octona folia numeris I—XIII notatus, ab eadem manu diligenter nitideque scriptus est. Praeterea tertia eademque recentior manus, quae in fine haec: *Vidi, legi ego frater Sigismundus anno* 1463. *ac sequenti istum; ac aliquis orato pro me* addidit, admodum raro notulas geographicas adspersit; denique quarta manus adiecit singula tantum, quae vel sensum vel structuram, raro geographiam explicant, ut II, 320. *nec*) *Divide nec in non et et; et dic non pro ne, quia sicut ne pro non ponitur ita non pro ne secundum Priscianum* (?); *i. e. et ideo sequimur Pompeium, ne sibi promittat ius totius mundi, quia bene compertum est, non Caesarem tantum promittere sibi ius i. to. m., sed hunc quoque si for. fa. et ideo vincat me milite, ne sibi se vicisse putet;* cf. II, 691; IX, 532. In fine leguntur a manu prima duo disticha, quorum initium hoc: *Ut gaudere solet* etc., quae sequuntur ab alia manu exarata: *Finito libro reddatur coena magistro.* In ultimo autem folio, item ab alia manu scripto, exstant nonnulla de *Celice* insulis, ultra Gades positis, quae ad ima descendisse feruntur. Scholia, quae cum verbis Lucani qualia in Codice apparent, non

semper congruunt, eadem sunt atque in BC. et Voss., ita ut magis ad Voss. (I, 165. 240.) quam ad Bc. accedant. Interdum tamen Codex alia praebet; cf. II, 691; III, 72 (cum B.); IV, 597 (cum Cassel. aliisque); 614 (cum Erl.); 637 (cum Hab.); VII, 49 (e Servio); IX, 82. 533 (cum Ld. et Helmst.), quae in Bc. et Voss. non exstant. Ea inde a libro III suo loco cum varia scriptura maioris momenti adieci. Scholiasta enim priorum librorum typis iam exscripto, Codice Guelf. demum uti licuit; quare addenda et corrigenda, quae Cortii auctoritate receperam, infra exhibebo. Ab altera tamen parte Codex noster minus integer Berolinensi et Vossianis apparet (cf. IX, 263.), maxime a libro inde *septimo*, quod scriba ipse ad II, 612. significat his: *Nota fabula est, ideo hic breviata est;* quibus addidit singula in Bc. et Voss. scripta. Ut autem dicam de Codice, quae sentiam, scholia, licet interdum sana praebent, ab homine indocto transscripta esse videntur graecaeque linguae parum gnaro, qui singulis verbis enuntiatisve omissis vel corruptis indicat ab ipso exarata non semper intellecta neque facile quidquam additum esse. Nihilominus in primis libris multum ab aliis recedit variando, addendo, et deteriora pro melioribus ponendo, ita ut in constituendis scholiis parum tribuerim eius auctoritati.

HAVNIENSIS *secundus* (HAB), Cod. Reg. No. 2021, olim Hamburgensis primus Cortii, secundus Burmanni (cf. Conr. ab Uffenbach Reisen Tom. II. p. 102; Burm. Praef. ad Lucan. ******* 1. pag. aversa et I. Erichsen Prospect. MSS. biblioth. regiae), membranaceus in quarto, omnes habet Lucani libros, neque tamen ab eadem manu scriptos, ita ut prior pars saeculo XI vel XII, posterior post saeculum XIII exarata esse videatur. Illa autem glossis scholiisque est praedita, quorum plurima cum nostris congruunt, meliores-que scripturas praebent, singula tamen (cf. IV, 605.) alibi non leguntur. Altera manus glossatoris passim apparet; cf. IV, 603. 604.

HELMSTADIENSIS (HELMST), prius Helmstadii sub siglo Misc. Fol. 61, nunc Guelferbyti sub nota 490, de quo vide Ebert Biblioth. Guelf. Codd. p. 103. Nr. 527. Eius prior tantum pars, quae Lucanum, excepto folio IX, 816—895, quod excisum est, usque ad X, 464. cum scholiis glossisque habet, huc pertinet, scripta saeculo XIII in membranis CXL formae quam dicunt folii minoris, olim in bibliotheca Ioh. Henr. Hofmanni, archivarii et feudalium secretarii, Brunsvico-Calenbergici, qui Codicem a. MDCLXX academiae Iuliae dono dedit. Scholiorum tres distinguuntur scribae, primus, qui ex eodem fonte atque Bc. sua hausit, neque

tamen omnia recepit, notata, ut iam supra vidimus, per literas A—Z. Apparent in primis libri primi versibus frequentiora, rarescunt in sequentibus vel prorsus desunt, ut IV, 503—653; singula reperiuntur in libro IX et X, quorum nonnulla e. g. IX, 533. sqq. 807; X, 90. 187, utpote digna quae notarentur, reliquis adieci. Quae exstant bene sunt exarata, delectu tamen ut videtur habito, ita ut auctoritas eorum non ubique valere possit. Accessit secunda eaque recentior manus (G. 12), quae plura libro primo et secundo quam ceteris adspersit, diligenter scripta neque tamen magni pretii, quorum specimen, cum ad locum laudatum libri IV nihil adsit, ex initio libri secundi sumtum, infra videbis. Denique tertia manus (G. 13), quae male pinxit, perpauca addidit ad argumenta et sensum pulchri venustique spectantia, quorum duo notamina a principio libri II (nam ad locum illum libri IV nil exstat) in prospectu infra habes.

MONACENSIS tertius (MOC), olim Emmeramus, nunc Monaci sub signo F. VIII, membranaceus saec. XI, qui in foliis CXXXII formae quadratae Pharsaliam exhibet cum glossis interlinearibus scholiisque marginalibus. In fine adduntur duo disticha, quorum initium *Ut gaudere solet* etc.; sequuntur epitaphii tria disticha cum duobus aliis, quae ita incipiunt: *Carmina si fuerint te iudice digna favore* etc. Scholia cum nostris congruunt, magis tamen cum Bc., quam cum aliis. Codex bonae frugis, satis multa habet omissa, alia serius addita, ut ad II, 139. locum Eutropii IV, 4. inde a vv. *Cum Sylla Consul* etc. in folio separatim scripto, cuius scripturas, ab editione Tzschuckiana discrepantes, has animadverti: c. 4. *primus in urbem armatus; ordinatis CSS.; et Corn. Cinna.* Desunt vv. *Mithridates enim — periculum non haberet.* c. 7. *in Asia M. vicit; in fugam comp.; et primum proelium contra; Tum VII eius occidit; XXIIII suos amisit;* c. 8. *essent Marius; dimicavit XXV eius — perdidit.* Addita sunt fort. cum Cod. Rostoch.: *Sylla deinde cum Campania Samnitium ducem* (leg. *duce*) *et reliquis copiis ad portam Collinam signa contulit, LXXX hominum contra fidem datam inermes peremit. Cumque magna crudelitate adversus sontes insontesque saeviret Q. Catulus palam Syllae dixit: Cum quibus tandem victores sumus, si in bello armatos, in pace inermes occidimus? Sylla dehino Marco Marium de caprili casa extractum vinciri iussit ductumque trans Tiberim effossis oculis, membris minutatis, exsectis vel fractis trucidari. Marium — compulit.* Idem ad II, 578. ex Eutrop. VI, 12; ad II, 549. ex Eutrop. VI, 1. et ad II, 554. ex Eutrop. VI, 7. locos attulit, in quibus multa aliter ac vulgo leguntur.

MONACENSIS *quartus* (MOD), olim Benedictoburanus, nunc Monaci sub siglo D. 4. d., codex membranaceus, saeculo XI vel XII foliis LX quaternariae formae nitide, neque tamen correcte exaratus, continens scholia deinceps scripta, quae sequuntur f. 61—84. glossae in Ovidii Metamorphoses. Quae scholia in brevius sunt contracta, ita ut glossas potius dixeris, et pauciora, quam quae in reliquis leguntur, omissis potissimum aliorum poetarum locis; cf. Synops. IV, 605. 612. 614—620. 624—639. 644. Neque integer est Codex; finitur enim in verbis IX, 1038: *Damnat, inquit, Caesarem Ptolemaei factum dolore magis, quod occisus est Magnus, quam pro eius debere, omnia vincit* aperte corruptis, ut ex Voss., qui eadem habet, cognosci potest. Itaque secundariam tantum opem in tractando commentatore praebere videtur. Singulare vero habet Codex, quod vitam Lucani a Vacca, ut supra dixi, compositam gerit in fronte.

Vossianorum, qui hic sub censum veniunt, sunt duo; quorum alter VOSSIANVS *primus* (VOSS. I) (quem laudat Catal. Bibl. Lugd. p. 381. Nr. 51; Colomes. Oper. p. 873. Nr. 97; Catal. MSS. Angl. et Hibern. T. II. P. I. p. 66, a. Nr. 99. (?) indeque Montfauc. Biblioth. T. II. p. 679, a. Nr. 2446.) Codex, teste Oudendorp. *Praef. ad Lucan.* ††4, foliis quaternis exaratus saeculo, ut videtur, nono, optimus, quod testantur Heinsius, Gronovius et Spanhemius Syllog. Epist. Burm. Tom. III. p. 358. 466. 821. 822, continet Lucanum cum perpetuo commentario, „*ignoti quidem*, ut Oudendorp. l. l. †† 2. ait, *hominis, sed doctissimi et iudiciosi.*“ Qui cum in duobus Voss. scriptus sit, excerpta tantum Oudendorp. dedit, *veteri et eadem ut plurimum manu, aut aequali stilo eisdemque fere verbis in utroque Cod. exarata; omnia* enim, *quae illic ad margines recentiore manu ex Servio, Isidoro aliisque Grammaticis vel etiam ab indoctis et nugacibus interpolatoribus adsuta, aut denique synonyma tantum voce essent exposita, obtrudere noluisse* dixit, *ne lectoris otio abuteretur, quamvis ne sic quidem praestare velle, hunc unius modo viri integrum, nec e multis consarcinatum esse commentarium.* Persuasit sibi scilicet v. d. in verbis Scholiastae recte constituendis non multum elaborandum esse. Inde factum, ut fere semper nesciamus, quaenam scholia in Voss. primo secundove legantur, et saepe, quid scriptum fuerit, in dubio sit. Imo ne omnia quidem, quae eadem manus scripsit, ab Oudendorpio edita esse ex collatione IV, 597. 612. 614. 622. in Synopsi apparet, sicuti contra nonnulla admisit ab alio exarata, cf. IV, 616. 621. Qualia vero sint ab Oudendorpio praetermissa, ex iis cognosci

possunt, quae Spanhemii schedulae praebuerunt I, 7. 13. 20. 32. 33. 38. 43. 44. 47. 50. 52. 54. 55. 57. 58. 59. 60. (*Iani*). Itaque fieri potest, ut compluria eorum minus recte se habeant. Nihilominus in variis scripturis omnia enotavi, nisi errores typographicos, et ubi *i. e.* ab initio vel omissum vel adscriptum erat.

Scholiasten vero quod attinet, Oudendorpius eum *parem antiquissimis Codd. aetate scripturae tam ob doctissimas saepe expositiones lectionumque varietates, quam ob servata quaedam veterum scriptorum fragmenta*, sed cum in scholiis saepissime varietur et in uno legatur, quod in altero desit, variorum hominum esse adnotationes, quas librarii pro suo captu transscripsissent vel omisissent, ad I, 1. et IV, 505. iudicat. Quam rem sane demonstrant et varia interpretamenta et alia, quae cum aliis Codd. collata vel plura continent, cf. I, 449, ex Festo addita, et IV, 605, maximam partem, quae ad astronomica spectant, cf. X, 199, vel addentis notam prae se ferunt, cf. II, 49; quamvis ea in re, Oudendorpio Codd. non semper curate distinguente, facile possis errare. Glossae vero, quae in toto MS. conspiciuntur, plerumque cum Erlang. consentiunt, ita ut raro ab iis recedant, cf. IV, 603. 613, vel desint, cf. IV, 604. 608, vel pauciora praebeant, cf. IV, 609. 609, rarissime plura, cf. IV, 633. Aetas autem eius, qui diversa ab aliis in Voss. I scripsit, ex duobus locis ad I, 596, ubi habitus diaconorum in ecclesia, et ad V, 385, ubi mos per consules anni signandi abrogatus (a. DXLI) indicatur, facile coniici possit, sed res incerta est. Omnino enim is Codex, aeque ac Beroliuensis, satis interpolatus esse videtur, ut auctoritati eius, licet scholia eiusdem veterisque manus seligas, parum sit tribuendum.

Maiorem fidem tribuerim VOSSIANO *secundo* (VOSS. II), quem laudat Catal. Bibl. Lugd. p. 372. Nr. 63; Colomes. l. l. p. 874. Nr. 121; Catal. MSS. Angl. T. II. P. I. p. 65, b. N. 121, indeque Montfauc. T. II. p. 679, d. Nr. 2446. Codex est membranaceus, Oudendorpio teste Praef. ad Lucan. †† 4. optimus et vetustissimus, exaratus in folio saeculo, ut videtur, decimo cum Scholiasta item perpetuo, sed pleniore atque emendatiore, quam in Voss. primo. Et sane meliora saepius praebet, quamquam in iis quoque enotandis, ut dixi, Oudendorpius paullo negligentior fuit; etenim non modo omisit, quae recentiore manu (cf. VII, 794.) fortasse scripta leguntur, cf. I, init. 2. 13. 17. 20. 43; sed etiam quae ab eadem, cf. IV, 615. 620. 633. 637. in Synopsi. Plerumque cum Voss. I consentit, saepius tamen cum Bc. Guelf. I et Benedict. (cf. VI, 246. VIII, 113. IX, 568.),

quam cum Voss. I. Interdum quoque plura habet, quam Bc. et Voss. I, cf. V, 152. 183. hausta ex Servio; contra in aliis locis (cf. IV, 597. in Synopsi) additamenta seriora notat. Idem praebet varias Lucani scripturas VI, 200, easque satis docte perpendit I, 531; II, 71; VIII, 402. Glossae sunt spissiores, neque cum aliis congruunt (cf. in Synopsi IV, 624. 644.) singulae cum Voss. I, aliae cum *Bern.* II et Cassel.; cf. IV, 630. 650. Aetatem Scholiastae ex verbis eius ad I, 430. *Batavi vero sunt Fresones*, quae Bc. quoque habet, cum Burmanno l. l. pro certo definire, et saeculo nono tribuere, cum in eiusmodi potissimum locis varia ab alia manu adscribi soleant, multum habet difficultatis, parum fidei.

Idem Vaccae commentarius in aliis Codicibus legitur, qui tamen vel sola excerpta praebent, vel mihi certe per singula tantum scholia innotuerunt. Ad illos pertinet HAVNIENSIS *tertius* (HAC), Lucani Cod. Reg. Nr. 2022, olim Hamburgensis Cortii secundus, Burmanni quartus, in membranis quadratis, saec. XII vel XIII scriptus cum glossis, quas in aliis Codd. non vidi, singulisque scholiis, quae magis cum VOSS. (cf. IV, 635. 639.), quam cum BC. consentiunt. Apparent autem duae glossarum scholiorumque manus.

LIPSIENSIS *primus* (LP), Cortii *tertius*, *in bibliotheca* senatus sub siglo Rep. I Nr. 10. (a). Codex *membranaceus* saeculi ni fallor XII, forma quam dicimus folii minoris, ab initio mutilus, incipit enim a vs. 643. libri III, constans foliis XC, bene nitideque scriptus. Ab eadem manu inter versus et passim in margine leguntur scholia glossaeque (cf. supra Tom. II p. 440.), neque tamen tot, quot in Voss., cui propius accedunt, cf. V, 507. 517. 524. 531, quam Bc., cf. V, 164. 165, dum alia sane recedunt, cf. V, 349. 386. 408. 445. 518. etc., ut infra videre licet, cum omnia a me edita sint. Ab initio in duobus foliis historia belli civilis enarratur, cuius plurima tamen verba evanuerunt.

LIPSIENSIS *quartus* (LD), Cortii secundus, servatus in bibliotheca senatus sub nota Rep. I nr. 4, praeter Lucanum continet Sallustium cum singulis glossis, Horatium cum scholiis fere iisdem atque Cruquianis, et Marciani Capellae libros II priores cum magno et admodum docto Scholiasta. Accurate scriptus in membranis formae maximae, quaque pagina in binas partes divisa. Pauca habet scholia in margine et inter versus, quae excudenda curavi, cum nostris congruentia (cf. supra Tom. II. p. 440.), magis tamen cum Bc. (cf. I, 97. V, 621. VI, 256. 394. VII, 64.), quam cum Voss. (cf. VII, 357); raro plura quam in Bc. et Voss. leguntur, cf. IX, 323. 505. 533, partim ex compluribus

composita; cf. VIII, 832. Itaque Codex ad recte constituenda scholia parum habet utilitatis.

MAGDEBURGENSIS (MAGDEB.) Codicis fragmenta, quae una cum versibus Lucani IX, 423—642. et 862—1077. duo scholia ad vs. 956. et 958. continent, cum reliqua glutinatoris forcipe interiissent, in quatuor foliis membranaceis maximae formae exstant, exarata saec. XI vel XII; cf. F. Wiggert in Pädagog. und literar. Mittheilung. von J. A. Matthias 1824. p. 49. sqq.

WITTIANUS denique (WITT.), quem olim Sixtinus, deinde Sixius, postea Ioannes de Witt, senator Amstelodamensis possidebat (cf. Burm. Praef. Lucan. pag. penultima), nunc vero cum reliquis Wittii libris venditum esse, ita ut ubi sit non constet, v. d. Hofmann Peerlkamp mihi scripsit, teste Oudendorpio Praef. Lucan. †† 4. in folio scriptus et aetate Voss. II par Scholiastae quaedam continebat. Ea vel cum nostris consentiunt, cf. I, 575. 602. 655. II, 122. 165. 174. 194. 271. V, 51. VI, 386. 410. vel cum solo Voss. I, cf. I, 561; raro alia praebent, cf. I, 197, transcripta ex Solino (VI, 396.), adeoque explicationem metricam ad VI, 349. Ex quibus apparet, si Oudendorpio fides habenda est, excerpta tantum scholiorum in eo Cod. exstitisse, quae sine certa ratione facta esse videntur.

Ad Codices contra, qui totum fortasse Vaccae commentarium continent, sed ex singulis tantum laciniis mihi innotuerunt, eum refero, quo usus LINDENBROGIUS (LINDENBR.) ad Terent. Phorm. II, 2, 1. (cf. quoque ad Ammian. Marc. XVII, 11, 4.) scholion laudat, quod BC. ad VII, 726. habet, magis cum eo quam cum Voss. consentiens. Idem ex eodem Scholiasta, ut videtur, in Glossario p. 1368. (cf. infra not. ad II, 364, quam ex his corrigas velim) aliud scholion, et ad Terent. Phorm. IV, 4, 22. tertium laudat: *auspex dicitur, qui nuptiis interest, divinationem quaerens*, quae cum Bc. maxima ex parte conveniunt. Iam quum a Lindenbrogio notas ad Terentium a. 1602. Parisiis scriptas et Codicem Puteaneum Statii (cf. Barth. ad Stat. Theb. IV, 742.) ab eo collatum esse constet, is videtur in Lucani excerptis Cod. Puteaneo usus fuisse; aeque atque GROTIUS, cf. Praef. eius ad Edit. II et not. ad I, 349. 404, unde a vero non aberrare puto, contendens penes utrumque et Oudendorpium Codicem eundem fuisse. Quem Puteaneum sive PARISINUM (PA.) servat bibliotheca Regia Parisiis sub siglo olim Nr. 5636, nunc 7900, A; cf. Catal. MSS. T. IV. p. 367. Codex est membranaceus, saeculo X exaratus, qui praeter Terentium, Horatium, Iuvenalem et Mart. Capellam continet Pharsaliam inde a vs. 176. lib. I.

cum glossis inter lineas et scholiis ad marginem, teste Bentleio ad I, 8. ab eadem manu scriptis. Certe quae Grotius passim ex iis scholiis commemorat; cum nostris consentiunt, cf. II, 135. IV, 585. VII, 156. IX, 323. X, 471, semel tamen V, 471. recedunt. Eundem consensum aliis in locis deprehendi, ita ut scholia raro cum *Voss.* et BC. simul congruant (I, 330. IV, 597. 605. 612. 615.), magis tamen cum BC. (I, 323. 324. *privata.* 331. IV, 593. 595. 596. 607. 610.), quam cum *Voss.* (I, 326.), licet interdum pauciora (I, 328, ubi leguntur *Virg. — tigris;* IV, 597.), interdum vel auctiora (I, 323, ubi ante *vel quia* addita sunt *Alii* ausum; *ideo reus dictus est;* 326. docilis, *ut hoc discat, ut vincat;* IV, 593. 603. 617.), vel alia praebent, ut IV, 603. 620. (cum G. I) et I, 323, ubi haec sunt: *Ad maiorem invidiam dicitur Pompeius satis vicisse. Ita tamen librate loquitur, ut ipsae victoriae vile quoddam fuerint; hoc est quod ait Pompeianae aquilae clauserunt i. superaverunt Milonem.*

Porro PARISINUS octavus (PH.), qui servatur in bibliotheca Regia Nr. 8269, cf. Catal. Bibl. Reg. T. IV. p. 443. a, Codex membranaceus, olim Faurianus, postea, ni fallor, Tellerianus, saec. XIII exaratus, continens X libros Pharsaliae cum scholiis glossisque sed admodum raris; ita ut in Synopsi duo tantum appareant scholia, quorum alterum IV, 612. cum nostris congruit, alterum 637. prorsus alia praebet. Itaque certum de eo iudicium ferre non licet.

Tum PITHOEANUS, Codex Petri de Pithou, laudatus in eius vita Paris 1756. Tom. II. p. 282, quamquam nihil de scholiis glossisve scriptum ibi legitur. Sed Scriverius in Collectan. vett. Trag. **** d. 4. tres versus ineditos Neronis ex Scholiasta MS. bibliothecae Pithoeanae profert, qui exstant in nostris ad III, 261. (ubi cf. notam), ex eodem Cod. citati a Delrio Syntagm. Tragoed. Lat. p. 28. Idem Scriverius ad Martial. Spect. Fragm. p. 29. versus ex eodem ni fallor Scholiasta habet Martiali adscriptos, qui sunt L. Licinii Calvi; cf. nostra ad VII, 726. ibique notata.

Denique SUECICUS II teste Spanhemio pergamenus, forma maxima, saeculo XII scriptus et in bibliotheca Vaticana Christinae sub Nr. 37. servatus, quem Montfauc. Bibl. MSS. T. I. p. 52. fortasse laudat, argumentum habet libri X, quod et in Lp. exstat. Unde scholiorum quidem consensus contendi possit, sed res incerta est, cum in schedis Spanhemianis nihil additum sit; cf. Praef. ad Lucan. Cort. T. II. p. LXXV.

Iam post Vaccam illum nullus exstitit Lucani commentator ad saeculum usque decimum, de quo nobis constet;

nam de Polemone Graeco, qui a Lydo de magistrat. III, 46. p. 234. commemoratur, non est quod dicam, cum verba *ὁ Πολέμων ἐν πέμπτῃ ἐξηγήσεων τῆς κατὰ Λουκανὸν τὸν Ῥωμαῖον ἐμφυλίων συγγραφῆς* non tam expositionem Lucani, quam historiam belli civilis a Polemone scriptam esse indicent, partem fortasse *ἱστοριῶν*, cf. Fabric. Bibl. Gr. IV, 30. Etenim post excidium imperii Romani, ubi vita externa tot tantasque subiit mutationes, regna exorta atque eversa sunt, et violentia saepius dominabatur quam intelligentia, tum profecto in Italia literis non vacare, multo minus in explicandis veterum scriptis versari. Vix enim fuerunt, qui res gestas memoriae proderent. Itaque factum est, ut saeculo septimo solus Isidorus († 636.), Hispalensis, cuius tamen scripta grammatica ex veteribus maximam partem collecta sunt, et saeculo octavo, praeter explanatores nonnullos librorum sacrorum, unus Beda Venerabilis Britannus (720.) et Paulus Winfridus (774.), epitomator Verrii Flacci, res grammaticas tractarent. Saeculo autem nono his quoque literis lux quasi nova per Carolum Magnum affulsit, *qui*, teste Monacho Egolismensi in vita Caroli M. a. 787, *a Roma artis Grammaticae et computatoriae magistros secum adduxit in Franciam*, et *ubique studium literarum expandere iussit.* Iam exstitit Alcuinus (804.), Sedulius iunior, explanator Eutychis, Donati et Prisciani (810.), Smaragdus, commentator Donati (824.), Iso magister, glossator Prudentii (871.), Ioannes Scotus, interpres Martiani Capellae (875.), Remigius Antissodorensis, qui eundem Martianum interpretatus est (882.), aliique aliorum explanatores. Tunc quoque, dum in Italia literarum doctrina paene funditus extinguebatur, cf. Lothari edictum apud Murator. Script. Rer. Ital. Vol. I. T. II. p. 121, Lucanus noster cum Virgilio lectitabatur in Germania (cf. Heeren Geschichte d. class. Literat. im Mittelalt. T. I. p. 120. et 164.) et in Anglia, Alcuino teste, qui bibliothecam Eboracensem describens haec monet apud Gale de pontificib. Eborac. T. I. p. 730: *Illic invenies — Quae Maro Virgilius, Statius, Lucanus et auctor Artis grammaticae vel quid scripsere magistri.* Inde colligi potest et in alios poetas et in Nostrum scholia glossasve tunc scripta esse, ex quibus fortasse additamenta illa veteris nostri commentatoris orta sunt, quibus res verbaque notam saeculi impresserunt. Veterem certe explanatorem Lucani tunc cognitum fuisse ex Raban. Mauro de Univ. XX, 1. p. 243. apparet, scholion ad I, 1. laudante, nisi forte id Isidoro debetur. Attamen nomen interpretis Lucani ex eo tempore non est servatum. Saeculo contra decimo, dum in Italia literae tenebris quasi obsitae

iacebant, doctrinae grammaticae operam navarunt singuli in Anglia, quos inter Asserius (909.) Boethium commentario illustravit, et in Germania, ubi Meinwerkio potissimum duce Paderbornae poetas latinos legebant (cf. Vit. Meinwerk. c. 52.), Poppo Fuldensis Boethium de categoriis explanavit (cf. Trithem. Chron. Hirsaug. p. 113.), et Salomon Episcopus Constantinensis grande opus ex variis glossis consarcinatum collegit. Ante omnia vero in Gallia studium scriptorum veterum viguit, quod Lambertus, Ratherius, Regino Brumiensis, Gunzo (930.), qui ipsum Lucanum laudat in epistola satirica, ad monachos Richenavienses scripta (cf. Martene Collect. anecd. T. I. p. 304.), aliique testantur. Prae ceteris tamen Aureliae, ubi Theodulphus ille Episcopus librum de interpretibus sacris scripserat († 821.), literae scholaeque grammaticae Gerberto auctore, qui et ipse saepius Lucani mentionem facit, tunc floruisse videntur.

Ibi Lucanus quoque noster nactus est interpretem, qui ARNULPHUS vel ARNOLPHUS Aurelianensis vel AURELIANUS in Codd. nominatur. Is fortasse est magister Arnulphus, qui vixit saeculo decimo medio (cf. Histoir. litéraire de la France Tom. VI. p. 521—28.), electus episcopus 986, pontifex venerabilis, literarum studio clarus et Gerberti, quem animi sui custodem in epistola appellat, amicus. Francogallum certe nostrum fuisse indicant vv. ad IV, 673: *sicut S. Dionysius dicitur martyr et villa* (S. Denis) *eodem nomine nuncupatur.* Scripsit vero idem, si modo est, quem cum Arnulpho Aureliacensi, coabbate Oddonis (cf. Mabillon. Anal. T. IV. p. 349.), confundere noli, epistolam de cartilagine, cuius fragmentum superest in bibliotheca Vaticana Nr. 994. et Petaviana 1144. 1224. (cf. Montfauc. T. I. p. 62, B.) et scholia glossasve in Ovidii libros de arte amandi, in Pontum (ab init — II, 3, 34.) et remedia amoris, quae Guelferbyti in Cod. Gud. Nr. 155. (ap. Ebert. Bibl. Guelf. Codd. p. 105. Nr. 535.) fol. 133—142. exstant, et hunc finem ad v. *postmodo* (Ovid. Rem. 813.) habent: *hoc opus, quod Arnulfus glosavit* (ita) *ad sanandos illos, qui a Fulcone erant decepti. — — Expliciunt glosae de remedio amoris.* Ab eodem Arnulpho glossae in Lucanum, quae in explicandi scribendique ratione cum Ovidianis plane consentiunt, compositae compluribus in MSS. servantur, quos singulos enumerare iuvat.

BERNENSIS Codex membranaceus (BE.), forma quadrata, Nr. 411, qui iudice Sinnero p. 612. saeculo XIV exaratus, praeter Arnulphum integrum, glossas ab aliis scriptas in singulas partes Virgilii, Statii etc. continet, satis correctus, raro ab aliis recedit, ut IV, 612. *Ille*, ubi habet

Hercules, singulasve glossas omittit, ut IV, 603. *terga*; 611. *excivit*; 616. *calidas*; 648. *haerebis*; 650. *nitentem*; 653. *gelu*.

HARLEIANUS Nr. 6502. (HARL.) Codex in membranis quaternis maximae formae LXI, saeculi fortasse XI, liber olim Sozomeni, cuius in fine leguntur: *Aureliani expliciunt glosule* (ita) *super Lucanum*, sed *Aureliani* a recentiore manu additum, unde nomen fictum putat Maittaire in Catal. MSS. Bibl. Harl. T. III. p. 371. In universum satis curate scriptus singula non habet, cf. IV, 632. 635; una glossa ditior est IV, 639.

HELMSTADIENSIS (HELM.) Nr. 490. nunc Guelferbyti, cf. Ebert p. 105, Nr. 534. Codex membranaceus, saeculo XIII in XLI foliis formae minoris nitide et correcte exaratus, raroque ab alia manu in margine auctus. Codex integer est, atque in fine ad X, 545, quae in STUTTG., G. 14. et VIND. quoque scripta leguntur, in aliis vero vel desiderantur, vel enotata non sunt, haec habet: *Epidaure* (G. 14. *Epidamne*) *locus est* (post *est* aliquid erasum, cuius loco exstat in Stuttg. *et sic*, in G. 14. et Harl. *et sicut*, quae cum seqq. *Ar.* — *glosas* alia manus lineola inducta notavit in Vind.) *sicut Arnulfus* (VIND. *Arnulphus*, Harl. *Alnulphus*) *Aurelianus* (G. 14. *Aurelianensis*) *fecit has glosas* (ita; Harl. Vind. et Stuttg. *h. fec. glosulas*). *Ita Scaeva apud Epidamnum* (Harl. *Epidaurum*) *toti exercitui Pompeiano solus restitit* etc. — — *Explicit glosa super Lucanum* (G. 14. *Expliciunt glosulae super Lucanum editae a magistro Arnulpho Aurelianensi*). Initium est: *Prius quaerendum est quis sit* (Harl. et Stuttg. *de quolibet quis sit*) *quam quid ipse* (Harl. *ipsum*) *fecerit. Lucanus igitur* (Stuttg. *autem*) *natus Cordubae* etc., ut in HA. et MOF.

HAVNIENSIS (HA.), olim Hamburgi in ecclesia cathedrali (cf. Zach. Conr. von Uffenbach Reisen Tom. II. p. 102.), nunc in bibliotheca Regia Havniae Nr. 2025, membranaceus in foliis XL quaternis, per bina spatia literis minusculis deinceps scriptus. Codex saeculi XIII vel XIV in fine habet: *Expliciunt glosulae super Lucanum*, ut in MOF. et Stuttgart., omnesque libros tractat, in singulis tamen minus correctus, cf. IV, 593, imo interdum mancus, cf. IV, 603. *terga*; 616. *calidus* et plerumque cum Vind. congruens.

MONACENSIS secundus (MOB.), inter Codices latinos bibl. elector. Nr. 349, MS. membranaceus, qui Pharsaliam cum scholiis marginalibus notisque interlinearibus ab initio habet. In fine libri quinti subscriptum est: *Iste liber fuit completus die IX Aprilis concurrente anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono.* Eo usque scholia marginalia ab eadem scripta pertingunt; sed quae sequuntur, et

verba Lucani et scholia rariora, quae libro VII desinunt, alia eaque recentior manus exaravit. Codex satis emendate scriptus, qui tamen alias glossas non habet, quae in aliis leguntur, alias autem a seriori manu additas, cf. Synopsin IV, 612. *Ille; Cleonaei;* 625. *percussa.* Neque enim solae Arnulphi glossae in eo transscriptae esse videntur, ut iam initium scholiorum docet, supra p. IV a nobis exhibitum, prorsus diversum a Helmstadiensi.

MONACENSIS sextus (MOF.), olim Emmeramus, nunc Monaci sub siglo G, LXXII, qui in fol. 41—106. formae quadratae, saeculo XII vel XIII exaratus, glossas Arnulphi sine Lucani verbis exhibet, ita ut raro ab aliis Codd. recedat, cf. IV, 603. 604. 743, passim mancus sit, cf. IV, 604. 616. 626. 631, interdum tamen et plura quam ceteri praebeat, cf. IV, 599. 602. 603. 608. 609. 611. 636. Idem videtur Codex esse, quem Hirsching Beschreib. d. Bibl. saec. XI esse contendit T. II. p. 583.

PISTORIENSIS Codex in membranis cum fundello rubro signatus 54. (12.): *Aurelii commentum super Lucanum*; cf. Zachariae bibl. Pistoriens. p. 42.

SALISBURIENSIS in bibliotheca Caesarea Vindobonae Nr. 432, pergamenus, forma quam vocant quarto, mutilus (incipit enim a vs. 212. libri VII), minutissimis literis scriptus et compendiis scripturae abundans. Praecedunt vero glossae in Claudianum. Exaratus est saeculo XIII vel XIV et ad X, 545. habet *Epidaure locus est. Ceva apud Epidaurum* etc., omisso Arnulphi nomine.

STUTTGARTINUS Cod. (STUTTG.) Nr. 49. (cf. Gräter Progr. Ueber d. Merkwürdigk. d. Comburg. Bibl. Hall. 1806, 4.), olim in bibliotheca Comburgica, nunc Stuttgarti sub signo *Poet. et Philol.* 4. *nr.* 34, literis minusculis multisque scribendi compendiis, saeculo XIV nitide neque tamen emendate exaratus, continet praeter Theoduli eclogam glossatam, Ovidii remedia amoris et Achilleida Statii in membranis LVIII per lineam divisis glossas Lucani deinceps scriptas, et in margine ab alio passim adspersa additamenta. In fine leguntur nonnulla, quae ad rem navalem pertinent. Codex in nonnullis recedit ab aliis cf. IV, 613, singula non habet cf. IV, 604. 612. 614, pauca quoque suppeditat pleniora cf. IV, 603. 628.

VENETUS quartus (VED.), quem olim Zeno Apostolus possidebat, nunc Venetiis servatus sub nota Class. XII, Nr. 134, membranaceus, Pharsaliam cum glossis interlinearibus scholiisque marginalibus per totum poema adspersis exhibet, saeculo XV scriptus. Specimen scholii ad IV, 592, quod accepi, cum Arnulphiano prorsus convenit.

VINDOBONENSIS Codex (VIND.), qui servatur in bibliotheca Caesarea sub rubro CXXX, cl. 89. fol. 33, pergamenus, continet CCVII folia formae minoris per binas columnas divisa. Complectitur volumen, praeter glossas Arnulphi fol. I—77, alia quoque Iannis cuiusdam et Algidii scripta. Diligenter, multis tamen scripturae compendiis saeculo XIII vel XIV ordine continuo a librario satis docto exaratus videtur, bonaeque notae. Eandem habet glossam ad X, 545, quam Helmstad., et in fine: *expli. glo. super Lucanum.*

Hi sunt Codices, qui Arnulphi scholia sive potius glossas continent; explicant enim singula fere verba, ita ut raro sensus nexusque complurium verborum indicetur. Quae explicationes quamquam plurimae sunt futiles, indoctae, magnaque ex parte res minutissimas tractant, singulae tamen passim Lucano rectius intelligendo prodesse possunt, praesertim cum interdum rationem habeant variae scripturae (cf. IV, 635.), licet non semper optimae (cf. IV, 643.). Ceterum neque veterem nostrum commentatorem, neque alium, quantum ex specimine colligi poterat, ante oculos habuisse videtur Arnulphus. Alii contra Arnulphi glossas in usum suum verterunt, ita ut singula ex iis excerpta darent, et alia vel sua vel aliena adiicerent. Talia praebet praeter HAD., de quo vide infra,

BALUZZIANUS Codex, nunc in bibliotheca Regia Parisiis Nr. 8141. (cf. Catal. bibl. Paris. T. IV. p. 440. b.), in membranis formae quadratae, saeculo XIV male exaratus, scholia continuo ordine scripta continet, libro VIII desinentia, quae tamen minime commentarium perpetuum efficiunt, sed singulos Lucani versus eorumque nexum tractant. Complures aliorum glossas scholiave novisse (cf. IV, 589. 603. 624. 625. ibique G. 14.), suisque inseruisse videtur compilator, quorum alia cum aliis (IV, 593. 629. 634. cum LB.), alia eademque longiora cum Arnulpho prorsus congruunt, cf. IV, 597. 612. 631 etc. Accedit quod in eodem Codice *Arnulphi* cuiusdam *Rufi* glossulae in libros fastorum Ovidii et Anonymi (fortasse eiusdem Arnulphi) commentarius in sermones, epistolas et Artem poeticam Horatii leguntur, quod non fortuito factum esse videtur.

MEDIOLANENSIS octavus (MH.) sub signo S. 49. Codex Lucani membranaceus saeculo XII (secundum alios XIV) in folio scriptus, cum argumentis et uberrimis notis ad marginem et inter lineas. In fine exstat fragmentum Thebaidos Statii. Scholia, quae tantum per excerpta novi, plerumque sunt Arnulphi, cf. IV, 605. 606. 614. 656, neque tamen omnia cf. IV, 598. 622. 647.

VINDOBONENSIS secundus (VIB.), olim Theodori Pulmanni, postea Io. Sambuci, nunc in bibliotheca Caesarea sub nota Philol. 196. (Cortio est Caes. tertius), in membranis octuplis formae, quam dicunt, oblongae, saeculo XII vel XIII ineunte a librario non admodum docto exaratus, continet in foliis LXXVII Lucanum cum glossis inter versus et in margine parum nitide scriptis, quae in aliis multae, in aliis paucissimae sunt. Scholia maximam partem sunt Arnulphi Baluzziani; cf. IV, 597. 612; alia cum solo BAL. congruunt cf. IV, 613. 614.

Saeculum undecimum propter varias rerum publicarum turbas, in Italia, Gallia et Germania exortas, neque literis grammaticis multum profuit (vix enim praeter lexicographos Papiam et Ioannem Garlandium Hermannus Contractus († 1054.) commentator Ciceronis et fortasse Petrus Elias explanator Prisciani laudantur), neque interpretem Lucani, quantum scio, nisi forte glossatores Lucani Florentini 13. 15. 17. protulit. Meliorem opem, neque tamen multam saeculo sequente rei grammaticae praebuerunt, si non in Italia atque Germania, certe in Gallia, et potissimum in Anglia, ubi Serlo grammaticus (c. 1160.) aliique floruerunt; unde Ioannes ille episcopus Salisburiensis († 1180.) inter alios poetas Lucanum quoque tunc magni aestimatum atque *lectitatum* esse multis locis testatur (cf. Birg. Thorlac. *Prolus. et Opusc.* T. V. p. 67—142.), et praeter eum Alanus ab Insulis († 1203.) in Encyclop. p. 341. Idem nos docet Metalog. I, 24. rationem, qua tunc utebantur in explicandis poetis Latinis, postea quoque in eadem re adhibitam, ut videmus, quae versus in singulas partes solvit, verba construit, sensus exponit metrumque explanat.

Quod excitatum fuit studium veterum Latii scriptorum, dum inter Germanos neglectum erat (solus enim Iordanus de Saxonia glossator Prisciani commemoratur), saeculo tertio decimo in aliis terris propagatum Pharsaliam quoque adiuvit. In Italia enim, ubi grammatici (Benus, Rolandinus etc.) atque Lexicographi (Hugutio et Ioannes Ianuensis) florebant, tunc fortasse composita sunt scholia glossaeve Lucani Florentini 5. 7. 8. 9. 11. 12. 18. 20. 21. 23. In Gallia vero, dum nonnulli, Ebrardus Bethunensis (1212.), Alexander de villa dei (1240.) aliique, rem grammaticam tractabant, Lucanum inter alios poetas Latinos lectum fuisse non modo scripta Petri Blesensis et Vincentii Bellovacensis (1254.) probant, sed etiam idem, quem laudavi, Ebrardus apertis verbis ait apud Leyserum Hist. poet. med. aevi, ubi p. 825. inter poetas, quos tunc lectitabant, recensetur *Lucanus*, qui *claras civilia bella lucernae imponit, metro lucidiore canit.*

Nihil tamen de interprete neque Lucani neque alius poetae constat. In Hispania quoque, Lucani patria, poetam nostrum si non explanatum, certe cognitum fuisse locus, supra p. IV laudatus, Ioannis Aegidii Zamorensis, hominis literis conspicui (127[illegible].) testatur. Pergit enim is ita: *Vel dicitur Lucanus a luceo, quia prae aliis poetis luxit, id est splenduit opus eius. Vel secundum vulgus Lucanus dicitur, quia de Luca castro, quod est prope Cordubam, exstitit oriundus. Sed primum authenticum exstat magis.* Ex quibus colligas illum, si forte Lucanum explicuerit, id parum docte fecisse. At verisimiliter non commentarium conscripsit, sed Lucani vitam vel in libro suo *de praeconiis Hispaniae*, vel *in indicibus historiarum per literas alphabeti* tractavit. In Anglia contra, ubi studium linguae latinae prae ceteris viguit, non modo res grammatica florebat per Ioannem Grammaticum (1270.), Galfridum de Vino Salvo (1245.) aliosque, sed etiam interpretationem exercebant partim scriptorum pedestrium, ut Giraldus Cambrensis (1220.), Gregorius Huntingdonus (1255.), Robertus Kilworbius († 1278.), partim poetarum, ut Alexander Neckam († 1215.), Ioannes supra laudatus, Ioannes Guallensis (1276.), Ioannes de Sacro Bosco, qui in libro de sphaera nonnullos Lucani locos III, 247. IV, 523. IX, 532. explicat, aliique. Quo ex tempore, ni fallor, certe ante LB. (cf. I, 196. 218. 444.), LC. (v. I, 39. 40. 98. 106 etc.) et VC. (cf. VII, 813.) fortasse a Pisano (cf. II, 427.) conscriptus superest Commentarius Lucani, quem ex duobus Codd. B. et LA. integrum, excepto initio, typis exscribendum curavi. Res enim, quas tractat, naturales, astronomicae et philosophicae, ratio explicandi prolixior, de qua supra T. II. p. 443. dixi, et dicendi genus minime elegans, imo negligens saepiusque barbarum in singulis verbis (*insequi* passive IV, 319; *planeta* pro feminino VIII, 159; IX, 1; *suus* pro *eius* I, 1; *digelare* IV, 83.) et in structura eorum (*quod* pro *ut* IV, 9[illegible]. 102; *quin* pro infinitivo IV, 13[illegible].) saeculum XIII mihi indicare videntur. Commentarii auctor, saepius rerum gestarum ignarus (cf. III, 158.), multa in Lucano male intellecta, perverse fuseque, exceptis IX, 540. ad finem usque, circumscribendo explicat et in rebus aeque atque in verbis errat. Nihilominus, praeterquam quod doctrinam sentiendique rationem, quae tunc erat, cognoscendam iuvat, ad Lucanum quoque melius intelligendum nonnulla confert, quae partim ex suo penu, partim ex vetere Scholiasta (BC.) hausisse videtur, cuius verba ipsa vel laudat (I, 1. III, 24[illegible]. 3[illegible]3. 36[illegible].), vel ex parte mutavit (III, 272.), vel suis interseruit (III, 1[illegible]0.), vel adauget (cf. VI, 670.), vel cum aliis in unum collegit

(cf. III, 622. VII, 253.) atque disposuit cf. VIII, 517. Idem affert varias scripturas II, 123. X, 314, sed raro, ita ut magis explanatorem quam criticum agat.

Exstat vero anonymus hic Scholiasta in Codice BEROLINENSI (B.) bibliothecae regiae, olim ecclesiae Xantenensis, signatus MS. Lat. Fol. 34. (de quo vide Oelrichs Entwurf einer Gesch. d. Königl. Bibl. p. 117. et Wilken p. 225.). Is codex membranaceus, forma folii minoris, satis accurate, sed a variis serie continua literisque minutis secundum Oelrichs saeculo XIII, secundum Wilkenium saeculo sequente in Italia scriptus, praeter Lucani Scholiastam Fol. 1—26. continet scholia et in Virgilium f. 27—85, et in Statium f. 86—114, quibus in fine carmina quaedam nullius momenti addita leguntur. Maiorem Scholiastae partem I, 1—IV, 685. et V, 119—VII, 62. eadem manus, reliquam vero alia manus scripsit, quae ad finem usque libri quarti eadem, sed ab initio libri quinti ad vs. 118. usque et inde a VII, 63. prorsus alia exaravit, a me per *BP.* notata. Sunt autem haec illis posthabenda explicandi rationem et verba quod attinet. In singulis sane cum B. sive LA. congruunt (VII, 176. 189. 194.), in aliis vero auctor monachus eodem modo, neque tamen iisdem verbis explicat, ita ut Codicem, ex quo B. et LA. sua transscripserunt (cf. V, 207. 375.), in brevius tantum redegisse (IV, 767.) et variasse (IV, 765. 789.) videatur. Quare ea omittenda putavi, et nonnulla tantum eademque meliora (VII, 277. et ad librum potissimum IX) selegi. Idem, ut B., in scriptura nominum propriorum aliorumque verborum saepius a vero aberravit, quae cum aliis singulis vel ex LA. et LC., vel de meo tacite correxi. Iam cum in universum Berolinensis multo correctior sit quam LA. (cf. VI, 530.), illum integrum typis repetendum curavi, ita ut potiorem tantum scripturam, quae in LA. est, hic illic enotarem. Nonnulla tamen et in Berol. male scripta vel disposita erant, cf. I, 1, singula ab alio addita, cf. II, 173. Initium Scholiastae, quod praetermisi cum nonnullis ex historia belli civilis haustis, quippe quae nimis longa et taediosa essent, cum scholiis eiusdem Codicis in Virgilium et Statium congruens, hoc est: *Quaerunt quidam quinque in principio cuiusque libri locum, titulum, qualitatem carminis, numerum librorum, intentionem; atque quamvis cetera praeter intentionem aut parum aut nihil operantur, tamen singula consideremus.*

Idem Scholiasta, neque tamen integer, legitur in LIPSIENSI *primo* (LA.), quem supra p. XVI descriptum nota Rep. I nr. 10. a. insignitum esse diximus. Exstant enim in margine Codicis scholia in Pharsaliam IV, 520. — X, 344, a

manu recentiore atque ordine perpetuo minutisque literis adscripta, ita ut saepius corrupta sint verba (praeterquam quod in loco IX, 532. ad finem usque eiusdem libri literae aqua, ut videtur, infusa evanuerunt), alia male posita (cf. VIII, 195.), alia omissa. Iis accesserunt alia in fine Codicis post X, 344, ab eadem tamen manu addita, quae item prolixe fuseque, neque tamen sine singulis lacunis, ut X, 472—484. et 486—513, librum decimum Lucani plerumque cum Lc. et ex parte cum Bp. consentienter explicant. Quae quum nihil fere novi neque recti contineant, singula tantum, per LAP. notata, excerpsi. Ab initio Cod. in duobus foliis fragmentum historiae bellorum civilium enarratur, a manu LA. exaratum, plurimis tamen verbis evanescentibus, cuius initium hoc est: *Nam ut breviter malorum coacervationem explicem bella civilia quinque gessit* etc.

Accedit MONACENSIS *septimus* (MOG.) sive Codex Emmeramus (F. 22.), membranaceus, optimae notae, saeculo XIII nitide eleganterque scriptus, qui foliis LVIII formae quadratae Scholiastam nostrum inde a vs. 54. libri VII ad medium usque librum X continet. In fine vero libri X eadem praebet, quae in Bp. leguntur.

Denique PARISINUS *nonus* (PI.), olim Colbertinus, nunc in bibliotheca Regia Nr. 8302. (cf. Catal. MSS. bibl. Reg. T. IV. p. 446. a.), qui praeter Avieni fabulas et Aemil. Macrum habet Anonymi commentarium in Terentium, glossas in Ciceronem de amicitia, fragmenta glosssarum in Lucanum octo foliis inde ab initio Pharsaliae ad vs. 669. usque libri II et fragmenta glossarum in Ovidium de remedio amoris et de arte amandi. Codex membranaceus, saeculo XIV corruptissime exaratus, alia addidit, alia contra omisit.

Saeculo sequente sive quarto decimo, praeter Anglos Nicolaum Trivettum († 1328.) commentatorem Livii, Senecarum, Ovidii et Iuvenalis, Thomam Walleisium (1330.), Ioannem Ridevallum explanatores Ovidii, aliosque, et praeter singulos Gallos, Pellicerium interpretem Plinii (1337.) ceterosque, Germanis ei rei non vacantibus (cf. Heeren l. l. p. 369.), in Italia potissimum poetae scriptoresque Latini (cf. Tiraboschi Hist. Lit. VIII, 2, 61.), praeeuntibus Ioanne Boccaccio (1313—1375.) Franciscoque Petrarca (1304—1374.), in deliciis esse coeperunt atque interpretes nacti sunt, Virgilius Bartholomaeum Pisanum († 1340.), Seneca Lucam Maimellum († 1363.), Valerius Maximus Michaelem Angrianum († 1390.), alii alios. Ipse Petrarca Latinos scriptores Florentiae in recens condita universitate literarum explanasse fertur, cf. Heeren l. l. p. 364; quin notae eius manu scri-

ptae in Virgilium adhuc superesse dicuntur; v. A. Mai Praef. ad Interp. Virgil. p. XXVIII. Facile itaque fieri poterat, ut is Lucani quoque interpres existeret, quod VC. VII, 85. significare, et mentio Lucani, saepius in Petrarcae scriptis facta (cf. de remed. Fort. I. p. 100. 101. 102. 107. II, 142. 161. 168. Vita solit. p. 307. etc.), testari videtur. Nihilominus res incerta manet, quum illud de Ciceronis oratione dictum in alio Petrarcae libro atque commentario Lucani fuisse possit. Alios vero in Italia Lucano interpretando tunc operam dedisse ex glossis Lucani Florent. 14. 16. 22. maiore verisimilitudine coniicere licet.

Certior res est de BENEVENUTO Imolensi (Benvenuto de Rambaldis † 1391.), qui non modo in comoediam divinam Dantis scripsit commentarios amplissimos (cf. Muratori Antiq. Med. Aevi T. I. p. 1029. et Catal. MSS. Biblioth. Taurin. T. II. p. 170.), sed etiam expositionem in Valerium Maximum (quae in Cod. Nr. 380. bibliothecae Venetae, in Patavina, cf. Montfauc. p. 485. B. et in Cod. Nr. 5863. biblioth. Regiae Parisiis servatur), et in Virgilii Bucolica atque Georgica, quae est Basileae in Museo Faeschii; cf. G. Haenel. Catal. MSS. p. 656. A Benevenuto in Lucanum quoque commentarios scriptos esse indicant loci Scholiastae VC. II, 466. III, 552. VII, 28, ubi expositor *dicitur*, imo exstat, ut amicissimus G. Haenel per literas me *docuit*, Lucani Pharsalia cum comment. Benevenuti, saeculo X (?) in membranis formae maximae scripta apud Canonicos Hispalenses (cf. G. Haenelii Catal. MSS. p. 980.) sub nota AA. 144. 7. (in epistola est 141. 21.). Commentarii eius partem proh dolor! inde nancisci non poteram; sed quae in Synopsi per PD. et H. notavi, ex eo hausta sunt. Parisiis enim, teste Catal. MSS. Tom. IV. p. 422. b. Nr. 8047, Codex est chartaceus (PD.), saeculo ut videtur XV exeunte a scriba indocto exaratus, quo continentur scholia in Lucani Pharsaliam. Auctor eorum esse fertur Phil. Beroaldus, quod Anic. Mellot, editor catalogi MSS. Paris., ex initio collegisse videtur ita scripto (H. addit *Deus adsit*): *Dignum putans ut antiquorum doctus laboribus posteris prolaboret, ego B.* (ita; sed H. *Gorus de Aretio aestimavi*) *existimavi Lucanum exponere, ut quae audiendo vel legendo didiceram, iunioribus* (H. *minoribus*) *tradam. Ergo historialia et poetica noscere cupientes, si quid in hoc utile est, Deo gratias agant, a quo omne est bonum, sed errori vel defectui parcant. In nullo* (H. add. *enim*) *deficere vel errare divinum est potius quam humanum.* Quae sane indigna docto illo Beroaldo, potius Benevenuti nostri sunt; is enim ter convincitur a Scholiasta VC. errorum in explicando Lucano com-

missorum, quos commentarius PD., exceptis iis quae de Auximo oppido monentur, ll. ll. habet, ut III, 549. *Comparatio talis est: quod sic mare refluxit ad repellendum varios sulcos, quos fecerant naves Romanorum et Massiliensium, sicut mare recurrit, quando pugnant hic ventus orientalis, inde ventus occidentalis* etc., et VII, 28. *Dicit noctem esse beatam, si somni populi essent pares somno Pompeii vel similes, sive quod* (an *quando?*) *somniaret populus esse cum Pompeio, sicut Pompeius cum populo.* Praeterea commentandi ratio, quae plerumque in rebus rhetoricis versatur, multisque verborum parum latinorum ambagibus, neque tamen prorsus indocte (laudantur Seneca, Solinus aliique) singula explanat, homini saeculi XIV melius convenit. Accedit quod auctor Italum se esse indicat vv. *gambettam dare* IV, 628.

Idem Benevenuti commentarius, a Goro de Aretio non inelegante scriptus servatur in bibliotheca Harleiana CLXXXVI Nr. 2458. (H.), partim chartaceus, partim membranaceus; foliis formae maximae constans; cf. Catal. Bibl. Harleian. Tom. II. p. 693. In fine cum quatuor versibus, qui in Florent. VII. quoque sed auctiores exstant, leguntur: *Explicit commentum super decimo et ultimo libro Lucani. Deo gratias. Anno domini* 1466, 13*ma Decembr.* Codex melior correctiorque Parisino in singulis plura(cf. IV, 598. 613.), raro pauciora (cf. IV, 625.) praebens, olim Johannis Bömken fuit, postea *Theodori Strackii Essendiensis, ex dono Iohannis et Nicolai Ocrearіorum civium suorum a.* 1615; deinde, ni fallor, teste Oudendorpio Praef. Lucan. †† 2. pag. aversa, nobilissimi Toparchae de Leur van der Marck., *a Gloro de Aretio a.* 1266. *exaratus*, quae ex parte falsa esse superiora ostendunt.

Excerpta eiusdem Benevenuti leguntur in HARLEIANO *secundo* (HB.) Nr. 2477, qui membranaceus, saec. XIV exaratus, olim Petri Dupuy, Lucanum continet cum glossis scholiisque et commentario locupleti alterius manus; cf. Catal. l. l. p. 695. Quorum illa, saec. eodem inter versus et ad marginem transscripta, maximam partem (cf. IV, 596. 597. 598. 637. 646.) sunt Benevenutea, ita tamen ut alia non integra sint (cf. IV, 593. 634. 639.), alia nova, neque tamen multa magnive pretii.

Eodem saeculo vixisse fertur interpres Lucani ZONUS (ZO.), sive Conus, sive Cionus, sive Cione, ut se ipse nominat, cuius commentarius in octo MSS. superest, Florentiae separatim scriptus in duobus exemplaribus bibl. Laurent. Plut. 53. Nr. 26. et 29, saec. XIV scriptis, quorum illud desiit vs. 980, hoc vs. 1073. libri IX, sub titulo: *Cionis Romei de Magnale Florentini expositio sive commentarius in Lu-*

canum; cf. Bandini Codd. Lat. Laurent. Tom. II. p. 620. et Montfauc. T. I. p. 340, a; deinde in Codice Plut. 25. Nr. 1. praecedens p. 1—10. Pharsaliam, ab antiquiori manu a. 1407. finitam, ubi auctor p. 3, b. se ipse laudat his: *Quem scilicet Lucanum* (al. pro his *quod*; praecessit enim *opus*) *ego Zonus de Magnale* (Harl. *magale*) *native germine Florentinorum* (al. *Florentinus*) *expositurus* etc., et pergens usque ad vs. 135. libri I; cf. Bandini T. II. p. 201. sq. et Montfauc. p. 312, a. Quartus Zoni codex exstat Parisiis (Par.) in bibl. Regia olim Nr. 285, nunc Nr. 8045. saec. XIV exaratus, cf. Cat. Bibl. Reg. T. IV. p. 422. et Montfauc. T. II. p. 752. Nr. 4796, idem sine dubio, quem laudat Labbeus Bibl. Nov. p. 274, unde hanc notitiam in sua transtulit Fabric. Bibl. med. et inf. lat. T. I. p. 452. et Giul. Negri Istoria degli scritt. Fiorent. p. 537, nescius sibi propiorem fuisse Zonum Florentiae. Quintus Codex membran. eiusdem commentarii, qui librum I—V, 436. complectitur, saec. XV exaratus, Londini est in bibliotheca Regia sub rubro 15. C. XIII, 2, continens LXXXV folia formae minoris; cf. Casley Manuscripts of the King's Library p. 243; sextus (HZ.) ibidem, chartaceus, saec. XV minus accurate scriptus, unde in singulis mancus, cf. IV, 595. 602, raro plenior, cf. IV, 596, folia formae *minoris* habens CCCVI in Museo Britannico Nr. 2479; cf. Maittaire Catal. *MSS.* Harleian. T. II. p. 695; septimus Sorbonicus (Sorb.) nunc Parisiis Nr. 518, Lucani Codex cum Zoni commentariis ad VIII, 558. usque pergentibus, saec. XV exaratus; octavus denique est Vaticanus Nr. 5989, commemoratus a Nic. Antonio in Bibl. Vet. Hispan. I, 10. T. I. p. 62. Ed. Bayer., unde corrigendus est Fabric. Bibl. Lat. II, 10. p. 143. Ed. Ernesti. Quos enim versus ibi laudat Nic. Antonius, commentario appositos, ii integriores in Florentino Nr. 26. et in Reg. Angl. laudantur sic: *Confer opem famulo, sancta Maria, tuo. Zonum* (Reg. Flor. *Cionum*) *Romei* (Vat. *Romaei* sine *Zonum*) *genuit Florentia, motum pandere nunc, scripto Lucanus quid sonat* (Reg. Vat. *quod sonet*) *isto; hoc quoniam Bertus* (Vat. Reg. *haec quoque*, ille sine *Bert.* hic *Berthius*; Flor. *quoque*), *regino sanguine cretus, compater iniunxit precibus, dilectio iussit id quoque, Iohannes, mihi o dulcissima proles.* Neque de Berto illo, neque de Zono ipso, cui Montfauc. p. 340. nomen *Pap.* praeponit, quemque doctissimus de Furia *Cionum i. e. Uguccionem* saec. XIV clarum fuisse contendit, mihi quidquam constat. An non sit Hugutio Pisanus (Uguccion † 1210; de quo vide Tiraboschi VI, 2, 49. et Memorie istor. di uomini Pisan. T. I. p. 105—160.), qui amplissimum commentarium in

decretalia nostro simillimum scripsit, nescio. Nostri certe commentarius sive expositio librorum XII Aeneidos Virgilii, eodem modo scripta et *compilata in monte Publiciano a Cione quondam Romei de Magnale*, servatur in Bibl. Laurent. Plut. 53. Nr. 25; cf. Bandin. T. II. p. 620. et Montfauc. p. 340, a. Lucani vero commentarium quod attinet, is fons fuisse videtur, unde alii sua haurirent, ut VIC. potissimum in partitione rerum (cf. IV, 598. 601. 609. 617, ubi in VIC. lacuna est inepta), G. 8. (cf. IV, 639.) et MC. (cf. IV, 653.), dum ipse Zonus idem fecisse videtur, cf. IV, 597. De ratione denique explicandi ipse Zonus haec: *quod — expositurus, non more Iudaico in simplici et litterali constructione persistam, nec physicis et demonstrationibus astrologicis confisus* (al. *confixus*) *vagabor, sed quae necessaria fore credam ac aliqualem operis intellectum secundum mei possibilitatem intellectus exigui congregabo;* rectius Fr. de Furia ita iudicat: *Commentarius ita concinnatus est, ut minutissima quaeque persequatur; nullam enim contextus particulam, nullum verbum, nullam voculam intactam relinquit, sed omnia fere ad satietatem illustrat atque perpendit. His adde quod interdum, ut per eam aetatem fieri solebat, allegoricas quoque atque anagogicas explicationes proponit. Nonnullas praeterea dictiones vernaculis etiam vocibus, latine inflexis, interpretatur, eo nimirum consilio, ut magis magisque eorum significationem legentibus possit declarare. Quae quidem nonnullis fortasse levia videri poterunt, sed, quantum ipse iudico, maximam viri diligentiam, industriam atque doctrinam demonstrant, ita ut huiusmodi opus, ratione temporum habita, laude dignissimum non dubitem appellare.* Nihilominus omnia in Synopsi propter ineptias eius exhibere non ausus sum; dedi itaque quae leguntur ad vs. IV, 620. usque, quibus postea addidi singula. Initium commentarii totius, quale legitur apud Nic. Antonium, in Florent. Nr. 26, Harl. et in Reg. Angl. hoc est: *Exortum est in tenebris lumen rectis.* Aliud legitur in Florent. I. teste Bandini p. 201: *Ad evidentiam huius libri est notandum, quod de Hispania scilicet de Corduba venit* etc. Illi enim, ni fallor, exhibent principium prolegomenorum, hic vero commentarii, quod Bandini ipse l. l. significare videtur. In fine Cod. Harl. leguntur: *Explicitur commentum et expositio Zoni Florentini super toto Lucano plenissime declarando.*

Excerpta eiusdem Zoni exstant in HARLEIANO *secundo* (HB.); cf. supra p. XXIX. Locuples enim ille commentarius, qui ibi commemoratur, saec. XV ad marginem scriptus, fragmenta continet Zoni emendatius exarata quam in Flo-

rentino, ita tamen ut plerumque structurae verborum omittantur (cf. IV, 609. 612. 517.), vel verba cum VIC. potius consentiant; cf. IV, 598. 605.

Saeculo denique XV, quo literae Graecorum doctrina et arte typis exscribendi inventa mirum quantum profecerunt, plures quam unquam antea scriptorum Latinorum exstiterunt interpretes, non modo in Anglia et Gallia, ubi singuli laudantur Iohannes Marrey († 1407.), commentator Martialis, Martinus Tolosanus et Cynthius Cenetensis, quorum ille Donatum, hic Virgilium explanavit, sed in Italia. Ibi enim studium linguae Latinae, a Petrarca aliisque prius suscitatum, ita florere coepit, ut omnes interpretes enumerare longum sit neque aptum; cf. Tiraboschi X, 2, 60. et Ginguené Hist. lit. d'Italie T. III. p. 277. Lucanus quoque, ut eos praeteream, qui post inventam artem typographicam eodem saeculo vel initio sequentis poetam nostrum explanarunt, Antonium Urceum Codrum Brixianum († 1500.) Omnibonum Leonicenum Vicentinum († 1524.) aliosque, iam ineunte saeculo XV nactus est complures interpretes.

Quos inter refero GUILIELMUM CAPPELLUM DE AULETTA, cuius scholia C. E. Chr. Schneider e Cod. Vratislav. primus in libello Academico a. 1823. una cum variis trium Codd. Lucani scripturis *evulgavit*, *quaeque non* modo integra reliquis per VC. notata interserui, *sed etiam* aucta iis, quae Cortii schedae praebebant II, 410. IV, 288. V, 200. 309. 421. VI, 217. 717. 727. VIII, 286. Codex olim Rhedigerianus, membranaceus, constat foliis CXLIII formae maximae, et continet Pharsaliae X libros cum scholiis permultis in margine et inter lineas. In fine leguntur: *Explicit imperfecta Pharsalia Lucani. Lucanus mei Guilielmi Cappelli de Aulecta* (ita) *scriptus et apostellatus* (i. e. explanatus) *manu propria in domo Ill. et excelsi domini domini Nicolai Marchionis Estensis.* 1421. *primo decembr. finitus.* De Cappello ipso nil constat. Scholia quod attinet, recte Schneiderus monet magnam partem futilia esse, sed ad geographiam antiquam, cum recentiore saeculi XV comparandam, ad historiam literarum illustrandam et ad Lucanum rectius intelligendum nonnihil conferre. Capellus enim aliorum scholia ante oculos habuisse videtur, cf. VII, 813, quae inter erant commentaria Benevenuti (cf. III, 552.) et fortasse explanationes LA. (cf. VII, 814.), quamquam alibi consensum scholiorum non deprehendi, nisi II, 88, qui sane fortuitus esse potest. Quae ratio explanandi vulgaris erat saeculo ineunte XV, siquidem poetas vel grammatice vel allegorice respectu morum habito explicabant (cf. Heeren l. l. Tom. II. p. 325.), ea in Nostro quoque apparet.

Is vero pro temporum ratione satis doctum se exhibet in rebus ad antiquitatem pertinentibus, et in scriptorum cognitione, quamquam eos interdum confundit (Iul. Celsum cum Suetonio V, 310; VI, 134. et cum Iuvenale VIII, 75.), vel minus recte intellexit; cf. IV, 694. Idem exhibet se hominem sensu elegantiori praeditum (cf. VII, 250. 333.), et in explicando cautum atque circumspectum (cf. VII, 28.), ita ut passim rectiora praebeat. In verbis sane infima latinitas apparet, unde et eorum origo et significatio a vulgari usu saepius recedens cum sermone Italico interdum habet similitudinem, atque singulorum etiamnunc dubia est significatio, e. g. I, 314. *raffacanes*. Nihilominus haud prorsus est contemnendus.

Porro huc pertinent *Expositiones super Lucanum poetam per Wagner, grammaticae professorem*, Vindobonae a. 1431. scriptae, quas Codex papyraceus in folio minore complectitur, servatus Vindobonae in coenobio nomine Schottenkloster. Explanantur vero IX tantum libri Pharsaliae; qua tamen ratione non constat, neque quidquam de auctore ipso.

Accedit denique praeter anonymos glossatores Lucani Florent. 4. 6. 14, qui fortasse huc referendi sunt, IULIUS POMPONIUS LAETUS († 1497.), qui discipulus Laurentii Vallae non modo glossulas in Virgilium, ex grammaticis collectas (cf. Burm. Praef. ad Virg. p. 36. et Heyne p. 248.), aliaque ad scriptores latinos spectantia, sed etiam notas in margine Cod. Lucani manu sua exaravit, qui teste Spanhemio servatur in bibliotheca Vaticana Nr. 3285. Vitam Lucani ab eodem Pomponio Infortunato compositam editio princeps indeque Oudendorpiana exhibent.

Hi sunt commentatores Lucani, de quibus certi quid definire augurarive poteram; supersunt alii, quorum scholia glossasve ex superioribus plerumque vel partim transscripta, vel augendo redigendove in brevius mutata atque amplificata habemus. Ingens vero eorum numerus, ita ut haud multi exstent Codd., quorum margini non singula notamina allita sint. Medii enim aevi temporibus in coenobiis scholisque Lucanus prae ceteris tum ob belli civilis historiam, tum ob sententias insignes poetaeque acumina, studiose lectus et relectus est; cf. Withof. Encaen. Crit. p. 146. et Burm. Praef. ad Lucan. †† 3. pag. aversa. Hinc multi illi, sed recentiores Scholiastae, de quibus in universum Daniel Gaetanus Epistola ad Mannam Cremonensem a. 1486. iudicat: *Esset quidem — ferendum, si in uno errassent, sed age quot de mille locis? minimum non invenias locum, quem vel aliquo iusto iudicio vel probabili imitatione consideraverint.*

Quod iudicium, licet nimis exaggeratum, in singulis tamen verum esse facile cognoscitur; quare, ne in his quoque taedium lectoribus excitemus, breviter rem absolvam. Sunt vero partim commentaria scholiave, vel ab uno composita, ita ut singula tantum nihilve cum aliis habeant commune, vel ex compluribus hausta atque compilata, partim glossae, quas in singulis MSS. vel meis oculis lustrare, vel per excerpta cognoscere erat concessum. Prioribus adnumerandi hi Codices.

BARTHIANUS (BARTH.), Pharsaliam cum scholiis glossisque continens, quorum singulas partes hausi ex notis Barthii vel ad Britonem, cf. V, 130, vel ad Statium, cf. I, 603; V, 307. 476; VI, 42; VII, 736; VIII, 171; X, 163. Exemplar fuit magni pretii (vid. ad Theb. IV, 727.), maiusculis literis scriptum (ad Theb. VI, 89.), antiquissimum, et ex manubiis Carthusiae prope Argentoratum redemtum (ad Theb. VII, 595; Adversar. XVI, 17. p. 840.), scholiis admodum copiosis instructum (ad Theb. IV, 409.), quorum unum consentit cum B. et LC. (I, 32.), alterum ex parte cum VOSS., cf. VI, 185. Quae ex iis supersunt sane non spernenda, sed ab aliis plane recedere videntur, uti varia scriptura Lucani III, 410. *equitantibus* pro *praebentibus*; IV, 291. *viscera* pro *vulnera*.

BERNENSIS *primus* Nr. 370, Codex membranaceus, teste Sinnero p. 511, ex bibliotheca ecclesiae S. Mariae Argentinensis, postea Bongarsii, in foliis quaternis continet duos Scholiastas eadem manu saeculo X bene exaratos picturisque ornatos, quorum prior (BERN. I) satis amplus, prolixus et verbosus, sed plurimis mendis corruptus, totam explanat Pharsaliam. Quae Sinnerus inde transscripserat ad IV init. et X, 195 sqq., meis interserta vides; addidi alia in Synopsi, ex quibus apparet commentator satis doctus eruditusque, ita ut, qui typis exscribatur, fortasse dignus sit. In singulis quidem facit cum LB. et Voss. X, 195. 209, vel cum solo LB. X, 213. aliisque, in plurimis tamen ab omnibus recedit, aliorum quidem respectum habens cf. X, 212, plerumque tamen sua tantum exhibens, neque inepte, neque ineleganter elaborata.

BERNENSIS *quartus* (BERN. IV), membranaceus, formae octavae et saeculo XI exaratus, auctore Sinnero l. l. p. 510, signatus nr. 601. et in fine Pharsaliae, inde a VIII, 599. mutilus, glossas scholiaque, sed admodum rara, male ab eadem plerumque manu picta, et sine ullo pretio vel in margine vel inter versus continet.

BEROLINENSIS *secundus* (Bb.), Codex Lucani in membranis XCVI formae octuplae, sub siglo Nr. 1, mutilus

in fine a vs. 465. libri X, secundum Oelrichs l. l. p. 117. et Wilken l. l. p. 228. saeculo XIII satis bene exaratus. Habet Codex admodum pauca scholia in prioribus tribus libris, quorum prima sunt longiora, pluresque glossas interlineares, parvi tamen pretii. Singula cum Arnulphianis congruunt.

DARMSTADINUS, olim Coloniensis, cf. (Ios. Hartzheim) Catal. histor. crit. Codd. MSS. bibl. eccles. metropol. Colon. p. 159. Nr. 190, commentarius in Lucanum (fol. XXV cum dimid.), Macrobium (fol. XII c. dimidio, in fine mancus), Iuvenalem (fol. XVIII c. dimid.) et Persium (fol. V cum dimid.), membranaceus saeculo XIV vel XV parum nitide neque semper correcte cf. IV, 639. exaratus. Scholia glossaeque ex Cod. Lucani, ni fallor, transscriptae, singula satis apte, concise et proprio modo explicant, ita ut admodum raro cum aliis consentiant, cf. I, 1. cum B. in verbis *Intentio est laudare — laus est vituperatio* et *Alii dicunt quod sit* etc. Alia cum Cass. et G. I. conveniunt, unum scholion (IV, 692.) nova praebet, ex Lutatio fortasse hausta. Initium hoc est: *Expulsis regibus ob sui superbiam, cum respublica ad tantum devenisset augmentum* etc. In fine haec exstant: *Explicit opus Lucani.*

DORVILLIANUS (DORVILL.). Mihi est ex supellectili Martyni-Lagunae collatio Lucani Burmanniani cum fragmento MS. saeculi XI a I. P. Dorvillio instituta, complectens librum primum. In principio praeter ea, quae typis exscripta sunt, haec leguntur: *Bellum aliud hostile, aliud domesticum, aliud provinciale, aliud civile, aliud plusquam civile. Hostile quod fit inter barbaros, domesticum quod fit inter notas civitates, provinciale, quod fit inter provinciam et provinciam, civile inter cives, plusquam civile, quod fit inter consanguineos;* denique *Lucanus mortuus fuit antequam expleret istud opus*, quae hominem satis novum prae se ferunt. Ex quonam tamen Codice haec Dorvillius transscripserit, utrum ex suo antiquissimo, olim Sangallensi (cf. ad Chariton. p. 85. s. Ed. Lips. 251. et p. 95. s. 257.), de quo tamen dubitare licet, cum ex eo librum nonum laudet, an ex alio, incertum est.

DRESDENSES tres (DRESD. I. II. III) Lucanum continent cum glossis scholiisque admodum paucis, quae sine momento, imo inepte (cf. IV, 597.) singula hic illic breviter explicant. Unum tamen Dresd. III cum Arnulpho conveniens deprehendi l. l. Refert de primo (Elect. 55; Reg. D, 67.), cui a duobus multo recentioribus manibus scholia addita sunt, membranaceo saeculi XII vel XIII, formae maximae, Goetze in Merkwürdigkeit. d. königl. Bibl. zu Dresd. LVII p. 449. et Ebert Beschreib. d. Dresdner Bibl.

p. 274. Nr. 148; de secundo (Elect. 56; Reg. 89.), item membranaceo, saeculi XIII vel XIV, in folio quod dicunt minore, olim G. Fabricii, Götze LVI p. 441. et Ebert p. 275. Nr. 149; de tertio denique (Reg. D, 170.), quem a. 1466. Otto quidam Spigel Bononiae in chartis octonis exaravit, olim Crusiano, Ebert p. 275. Nr. 150.

FLORENTINUS bibliothecae S. Crocis (*FLOR. S. C.*) sub siglo Nr. III. Plut. XXIX, de quo vide Bandini T. IV. p. 173, habet in membranis quaternis formae oblongae Lucanum saec. XI cum glossis scholiisque neque tamen multis exaratum, quae ab omnibus aliis distinguuntur, *sed* parum auctoritatis, doctrinae atque utilitatis exhibent.

GUELFERBYTANUS *secundus* sub nota MS. Aug. Fol. 85. 6, de quo vide, praeter alios supra p. XI laudatos, Ebert l. l. p. 102. Nr. 517. Codex Lucani membranaceus, in folio minoris formae saec. XIII exaratus, scholiis glossisque uberrime instructus, quorum quatuor distinxi scribas, praeter plures, qui ab initio nonnulla notarunt. Prima enim manus (G. 2.), eadem quae Codicem *scripsit*, raro adspersit scholia, sed plures glossas, quae saepius cum Erlang. consentiunt, parum tamen ad rem faciunt, nisi ubi varios praebent scripturas. Pauciora, *et glossemata et scholia*, minorisque pretii sunt, quae recentior manus (G. 3.) allevit, quorum auctor in fine Codicis his notatur: *Cordubensis Lucani totum volumen auditum fuit Asculi civitatis de Dronto* (ita) *per me Honofrium Simonis de Camplo sub doctrina egregii et famosi viri magistri Petri de Camplo* etc.; quo de Petro cf. infra. Tertia manus (G. 4.) paucissimas, neque ullius pretii glossas, quas nuspiam alibi inveni, adiecit; ultima denique manus (G. 5.) scholia multa addidit neque indocta, in quibus potissimum sensus fabularum allegorice explicatur; verba vero Lucani saepius male tractantur. Accedit a fronte folium separatum, in quo legitur initium commentarii, cuius partem quoque a G. 6. scriptam vidimus, hoc: *Intentio Lucani est in hoc opere civile* (G. 6. *illud* pro *in — civ.*) *bellum describere quod gessit Caesar cum Pompeio et fautoribus suis.* Commentarius ipse priores tantum L versus complectitur, in nostro et in G. 6. Ad finem Codicis leguntur septem versus *de animantibus ambiguis*, in Helmst. 490. quoque scripti; quorum primus hic: *Haec sunt ambigua* (Helmst. *ambigena*), *quae nuptu dispare constant;* in Helmst. additur octavus. Sequuntur versus licet aliter dispositi, qui in Lc. ad I, 651. apparent; ubi item legitur *Inde Iovi dona.* Codex olim fuit Oswaldi Gabelchoferi cuiusdam, MD emtus Göppingae.

GUELFERBYTANUS *tertius*, olim Gudianus Nr. 229, in membranis CVII formae octuplae saec. XIII exaratus, de quo vide Ebert l. l. p. 103. Nr. 522, habet Pharsaliam, praeter IV, 40—603, quae in octo foliis scripta per casum intercidisse videntur, glossis scholiisque duarum manuum interlitam. Prior (G. 6.), quae Codicem ipsum scripsit, paucas plerumque inter versus, raro in margine habet glossas, quae in aliis non exstant, neque tamen ullius sunt momenti. Eadem in fine commentarii initium scripsit, de quo supra p. XXXVI monui. Posterior manus plura praebet glossemata quam scholia, item male exarata, et eiusdem pretii; singula tamen cum Arnulpho consentiunt, cf. IV, 612.

GUELFERBYTANUS *octavus*, olim Gudianus Nr. 178, membranaceus in quarto, bene exaratus et finitus die VII Octobris 1472. (cf. Ebert l. l. p. 103. Nr. 524.), Pharsaliam continet scholiis glossisve trium explanatorum instructam. Quarum pars, ab eadem manu atque Lucanus scripta (G. 8.), plerumque scholia nova praebet (cf. IV, 610. 611. 612. 614. 634. 639.), raro in aliis cum Arnulpho (cf. IV, 597.), maxime in glossis consentit, vel cum ST. et G. 14. (cf. IV, 593.), vel cum ZO. (cf. IV, 639.), ad finem circiter libri VII pergens. Initium hoc est: *Circa principium Lucani VII extrinsecus sunt quaerenda, scilicet quis auctor* etc. Altera manus (G. 9.) singula tantum scholia glossasque per octo priores libros exhibet, quae in aliis non leguntur, cf. IV, 598. 612. 643, unum autem cum VIC. (IV, 607.); tertia manus (G. 10.) solas glossas habet admodum raras. Omnia vero, quae in hoc Codice leguntur, neque docte, neque eleganter adnotata, parum Lucani interpretationem iuvant.

GUELFERBYTANUS *undecimus* (G. 11.), sive Gudianus Nr. 155. (cf. Ebert l. l. p. 105. Nr. 535.), membranaceus saeculi XIII in quarto, continet 1) Anonymi glossas in Virgilium f. 1—56; 2) glossam in VI librum Aeneidos f. 57—59, 3) ab eadem manu; quae glossam in Aen. VI exhibuit, f. 60—64. glossulas in Lucanum; 4) glossas super Terentium f. 65—83. pag. recta; 5) f. 83—95. partim ab eadem, quae glossas super Terentium scripsit, partim ab alia manu exaratas glossas alias in Libr. I. Aeneidos usque ad VI, 597; 6) expositionem super Iuvenalem f. 96—131. a variis exaratam; 7) scholia in Catonem f. 131—133. pag. recta et 8) ab eadem manu scripta, scholia in Ovidium de arte amandi f. 133—140. pag. recta, in Ovidii epist. ex Ponto f. 140. pag. aversa — 142. et in remedia amoris Ovidiana f. 142. ab initio — 145; omnia a diversis manibus exarata. Glossae Lucani sive potius scholia, quae ab

initio usque ad libri IX, 412. pertinent, omissis tamen libro VI VII et VIII, bene diligenterque scripta, singulos tantum tractant locos, eo potissimum consilio electos, ut philosophica, quae insunt, philosophice, docte et copiose explicarentur. Ita e libro quarto 14 loci (16. 44. 46. 47. 68. 70. 71. 110. etc.) explanati sunt. Scholia, ni fallor saec. XIII composita, ab aliis recedunt; unum tamen ad I, 1. *plusquam* idem atque in B. est. Initium hoc: *Hic titulus est Lucani: Incipit Lucanus. Solent poetae libros suos intitulare vel a negotio vel ipsorum vocabulo.* Finis est mutilus.

HARLEIANUS *tertius* (HC.) Nr. 2531, Lucani Codex membran., saec. XIV exaratus, cum multis glossis inter versus notulisque marginalibus variorum satis copiosis, inde ab initio Pharsaliae ad medium usque l. IV male pictis. Pergunt eae a libro VII—X, item a compluribus saec. XIV vel XV scriptae, sed breviores et rariores, cf. Catal. MSS. Harl. T. II. p. 698, et ab aliis diversae, praeter unam IV, 597, tractant res geographicas, mythicas et rhetoricas, neque tamen magni sunt pretii, exceptis iis quae ad situm locorum spectant.

HARLEIANUS *quartus* (HD.) Nr. 2552, Lucani Codex et in membranis et maximam partem *in chartis* a. *1444.* scriptus, cf. Catal. laud. p. 699, continet glossemata cum paucis scholiis in margine I, 1—516. et III, 544. ad finem usque libri X, ita ut ab initio copiosiora in libro V et VI rarescant, in reliquis vero libris totum fere marginem compleant. Sunt a variis composita, neque cum aliis congruunt, quorum singula praebent varias scripturas crisinque agunt, vel res historicas et rhetoricas exponant, pluris neque tamen magni habenda in libris ultimis, ubi X, 20. *Guarinus* (Veronensis 1370—1460.) *invehens contra Lucanum* commemoratur.

HARLEIANUS *quintus* (HE.) Nr. 2728, Codex Lucani saec. XI exaratus, cf. Catal. l. l. p. 709, continet passim glossas inter versus et scholia circiter 660, partim ab eadem manu atque Codex, partim ab aliis scripta, quae plerumque res historicas, interdum grammaticas satis bene recteque explicant, singulis Virgilii Horatiique locis laudatis, ita ut unum cum PF. atque PG. et ex parte cum G. 8. congruat, aliud simile sit HAC., cf. IV, 639.

LIPSIENSIS *quintus* (LE.), fragmentum Lucani, continens vs. 44—650. libri primi, olim Menckenianus, cf. Catal. bibl. Mencken. p. 584, nunc in senatus amplissimi bibliotheca sub nota *Rep. I nr.* 10. (*b*) in folio formae minoris. Codex membranaceus, nitide et accurate saeculo XIII

sine multis scribendi compendiis exarátus, singula habet scholia bonae notae, quorum unum I, 610. apud Ioannem de Ianua, alterum I, 625. apud eundem et Isidorum exstat.

MARPURGENSIS Codex (MARP.), in membranis quaternis formae oblongae, bene nitideque, ni fallor, saec. XIII exaratus, et in bibliotheca Academica sub signo Nr. II servatus, continet Pharsaliam cum singulis glossis, per priores tres libros conspicuis, scholiisque, quae, ab alia manu atque glossae scripta, plerumque argumenta singulorum locorum continent, unde nihil frugi petere possis. Nonnulla tantum ab initio libri IX vidi, quae alia praebent; en unum: *Ut dicunt philosophi, aer quanto superior, tanto purior. In* qua *parte* aer niger *respectu aetheris, quia densus* ax. astr. *i. aetheri, in quo volvuntur astra, et in qua parte* semidei habitant *spatium illud*, quod patet *inter terram et lunam* etc. Commemorat Codicem, praeter Oudendorpium, Hirsching l. l. T. II. p. 246.

MEDIOLANENSES Codices Lucani octo sunt praeter supra p. XXIII laudatum, quibus glossemata scholiave addita apparent (cf. Montfauc. T. I. p. 519.), Bentivoglio iudice plerumque intra saec. XIV et XV scripta, quod tum ex scriptura minuta, tum ex ineptiis, quibus abundant, colligas. Itaque doctissimus Ioann. Villa ea tantum transscripta mihi misit, quae minus nugarum habere ipsi videbantur. Sunt autem hi Codd. omnes membranacei, praeter tertium et sextum, 1) *MA.* sub rubro H. 124. par. inf. carens principio et libro X, cum notis ad maginem et inter versus, in quarto, saec. XIV; 2) *MB.*, signatus I, 83. par. sup., in octavo formae oblongae, saec. XI, multis adspersus notis interlinearibus et aliquot marginalibus; 3) *MC.*, notatus I, 120. par. sup., in quarto, plurimis conspurcatus glossis scholiisque, scriptus Tergesti 1410; 4) *MD.* sub siglo L, 70, in quarto, saec. XI cum aliquot scholiis, quorum tamen nullum ad fabulam Antaei exstat; 5) *ME.* sub signo O, 141. par. sup., in octavo formae oblongae, parum nitide exaratus, cum paucis glossis scholiisque, ad mediam usque Pharsaliam pertinentibus, quorum unum IV, 631. est Arnulphi; 6) *MF.* Codex saec. XIV vel XV sub nota O, 145. par sup., in quarto, cum argumentis librorum factis a Borsone quodam, quorum initium hoc est: *Memoriale Borsonis super X libris Lucani incipit et primo super primo. Continentia primi: Primus* (an *Hicce?*) *parat, invehitur, causat, ruit, armat, abitur. Primus parat. Lucanus in primo parat, supple materiam deorum* (an *bellorum?*) *id est proponit, cum dicit Bella per Emathios. Invehitur, supple in Romanos* etc. De Borsone illo, nisi est idem atque Simon Borsanus, ar-

chiepiscopus Mediolanensis, de quo vide Fabric. Bibl. med. et inf. latin. T. IV. p. 187. et Mazzuchelli Scrittori d'Italia Vol. II. P. 3. p. 1807, nil constat. In eodem Codice neque tamen ab eodem Borsone scripta leguntur glossemata et scholia aliquot in fine rarescentia; 7) *MG.*, signatus per Q, 82. par. sup., Codex saec. XII vel XIII, in quarto, ab initio mutilus, cuius in fine leguntur: *Scire debemus quod Lucanus condidit octo millia carmina trecenta nonaginta quatuor*, cum Synopsi historica de Iulio Caesare, Pompeio aliisque, multas habet glossas et scholia; 8) *MI.* sine signo, Codex saec. XIV, inter scholia satis multa et glossemata unum habet Arnulphianum, cf. IV, 595.

MONACENSIS *primus* (MOA.) sub numero 322, Codex Lucani in membranis maximae formae CXXX, saeculo XII literis maiusculis nitide scriptus, cui adspersa sunt glossemata atque scholia atramento pallido et minutissime saec. XIV vel XV exarata, quae nullius videntur esse pretii (cf. IV, 598. 601.), ab initio satis multa, postea tamen rariora, ita ut in media Pharsalia pauca tantum supersint. Notae marginales sic incipiunt: *Auctor iste more metrice et recte scribentium praeponit, invocat, narrat. Praeponit: quis furor* etc.

Codicum, quos MONS PESSULANUS *servat*, *prior* (MPA.), ex libris oratorii collegii Trecensis, continet Lucanum in membranis maximae formae, sub rubro H. 329. (cf. Haenel l. l. p. 240.) cum notis glossisque minutissime scriptis, unde factum, ut singula tantum erui possent, cf. IV, 597. 624. 625. 636. Alter (MPB.), olim Buherianus C. 24, nunc signatus H, 113, cuius excerpta Oudendorpius I. P. Dorvillio debebat, cf. Praef. Lucan. †† 4. p. avers., in membranis formae maximae (non quaternis), saec. IX literis Longobardicis exaratus esse fertur (cf. Haenel. l. l.), et singula habet scholia, quae res historicas tractant, plura vero glossemata, quae plerumque cum Erlang. consentiunt, cf. IV, 606. 613. 626. 642. 644. Duae insunt imagines in singulis foliis, serius tamen additis, altera Lucani, altera Pauli Constantinopolitani cum inscriptione supra p. X commemorata. Ad calcem libri VI legitur index Romanorum pontificum, quorum ultimus in eo quum sit Stephanus VI (electus 897.), saeculum, quo Codex scriptus sit, inde eruere volnerunt.

PARISINUS *secundus* (PB.) Nr. 8039, olim Thuaneus primus (cf. Bibl. Thuan. T. II. p. 424.), postea Colbertinus, Nr. 1822, deinde Regius 5083, 2, quo Grotius, Heinsius et Bentleius (cf. ad I, 8.) usi esse videntur, Codex saec. X, scholia habet in libro primo, in sequentibus vero

paucas glossas, nullius fere pretii, neque cum aliis congruentes; cf. Catal. Bibl. Reg. T. IV. p. 421, b.

PARISINUS *sextus* (PF.) Nr. 8265, olim Colbertinus (cf. Montfauc. T. II. p. 953, c.), Lucanus saec. XIII cum glossis scholiisque, cf. Cat. Bibl. Reg. T. IV. p. 443, a. Singula cum G. 8. consentiunt (cf. IV, 612. et alibi), ita tamen ut uno loco (IV, 658.) G. 8. auctior sit verbis, pro quibus in PF. locus est Iuvenalis X, 153: *Deductisque viam scopulis sibi fecit* (ita) *aceto.*

PARISINUS *septimus* Nr. 8266. (PG.), olim Colbertinus, Lucanus saec. XIII cum scholiis, quorum unum cum PF. vel potius cum G. 8. (IV, 658.) consentit, et cum glossis inter versus, quae tamen paucae, neque magni aestimandae sunt; cf. Cat. Bibl. Reg. T. IV. p. 443, a.

PARISINUS *decimus* olim 6606, 3, nunc Nr. 8467. (PK.), cf. Cat. Bibl. Reg. T. IV. p. 442, a. Lucanus prius Colbertinus Nr. 6439. apud Montfauc. T. II. p. 1014, teste v. cl. Hasio, in membranis minoris formae literisque minutissimis saec. XIII exaratus, continet scholiola nonnulla et glossemata interlinearia, in aliis Codd. non conspicua, neque tamen magni pretii.

PISTORIENSIS Codex Lucani membran., in bibliotheca de la Sapienza, olim sub rubro Nr. 42, nunc Nr. 50. cum glossis scholiisque, spisso charactere parum recte nitideque saec. XIII scriptus, praeter duos ultimos libros, qui recentioris sunt manus; cf. de eo Zachariae Bibl. Pistor. T. I. p. 22. Duo autem apparent glossatores, quorum alter (PST.) raro glossemata, rarius scholia habet, quae alibi non inveni, neque tamen magni aestimanda sunt; alter (PST 2.) ducentis annis iunior item glossas scholiaque adspersit eiusdem fere pretii, quorum alia nova sunt, in quibus (cf. IV, 593. 596. 611.) ad commentarium in Ovidii Metamorphoses, eodem Zacharia teste p. 46, Pistoriae servatum, remittimur; alia vel ex parte (cf. IV, 597.) vel prorsus (cf. IV, 631. et alibi) cum Arnulpho conveniunt. In fine Codicis leguntur verba: *Iste liber est mei Zomini de Pistorio* (i. e. Sozomeni presbyteri Pistoriensis † 1458.). *Suscipe, virgo parens, gratias benigne devoti* (aliquid deest), *die penultima Martii, quem hunc audirem Petro ministrante dedisti.* Qui fortasse idem Petrus de Camplo est, de quo supra p. XXXVI vidimus.

RATISBONENSIS (RATISBON. s. NORIC. s. GRONOV.), olim ex dono Nicol. Rittershusii Norici in manibus Chr. Sig. Donaueri, postea cum ceteris huius libris (cf. Hirsching l. l. Tom. III. p. 629.) in bibliothecam publicam Ratisbonensem translatus sub nr. 93, nunc vero Monaci.

Codex formae quaternariae in membranis CXXII vetustissimis (sunt enim rescriptae, ita ut singula verba hymnorum dictorumve sanctorum etc. appareant), saec. XII (vel XIII secundum Hirsching l. l. p. 633.) ex Codice satis corrupto transscriptus. Addita sunt scholia et glossemata ab alia, ut videtur, manu literis minutis scripta. Quo Codice usus est Ioh. Fried. Gronovius (cf. eius Observatt. I, 13. fin.), unde scholia ex notis eius manuscriptis, quae mihi supersunt, hausta Norica dixi; alia per RATISB. notata Spengelio humanissimo debeo. Quorum paucissima consentiunt cum Voss. I; cf. VII, 549. VIII, 463; unum ex parte cum Bp.; reliqua vero proprio Marte elaborata esse videntur, cf. I, 454. 564, neque indocta, cum non solum aliorum poetarum locos laudent, cf. III, 206. (ibi scribas RATISB.); V, 527. VI, 55. 456. 706; sed etiam varias scripturas diiudicent, cf. VI, 126.

SANGERMANENSES Codices Lucani, quorum unum tantum laudat Montfauc. T. II. p. 1132, c. (Cortio audit Parisinus), duos vero, quorum alter 406. libri IV terminatur, Burmannus Praef. Lucani pag. penultima, nunc Parisiis in bibliotheca Regia sub Nr. 1166, 5. et Nr. 1453. exstant. Prior (SA.) habet singulas tantum glossas inter versus nullius momenti, alter (SAB.) plura scholia atque glossemata eiusdem pretii, quae passim (cf. IV, 589. 593.) Arnulphianis similia videntur. Alia de iis Codd. mihi non constant.

Lucanus STROZZIANUS Florentiae Nr. 129; cf. Bandini Catal. Leopold. Laurent. T. II. p. 508. Codex scholiis aliquot pluribusque glossis instructus; singula cum G. 8. vel 14. congruunt, cf. IV, 593. 603. 605. 609. 637, ita tamen ut breviora sint quam in G. 14.

TAURINENSIS *secundus* (TB.) Nr. 620. L. V. 19, in chartis quaternis scriptus 1470, de quo cf. Montfauc. T. II. p. 1399, e. et Ios. Pasini Codd. MSS. bibl. Reg. Taurin. T. II. p. 170, continet Pharsaliam glossis et prolixioribus scholiis illustratam, quae nuspiam alibi vidi. Alia rem grammaticam, alia sensum poematis explicant, alia argumentum ex scholasticis praeceptis exponunt. Initium eorum hoc est: *Consuevit dici, quod in principio istius libri octo sunt extrinsecus inquirenda;* quae similiter in B. et G. 8. leguntur, unde eos Taurinensi explanatore antiquiores esse putaverim.

TAURINENSIS *tertius* Nr. 997. K. l. 7, de quo cf. Montf. et Ios. Pasinum ll. ll. Lucanus in membranis octonis, saec. XV exaratus rotundo nitidoque charactere Romano. Scholia habet rarissima neque multas glossas, unde factum, ut specimen earum mecum non sit communicatum. Initium

hoc: *Incipit prologus Corduba me genuit* etc. Sequitur vita Lucani: *Iste Anneus Lucanus Cordubensis poeta fuit* etc. cum epitome brevissima belli civilis, quae omnia in Guelf. 2. (ap. Ebert. Nr. 518.) leguntur.

VENETI tres Lucanum simul continentes, et scholiis glossisque instructi, quae recentioris aetatis cum aliis non consentiunt, neque ullius fere pretii sunt; primus (VEA.) Nr. 452. in membranis quaternis saec. XV, ad librum I, II, initium tertii et post medium lib. V notas habet; secundus (VEB.) Nr. 453, in chartis a. 1426. per Blasium quendam de Neapoli exaratus, scholiis praeditus est ad dimidium usque libri VII; cf. *A. M. Zanetti* etc. Lat. et Ital. D. Marci Biblioth. Codd. MSS. p. 179; tertius (VEC.) Nr. 454, in membranis maximis saec. XV scriptus, caret scholiis a libro VII ad finem usque Pharsaliae.

VINDOBONENSIS *primus* (VIA.) sub rubro Philol. Nr. XV, in membranis CXI formae maximae saec. XIV exeunte scriptus, olim Franc. Ferri, clerici Veneti 1630. Pharsaliae addita sunt plura glossemata quam scholia, mox frequentiora, mox rariora, neque omnia ab eodem exarata. Quae quamquam ab aliis diversa continent, nullius tamen fere pretii sunt.

VINDOBONENSIS *quartus* (VID.), olim Henrici Ranzovii, nunc in bibliotheca Caesarea sub rubro *Philol.* Nr. 446, membranaceus, formae octuplae, qui praeter Lucanum Ovidii quoque Fastos exhibet, saec. XII vel XIII ineunte, teste *Altero*, professore olim Pragensi, scriptus. Continet scholia glossasque plures in Lucanum, quae tamen finem versus rarescunt, exigui tantum pretii; unum scholion cum BAL. congruum deprehendi.

Lucani Codex VINDOBONENSIS *quintus* (VIE.), notatus Salisb. 9, in membranis XCV formae maximae, 1339. *per Martinum de Triesto in scholis magistri Bonaventurae, scriptoris de Verona* literis gothicis exaratus. Ei passim adspersa sunt scholia, quae tamen plerumque versuum summaria continent, saepius glossemata fortasse eiusdem Bonaventurae vel Martini, quae Italum indicant v. c. *stancavit*, *stancus* IV, 622. aeque ac quae in fine Codicis leguntur: *Dextra scriptoris careat gravitate doloris, detur pro penna scriptori pulcra puella.* Unum tantum scholion vidi congruum cum G. 8.

Codex VINDOBONENSIS *sextus* Nr. 943. (VIF.) continet in membranis XCVI, quarum forma est inter quartam et octavum, Lucanum saec. XI scriptum. Codex bonae notae, in quo pauca glossemata et pauciora scholia apparent,

neque plane condemnenda, cf. IV, 638, quamquam non multum adiuvant. In aliis Codd. non comparent.

VOSSIANUS *tertius* (VOSS. III), olim Nr. 142. (cf. Colomes. l. l. p. 875. et Catal. MSS. Angl. etc. p. 66. Nr. 2467, unde sua habet Montfauc. T. II. p. 679, e.), nunc Nr. 16, in membranis quaternis formae maioris, incipiens a vs. 296. libr. I (cf. Catal. Bibl. Lugd. p. 378.) notulas aliquot habet marginales, quarum unam IV, 63. in BC. legimus. Eidem, ni fallor, glossa est tribuenda VII, 676, quam Oudendorp. Voss. IV fortasse per errorem esse dicit; de glossis certe huius nil constat.

In VRATISLAVIENSI *primo* (VA., Cortio audit *quartus*), qui Lucanum continet in membranis CVI formae maximae a Iacobo, Iuliani de Portiolo filio, Ferrariae 1278. eleganter literis Italis scriptum, passim apparent glossemata et pauciora scholia ab initio I. II, in fine IV (646—694.), ab initio V et post medium VIII. Quae dedi sunt antiquioris eiusdemque manus, quae Codicem scripsit, neque ullius pretii, neque cum aliis congruentia. Recentioris manus, quae paucissima scripsit, hoc specimen ad I, 130: *Toga vestimentum est, quo in foro amictimur* (ita) *secundum No. Mar.* (Marcell. p. 406.), *cuius Cicero meminit in Catilinam* (II, 10, 22.): *Velis amictos, non togis. Et dicitur toga a tegendo; vel toga secundum Isido. li.* 26. (Orig. XIX, 24.) *dicta est, quod velamento sui* etc. — *pace utebantur.* Idem repetit ad I, 133. Isidori verba composita ex Orig. XVIII, 42. et XV, 2. de v. *theatri.* Cf. de eo et seqq. Krantz Memorab. Bibl. publ. Elisab. p. 89. et C. E. Chr. Schneider in libello academico supra laudato p. IV sq.

VRATISLAVIENSIS *secundus* (VB.), qui Cortio est quintus, Lucanus membranaceus, constans foliis quadratis CXXXVIII, a duabus manibus scriptus. Prioris apparent notae I, 8. 561; posterioris est subscriptio in fine Codicis: *Vivat in celis Placentinus in nomine Felix*, quae MOB. quoque in fine habet, *Ugyennus* tamen pro *Plac.* praebens, cf. supra XXI. Scriptus esse fertur 1355.

VRATISLAVIENSIS *quartus* (VD.), Cortii *septimus*, Codex Lucani membranaceus, saec. XV scriptus scholia et glossemata continet in VII priores libros, quorum singula ex parte cum VIE. congruunt. Eiusdem naturae et pretii i. e. nullius, teste Wellauero v. cl., sunt glossae et scholia *quinti* (VE.), qui Cortio dicitur primus, Codicis membranacei; satis multa apparent in prioribus duobus libris, pauciora in tertio, in reliquis sunt sola glossemata. Specimen eorum mecum non est communicatum, cum rarissime ad fabulam Antaei adscripta sint.

VRATISLAVIENSIS *septimus* (VG.), apud Cortium secundus, in chartis, una cum *octavo* (VH.), sive Cortii sexto, uterque recentior, Lucanum continent cum glossematis et scholiis, quorum ille satis multa habet, quae ad partitionem rerum spectant, neque tamen uti glossae ullam afferunt utilitatem; hic in duobus tantum prioribus libris praebet, in sequentibus vero ad VII usque, ubi desinunt, sola glossemata eiusdem momenti, ab Italo, ut videtur (cf. IV, 609.), composita.

Inter eos Codices, qui ex aliis compilata atque suis fortasse adaucta habent scholia, ita ut farraginem diversorum praebeant glossematum, conspicui sunt hi: AQUISGRANENSIS (AQ.) olim Dautzenbergii cuiusdam, nunc bibliothecae publicae, Codex in membranis XV formae octonariae, continet commentarium imperfectum Pharsaliae inde ab initio ad IV, 552. usque, satis eleganter literis minutis, multisque scribendi compendiis saec. XIII, ut videtur, exaratum. Incipit his: *Lucanus ut sibi aeternam compararet famam ad scribendum animum appulit, et inter cetera civile bellum describendum suscepit, ut infortunia et reipublicae et facientibus contingentia exponendo ab animis civium, inter se proelium volentium, belli civilis amorem excutiat.* Paraphrasis est, quae in singulis cum B. et PI. consentit, ita ut ex alterutro haustam esse dixerim.

BONGARSII Codex (BONG.), membranaceus saec. IX (?), sponsore Sinnero l. l. p. 507, in foliis maximae formae nitidissime scriptam continet Pharsaliam cum scholiis glossisque, quae tamen lib. III vs. 168. desinunt. Inde enim rarescunt, ut in reliquis praeter recentioris cuiusdam scholiastae et Bongarsii observationes hic illic allitas nihil adscriptum sit. Iam si de habitu pretioque variorum scholiorum glossarumque (cf. II, 9. 11. in Synopsi) quaeras, difficile est de iis iudicare, nisi omnia iusto modo distinxeris, quod in excerptis mihi transmissis factum non esse valde doleo. Quantum vero ex iis colligere licet, multa cum BERN. I conveniunt, ita tamen ut, quae in Bongars. seorsim scripta sunt, Bern. I in unum habeat coniuncta. Itaque nonnulla cum Bc. sive Voss. congruunt, cf. I, 4. IV, 478, dum alia ab iis et Bern. I recedunt, vel adaucta vel corrupta, quibus ex Bern. I medela adhibenda erat, alia magnam partem in PC., unum adeo scholion in Florent. XIII (cf. V, 7.) eodem fere modo legitur.

ERLANGENSIS (ERL.), olim Heilbronnensis, de quo vide Hockeri Biblioth. Heilbronn. p. 97. Nr. 199, est membranaceus lutei coloris, saeculo X, si fides habenda est

Pfeiffero (Ueber Bücherhandschriften p. 231.) exaratus. Continet Lucanum, in fine tamen mutilum (ultimos CLXXII versus frater Ioannes Sailer a. 1468. supplevit), multis glossis, quae plerumque cum Voss. I man. al. consentiunt, singulisque scholiis, quae partim in Bern. I (cf. IV, 608. 633.) leguntur, refertum, ita ut fere quaeque vox sit glossata, neque tamen multum frugis ex eo comparari possit.

FLORENTINUS *tertius decimus*, de quo vide Montfauc. T. I. p. 312. et Bandini Cat. Codd. Lat. Bibl. Laur. Med. T. II. p. 205, continet Lucanum ad vs. 948. usque libri IX, constans foliis LXXXVII, exaratus saec. XII, olim Antonii Petreii, conspersus scholiis nonnullis in margine, quorum tamen pleraque temporis iniuria evanuerunt. Unum ex iis ad V, 7. cum Bongars. consentit; alia ab initio libri V haec sunt: *Dictum est quod Caesar pugnans victoriam est adeptus nec non eius gener Pompeius et sic a. d.* Paulo post vs. 4. *Nominativus Athlantis i. Maia filia Athlantis, mater Persei, uxor Iovis, facta signum in coelo, quod apparet in Zonae versura. Athlantis est stella, quae cadens i. occidens inducit nivem et frigus; vel cadens i. apparens in Olympo.* vs. 5. Instabat) *et quando istud fuit.* nova) *in quo die mutabantur honores.* fastis) *Consulum Romanorum, quorum nomina in Ianuario scribebantur in libro, quoniam a calendis Augusti usque ad Ianuarium inquirebatur vita eorum, scil. si traxerant* (?) *per ambitionem vel si debebant alienam pecuniam.* vs. 6. colit) *veneratur per sacrificia.* ducentem) *Ianuarius est initium anni. quia iterum incipiunt dies crescere.* Ianum) *Ianus bifrons describitur* etc. Ex quibus aliisque scholiis apparet Scholiastam explicandis singulis multam dedisse operam, ex compluribus scholia esse composita, unde singula cum aliis congruunt, neque indocta, sed in Lucano rectius intelligendo parum habere momenti.

GUELFERBYTANUS *quartus decimus* (G. 14.) sive Gudianus Nr. 275, cf. Catal. Bibl. Marq. Gudii p. 554. Nr. 120. et Ebert l. l. p. 104. Nr. 533, Codex membranaceus saeculi XIV, forma quadrata, quem olim Bernh. Rottendorfius possidebat, cf. Burmanni Syllog. Epist. Tom. V. p. 264. sq. Constat foliis XCII nitide multis tamen scribendi compendiis per binas columnas exaratus. Quae in fine leguntur, supra p. XXI vide. Etenim, quod iam Rottendorfius l. l. notaverat, continet is Codex Arnulphi scholia in Lucanum, sed, quod ille scire non poterat, ex parte tantum, inde a X, 332; unde apparet commentarium nostrum, mutilum, similiter atque LA., glossis Arnulphi suppletum fuisse. Commentarius satis amplus atque prolixus ex variis

glossis scholiisque aliorum compositus esse videtur, ita tamen ut fortasse alii quoque sua inde mutuarentur. Hinc factum, ut nonnulla cum Baluzz. (cf. IV, 598. 624. 625.), alia cum G. 3. (cf. IV, 593.) vel cum G. 9, alia cum Strozzianis (cf. IV, 603. 605. 609.), unum tantum scholion cum Arnulpho (IV, 648.) consentiat. Ratio explicandi satis docta (laudantur enim aliorum poetarum loci, cf. IV, 593. 639.) atque apta, neque tamen elegans, neque ingeniosa, ut saeculo XIV digna videatur. Initium hoc est: *Cum in Lucani expositione potius turbet quam eruditat diversitas exponentium, quidam enim more Iudaico circa literae expositionem vel in simplici constitutione humiliter serpunt, propheticas vero rationes de cursibus planetarum et maxime necessariam astrologiae scientiam ex negligentia vel potius ex ignorantia transiliunt, alii vero, de litera forsitan parum confidentes trita, astrologiam, evagantes nubes et inania tractant; nos vero communi omnium utilitati consulentes et literam sufficienter exponere et prophetiam rationabiliter assignare necessarium duximus.* Quae transcripsimus, ut ratio exponendi inde cognoscatur, et commentaria B. sive LA. et Zoni his significari appareat.

HARLEIANUS *primus* (HL.) Nr. 1865, Codex Lucani saec. XIV in membranis quaternis formae longioris exaratus et ex Italia advectus, plures continet glossas quam scholia variorum (cf. IV, 596.), saec. XIV vel XV allita inter versus et ad marginem Pharsaliae, quae finitur X, 422; cf. Catal. MSS. bibl. Harl. T. II. p. 272. Singula cum G. 8. (cf. IV, 602. 604.) congruunt, reliqua nova neque tamen magni aestimanda sunt.

HAVNIENSIS *quartus* (HD.), olim Hamburgi (Cortio et Heinsio audit Hamb. tertius), nunc in bibliotheca Regia Nr. 2023, membranaceus, forma quadrata, Pharsaliam habet saeculo XIII scriptam ad vs. 390. usque libri octavi, neque tamen sine lacunis libri II. III. V, multaque scholia glossasve a duobus saeculo XIV exarata. Prior Scholiasta plerumque cum Arnulpho congruit; in aliis consentit cum BAL. (cf. IV, 593.), alia non habet (IV, 597. 629. etc.), alia tamen eademque nova addidit, cf. IV, 600. 622. (*creber*) 630. 644. Scribam vero Arnulphi glossis usum fuisse, easque auxisse suis apparet ex IV, 614. *palaestrae*. Altera manus eaque recentior singula notavit alibi non lecta, nullius tamen fere momenti, cf. IV, 612. 619. 621. 646.

LIPSIENSIS *secundus* (LB.), qui Lucanum integrum in membranis octonis continet, satis eleganter accurateque a tribus manibus, ni fallor, saec. XIII scriptus, servatur in bibliotheca senatus Lipsiensis sub rubro Rep. I nr. 76. Plurima

insunt et glossemata et scholia, de quibus vide Tom. II. p. 440; sunt singula bona mixta multis malis. Etenim, ut dixi, a tribus adspersae sunt explicationes, quarum aliae maxime ad librum nonum e Vaccae commentario sumtae esse videntur, ita ut vel cum Voss. (cf. I, 97. II, 43. 60. 162. 537. VII, 242. 357.), vel cum BC. (cf. I, 118. 380. II, 434. 554. X, 441.), vel cum utroque et aliis (cf. I, 266. 575. 622. II, 10. 42. 62. 119. 173. 194. 328. 548.) consentiant, interdum breviora (cf. IX, 35. 40.), interdum eundem sensum sed aliis verbis (I, 336. 405.) praebentes. Alia vel eadem (cf. I, 70. 194. 196. VIII, 876.), vel similia (cf. I, 68. 71. 109.) ex B. vel LA. translata sunt, alia ex Servio (I, 529. 547. 604.), Macrobio (II, 381.), Festo (I, 183. 653. 655. 659.) aliisque; alia cum solo LC. congruunt, cf. I, 168. Singula scholia quod attinet, quorum scribas in collectione distinguere nolebam, manus secunda, quam in Synopsi nominavi, ultimam Codicis partem exaravit, additis tamen per totam Pharsaliam in margine notationibus. Quam dixi primam, ea est recentissima et sua sine dubio ex aliis et maximam partem ex eodem fonte atque BAL. hausit, cf. IV, 505. 507. 634. 654. 657. Tertia denique manus singulas habet glossas, quae plerumque proprio Marte elaboratae esse videntur.

Eodem modo a compluribus conspurcatus est *Lucanus* LIPSIENSIS *tertius* (LC.), quem membranaceum in foliis quaternis formae oblongae servat bibliotheca Paullina Nr. 1285. Eum scripsit una eademque manus praeter noni libri partem, multis scripturae compendiis usa; complures vero correxerunt. Saeculo XIII vel XIV exaratus, multa habet glossemata et scholia, a variis scripta, ita ut tres manus distinguere possis, quarum illa, hominis fortasse Galli cf. VI, 126, quam dixi tertiam in Synopsi (ibi enim tantum singulas manus notavi) eadem est, quae Codicem scripsit et plurima adscripsit, partim cum BAL. congruentia (cf. IV, 598. 612. 629.), partim idque saepius cum B. vel LA. (cf. I, 72. 98. 114.), ita ut iis singula addita habeat. Prima manus pauciora habet scholia, quorum compluria (cf. IV, 615. VI, 818. VII, 147.) in VOSS. et BC. vel in aliis eiusdem familiae (cf. VII, 688. IX, 516.) leguntur; unum I, 31. cum Barthiano consentit; secunda vero manus paucissima neque docta in singulis locis adiecit. Quantum igitur iis tribuendum sit, ex his et supra T. II. p. 440. dictis apparet.

MONACENSIS *quintus* (MOE.), Codex olim Emmeramus, nunc Monaci sub rubro G, 72, duos continet Scholiastas, cf. supra XXII. Prior incipit his verbis: *Intentio Lucani est dissuadere civile bellum*, et finitur folio XL his

ad VIII, 456. 459. *De spuma illa nata est Venus. Ego dico nasci, si credamus aliqua numina nasci;* quae leguntur in LA. Omnino enim is Codex excerpta continet Scholiastae LA. sive B., quae vidi IV, 656. 657. 658, ita tamen ut singula vel cum aliis consentiant (cf. IV, 639.), vel de novo addita videantur, cf. IV, 593. 637.

PARISINUS *tertius* (PC.), Nr. 8040, Lucanus olim Thuaneus tertius (cf. Bibl. Thuan. T. II. p. 456.), postea Colbertinus Nr. 1314. (cf. Montfauc. T. II. p. 947, a.), ad marginem libri I et ex parte II scholia habet, quorum alia leguntur in Bern. I (cf. II, 2. etc.), alia in Bongars. (cf. II, 15. 18.), inprimis glossemata (cf. II, 1. 5. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14.), unum ad VII, 132. *quid esset; vel libera, vel non*, laudante Burmanno; alia sunt nova, cf. Cat. Bibl. Reg. T. IV. p. 422, a.

TAURINENSIS *primus* (TA.), Nr. 619. L. V. 18, Codex Lucani in chartis quadratis (de quo vide Montfauc. T. II. p. 1399, e. et Ios. Pasini Codd. MSS. bibl. Reg. Taurin. etc. T. II. p. 170.), satis multas habet glossas, plerumque cum Erl. congruentes, et scholia prolixiora, quae plerumque partitionem tractantia ex parte in VIC. leguntur, hausta ex Zoni commentariis. Explicant tamen priora tantum usque ad vs. 410. libri IX. Codex ipse optimae notae pulchro nitidoque charactere Romano saec. XV scriptus est.

VINDOBONENSIS *tertius* (VIC.) Philol. Nr. 288, in membranis CXI formae octavae, saec. XIV satis bene sed a vs. 454. libri V ab alia manu exaratus, olim I. Sambuci Pannonici, glossemata habet et scholia, sed propter minutissimas literas et scribendi compendia lectu difficillima, quae desinunt vs. 787. libri V. Sunt a duobus, ni fallor (cf. IV, 609. 653.), compilata, ita ut alia ex Zono potissimum desumta videantur, quae in TA. quoque lecta partitionem rerum exhibent, unde eas a vs. 615. libri IV non transscripsi, alia cum Arnulpho (cf. IV, 597.), alia cum G. 9. (cf. IV, 607.), alia cum MC. (cf. IV, 620. 648. 659.) congruant, quae tamen in nostro pleniora sunt. In aliis contra, neque tamen magni faciendis, nova praebet, cf. IV, 593. 644, ubi variam perpendit scripturam.

ZWICCAVIENSIS (ZW.), Cortii Daumianus, Martyni-Lagunae Cygneus, Codex Lucani in membranis CXXII formae octuplae, signatus Nr. VII, 13. et scriptus saec. XIII, cuius in fine leguntur argumenta singulorum librorum: *Proponit liber primus* etc.; cf. de eo Chr. Daumii Epist. ad Thom. Reines. p. 300. Adscriptae sunt plures difficiliorum vocabulorum notationes ex aliis haustae, quam sententiarum declarationes, quarum nonnullae vel cum solo PD. (cf. IV,

593. 597. 625. 629. 634. 652.), vel cum aliis (cf. IV, 622.) consentiunt. Ab Italo scriptum esse multa docent verba, ceterum haud prorsus contemnenda. Auctor eorum *Iohannes* quidam fuisse videtur, qui ad IV, 138. his *imo dico ego Iohannes curvatum succidere* se ipse significavit, et fortasse discipulus fuit M. Gori vel M. Petri, saepius ab eo commemoratorum, ut VI, 757. *ritu; sed M. Gorus dicit rictu i. e. horribili figura;* VII, 262. *Mr. Gorus [et] Magister Petrus dicunt quod tunc gladii sint mad...;* VII, 355. *Magister Gorus facit hic unam rationem, sed non M. Petrus;* et paulo post: *M. Gorus facit hic unam partem, sed non M. Petrus.*

Sunt contra Codices, qui glossas solas habent, praeter G. 4. (cf. p. XXXVI) 6. (cf. p. XXXVII) 10. (cf. p. XXXVII) et SA. (cf. p. XLII) hi:

AUGUSTANUS Vindelicorum, Lucanus, chartaceus in foliis CXXXV maximae formae, cuius in fine legitur nomen scribae: *Franciscus de Sarcellis* 1396. Liber olim fuit Iohannis de Spinginberg, rectoris scholarum Utinensium, postea bibliothecae episcopalis, quae Sedati erat. Codex est nitide exaratus cum paucis glossis, plerumque rem historicam tractantibus, sine pretio, quae a *medio tertio* libro rarescunt; cf. Hirsching Beschreib. d. Bibl. T. II. p. 92. Cum ad IV, 593. sqq. nihil notatum sit, transscribere iurat, quae metrice notantur ad II, 40. *flere: Cum manibus plango, lacrimis fleo voceque ploro, cum luget vultus, mens meret ipsa nimis.*

BAMBERGENSIS (M IV, 10.), Lucanus bene scriptus, sed inde a libro septimo manu alia; continet in foliis XLVIII formae quadratae, per binas partes divisis, verba poetae cum nonnullis glossis parvi pretii, maxime versus finem Pharsaliae. Exaratus videtur Codex saec. XIII, vel secundum Iaeckium saec. XII, et habet praeter Pharsaliam Expositiunculas in libros S. Augustini de Musica et Possidium de vita S. Augustini.

BERNENSIS *tertius* (BERN. III), Codex in fine mutilus, membranaceus, forma octava, nitide pictus saeculo XI, si fides habenda Sinnero l. l. p. 510, olim Franc. Danielis, nunc in bibliotheca Bernensi sub nota 521, qui glossas aliquot grammaticas non male a duobus compositas, sed parvi momenti in margine Pharsaliae exhibet.

BEROLINENSIS *quartus* (BD.), sub signo Nr. 36. Codex Lucani membranaceus in foliis C formae maximae, scriptus secundum Oelrichs l. l. p. 117. saeculo XIII, secundum Wilken p. 226. saec. XIV; glossae singulae cum Bb. consentiunt.

OISELIANUS Codex Lucani, quo usus est N. Heinsius, glossas habuit; cf. III, 482. Ceterum nihil de eo constat, neque in Catal. bibl. Iac. Oiselii Lugd. Bat. 1688. Lucani MS. commemoratur.

RICHELIANUM Codicem Lucani, cuius duo exhibuimus glossemata, I, 54. III, 425. ex sola Burmanni editione novimus.

Codex TREVIRENSIS Lucani (TREV.), fortasse eiusdem, quem Browerus in notis ad Venant. Fortunat. Ed. 1603. p. 177. laudat, fragmenta sola libri V. VI. VII continet, in tegumine libri cuiusdam servata, quorum notitiam P. I. Leloup in libello scholastico, Treviris 1827. evulgato, p. 31. dedit, ea saeculi XII esse contendens. Ibi glossae quoque conspiciuntur nostris insertae V, 672. 713. 716. etc., quae cum aliis nihil habent commune.

VRATISLAVIENSIS *sexti*, qui in membranis formae maximae saec. XIII satis nitide exaratus est, glossae aliquot ad I, 1—20. et II, 41—59. exstant, nullius momenti.

Restant denique alii Codices, scholiis glossisve instructi, de quibus non licet sententiam ferre, cum iis utendi potestas vel omnino defuisset, vel ab iis, quos precibus adieram, mihi non data esset.

ANTWERPENSIS, qui servatur in bibliotheca Plantiniana, Codex membranaceus, Lucanus saec. XI cum scholiis, quem praecedunt Sedulii et Persii carmina; cf. Haenel Catal. MSS. p. 750.

BARBERINORUM quatuor, teste Haenelio, N. 2172. 2173. 2388. 2972, nonnulli, ut Feder v. cl. me docuit, scholia habent, flocci tamen aestimanda.

EDUARDI BERNARDI Oxoniae Lucani duo cum scholiis Nr. 103. et 105. (cf. Catal. MSS. Angl. et Hiber. Tom. II. p. 227. Nr. 7449. 7451.), quorum prior idem esse videtur, qui Burmanno audit Turrianus et Oudendorpio Oxoniensis primus; cf. Oudendorp. Praef. Lucan. †††† 1. Quae ibi de bibliotheca Parisina monentur non intelligo. Glossam Turriani (TURR.), quam Burm. praebuit, vide I, 54.

CANTABRIGIENSIS, Lucanus cum commentario satis antiquo, servatus in bibliotheca publica Nr. 96; cf. Catal. MSS. Angl. et Hiber. T. I. P. 2. p. 167. Nr. 2275. (unde sua habet Montfauc. T. I. p. 672, c.), et Ecloga Oxonio-Cantabr. p. 103.

CASSINENSES tres cum scholiis, quorum unus saeculo XII scriptus esse et tertio vita Lucani addita esse perhibetur; cf. Montfauc. T. I. p. 218. 225. 229.

CORSINENSIS qui Romae servatur in bibliotheca Corsiniana Nr. 602, Lucanus notulis aliquot marginalibus illustratus; Codex chartaceus formae quadratae, transscriptus a. 1466.

EBNERIANUS Nr. 41. Codex foliorum XXXIX, forma quadrata, exaratus saeculo XIV, qui continet commentum in Iuvenalem, Lucanum, Persium, Sedulium, Horatium, Virgilium, Prudentium, et in fine varia praecepta metrica; cf. (Ranner.) Bibl. Ebner. T. I. p. 46. Nr. 391. et de Murr Memorab. bibl. Norimb. T. II. p. 144, qui ad I, 463. glossam laudat *caicos i. e. friesen.* Codicem, nescio a quo redemtum, frustra quaesivi.

ESCURIALENSIS sive Scorialensis, Lucanus cum notis, saeculo XV in chartis formae quadratae exaratus, sub siglo III. E. 14; cf. Haenel l. l. p. 951.

FLORENTINORUM bibliothecae Laurentinae, de quibus vide Montfauc. T. I. p. 312. sq. et Bandini T. II. p. 201—207, Pharsaliam continent cum scholiis glossisque hi: Plutei XXV. 1, finitus Cumis a. 1407. a Georgio de Ciseris de Herba; IV, saeculi XV, ad initium libri usque septimi; V, saeculi XIII ineuntis; VI, saeculi XV, cum uberrimo commentario, qui ad vs. 807. libri IV his verbis desinit: *iugulo iugulatione vestra. Felix Roma etc.* et incipit *In principio huius libri intendo quaerere aliqua et primo quis autor* etc. et paulo post: *Bella per Aemathios etc. Expositurus istum nobilissimum autorem vellem posse facere, quod dicit Augustus de Lucio Floro, breviatore T. Livii;* VII, saeculi XIII, cum glossis scholiisque quibusdam brevibus et cum vita Lucani, quae incipit: *Lucanus Gnei, natione Cordubensis de regione Hispaniae* etc.; VIII, saeculi XIII, cum glossis scholiisque item brevibus et cum vita Lucani ita incipiente: *Lucanus iste Hispanus genere Cordubensis fuit regione, dignitate vero et eruditione Romanus*, quae in Voss. II quoque exstant; IX, saeculi XIII ineuntis, cuius scholia glossaeque finem usque libri V attingunt; X, saeculi XIII ineuntis, cum glossis scholiisque quibusdam valde raris; XI, saeculi XIV; XII, saeculi XIII, cum glossis scholiisque perquam raris; XIV, Codex chartaceus saeculi XV, cum scholiis nonnullis ab initio; XV, Codex saeculi XII, cum glossis scholiisque alterius manus; XVI, Codex anno 1319. a Io. Victorio exaratus, cum glossis scholiisque ad initium usque libri V additis; XVII, Codex saeculi XII, cum glossis scholiisque antiquis; XVIII, Codex saeculi XIII, cum glossis scholiisque, ab alia manu scriptis; XX, Codex saeculi XIII, cum glossis rarisque scholiis; XXI, Codex saeculi XIII, cum glossis paucis,

liber olim Baptistae Poggii; XXII, Codex saeculi XIV, cum glossis quibusdam scholiisque copiosis, paulo post initium libri IV desinentibus; XXIII, Codex saeculi XIII, cum glossis scholiisque a manu recentiori scriptis. Quibus de Codicibus humanissimus Franciscus de Furia haec ad me scripsit: *Quod de auctoritate, aetate et pretio harum glossarum atque scholiorum sentiam, brevi expediam. Et sane, quantum colligere potui, licet ea plerumque ex antiquioribus scholiis proficiscantur, quandoque tamen ex aliis quoque fontibus arbitror processisse, ex ingenio atque eruditione eorum, qui eos Codices olim prae manibus habuere. Hi siquidem, vel studiorum suorum causa, vel ad poetae verba aliis legentibus magis explicanda, suas interpretationes in illis passim adiiciebant.* Quae res praecipue eo comprobatur, quod in nonnullis Codicibus scholia et glossemata variis manibus diversisque temporibus sunt exarata.

Codex THOMAE GALE Nr. 172, qui servatur Cantabrigiae, continens commentarium in Lucanum; cf. Catal. MSS. Angl. et Hib. T. II. P. I. p. 189, b. Nr. 6006.

HAVNIENSIS *quintus*, Cod. reg. Nr. 2019, Lucanus in membranis octonis cum glossematis admodum raris, *liber* olim *S. Mariae Virginis in Novomonasterio Bordesholm; sextus*, Cod. reg. Nr. 2020, Lucanus cum glossis scholiisque plerumque brevibus in membranis quaternis; cf. de utroque Codice Erichson l. l.; *septimus* ex dono Thottii, Codex Lucani membraneus saeculo XIV ineunte scriptus, cum scholiis in margine et inter versus; cf. Catal. Bibl. Thott. T. VII. p. 310. nr. 402.

LEODICENSIS Codex, qui in membranis octonis bullam papae cuiusdam de sepulturis, glossas super Boetium (f. 2—51.), glossas super Lucanum (f. 52—75.) et summam S. Raymundi de Pennafort abbreviatam continebat, olim in monasterio S. Iacobi, nunc sub hastae lege nescio cui venditus; cf. Catal. libror. monast. S. Iacobi Leodicens. p. 170. Nr. 536.

LISBONENSIS in bibliotheca Real. da Corte D, 2. 19; *glossae super X Lucani libros*, una cum Ant. Lusco super orationes Ciceronis, Acrone super odas Horatii, comment. super Iuvenalem et aliis, Codex chartaceus et membranaceus saeculi XV in foliis quaternis; cf. Haenel. l. l. p. 1036.

MATRITENSES. „Bina Lucani exempla membranacea suppeditat Regia bibliotheca Matritensis, alterum saeculi ut videtur XIII ineuntis, alterum paulo recentius, utrumque cum anonymi commentario perpetuo;“ ita Bayerus in not. ad Nic. Anton. Bibl. vet. Hispan. I, 10. T. I. p. 65.

METENSIS, Lucanus glossatus, in membranis saeculi XIII, teste Montfauc. T. II. p. 1384, a, nunc tamen, quod doctissimus *Teissier*, praefectus Theodonis villae, per literas me docuit, inter turbas Gallicas elapsus.

PATAVINI tres Codices Lucani, qui nunc cum reliquis libris, teste P. Bettio, dispersi sunt, glossas habuisse dicuntur, laudati a Thomasino in Biblioth. Patav. p. 24. 49. 53, indeque a Montfauc. Tom. I. p. 486, h. d. e.

RICCARDIANUS Codex Lucani (cf. Montfauc. Diar. Ital. p. 375.), Florentiae in bibliotheca Riccardiana olim Nr. 546, nunc Nr. 13. in membranis quaternis formae oblongae, saeculo XIII negligenter scriptus, scholii glossasque habet in V priores libros et finitur vs. 947. libri noui.

SUECICUS Nr. 2473. (Cortio est Suec. 3.), Codex Lucani saeculo XIII, teste Spanhemio, exaratus cum glossis multis; fortasse Nr. 1685. cum scholiis brevibus, unus ex iis Christinae reginae, qui nunc Romae sunt, commemorati a Montfauc. T. I. p. 52.

THUANEUS in quarto, cf. Catal. Bibl. Thuan. p. 448, 14. Inerant praeter Aristotelis secreta, Senecae epistolarum fragmentum, vitas pontificum aliquot et Lucani fragmentum, glossae in Terentium, Ovidium et Lucanum, quas sequebatur Avieni fragmentum et Chalcidius in Timaeum Platonis.

Inter octo VATICANOS, qui Pharsaliam *habent*, *duo*, teste Spanhemio, scholiis instructi sunt, alter (I) Nr. 1628. (an 1623? cf. Montfauc. T. I. p. 4. et Recens. MSS. Cod. Vatic., qui Procurat. Gallor. trad. p. 87.), in foliis maximae vel quadratae formae saeculo XI scriptus; alter (IV) saeculo XII in foliis maximis Nr. 2796, cuius unum scholion IV, 595. praebuerunt excerpta Spanhemiana.

S. VICTORIS denique Lucanus, cf. Montfauc. T. II. p. 1373, a, nunc in bibliotheca Regia Parisiis Nr. 728, ab initio tantum habet singulas glossas.

Haec sunt, quae de scholiis glossematisque Lucani eorumque scriptoribus disserenda habeam. Quae ut benigne accipiantur, cum in rebus dubiis taediique plenis error facillimus sit, oro rogoque.

Restat ut viris clarissimis gratias agam, quorum benevolentiae vel notitiam Codicum Lucani, vel excerpta scholiorum debeo, *Francisco de Bentivoglio*, propraefecto bibliothecae Ambrosianae; *Bessone*, custodi bibliothecae Taurinensis; *Dan. Eberh. Reyschlagio*, rectori scholae ad S. Annae, Augustae Vindelicorum; *Ol. Blochio*, professori Havniensi; *F. Cazin*, praefecto bibliothecae Aquisgranensis; *C. A. L. Federo*, a consiliis aulicis Darmstadii; *Francisco de Furia*, praefecto bibliothecae Laurentinae; *Gust. Haenelio*, profes-

sori Lipsiensi; *Car. Ben. Hasio*, custodi MSS. bibl. regiae Parisiis; *Aug. Hermanno*, professori Dresdensi; *God. Hertelio*, rectori scholae Zwiccaviensis; *Iahnio*, professori Bernensi; *E. E. Krausio*, philos. doctori, Gothano, qui Arnulphi Stuttgartiani partem mecum communicavit; *H. Kühnholzio*, professori Monte-Pessulano; *I. F. Müllero*, candidato theologiae Ieverensi, qui Codicem regium Londini et Harleianos excerpsit; *Hofmanno Peerlkampio*, professori Lugdunensi, *Petro Bettio*, custodi bibliothecae ad aedem S. Marci Venetiis; *Hermanno Reinganum*, philos. doctori Berolini; *Salomonsen*, custodi bibliothecae Havniensis; *Schaefero*, antistiti sacrorum Wallersteini; *Ioh. H. Christiano Schubarto*, philos. doctori, cuius opera scholia Codicum Vindobonensium nactus sum; *G. Schwabio*, professori Stuttgartensi; *Sellingio*, professori scholae ad S. Annae; *Leonh. Spengelio*, professori Monacensi; *Ioanni Villa*, doct. philos. et custodi bibliothecae Ambrosianae, et *Wolffio*, antistiti sacrorum Iudaicorum Havniae. Quibus viris et doctissimis et humanissimis me quam maxime obstrictum eorumque usui pro viribus serviendo paratissimum et promtissimum esse lubenter fateor atque profiteor.

INDEX CODICUM ET SIGLORUM,

QUIBUS CODICES NOTANTUR.

ANTWERPENSIS, Lucanus c. schol.; p. LI.
AQ. — Aquisgranensis, Scholiasta; p. XLV.
ARN. — Arnulphus, Scholiasta; p. XX.
AUGUSTANUS, Lucanus c. gloss.; p. L.
B. — Berolinensis Nr. 34, Scholiasta prior; p. XXVI.
BAL. — Baluziana scholia Nr. 8141; p. XXIII.
BAMBERGENSIS, Lucanus c. gloss.; p. L.
BARBERINI, Lucani MSS. IV c. schol.; p. LI.
BARTH. — Barthianus, Lucanus c. schol.; p. XXXIV.
Bb. — Berolinensis, Lucanus c. schol. Nr. 1; p. XXXIV.
BC. — Berolinensis, Lucanus c. schol. Nr. 35; p. IX.
BD. — Berolinensis, Lucanus c. gloss. Nr. 36; p. L.
BE. — Bernensis Nr. 411, Arnulphus; p. XX.

BENED. — Benedictoburanus, Lucanus c. schol. D. 4, g.; p. VIII.
BERN. I. — Bernensis Nr. 370, Schol. prior; p. XXXIV.
BERN. II. — Bernensis Nr. 370, Schol. posterior; p. VIII.
BERN. III. — Bernensis Lucanus c. gloss. Nr. 521; p. L.
BERN. IV. — Bernensis Nr. 601, Lucanus c. schol.; p. XXXIV.
BERNARDI, Lucani MSS. II, quorum unus TURRIANUS c. schol.; p. LI.
BONG. — Bongarsianus, Lucanus c. schol.; p. XLV.
BP. — Berolinensis Nr. 44, Scholiasta posterior; p. XXVI.
CANTABRIGIENSIS, Lucanus c. commentar.; p. LI.
CASS. — Casselanus, Lucanus c. schol.; p. X.
CASSINENSES, Lucani MSS. tres c. schol.; p. LI.
CORSINENSIS, Lucanus c. gloss.; p. LII.
DARM. — Darmstadinus, Scholiasta; p. XXXV.
DORVILL. — Dorvillianus, Lucanus c. schol.; p. XXXV.
DRESD. I. — Dresdensis D, 67, Lucanus c. schol.; p. XXXV.
DRESD. II. — Dresdensis Nr. 89, Lucanus c. schol.; p. XXXV.
DRESD. III. — Dresdensis D, 179, Lucanus c. schol.; p. XXXV.
EBNERIANUS, Scholiasta; p. LII.
ERL. — Erlangensis Nr. 199, Lucanus c. schol.; p. XLV.
ESCURIALENSIS, Lucanus c. schol.; p. LII.
FLOR. S. C. — Florentinus S. Crocis, Lucanus c. schol.; p. XXXVI.
FLORENTINI, Lucani MSS. c. schol. et gloss.; p. XXIV. XXVIII. XLVI. LII.
G. I s. GUELF. — Guelferbytanus, Lucanus c. schol. 41, 1. MS. Aug. F; p. XI.
G. 2. 3. 4. 5. — Guelferbytanus, Lucanus c. schol. Aug. Fol. 85. 6; p. XXXVI.
G. 6. 7. — Guelferbytanus, Lucanus c. schol. Nr. 229; p. XXXVII.
G. 8. 9. 10. — Guelferbytanus, Lucanus c. schol. Nr. 178; p. XXXVII.
G. 11. — Guelferbytanus, Scholiasta Nr. 155; p. XXXVII.
G. 12. — Helmstadiensis, Lucanus c. schol. man. sec. Nr. 490; p. XIII.
G. 13. — Helmstadiensis, Lucanus c. schol. man. tert. Nr. 490; p. XIII.
G. 14. — Guelferbytanus, Scholiasta Nr. 275; p. XLVI.
GALEUS, Scholiasta; p. LIII.
GRONOV. — Gronovianus; v. RATISB.
GROT. — Lucanus c. schol. apud Grotium; p. XVII.

H. — Benevenutus Harleianus Nr. 186; p. XXIX.
HA. — Havniensis, Arnulphus Nr. 2025; p. XXI.
HAB. — Havniensis, Lucanus c. schol. Nr. 2021; p. XII.
HAC. — Havniensis, Lucanus c. schol. Nr. 2022; p. XVI.
HAD. — Havniensis, Lucanus c. schol. Nr. 2023; p. XLVII.
HARL. — Harleianus, Arnulphus Nr. 6502; p. XXI.
HAVNIENSIS, Lucanus c. schol. Nr. 2019; p. LIII.
HB. — Harleianus, Lucanus c. schol. Benevenuti et Zoni Nr. 2477; p. XXIX.
HC. — Harleianus, Lucanus c. schol. Nr. 2531; p. XXXVIII.
HD. — Harleianus, Lucanus c. schol. Nr. 2552; p. XXXVIII.
HE. — Harleianus, Lucanus c. schol. Nr. 2728; p. XXXVIII.
HELM. — Helmstadiensis, Arnulphus Nr. 490. p. XXI.
HELMST. — Helmstadiensis, Lucanus c. schol. man. primae Nr. 490; p. XII.
HL. — Harleianus, Lucanus c. schol. Nr. 1865; p. XLVII.
HZ. — Zonus regius Londini Nr. 2479; p. XXX.
LA. — Lipsiensis, Scholiasta prior Rep. I. Nr. 10, a; p. XXVI.
LAP. — Lipsiensis Scholiasta posterior Rep. I. Nr. 10, a; p. XXVII.
LB. — Lipsiensis, Lucanus c. schol. Rep. I. Nr. 76; p. XLVII.
LC. — Lipsiensis, Lucanus c. schol. Nr. 1285; p. XLVIII.
LD. — Lipsiensis, Lucanus c. schol. Rep. I. nr. 4; p. XVI.
LE. — Lipsiensis, Lucanus c. schol. Rep. I. Nr. 10, b; p. XXXVIII.
LEODICENSES glossae; p. LIII.
LINDENBR. — Lucanus c. schol, ap. Lindenbrogium; p. XVII.
LISBONENSES glossae; p. LIII.
LP. — Lipsiensis, Lucanus c. schol. Rep. I. Nr. 10, a; p. XVI.
MA. — Mediolanensis, Lucanus c. schol. H. 124; p. XXXIX.
MAGDEB. — Magdeburgensis, Lucani fragmenta c. schol.; p. XVII.
MARPURGENSIS, Lucanus c. schol.; p. XXXIX.
MATRITENSES, Lucani MSS. II. c. schol.; p. LIII.
MB. — Mediolanensis, Lucanus c. schol. I, 83; p. XXXIX.
MC. — Mediolanensis, Lucanus c. schol. I, 120; p. XXXIX.
MD. — Mediolanensis, Lucanus c. schol. L, 70; p. XXXIX.
ME. — Mediolanensis, Lucanus c. schol. O, 141; p. XXXIX.
METENSIS, Lucanus c. gloss.; p. LIV.
MF. — Mediolanensis, Lucanus c. schol. O, 145; p. XXXIX.
MG. — Mediolanensis, Lucanus c. schol. Q, 182; p. XL.
MH. — Mediolanensis, Lucanus c. schol. S, 49; p. XXIII.
MOA. — Monacensis, Lucanus c. schol. Nr. 322; p. XL.

MOB. — Monacensis, Lucanus c. schol. Arnulphi Nr. 349; p. XXI.
MOC. — Monacensis, Lucanus c. schol. F. VIII; p. XIII.
MOD. — Monacensis, Scholiasta D. 4. d; p. XIV.
MOE. — Monacensis, Scholiasta posterior G. 72; p. XLVIII.
MOF. — Monacensis, Arnulphus G. 72; p. XXII.
MOG. — Monacensis, Scholiasta F. 22; p. XXVII.
MPA. — Pessulanicus, Lucanus c. schol. II, 329; p. XL.
MPB. — Pessulanicus, Lucanus c. schol. II, 113; p. XL.
NORIC. — Noricus; v. RATISBON.
OISELIANUS, Lucanus c. gloss.; p. LI.
PA. — Parisinus, Lucanus c. schol. Nr. 7900, A; p. XVII.
PAR. — Parisinus, Zonus Nr. 8045; p. XXX.
PATAVINI, Lucani MSS. tres c. gloss.; p. LIV.
PB. — Parisinus, Lucanus c. schol. Nr. 8039; p. XL.
PC. — Parisinus, Lucanus c. schol. Nr. 8040; p. IL.
PD. — Parisinus, Beuevenutus Nr. 8047; p. XXVIII.
PF. — Parisinus, Lucanus c. schol. Nr. 8265; p. XLI.
PG. — Parisinus, Lucanus c. schol. Nr. 8266; p. XLI.
PH. — Parisinus, Lucanus c. schol. Nr. 8269; p. XVIII.
PI. — Parisinus, Scholiasta Nr. 8302; p. XXVII.
PIST. — Pistoriensis, Arnulphus Nr. 54; p. XXII.
PITH. — Scholiasta ap. Pithoeum; p. XVIII.
PK. — Parisinus, Lucanus c. schol. Nr. 8266; p. XLI.
PST. — Pistoriensis, Lucanus c. schol. prioris man. Nr 50; p. XLI.
PST 2. — Pistoriensis, Lucanus c. schol. posterioris man. Nr. 50; p. XLI.
RATISBON. — Ratisbonensis s. Noricus s. Gronovianus, Lucanus c. schol.; p. XLI.
RICCARDIANUS, Lucanus c. schol.; p. LIV.
RICHELIANUS, Lucanus c. gloss.; p. LI.
SA. — Sangermanensis, Lucanus c. schol. Nr. 1166, 5; p. XLII.
SAB. — Sangermanensis, Lucanus c. schol. Nr. 1453; p. XLII.
SALISBUR. — Salisburiensis, Arnulphus Nr. 432; p. XXII.
SORB. — Sorbonicus, Zonus Nr. 518; p. XXX.
ST. — Strozzianus, Lucanus c. schol. Nr. 129; p. XLII.
STUTTG. — Stuttgartinus, Arnulphus Nr. 49; p. XXII.
SUECICUS, Lucanus c. schol. Nr. 2473; p. LIV.
SUECIC. II. — Lucanus c. schol. Nr. 37; p. XVIII.
TA. — Taurinensis, Lucanus c. schol. Nr. 619; p. IL.
TAURINENSIS, Lucanus c. schol. Nr. 997; p. XLII.
TB. — Taurinensis, Lucanus c. schol. Nr. 620; p. XLII.
THUANEUS, glossae; p. LIV.
TREV. — Trevirensis, Lucanus c. gloss.; p. LI.

TURR. — Turrianus; v. BERNARDI.
VA. — Vratislaviensis, Lucanus c. schol. a. 1278; p. XLIV.
VATICANI, Lucani MSS. II c. schol.; p. LIV.
VB. — Vratislaviensis, Lucanus c. schol. a. 1355; p. XLIV.
VC. — Vratislaviensis, Lucanus cum schol. Guil. Cappelli; p. XXXII.
VD. — Vratislaviensis, Lucanus c. schol.; p. XLIV.
VE. — Vratislaviensis, Lucanus c. schol.; p. XLIV.
VEA. — Venetus, Lucanus c. schol. Nr. 452; p. XLIII.
VEB. — Venetus, Lucanus c. schol. Nr. 453; p. XLIII.
VEC. — Venetus, Lucanus c. schol. Nr. 454; p. XLIII.
VED. — Venetus, Lucanus c. schol. Arnulphi Cl. XII, Nr. 144; p. XXII.
VG. — Vratislaviensis, Lucanus c. schol.; p. XLV.
VH. — Vratislaviensis, Lucanus c. schol.; p. XLV.
VIA. — Vindobonensis, Lucanus c. schol. Nr. 15; p. XLIII.
VIB. — Vindobonensis, Lucanus c. schol. Nr. 196; p. XXIV.
VIC. — Vindobonensis, Lucanus c. schol. Nr. 288; p. II.
VICTORIS, Lucanus c. gloss.; p. LIV.
VID. — Vindobonensis, Lucanus c. schol. Nr. 446; p. XLIII.
VIE. — Vindobonensis, Lucanus c. schol. Salisb. 9; p. XLIII.
VIF. — Vindobonensis, Lucanus c. schol. Nr. 943; p. XLIII.
VIND. — Vindobonensis, Lucanus CXXX, 89. F. 33; p. XXIII.
VOSS. I. — Vossianus, Lucanus c. schol. Nr. 51; p. XIV.
VOSS. II. — Vossianus, Lucanus c. schol. Nr. 63; p. XV.
VOSS. III. — Vossianus, Lucanus c. schol. Nr. 142; p. XLIV.
VRATISLAVIENSIS sextus, Lucanus c. gloss.; p. LI.
W. — Wagner, sive Benevenutus Vindobonensis; p. XXXIII et Addenda.
WA. — Wallersteinensis, Scholiasta; p. VIII.
WITT. — Wittianus, Lucanus c. schol.; p. XVII.
ZO. — Zonus, Scholiasta; p. XXIX.
ZW. — Zwiccaviensis, Lucanus c. schol.; p. II.

SYNOPSIS SCHOLIORUM GLOSSARUMQUE.

A) AD LIB. II.

1. *Iamque i. p. d.* In principio huius libri quasi epilogum supra dictorum facit, ita dicens *I. i. p. d.;* ac *si dicat* hoc modo, scilicet dictis Arrontis et Figuli et matronae constabat deos esse iratos et ipse *mundus*, i. elementa, manifeste ostendit illius irae vindictam per bellum debere fieri. G. 11. nota bene. G. 13. Liber secundus incipit, *et*, ut solent facere poetae, continuat (Cd. *continuant*) hunc librum ad superiorem; nam idem facit Virgilius, ubi dicit: (Aen. VI, 1.) *Sic fatur lacrimans* etc. (add. Cd. *et lacrimis etc.*), ut ita dicat: (Cd. *dicit*) et *iam* per praedicta studia (an *signa?*) patet nobis deos iratos esse; ita (an *et?*) notat per quae supradicta pateat, (Cd. *patent*) ubi dicit *mundus dedit* etc. PI. Hunc librum continuando superiori docet, quomodo se haberent signis his cognitis, ut ita dicat *et iam* i. per signa praedicta patet deos nobis esse iratos; et per quae pateat breviter repetit. AQ. *Iamque irae patuere deum;* his prodigiis (eadem PC.) apparuerunt. *BONG. manifestaque belli;* aperta iam nec obscura. BONG.

2. *signa* prodigia. BONG. Vetustiores philosophi mundum et semper fuisse et futurum esse affirmant. BC. BERN. I. Et *mundus* totus, i. universus, dedit signa belli futuri, et hoc totum ex divina dispositione processit. AQ. Quid (Cod. *Quod?*) *leges* vocet ostendit, scil. prius foederatas et concorditer iunctas. Vel *leges rerum*, quia nullum animal debet gignere extra legem sibi positam; sic mula non gignit natura, neque mulier puerum habentem XV digitos, sicut dicitur peperisse in illis temporibus puerum XV digitos habentem. PI. *legesque et foedera rerum*, foedera rerum legibus firmata; nam leges aliis legibus impugnantur ordinatione naturae. BONG. vocat turbationes stellarum, quia illae stellae, quas natura coniunxerat, disseparatae erant. PI. *rerum* sive malorum. BONG.

3. *Praescia*) belli. PC. *monstrifero*, eo quod monstra nascantur. BONG. *vertit* permutat. BONG. Et non tantum in elementis (Cd. add. *sed;* an *scil.?*) visa illa signa sunt; etiam natura *vertit* i. mutavit *leges* hoc modo, ut sterilis mulier gigneret, et *foedera rerum*, ita ut serpentem mulier ederet. Habet enim una quaeque res foedus cum alia, ut sit contenta suo officio, nec sibi usurpet alterius officium, verbi gratia ne mulier gignat serpentem, et e contrario ne

serpens gignat infantem. Et quare vertit? quia praescia huius venturi mali. G. 11. *naturam* vocat (Cd. *vocem*) voluntatem dei. PI. i. voluntas dei *vertit* res, lege dei inter se foederatas etc. Hoc modo per multa et certa nefas venturum praedixit, *ut* scilicet *per dira omina n. v. c.* AQ. *tumultu* bellorum. BONG.

4. *Indixitque nefas* quasi ex edicto praecepit nefas; ostendit, denunciavit (idem PC.) per auguria, signa et pestes. Virgilius: (VII, 616.) *Indicere* (Cod. *Indiceret cum*) *bella Latinus.* BONG. Et quia natura vertit leges et foedera, *indixit nefas* i. immutabiliter stabilivit in mentibus eorum esse futurum nefas. G. 11. i. dixit. G. 12. Sive convertendo leges *indixit*, i. valde dixit, et per multa certa signa aperuit istud, scil. (Cd. *saeculum*) ut homines *per dira omina noscant* etc. (Cd. *omnia noscantur*). PI. *cur r. O.* Modo prae nimio dolore facit apostropham ad ipsum deum et conqueritur de eo (Cd. *deo*), quod non sufficit ei homines punire propter peccata sua, sed etiam ipsas poenas, quas ingerit, praemonstrat illis quibusdam signis. Quas poenas praescire est quodammodo illis altera poena. Iovem vocat summum rectorem et animam mundi, ex qua omnia consistunt, quia ipse Iupiter inprimis disponit omnia, postea Natura, i. dispositio, ad effectum producit omnia. Et ita est continuandum: *o. r. O.* tu per quaedam signa indicis futurum nefas, sed *cur* i. qua causa, qua ratione *visum* est *tibi h. c. a. m.?* G. 11. *cur* admirando dicit. PI. AQ. (sed *ad. d. cur hanc etc.*) In hac parte invehit in deos, et facit unam quaestionem, quam solvit ibi *sive parens* etc. VEB. *rector Olympi*, cui ita visum est. BONG. Olympus est mons altissimus, quem poetae pro sua immensa altitudine accipiunt pro coelo. VEB.

